

UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00887085 9


UNIVERSITY OF TORONTO
VELUT ARBOR ÆVO

CATALOGUS

LIBRORUM MANUSCRIPTORUM

QUI IN BIBLIOTHECA SENATORIA CIVITATIS LIPSIENSIS ASSERVANTUR.

Bei **J. M. Gebhardt** in **Grimma** erschienen ausserdem:

v. Bose, Curt, Ueber arabisch-byzantinische Münzen. Sendschreiben an Herrn F. de Saulcy in Metz. Mit einer Titel-Vignette. Vel. gr. 8vo 1840. . . . . 8 gr.

- Handwörterbuch der wendischen Sprache nach dem Oberlausitzer Dialecte, nebst einem Vorwort über die Sprache der Wenden überhaupt, vorzüglich aber über Aussprache und Wortbildung. (unter der Presse).

Delitzsch, Dr. Frz., Jesurun sive Prologomenôn in Concordantias veteris testamenti a Jul. Fürstio editas libri tres, etiam sub titulo:

- שפת ישורון Isagoge in grammaticam et lexicographiam linguae hebraicae contra Gesenium et Ewaldum. gr. 8vo broch. . . . . 2 Thlr.
- Wissenschaft, Kunst, Judenthum. Schilderungen und Kritiken. 8vo broch. 1 Thlr. 12 gr.

Drumann, W., Historisch-antiquarische Untersuchungen über Aegypten, oder die Inschrift von Rosette. 8vo. . . . . 1 Thlr. 4 gr.

Geschichte der Araber in Sicilien und Siciliens unter der Herrschaft der Araber. In gleichzeitigen Urkunden von diesem Volke selbst. Aus dem Italienischen von **Hausleutner.** 4 Theile mit 1 Karte . . . . 4 Thlr. 20 gr.

Görres, J., Altdeutsche Volks- und Meisterlieder. Mit 1 Titelkupfer, Frauenlobs Grabmahl darstellend. gr. 8vo . . . . 1 Thlr.

Gotthold, F. A., Kleine Schriften über die deutsche Verskunst. gr. 8vo . . 16 gr.

Kutzen, Prof. Vratislav., Perikles als Staatsmann während der gefahrvollsten Zeit seines Wirkens. 8vo . . . . 18 gr.

- De Atheniensium imperio Cimonis atque Periclis tempore ad Strymonem fluvium constituto. Comment. geogr. et hist. c. tab. lithograph. 8vo. . . . . . . 4 gr.

Martialis Epigrammata recensuit **Schneidewin,** Prof. Gotting., 2 Voll. 8vo (unter der Presse.)

Conferirt sind: Leidensis I. et II. Vossianus. Leidensis III. IV. VI. — Junii Anglicanus. — Augustanus. — Aldina 1501. — Beverlandi silva. — Berolinensis. — Chartaceus Leidensis I. et II. — Dietzianus. — Pontani Danicus. — Edinburgensis. — Florentinus I. et II. — Ferrariensis 1471. — Excerpta Frisingensia. — Gudianus — Hauptianus — Hannoveranus — Helmstadiensis — Neapolitanus I. et II. — Ed. Veneta 1480. — Lemma Calderini — Modianus — Ed. Veneta 1475. — Romana optima 1473. — Princeps omnium s. l. et a. — Ed. vetustissima s. l. et a. — Parisinus II. — Palatinus Gennadii — Parisinus 8284. et reliqui — Chartaceus Guelferb. — Thuaneus — Vaticanus vetustiss. — Vaticanus Beverlandi. — Vaticanus Ursini — Vaticani I. II. III. — Vindob. I. II. III. — Wittianus — Puteaneus — Werckenianus — und noch mehre andere. —

Rose, Dr. C. A., Das Wichtigste, was ein Jüngling zu prüfen hat, ehe er die Universität bezieht. 8vo broch. . . . . 12 gr.

- Zeitgemässe Worte für Studirende, auf ihre Gesundheit aufmerksam zu seyn. 8vo broch. . . . . 6 gr.

C. C. Sallust's Catilina. Kritisch berichtigter Text und Commentar durch Georg Chph. Selling, Prof. Ansbac., und durch Dr. G. Aenotheus Koch, Oberl. an der Thomasschule zu Leipzig. Nebst einem vollständigen Verzeichnisse der abweichenden Redensarten aus 18 bis jetzt noch unverglichenen Handschriften zu Catilina und Jugurtha. (Kommt in diesem Jahre unter die Presse.)

Weichert, Prof. M. Rector Illustris apud Grimam Moldani, De L. Varii et Cassii Parmensis vita et carminibus. in 8vo maj. 1836. . . . . 3 Thlr.

Conspectus:

I., De L. Vario poeta. — Exc. I. De diversis, qui Caesaris Augusti aetate vixerunt, Varis. — Exc. II. De Bassis quibusdam Romanis ingenio scriptisque illustribus. — Exc. III. De C. Asinio Pollione, tragoediarum scriptore. — Exc. IV. De Rabirio et Pedone poetis. — Exc. V. De anno, quo Horatii epistola ad Augustum scripta sit. — Exc. VI. De Graccho et Proculo poetis. — II., De Cassio Parmensi poeta. — Exc. I. De C. Nonio Asprenate. — Exc. II. De T. Labieno oratore et historico. — Exc. III. De loco Horatii libr. I. Satir. 4. v. 9. sqq. — Exc. IV. De M. Tullio Cicerone, M. Cos. filio, Horatii commilitone. — Exc. V. De Iulo Antonio, Triumviri filio. —

Weichert. De Imperatoris Caesaris Augusti vita et scriptis. 2 Voll. in 4 fasc. in 8vo majore (unter der Presse.)

Conspectus:

Vol. I.

Lib. I. De Caesaris Augusti iuventute, magistris ac studiis. — Lib. II. De ejus poematis latinis et graecis. — Lib. III. De ejus apophthegmatis, iocis et strategematis. — Lib. IV. De ejus rescriptis Bruto de Catone. — Lib. V. De ejus epistolis et codicillis. — Lib. VI. De ejus orationibus ac sermonibus. —

Vol. II.

Lib. VII. De Caesaris Augusti edictis — Lib. VIII. De ejus legibus ac constitutionibus. — Lib. IX. De ejus descriptione orbis terrarum. — Lib. X. De ejus hortationibus ad philosophiam. — Lib. XI. De ejus commentariis, quos de vita sua scripsit. — Lib. XII. De ejus operibus postremis, h. e. monumento Ancyrano; rationario et breviario imperii; mandatis de administranda republica; mandatis de funere suo. — Lib. XIII. De ejus testamento. — Lib. XIV. De ejus in litteras artesque liberales meritis. —

Wunder, M. Prof., De scholiorum in Sophoclis tragoedias auctoritate. Part. I. in 4to 8gr.

Unter der Presse:

- Emendationis in Sophoclis Trachinias.

CATALOGUS
LIBRORUM MANUSCRIPTORUM

QUI IN BIBLIOTHECA SENATORIA CIVITATIS LIPSIENSIS ASSERVANTUR

EDIDIT

AEMILIUS GUILELMUS ROBERTUS NAUMANN

PHIL. DOCT. GYMNAS. NICOLAITANI LIPS. COLL. ORD. ET BIBLIOTH. SENAT. PRAEFECT. II.

CODICES ORIENTALIUM LINGUARUM

DESCRIPSERUNT

HENRICUS ORTHOBIUS FLEISCHER

PHIL. DOCT. LL. OO. IN UNIVERS. LIPSIENSI PROFESS. ORDINAR.

ET

FRANCISCUS DELITZSCH


PHIL. DOCT.

ACCEDUNT TABULAE LITHOGRAPHICAE XV

GRIMAE

SUMPTUS FECIT JULIUS MAURITIUS GEBHARDT

MDCCCXXXVIII.


LIBRARY
MAY 9 1967
UNIVERSITY OF TORONTO

AMPLISSIMO

CIVITATIS LIPSIENSIS

SENATUI

BIBLIOTHECAE A MAIORIBUS CONDITAE

STATORI PATRONO TUTORI

HOS COMMENTARIOS

D. D. D.

EDITOR

PRAEFATIO EDITORIS

AD

HENRICUM BLUEMNERUM

IURIS UTRIUSQUE QUINQUAGINTA ABHINC ANNOS DOCTOREM.

SUPREMAE CURIAE SAXONICAE CONSILIARIUM. SAXON. ORDINIS VIRTUTIS CIVICAE EQUITEM. CET. CET.

D. VI. MENS. DECEMBR. A. MDCCCXXXVIII.

Ut Te potissimum, illustrissime Bluemnere, in hac operis mei praefatione scribenda salutarem, non una tantum caussa me permovit. Nec enim ego, in quem semper egregia fuit Tua benevolentia, abesse volui ab iis, qui hodierni diei solennitatem et honores semisaeculares plaudentibus omnibus bonis salvo et incolumi Tibi gratulantur. Ac si humanarum rerum nihil praestabilius est senectute placida vegetaque cum honesto otio et vitae in utilissimis studiis transactae iucundissima recordatione; si longae vitae nullum insignius decus habetur, quam munerum in reipublicae civiumque salutem sapienter et feliciter administratorum gloria: est sane, quod, quicumque Te diligunt ac venerantur, harum rerum omnium affluentiam hoc ipso die pie Tibi congratulentur. Sed non tantum festi huius diei, qui Deo favente laetus Tibi affulsit, opportunitas fecit, ut his litteris Te alloquerer. Libro enim praefatio scribenda fuit, quo bibliothecae Senatoriae nostrae codices manuscripti enumerati sunt et recensiti. Quod ipsum opus quum eorum virorum meritissimorum, qui civitatis nostrae bibliothecam rexerunt et ornaverunt, me commonefaceret: Tui, quo praefecto quondam et sapientissimo et meritissimo illa gavisa est, cum primis et praeter caeteros in mentem mihi venit, quod quidem etiam pietas iussit; Tuae enim benevolentiae debeo, quod ante hos octo annos Amplissimo Senatui me ita commendavisti, ut ille suae bibliothecae Custodem me crearet. Sed quem Senatui commendaveras, eumdem successori et amico Tuo, Demuthio illustrissimo, ita commendavisti, ut, vel si nihil aliud, quam egregii huius viri favorem et patrocinium mihi conciliavisses, hoc solo beneficio in aeternum me Tibi obstrictum sentirem. Accipe igitur, fautor amplissime, ea qua soles humanitate, quae pauca libro meo praefanda existimavi.

Ac primum quidem codices bibliothecae nostrae describendi negotium quomodo exsequendum esse putaverim, cum ex ipso catalogo patet, tum in prodromo, quem superiore anno emisi, cum litteratis hominibus iamiam communicatum est. Attamen quae tum scripsi de via et ratione, qua eiusmodi liber componendus videretur, repetenda hoc loco censui. Erant autem haec: „Codicum describendorum negotium ad tria potissimum capita redire mihi visum est. Enarrandum enim est primum, quae sit externa, tum, quae interna cuiusque codicis conditio et virtus; denique quemnam adhuc Viri Docti eius fecerint usum et quae indicia iidem cum de externa tum de interna eius conditione tulerint. Ac primam quidem operis istius partem quod attinet, indicavi uniuscuiusque codicis aetatem, materiam [chartam vel membranam], ligaturam, si qua esset memoratu digna, foliorum [quae eam in rem in codicibus numerorum signis notanda curavi], picturarum denique et egregiarum litterarum initialium recensum. Nec omisi animadvertere, codex eadem manu an pluribus exaratus videretur. In miscellaneis codicibus recensendis folia indicavi, quibus singula scripta continentur, ut, qui in posterum codicibus utentur, facili negotio, quo quidque loco legatur, invenire possint. — Internae vero codicum indolis descriptioni ita operam navavi, ut primum titulum, et vulgarem, et eum, qui in codice legitur, proponerem; deinde initium et finem singulorum librorum accurate notarem. Si quae deprehenderentur in codicibus notae marginales, interlineares, aut scholia, accurate eorum initium et finem exscripsi et, cum editis conspirent necne, notavi. Eam in rem etiam exemplaria typis descripta consului, ut, num quid novi et inediti codex suppeditet, interpolatus sit, prologos, praefationes et alia id genus contineat, et quaenam sit textus divisio, indicare possem. Maximam in ea re cautionem et diligentiam adhibendam esse duxi scriptis medii aevi historicis, in quibus notandum videbatur, num liber recentiore continuatione novisque supplementis auctus esset, et ad quemnam usque annum illa pertinerent. — Denique, quis adhuc sit uniuscuiusque codicis usus factus, a quonam viro docto examinatus sit, et ubi eius censura legatur, quantum potui indicavi. — Praeterea quaecumque mihi de fatis singulorum codicum innotuerunt, v. c. in quibus illi bibliothecis olim asservati fuerint, cum lectoribus communicavi.“ — Apparet igitur, me hanc fere viam sequutum esse, quam *Ebertus* [*Zur Handschriftenkunde*, pag. 200. sqq.] in catalogo MSS. conficiendo ineundam esse censuit. — Caeterum quod censor primi fasciculi huius libri [in Ephemeridibus Halensibus, 1838. num. 93. pag. 139.] optavit, ut de historia Codd. nostrorum et quanti a maioribus nostris emti fuerint, in hac ipsa praefatione exponeretur, id equidem vehementer doleo fieri non potuisse. Nam quae de huiusmodi rebus exposita sunt a *Gottefrido Christiano Goetzio*, [in programmate, quo bibliothecam nostram *bonae menti dedicandam atque aperiendam fore* indixit, Lips. 1711. 40 pagg. 4.] ea suo loco ipsi codicum descriptioni interserenda curavi. Praeter *Goetzium* autem nullus fere mihi earum rerum auctor fuit. Nam in bibliotheca nostra non exstant commentaria, quorum ope de fatis singulorum codicum et qua ratione quibusve conditionibus olim acquisiti fuerint, lectores certiores facere possemus. Exstat quidem libellus, qui [ut verbis utar in priori eius operculo conspicuis] dicatus est *aeternae memoriae istorum, qui ad bibliothecam amplissimi Senatus Lipsiensis augendam ornandamve aliquid contulerunt.* Ex illo quaecumque meum in usum convertere poteram, diligenter converti. Sed quae ibi leguntur, cum admodam manca sunt, tum recentiora tempora non tangunt. Itaque nihil mihi reliquum erat, quam libros typis descriptos, qui de illis litteris agunt, ad quas singuli codices pertinent, examinare et videre, num quid illi suppeditarent. In quo labore molestissimo quantum temporis incassum saepe contriverim, id vero non est quod multis verbis exponam. Caeterum infra de possessoribus et donatoribus codicum [certe occidentalium, nam de orientalibus paucissima tantum habeo dicere,] ea, quae in notitiam meam venerunt, tamquam in tabula cum lectoribus communicabo.

In tabulis lithographicis ad calcem libri adiectis non tantum specimina codicum proposita sunt, sed etiam signa fabricarum, ubi charta facta est, ex iis codicibus saec. (XIV. et) XV. depromta, qui anno signati sunt. Nec enim, quum semel codices nostros perlustrarem, praetermittendam censui occasionem, certe paucula quaedam symbola ad antiquiorem historiam fabricationis chartae augendam colligendi. Nec dubitavi illa signa cum lectoribus communicare, quamquam ea, quae ex codicibus anno signatis depromta sunt, modo ad saeculum millesimum *quintum* pertinent; persuasum enim mihi fuit, huiusmodi etiam minoris pretii symbola ab harum litterarum amatoribus sperni nec solere nec debere. Exhibita autem sunt haec signa in tabula lithographica IX. chronologico ordine disposita. Sed quum imminuta ibi habeantur [spatio enim parcendum erat], hoc loco, quae vera sit eorum magnitudo, exponendum censeo, additis etiam iis, quae pauca de rationibus eorum habeo dicere.

Ex saeculo XIV. non exstant in bibliotheca nostra codices, qui anno signati sunt. Attamen sex illius saeculi signa exhibuimus, quae variis de causis graviora nobis visa sunt. Primum signum, saec. XIV. medii, in septem ultimis foliis Cod. CXCIX. invenitur. Altitudo eius est 18''', latitudo 25'''. [Mensura est Parisina antiqua, in qua definienda non ad pollices, sed ad lineas brevitatis caussa numeravimus.] In reliquis foliis codicis omnibus illud signum habetur, quod *Fischerus* [in commentatione: *Versuch die Papierzeichen als Kennzeichen der Alterthumskunde anzuwenden*, inserta libro, cui titulus: *Beschreibung einiger typographischen Seltenheiten* cet. *Nürnb.* 1801 — 1804.] ad annum 1336. refert [pirum cum scapo et duobus foliis]. Memoratu dignum est, quod utrumque signum etiam in Cod. III. invenitur [foll. 114. et 214.]. — Secundum signum [altitud. 36''', latitud. 18'''], tertium [alt. 33''', lat. 13'''], quartum [alt. 23''', lat. 18'''] aliquoties in Cod. III. habentur. — Quintum in crassissima charta codicis CCLXIX. [foll. 57. et 62.] invenitur; simile fere est illi signo, quod *Fischerus* l. l. sub anno 1381. depingendum curavit. Alt. 22'''. Latitudo eadem. — Sextum signum [alt. 41''', lat. 26'''] ex codice CCLXXXVIII. depromtum, vel hac de caussa cum lectoribus communicavimus quod in eodem codice illud etiam invenitur, quod *Fischerus* l. l. ad annum 1358. refert. Cf. catalogi nostri pag. 87. Cod. CCLXXXVIII.

1404. — Cod. CCCII. Alt. 26'''. Lat. 16'''.

1415. — Duo huius anni signa proposuimus. Primum [alt. 25''', lat. 22'''] est ultimorum foliorum Cod. CCIX. et simile illi, quod apud *Fischerum* l. l. sub anno 1381. habetur. Alterum [alt. 44''', lat. 30'''] in eodem codice fere toto invenitur.

1419. — Cod. CXI. Alt. 42''', lat. 15'''. Verisimillimum est, hoc signum et paullo ornatius et excultius illud, quod sub anno 1473. depictum est, eiusdem fabricae fuisse.

1420. [?] — Cod. DCCCXLVI. [fol. 209.] Alt. 20''', lat. 16'''. Hoc signum iam *Fischerus* quidem [l. l. paucis his verbis: 1420. *Der Bockskopf mit dem Barte und engstehenden Hörnern*] descripsit; sed quum ibi non delineatum sit, hoc loco proponendum videbatur.

1434. — Cod. CCXCIX. Alt. 24''', lat. 20'''.

1447. — Cod. CCLXVIII. Alt. 40''', lat. 12'''.

1450. — Utrumque signum, quod sub hoc anno exhibuimus, est cod. CCCCXV. Primum altum est 33''', lat. 17'''; secundum alt. 32''', lat. 14'''.

1453. — Cod. CCCIV. Alt. 35''', lat. 10'''.

1454. — Cod. CXVIII. Alt. 28''', lat. 16'''. Idem signum habetur etiam in cod. CLXXV. [foll. 4. 47. 48. cet.], sed super ancora crux addita est.

1460. — Utrumque signum huius anni habetur in cod. CLXXIX. Primum altum est 16''', lat. 13''', et conspicitur in foll. 108 — 193. [Habetur etiam in eo codice bibliothecae Academicae nostrae, quo continetur: *Dialectica Magistri Scoffmann*, 1457 — 60. scripta.] — Alterius altitudo est 67''', lat. 14''', apparet in foll. 1 — 107.

1461. — Duo huius anni signa invenimus. Alterum [libra, cui circulus circumductus est] habetur in codd. CCXCVIII. CLXXXIII. et [sine circulo] CX. Alt. 29''', lat. 19'''. Alterum est codicis CCCCXVI. Alt. 33''', lat. 12'''.

1466. — Utrumque signum est cod. CCCV. Primum altum est 33''', lat. 22'''; alterum alt. 44''', lat. 16'''. [Vid. foll. 78. et 134.]

1467. — Utrumque signum habetur in cod. CCCI. [foll. 198. et 227.] Primum altum est 47''', lat. 14'''. Secundum alt. 52''', lat. 16'''.

1470. — Cod. CCX. Alt. 48''', lat. 16'''.

1471. — Utrumque signum alternis vicibus invenitur in cod. XLVI. Primum altum est 12''', lat. 12'''. Secundum alt. 22''', lat. 21'''.

1473. — Per totum codicem CCCXCV. invenitur, paucis tantum hic illic mutatis. — Aliud genus huius signi [quod cum eo cognatum esse apparet, cuius mentionem sub anno 1419. fecimus] etiam in cod. CLXXV. non semel habetur, sed crux super littera ibi desideratur et forma omnino rudior est.

1483. — Sub hoc anno septem signa, omnia ex cod. CCCIII. petita, exhibita sunt. De singulis haec monenda sunt. Primum signum saepe invenitur, sed crucis forma hic illic simplicior est, ita ut globuli desiderentur; alt. 48''', lat. 11'''. Secundum habetur fol. 76. [alt. 26''', lat. 21'''], tertium fol. 294. [alt. 57''', lat. 21'''],

quartum fol. 44. [alt. 73‴, lat. 13‴], quintum fol. 258. [alt. 66‴, lat. 15‴], sextum fol. 150. [alt. 70‴, lat. 19‴], septimum fol. 308. [alt. 62‴, lat. 14‴].

1485. — Cod. DXLII. Alt. 61‴, lat. 19‴. —

In iisdem scriniis, quibus MSS. Codices asservantur, habentur etiam xylographica, typographica et chalcographica quaedam monumenta, quae, quum nec inde eiicere, nec in catalogo ipso recensere possem, hoc loco enumeranda et describenda putavi. Sunt haec:

I. [Rep. II. fol. 114.]

Biblia Pauperum. s. l. e. a. Folia sunt 21 [40], vacuis paginis conglutinatis. Primum et ultimum folium ad opercula libri agglutinata sunt. Est earum editionum, quas *Heineken* [Idée générale d'une collection complette d'estampes, pag. 292. ss.] distinxit, prima, quae a caeteris eo dignoscitur, quod litterae secundi alphabeti — *n* — *o* — *r* — *s* — puncta iuxta se non habent.

II. [Rep. II. fol. 115.]

Ars memorandi notabilis per figuras ewangelistarum. s. l. e. a. Foliis constat 16 [30], vacuis paginis conglutinatis. Est secunda editio, de qua vid. *Eberti* lex. bibliogr. I. 1249.

III. [Rep. I. 4. 56. a.]

[*Α*]*ΝΘΟΛΟΓΙΑ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ, ΑΡΧΑΙΟΙΣ ΣΥΝΤΕΘΕΙΜΕΝΩΝ ΣΟΦΟΙΣ ΕΠΙ ΔΙΑΦΟΡΟΙΣ ΥΠΟΘΕΣΕΣΙΝ* cet. Impressvm Florentiae per Lavrentivm Francisci de Alopa Venetvm. III. Idvs Avgvsti. M. CCCCLXXXXiiii.

Hoc opus, in 279 foliis, quorum 1. a. vacat, litteris capitalibus excusum, prima est et rarissima anthologiae Planudeae editio, quam typis describendam curavit Lascaris. Initium fit fol. 1. b. iisdem verbis, quibus supra titulum notavimus, praemissis tamen singulis alphabeti Graeci litteris ac diphthongis. Manipuli octonorum foliorum signis notati sunt Α — Κiiii. Tum sine ullis signis fol. 273. a. legitur Graecum epigramma, quod subscriptionem habet: *ΛΑΣΚΑΡΕΩΣ*. Foll. 273. b — 279. b. habetur Latina epistola: Io. Lascaris Rhyndacenvs Petro Medici. S. [C]VM graecas litteras qvae per mvltas iam aetates cet. Haec ultima septem folia, in *Maittairii* Annal. Tom. I. pag. 270 — 283. accurate recusa, in multis exemplaribus desiderari *Ebertus* monuit, lex. bibl. T. I. p. 62. — Ab initio nostri exemplaris in margine manu adscripta sunt scholia Graeca, quae iam habentur in ed. *Wechel.* Fol. 1. a. leguntur verba: *Monasterii Ottoburanj.* — In ligatura bene aurata impressum est nomen: georgivs logvs silesivs. Posteriori libri operculo agglutinata sunt variis coloribus picta insignia gentilitia *Friderici Staphyli Caesarei et Bavarici Consiliarii.*

IV. [Rep. I. 4. 45.]

Euripidis Tragoediae IV: Medea [fol. 1. b — 27. a.] Hippolytus [fol. 27. a — 53. b.] Alcestis [fol. 53. b — 74. a.] Andromache [fol. 74. b — 98. b.] cura I. Lascaris. s. l. e. a. [Florent. apud Laurent. Franc. de Alopa impress. a. ann. 1500., *Hainio* iudice circa ann. 1496.]

Liber membranis laevissimis et litteris, quas vocant, capitalibus elegantissime impressus in foll. 98, lin. 28, signat. A — M, sed K. littera vitio typothetae bis posita est. — Ut iam *Ebertus* [Lex. bibliogr. n. 7070.] monuit, duae exstant huius libri editiones; in quibusdam enim editionibus novem tota folia et tria dimidia posterioribus curis emendata denuo excusa reperiuntur. Veri enim simile est, Lascaridem, postquam liber iam typis descriptus erat, aliquot Codd. MSS. esse nactum, quorum ope meliorem textum exhibere posse sibi visus est. Vid. *Wolfii* Analect. litt. I. 472 — 483. Nostrum exemplar priorem textum exhibet. Quomodo prior textus et posterior inter se discrepent, *Ebertus* l. l. accurate docuit. — Caeterum cf. *Fabric.* Bibl. Graec. ed. *Harl.* Vol. II. pag. 258. *Mericus Casaubonus* in libro Anglico de credulitate et incredulitate p. 101. *Maittaire* Ann. typ. tom. I. part. I. pag. 101. sqq. *Beckius* in recensione editt. l. m. pag. XIII. *Morelli* not. ad Pinelli Catal. tom. II. num. 4157. — Fol. 1. a. [nam fol. 1. b. demum incipit Euripides] haec leguntur scripta: *D. Salomonis Friderici Lipsiensis, Architecturae militaris in exercitu Saxonico praefecti, qui in ista functione apud Ratenovium Marchiae Brandenburgicae oppidum glande plumbea per caput traiectus Ao.* 1636. *occubuit, gratum donum.*

V. [Rep. I. 8. 87.]

ΠΙΝΔΑΡΟΥ. Ὀλύμπια. Πύθια. Νέμεα. Ισθμια. [sic] *Καλλιμάχου ὕμνοι οἱ εὑρισκόμενοι. Διονυσίου περιήγησις. Λυκόφρονος ἀλεξάνδρα, τὸ σκοτεινὸν ποίημα.* Pindari. *Olympia. Pythia. Nemea. Isthmia. Callimachi*

hymni qui inveniuntur. Dionysius de situ orbis. Licophronis [sic] *Alexandra, obscurum poema. Venetiis, Ald. et Andr. Asulan. mens. Januar.* M.D.XIII. Liber impressus in membrana, foll. 8 et pagg. 373.

De hoc libro *Ebertus* [Lex. bibl. tom. II. pag. 410. num. *16848.] haec scripsit: „*Schöne und sehr gesuchte, doch nicht eben sehr seltne, erste Ausg., welche zugleich die Princeps des Dionysius und Lycophron ist. Die Seitenzahl auf der Rückseite jedes Blattes steht allemal rechts oder über dem inneren Rande. Die Olympia druckte Aldus aus einem neuern MS., dessen Lesarten meist nach dem Vulgardialect geändert sind; ein weit besseres und älteres MS. brauchte er in den Pythiis und Nemeis; ein ebenfalls altes, aber sehr verdorbenes, in den Isthmiis. Die Scholien wollte er in einem besonderen Bande liefern, der aber nicht erschienen ist. Ein Ex. auf Pg., welches Rewiczky aus Soubise's Auction für* 901 *Fr. kaufte, besitzt Lord Spencer.*"

VI. [Rep. I. 8. 86.]

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ. ΡΗΤΟΡΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΟΙΗΤΩΝ. ΣΥΛΛΕΓΕΝΤΑ, ΠΑΡΑ ΑΡΣΕΝΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΜΟΝΕΜΒΑΣΙΑΣ. Praeclara dicta Philosophorum, Imperatorum, Oratorumque, et Poetarum, ab Arsenio Archiepiscopo Monembasiae collecta.

Liber impressus in membrana, Leoni X. Pont. Max. dedicatus, s. l. e, a., folior. 116, quorum 2. b. et 116. b. vacua sunt. — In tituli folio averso picta sunt in nostro exemplari insignia papalia, margo primae paginae dedicationis picta est et aurata, pariter ac littera initialis. Adscriptae sunt hic illic notae, de quibus in fronte libri haec scripta leguntur: „Quae in hoc egregio volumine manu adnotata ad marginem sunt, Thomae Reinesio viro litterarum elegantiorum peritissimo debemus." — *Ebertus* [Lex. bibliogr. Tom. I. pag. 108. num. *1253.] de hoc libro haec dixit: „*Kostbar. Buch, dess.* 2. *Theil höchst selten ist — die Typen sind dieselben, wie in* Porphyrii quaest. Hom. Rom. in gymnasio Mediceo, 1518. 4. *und da es Leo X. dedicirt ist, muss es vor* 1522. *gedruckt seyn.*" — Cf. *Goetzii* progr. pag. 25. —

VII. [Rep. II. 8. 144. b.]

HEURES *a lusaige de Rome tout au long sans rien requerir. Auec les figures de lapocalipse et plusieurs austres figures. Paris, imprimees pour Germain hardouyn.*

Liber litteris Gothicis impressus in membrana, initialibus et margine pictis et auratis, folior. 112, cum 15 pictis tabulis xylographicis maioribus [foll. 1.a. 8.b. 12.a. 24.a. 33.a. 39.a. 40.a. 41.a. 44.a. 47.a. 50.a. 53.a. 57.b. 67.a. 77.a.], una nigra [fol. 112.b.] et 32 pictis minoribus [foll. 2.a. 9.b. 10.b. 11.a. 17.a. 21.a. 93.a. et b. 95.b. 96.a.—98.a. 99.a.—100.a. 101.a.—102.b. 107.b.] — Quo tempore hic liber typis descriptus sit, coniici potest ex *tabula* [fol. 1.b.], *quae seruit ad inueniendum pascha, numerum aureum, litteram dominiculem, ac bisextilem: ab anno natiuitatis domini Mil. CCCCCXIIII. usque ad annum Mil. CCCCCXXVII. inclusiue.* — Ut ex emblemate patet, quod in priori libri operculo conspicitur, hic liber est *ex bibliotheca Nicolai Joseph Foucault Comitis Consistoriani.*

Praeter hos libros typis descriptos a maioribus nostris, nescio quo iure, [fortasse quod eiusmodi collectiones iis rarae videbantur et in pretio quodam habebantur,] inter codices bibliothecae nostrae collocata sunt etiam haec artis chalcographicae monumenta:

VIII. [Rep. III. fol. 18.]

Volumen, quo continentur: *Effigies Imperatorum, Regum, Principum, belli ducum aliorumque illustrium virorum*, a variis artificibus aeri incisae. Paginae numeratae sunt 445.

IX. [Rep. III. fol. 20.]

Volumen 202 foliorum, quibus continentur:

a) [a fol. 1.] *Icones et elogia virorum aliquot praestantium qui multum studiis suis consiliisque Marchiam olim nostram iuverunt ac illustrarunt, ex collectione Martini Friderici Seidel, Consiliarii Brandenburgici.*

b) [a fol. 106.] *Doctor Martinus Lutherus Theologus Divinus. Ab ingeniosissimo Apelle Luca Cranachio singulari artificio diversimode effigeatus, adiecta etiam sunt Numismatum in beatissimi Herois honorem et memoriam nunquam intermoriturum passim excusorum aliquot Ectypa. Ex collectione Seideliana in Antiquitatis Studiosorum gratiam excudebat G. Bartsch.*

c) [a fol. 127.] *Imagines illustrium pictorum aeri incisae.*

X. [Rep. III. fol. 21.]

Volumen 190 foliorum, quibus continentur: *Effigies doctorum vel memorabilium virorum a variis artificibus aeri incisae.*

Recensuimus haec quum ea de caussa, ut hac occasione oblata lectores nostros de gravioribus quibusdam monumentis artis typographicae, quae in blibliotheca nostra servantur, [chalcographica enim, quae sub num. VIII—X. recensuimus, nullius fere pretii sunt,] certiores faceremus; tum vero, ne iidem mirarentur, quid esset, quod in syllabo Codicum infra a nobis proposito aliquot numeri desiderarentur. Sed hoc loco silentio praeterire non possum eximium bibliothecae nostrae κειμήλιον, quod in scriniis Codicum MSS. asservatur, egregiam dico sciagraphiarum SALVATORIS ROSAE collectionem, duobus voluminibus absolutam. Hanc accuratissime iam descripsit Vir Clariss. *Carolus Vogelius* noster in *Schornii* ephemeridibus, quibus titulus: *Kunstblatt*, ann. 1837. num. 66. p. 273—275., nec possum non pleraque eius verba inde describere. Ita vero: — „*Der eigentliche Zweck dieser Zeilen aber*“, inquit ille, „*ist, Künstlern und Kunstfreunden die Nachricht zu geben, dass die genannte Bibliothek die glückliche Besitzerin einer Reihe — zwei hundert und drei und zwanzig Stücke — der geistreichsten und genialsten Federskizzen von der Hand Salvator Rosa's ist. Es sind dieselben in zwei Lederbänden in klein Folio gebunden — von denen der eine, reich vergoldet, das Wappen des Cardinals Barberini auf beiden Decken trägt — und auf altes italienisches Papier aufgezogen, mit einer Sorgfalt in Bewahrung auch des flüchtigsten Entwurfs, welche eben sowohl die Kennerschaft, als die grosse Vorliebe des Sammlers für seinen Meister deutlich beweist. Auf dem ersten Blatte des ersten Bandes findet sich das Portrait des Künstlers, geistreich in Rothstift gezeichnet. Vielleicht legte Rosa's theurer Freund, der Dichter Ricciardi in Pisa, mit dem er Alles zu theilen pflegte, und welchem er, nach noch vorhandenen Briefen,* [vid. Raccolta di Lettere sulla pittura, scultura ed architettura, scritte da' piu celebri professori che in detta arti fiorirono dal Sec. XV. al XVII. Roma 1754. II. 302. ss.] *auch viele seiner Zeichnungen sandte, diese Sammlung an. — — Ist überhaupt die Zeichnung, die Ertgeburt der bildenden Kunst im Reiche der äusseren Erscheinung, vor allen andern spätern, wenn auch der Form nach mehr vollendeten Kunstgebilden interessant für den Kenner, so wie für Jeden, der in der Kunst eine Offenbarung des Geistes zumeist, und nicht nur das Werk der Hand und des Pinsels sieht, so sind Salvator Rosa's Zeichnungen doppelt anziehend, weil der kecke Sinn, der diesen Meister in seinem ganzen Leben charakterisirt, in diesen Schöpfungen seines Talentes in seiner ganzen Eigenthümlichkeit hervortritt, und oft so recht geflissentlich zu versuchen scheint, wie weit die Kraft der Idee gehe, und wie sie vermöge, auch die einfachste und mangelhafteste Hieroglyphe der Linie und Form klar und verständlich zu machen. Wer daher das kennen lernen will, was man bei einer Skizze „den Geist des Meisters“ zu nennen pflegt, den Hauch des Lebens, der das wahre Kunstwerk durchweht, und der von keiner zweiten Hand erfasst, gebannt und wiedergegeben werden kann, der komme und studire diese freien Arbeiten und Studien des grossen Neapolitaners, von dem sein Biograph Giov. Batt. Passeri sagt:* In tutte le sue cose palesò il valore del suo bel genio, il furore del suo spirito sollevato, e la prontezza della sua mano ardita, mostrando capriccio nell' invenzione, stravaganza negli abiti e nei costume delle figure, e maniera disciolta e risoluta nello sfrondeggiamento degli alberi; cosi in tutte le parti sono degne di essere gradite da ciacheduno intendente. — *Ein reicherer Schatz von Zeichnungen dieses Künstlers, die zu allen Zeiten sehr hoch geschätzt worden sind, dürfte sich nirgends zusammen finden, da überhaupt, ausser England, wo sie, wie die Gemälde desselben Meisters, sehr gesucht werden, nur wenige Cabinete deren besitzen. In unserm Skizzenbuche finden wir die ersten Entwürfe zu einigen seiner besten Gemälde, unter andern sechs zu seinem „Tityos, dem der Geier die Seite zerfleischt“* *)*, mehrere einzelne Figuren aus seinem schönen Bilde in der Capelle Nerli in Rom, „die Marter des heiligen Cosmus und Damianus“, die Skizze der „Himmelfahrt der Maria“, die er für eine Kirche in Mailand malte, Studien zu der „Auferstehung“ in der Kirche Madonna di monte santo in Rom, zu seinem „Pythagoras und die Fischer“ und vielen andern; besonders aber eine Menge trefflicher einzelner Figuren, welche der geniale Künstler in jenen kampflustigen Tagen der durch Masaniello angeregten Unruhen der Natur abgelauscht haben mag. Hier erreicht er den höchsten Höhenpunkt seiner Kunst, die für die Darstellung der heftigen Leidenschaft und ihrer Aeusserungen —* „per la espressione

*) Duas huius picturae delineationes, quas *Schornius*, quum nuper Lipsiae esset, optimas iudicavit, exhibuimus in tabb. lithogr. XIII. et XIV.

de' moti violenti, delle grida, dell' esclamazioni, de' combattenti, de' feriti" *wie Passeri sagt — ganz besonders berufen und befähigt schien, was er namentlich in jenem grossen Schlachtgemälde bewies, welches er, zum Geschenk für den König von Frankreich, als Gegenstück zu seinem berühmten Bacchanal in Volterra fertigte, und durch welches er seine erbittertsten Feinde zur Bewunderung seines Talentes zwang, so wie er selbst es für eine seiner besten Arbeiten erklärte. Die Freunde derartiger Darstellungen finden in unserer Skizzensammlung eine reiche Fundgrube von Ideen, und die beste Anleitung, wie mit wenigen Mitteln das Leben zu erfassen und auf das Papier zu bannen ist. Dass aber derartige Studien den Meister doch auch der Grazie nicht entfremdeten, mögen vor mehreren anderen die herrlichen Blätter in Band I. Fol.* 34. 52. 53. *und* 85. *beweisen, aus denen eine reiche Fülle von Lieblichkeit uns anspricht. — Die Darstellung der Andacht ist ihm besonders in den Skizzen Band I. Fol.* 4. 21. 28. 62. *und ganz vorzüglich in der herrlichen Figur eines betenden Kriegers — des heil. Wilhelm (?) — Fol.* 64. *gelungen. Viele der hier vorfindlichen Entwürfe S. Rosa's sind offenbar die ersten Motive zu seinen Radirungen, unter andern zu seinem „Sturz der Titanen" (Bartsch Nr.* 21. *u. dgl. m.), bekanntlich Werke seiner letzten Jahre — seit* 1660." —

Iam quod codices non eo, quo in scriniis nostris servantur, sed systematico potius ordine recensendos describendosque esse existimavi, vix lectorum, puto, quisquam erit, qui reprehendat. Horum enim multum interest, catalogum habere ita dispositum, ut, quibus studia sua adiuventur, illa facili quisque negotio invenire et uno quasi obtutu conspicere possit; quid quod ratio ipsa, qua codices in scriniis nostris dispositi sunt et propter loci difficultatem disponi debebant, saepissime efflagitare visa est, ut alio, quam quo veniunt ordine, libros nostros MSS. recenseremus. Non raro enim in bibliothecis accidere, ut propter formas tantum similia seiungantur, minus similia aut dissimilia iuxta se ponantur, quis est, qui nesciat? Nihilo tamen minus priscos numeros, quibus codices nostri signati sunt, plane abiicere maiorum verecundia vetuit, sed illos novis catalogi nostri numeris addere placuit. Iam quum codices nostri [certe qui occidentalibus linguis scripti sunt — orientales enim viris doctis adhuc incogniti fere fuerunt —] saepissime a viris eruditis eo ordine iisque numeris, quos pristino tempore acceperunt, signati laudentur [v. c. vid. *Jani* ed. Horat. tom. I. pag. XIII. sqq. *Kirchneri* ed. Satt. Horat. tom. I. pag. C. *Weberi* ed. Lucani Cortian. tom. I. pag. XXIII. *Büchleri* et *Duemgii* *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, Tom. VI. ed. *Pertz*. pag. 207—214. *Beckeri* *systematisch-chronologische Darstellung der musikal. Litteratur*, pag. 542. etcet.], e re nobis visum est, si lectoribus hac tabula proponeretur:

SYLLABUS PRISCI ORDINIS CODICUM OCCIDENTALIUM ET EIUS, QUI IN HOC CATALOGO HABETUR.

REP. I.

1. LXX.
2. XXV.
3. XVII.
4. XL.
5. XXXIII.
6. XXXIX.
7. XLIV.
8. XLV.
9. LXXX.
10.a. L.
10.b. LI.
11.a. LXXXII.
11.b. LXXI. et LXXII.
12. LII.
12.a. LIII.
12.b. DCCCLV.
13. LXXVI.
13.a. DCCCLVI.
13.b. DCCCLVII.
14. CLV.
15. CLVI.
16. CXLVII.
17. XXVIII.
18. XCI.
18.a. LXVII.
19. XCV.
19.a. DCCCLVIII.
20. CLXXVI.
21. XCIX.
22. XXX.
23. XCVIII.
24. XCVII.
24.a. CCCXCIV.
25. XV.
26. XXVII.
27. XC.
28.a. X.
28.b. VI.
28.c. XVI.
29. LXXIX.
30.a. XXXVIII.
30.b. LXXVII.
31. DIV.
32. DXXXI.
33. LXXXVIII.
34. LXXXIII.
35. V.
35.a. LVI.
36.a. CVIII.

36. aa. CCCXCI.
36. b. LVIII.
36. c. XXXV.
36. d. XXXVI.
37. XXXIV.
38. XLI.
39. XLII.
40. XLIII.
40. a. DCCCLIII.
40. b. DCCCLIV.
41. LXVIII.
42. XLVI.
43. I.
44. a. II.
44. b. III.
45. Vid. supra pag. VIII. sub n. IV.
46. IX.
47. LXXVIII.
48. XCIV.
49. DCCCLII.
50. LXXIII.
51. XXIX.
52. LXIII.
53. LXII.
54. LXXXIV.
55. IV.
56. a. Vid. supra pag. VIII. sub n. III.
56. b. CVII.
57. CXC.
58. a. CLXV.
58. b. LIV.
59. a. LXXXI.
59. b. LXXXVI.
60. CLXVII.
61. XCVI.
62. CLXXXVIII.
63. CXXXVII.
64. CCLXXXVI.
65. CCLXXXVII.
66. CCLXXXVIII.
67. XIV.
68. a. VII.
68. b. XXIV.
68. c. DCCCLI.
69. XXXI.
70. LIX.
71. LX.
72. LXXXIX.
73. LXIV.
74. XLVIII.
75. CLXXIII.
76. XLIX.
77. CXXXVIII.
78. CXXXIX.
79. XCIII.
80. XII.
80. a. XVIII.
80. b. } XIX — XXI.
80. c. }
80. d. }
81. DCLX.
82. XXXII.
83. LXI.
84. XXVI.
85. a. CVI.
85. aa. CCXCII.
85. aaa. VIII.
85. b. XXXVII.
85. c. XLVII.
86. Vid. supra pag. IX. sub n. VI.
87. Vid. supra pag. VIII. sub n. V.
88. XXIII.
89. LXXV.
90. LXXIV.
91. LXIX.
92. CCCXCII.
93. CLXIX.
94. LVII.
95. CII.
96. XCII.
97. XIII.
98. XI.
99. LXV.
100. LXVI.
101. LV.
102. DXXVIII.
103. DCXL.
104. DCII.
105. DCCCCI.
106. DCCCCIII.

BEP. II.

1. CCXCIII.
2. CCXCIV.
3. CCXC.
4. CCXCI.
4. a. CCXCVI.
5. CCXCV.
6. CCXXXIX.
7. CCXLI.
8. CCXL.
9. a. CCXLII.
9. b. CCXLIII.
9. c. CCXLIV.
10. CCXLV.
10. a. CCCLXXVII.
11. CCL.
12. CCXLVIII.
13. CCCLXXIV.
14. CCXLIX.
15. CCXCVIII.
16. CCXCIX.
17. CCC.
18. CCCI.
19. CCCII.
20. CCCIII.
21. CXI.
22. CI.
23. CXLVIII.
24. CXXXIV.
25. CLXXXVI.
26. CLXXXVII.
27. CXXXV.
28. CXXXIII.
29. CXXXI.
30. CXXXII.
31. CXXX.
32. CXLII.
33. CLXXXII.
34. CXLIII.
34. a. CXLIV.
35. a. CXXIII.
35. b. CXXIV.
36. CXXV.
37. CXLV.
38. CXLVI.
39. CXXXVI.
40. CLI.
41. CXLIX.
42. CLIII.
43. CLII.
44. CL.
45. CLIX.
46. CLXIV.
47. CLXI.
48. CLXIII.
49. CLXII.
50. CLXXVIII.
51. CLVII.

52. CLVIII.
53. CLXVIII.
54. CLXVI.
55. CLXXX.
56. CLXXXI.
56.a. CLXXXV.
57. CLXXV.
58. CXCV.
58.a. CXCIII.
59.a. CXCVI.
59.b. CXCVIII.
59.c. DCLIV.
60. CC.
60.a. CCIII.
61. CXXIX.
62. CLXXXIII.
62.a. CCCLXXV.
62.aa. CCXXXVII.
62.b. CXV. et CXVI.
63. XXII.
64. CXCIV.
65. CCCCXIV.
66. CCCCXVI.
67. DCXC.
68. CCCCXXXVI.
69. CLXXII.
69.a. CCXXXVIII.
70.a. CCCCXXI.
70.b. CCCCXV.
71. DCCCXLVII.
72. CLXXIX.
73.a. CCCLXXVI.
73.b. CCCCXXVI.
73.c. CCCCXXVII.
73.d. CCCCLI.
73.e. CCCCL.
74. CCCCXXV.
74.a. DCCCXCVII.
74.b. DXLV.
75. DCXXVIII.
76. DLXVI.
77. DLVII.
78.a. DXLIX.
78.b. DL.
79. DCXXXVII.
80.a. DCXXXVIII.
80.b. DCL.
81.a. DCLI.
81.b. DLXXXIV.
82. CCCXIV.
83. CCCCLV.
84. DLV.
85. DCLXXXII.
86. DCLXXXIII.
87. DCLXXXIV.
88. CCCXXXII.
89. CCCLXV.
90.a. CCCLXIV.
90.b. CCCXXIII.
91. CCCLVII.
91.a. CCCLVIII.
92. CCCLXVI.
92.a. DCCCCII.
93. CCCLXXI.
94.a. CCCLV.
94.aa. DCCCXCIII.
94.b. CCCXXII.
95. CCCXXVIII.
96. CCCXXXI.
96.a. CCCXXX.
96.b. CCCXXIX.
97. CCCLXXIX.
97.a. DCCCXCIX.
98. DCLXXIII.
99. DCLXIV.
100. DCLXV.
101. DCLXVII.
102. DCLXXX.
103. DCLXXXIX.
104. DCLXXVIII.
105. DCCCCXXV.
106. DCLXII.
107.a. DCLXXI.
107.b. DCLIX.
108. CXVIII.
109. CXVII.
110. CCCLI.
111. CCCXXIV.
112. DCCIV.
113. CCCL.
114. Vid. supra pag. VIII. sub n. I.
115. Vid. supra pag. VIII. sub n. II.
116.a. CX.
116.b. DCCCXCVI.
117. CCXLVII.
118. DCXCI.
119. CXCIX.
120. CLXXI.
121. CLXXIV.
122. CLX.
122.a. CXXVII.
122.b. CXXVI.
123. CXCI.
124. CCI.
125. CXCII.
126. CCII.
126.a. CCXXXIII.
127. CIX.
128. CCCCXLV.
129. CCCCXIII.
129.a. CCCCXXII.
129.b. DCLXX.
130. DCCCXLVI.
131. CXCVII.
132. CCCCXXXV.
132.a. DXL.
132.aa. DLXXI.
132.b. DLXII.
133. DLXIV.
133.a. DLXV.
134. CCVI.
135. CCIV.
136. DLII.
137. DXLII.
138. DCXV.
139. DCIV.
139.a. CCCCXC.
139.aa. CCCCXCI.
139.b. CCCCLXXIII.
139.c. CCCLXVIII.
139.d. DXCIV.
139.e. DXCII.
139.f. CCCCXXXVIII.
140. DLVIII.
141. CCCXCV.
141.a. CCLXIX.
141.aa. CCCXCIII.
142. CCLI.
143. CCCCXVII.
144.a. CLXXXIX.
144.b. Vid. supra pag. IX. sub n. VII.
144.c. CCVIII.
145. CXX.
146. CXXI.
147. CXIX.
147.a. CXXII.
148. CCVII.
148.a. DVI—DXXIV.
149. CCCCLXII.
150. DCCCXCIV.

150. a. DCLXXIX.
151. DCCI.
151. a. DCCCLXXXIV.
151. aa. DCCCCXVII.
151. b. DCCCCXXIX.
152. CLXXXIV.
153. CXL.
154. a. C.
154. b. CLIV.
155. CXLI.
156. CXIII.
157. CLXXVII.
157. a. CCXI.
157. b. CCXIII.
157. c. DCCCXC.
157. d. DCCCXCII.
157. e. DCCCCV.
158. CLXX.
159. CXIV.
160. CXII.
161. DCXCVII.
162. CCXIV.
163. DCLVII.
164. CCCCXXIV.
165. CCXLVI.
166. CCXII.
166. a. DCCCLXXXI.
166. aa. DCCCLXXXIX.

REP. III.

1. DCC.
2. CCCCLXXXIII.
3. CCCCLXXXV.
4. CCCCLXXXIV.
5. CCCXL.
5. a. CCCCLXXXVIII.
5. b. CCCCLXXXIX.
5. c. CCCCLXXVI.
5. d. CCCCLXXVII.
5. da. DCXVI.
5. e. CCCCXCIV.
5. f. DI.
5. g. CCCCXCIII.
5. h. D.
6. CCCXXXVI.
6. a. CCCCXCVII.
7. CCCXLIV.
7. a. CCCXLIII.
7. aa. CCCXLV.
7. b. CCCLXIII.
7. b. a. CCCXLVI.
8. DCXCIII.
9. CCCXLII.
9. a. DCCCXCI.
10. DLXXIV.
10. a. CCV.
11. CCCCLIV.
12. CCCCXXIII.
13. DCXLI.
14. DCXXXIII — DCXXXV.
15. DCIII.
16. DCXLIV.
16. a. CCCCXLII.
17. DXLI.
17. a. DCXXIX.
17. b. CCCCXXXVII.
17. c. DCXLIX.
17. d. DXXXIX.
18. Vid. supra pag. IX. sub n. VIII.
19. CCXVI.
19. a. DCLXXV.
20. Vid. supra pag. IX. sub n. IX.
21. Vid. supra pag. X. sub n. X.
22. CCXX.
23. CCXXI.
24. a. CCXIX.
24. b. CCXXII.
24. c. CCCXII.
25. DCCCCXXIII.
26. CCCLIX.
27. DLXXVII.
28. CCXXIII.
29. CCCXXVII.
30. CCCXVI.
30. a. CCCC.
30. b. DCCV.
30. c. DCXCIX.
30. d. CCCCXXVIII.
30. e. DCCIII.
30. f. CCCCLXXXVI.
30. g. CCCCLXXV.
30. h. DCLVIII.

REP. IV.

1. CCCIV.
2. CCCV.
3. CCCVI.
4. CCCVII
5. CCCVIII.
6. DCCCLXXXV.
7. CCCX.
8. CCCXI.
9. CCCIX.
10. CCCLXXXI.
11. a. CCCXXXIV.
11. b. CCCLXXXV.
12. CCCXXVI.
12. a. CCCXLVII.
12. b. CCCXC.
12. c. CCCXXXVII.
12. d. CCCXVII.
12. e. CCCLXXXVI.
12. f. CCCLXXXVII.
12. g. CCCCXXX.
12. h. CCCXXXIX.
12. i. CCCLXII.
12. k. CCCLXXXII.
12. k. a. CCCLXXXIII.
12. k. b. CCCLXXXIV.
13. CCCXLVIII.
14. CCCXVIII. et CCCXIX.
15. CCCXX. et CCCXXI.
16. a. CCCLXI.
16. b. CCCCXXXIV.
16. c. DLIII.
17. DXXXVII.
18. DXLVII.
19. DXLVI.
19. a. DXLIII.
19. b. DXXVII.
20. CCCCXLI.
21. DLIV.
22. DXLIV.
23. a. DXXIX.
23. b. CCCCXLVIII.
23. c. CCCCXLVI.
24. a. CCCCXLIX.
24. b. CCCCLXIII.
24. c. CCCCLXI.
25. CCCCLX.
26. CCCCLIII.
27. DXLVIII.
28. CCCCLVIII.
29. CCCCLIX.
29. a. DLXXII.
29. b. DLXI.
30. a. DLXIII.
30. b. DLXX.

31. DLXXXI.
32. CCCCXXIX.
33. a. DXCIX.
33. b. DCLXIII.
34. CCCCXI.
35. DCXXXVI.
36. a. DLXXXIX.
36. b. CCCLXVII.
36. c. DCXLIII.
36. d. DCCCCXVI.
37. CCCCLXXXVII.
38. CCCCXLIV.
39. CCCCXIX.
40. DXXXV.
41. a. DCCCCXV.
41. b. CCXXXII.
42. a. DCLXXXV.
42. b. DCLXXIV.
43. a. DCLXXXVI.
43. b. DCCCLX.
44. DCXXXIX.
45. DCCCCXXIV.
46. a. DCCCLXXVI.
46. b. CCX.
47. CCCCI.
48. DCCCLXII.
49. a. DXCIII.
49. b. LXXXV.
50. DCCCCXXXVI.
51. a. DCCCCXXXII.
51. b. CCIX.
52. CCXXXIV.
53. a. CCCCIII — CCCCIX.
53. b. DCXCVI.
54. CCCCXXXI.
55. CCCCLII.
56. CCCCXXXII.
57. DCCCXLVIII.
57. a. DXXXVI.
58. CCCCXLVII.
59. DLIX.
59. a. DLXXVI.
60. CCCCLVII.
61. a. DXXVI.
61. aa. DXXV.
61. aaa. DLXVII.
61. b. DLXXXIII.
61. bb. DXCV.
61. c. DXCVI.
61. d. DLXVIII.
61. e. CCCCXXXIII.
61. f. DCXXX.
61. g. DCXXXI.
61. h. DCXXXII.
61. i. DXC.
61. k. DII.
62. DLXXXV.
62. a. DLXXXVI.
62. aa. DCXLII.
62. aaa. DIII.
63. DCXLVI.
63. a. DCXLVIII.
63. aa. DCXLVII.
64. a. DCX.
64. b. DLXXXVIII.
64. c. DC.
65. DXXXIII.
65. a. DXXXII.
66. DLXXIX.
66. a. CCCLXX.
67. CCCCLXXIV.
68. CCCCXL.
69. CCCCLVI.
70. DCLXI.
71. DCCII.
72. DCLXXXVII. et DCLXXXVIII.
73. DCXCVIII.
73. a. DCXCIV.
73. b. DCXCV.
74. CCCCXVIII.
75. DCLXXVII.
76. a. DCLXXII.
76. b. CCCLII.
77. CCCLIII.
78. CCCLIV.
79. DCLXXVI.
80. DCLV.
81. DCLVI.
81. a. DCCCLXIV.
82. CCCXLIX.
83. CCCXXV.
84. DCLXVI.
85. DCLXVIII.
86. DCLXXXI.
87. DCCCCXXXV.
88. a. DCCCLXVI.
88. b. DCCCLXVII.
88. c. DCCCLXVIII.
89. a. CCLXXIX — CCLXXXII.
89. b. CCLXXXIII — CCLXXXV.
90. CCLXXXIX.
91. CCXCVII.
91. a. CCCLXXXVIII.
91. b. CCCLXXX.
91. c. CCCXLI.
91. d. CCCLXXII.
92. CCCXCVI.
93. a. DCCCCXXVII.
93. b. DCCCLXXIII.
94. DCCCCXXX.
95. DCCCCXXVIII.
96. a. CCCXCIX.
96. b. CCCXCVIII.
96. c. CCCXCVII.
96. d. DCCCCXXXIII.
96. e. DCCCCXXXIV.
96. f. DCCVI.
97. DCCCLXI.
98. a. DCCCLIX.
98. b. CIII.
98. c. CIV.
99. CCCCXCII.
100. CCXXXVI.
101. a. DCCCLXIII.
101. b. DCCCLXXIV.
101. c. DCCCLXV.
102. DXCVII.
103. DXXXIV
104. DCCCCXXVI.
105. CCCCII.
106. CCXXVI — CCXXIX.
107. CCXXX.
107. a. DCCCLXXVII.
107. b. DCCCLXXVIII.
107. c. DLXIX.
107. d. DCCCLXXX.
107. e. DCCCLXXV.
107. f. DCCCXCV.
107. g. DCCCLXXIX.
108. a. DCXCII.
108. b. DCXXVII.
109. DCLXIX.
110. DCCCLXIX.
111. DCCCLXXI.
112. a. DCCCLXX.
112. b. DCCCCXXXI.
113. CCCCXLIII.
114. CCCLXXIII.
114. a. DXCVIII.
115. CCXVIII.

115. a. CCXVII.
116. CCXV.
117. DCCCLXXXII.
118. DCCCLXXXIII.

REP. V.

1. CCLII.
2. CCLIII.
3. CCLIV.
3. a. CCLV.
4. CCLVIII.
5. CCLXVI.
6. CCLXVII.
7. CCLXVIII.
8. CCLXX.
9. CCLVI.
10. CCLVII.
11. CCLIX.
12. CCLX.
13. CCLXI.
14. a. CCLXII.
14. b. CCLXIII.
15. CCLXIV.
16. CCLXV.
17. CCXXV.
18. CCLXXVIII.
19. CCLXXI.
20. CXXVIII.
21. LXXXVII.
22. CCXXXV.
23. CCXXIV.
24. CV.
25. CCCLVI.
26. DCXLV.
27. CCCCXII.
28. CCLXXII.
29. CCLXXIII.
30. CCLXXIV.
31. CCLXXV.
32. CCLXXVI.
33. CCLXXVII.
34. CCCCLXV — CCCCLXXII.
35. CCCCLXXVIII — CCCCLXXXII.
36. CCCCXCVI.
37. DV.
38. CCCCXX.
39. DXXXVIII.
39. DXXXVIII.
40. DLVI.
41. CCCCLXIV.
42. CCCCXCV.
43. DCLII.
44. DLI.

REP. VI.

1. DCXIV.
2. CCCLXIX.
3. CCCLXXXIX.
4. CCXXXI.
5. CCCXIII.
6. CCCXXXVIII.
7. CCCXXXV.
8. DLX.
9. CCCXXXIII.
9. a. DCCCC.
9. b. DCCCCIV.
10. CCCLXXVIII.
11. CCCCX.
12. CCCLX.
13. CCCXV.
14. DLXXVIII.
15. DLXXXII.
15. a. DCCCLXXII.
16. DCXVII — DCXXV.
16. a. DCXXVI.
16. b. DCCCCVI — DCCCCXIII.
16. c. DCCCCXVIII — DCCCCXXII.
17. DCCCXLIX. et DCCCL.
18. DLXXV.
19. CCCCXCIX.
20. DLXXXVII.
21. CCCCXXXIX.
22. CCCCXCVIII.
23. DCI.
24. DCXII.
25. DCV — DCIX.
26. DCXI.
27. DXXX.
28. DXCI.
29. DCLIII.
30. DLXXX.
31. DLXXIII.
32. DCXIII.
33. DCCCCXIV.
34. DCCCLXXXVI.
35. DCCCLXXXVII.
36. DCCCCXXXVII.
37. DCCCLXXXVIII.
38. DCCCXCVIII.

COLLECTIO CODICUM MAGICORUM.

1. DCCVII.
2. et 3. DCCVIII.
4. DCCIX.
5. DCCX.
6. DCCXI.
7. DCCXII.
8. DCCXIII.
9. DCCXIV.
10. DCCXV.
11. DCCXVI.
12. DCCXVII.
13. DCCXVIII.
14. DCCXIX.
15. DCCXX.
16. DCCXXI.
17. DCCXXII.
18. DCCXXIII.
19. DCCXXIV.
20. DCCXXV.
21. DCCXXVI.
22. DCCXXVII.
23. DCCXXVIII.
24. DCCXXIX.
25. DCCXXX.
26. DCCXXXI.
27. DCCXXXII.
28. DCCXXXIII.
29. DCCXXXIV.
30. DCCXXXV.
31. DCCXXXVI.
32. DCCXXXVII.
33. DCCXXXVIII.
34. DCCXXXIX.
35. DCCXL.
36. DCCXLI.
37. DCCXLII.
38. DCCXLIII.
39. DCCXLIV.
40. DCCXLV.

41. DCCXLVI.
42. DCCXLVII.
43. DCCXLVIII.
44. DCCXLIX.
45. DCCL.
46. DCCLI.
47. DCCLII.
48. DCCLIII.
49. DCCLIV.
50. DCCLV.
51. DCCLVI.
52. DCCLVII.
53. DCCLVIII.
54. DCCLIX.
55. DCCLX.
56. DCCLXI.
57. DCCLXII.
58. DCCLXIII.
59. DCCLXIV.
60. DCCLXV.
61. DCCLXVI.
62. DCCLXVII.
63. DCCLXVIII.
64. DCCLXIX.
65. DCCLXX.
66. DCCLXXI.
67. DCCLXXII.
68. DCCLXXIII.
69. DCCLXXIV.
70. DCCLXXV.
71. DCCLXXVI.
72. DCCLXXVII.
73. DCCLXXVIII.
74. DCCLXXIX.
75. DCCLXXX.
76. DCCLXXXI.
77. DCCLXXXII.
78. DCCLXXXIII.
79. DCCLXXXIV.
80. DCCLXXXV.
81. DCCLXXXVI.
82. DCCLXXXVII.
83. DCCLXXXVIII.
84. DCCLXXXIX.
85. DCCXC.
86. DCCXCI.
87. DCCXCII.
88. DCCXCIII.
89. DCCXCIV.
90. DCCXCV.
91. DCCXCVI.
92. DCCXCVII.
93. DCCXCVIII.
94. DCCXCIX.
95. DCCC.
96. DCCCI.
97. DCCCII.
98. DCCCIII.
99. DCCCIV.
100. DCCCV.
101. DCCCVI.
102. DCCCVII.
103. DCCCVIII.
104. DCCCIX.
105. DCCCX.
106. DCCCXI.
107. DCCCXII.
108. DCCCXIII.
109. DCCCXIV.
110. DCCCXV.
111. DCCCXVI.
112. DCCCXVII.
113. DCCCXVIII.
114. DCCCXIX.
115. DCCCXX.
116. DCCCXXI.
117. DCCCXXII.
118. DCCCXXIII.
119. DCCCXXIV.
120. DCCCXXV.
121. DCCCXXVI.
122. DCCCXXVII.
123. DCCCXXVIII.
124. DCCCXXIX.
125. DCCCXXX.
126. DCCCXXXI.
127. DCCCXXXII.
128. DCCCXXXIII.
129. DCCCXXXIV.
130. DCCCXXXV.
131. DCCCXXXVI.
132. DCCCXXXVII.
133. DCCCXXXVIII.
134. DCCCXXXIX.
135. DCCCXL.
136. DCCCXLI.
137. DCCCXLII.
138. DCCCXLIII.
139. DCCCXLIV.
140. DCCCXLV.

Hac autem tabula proposita, non possum non lectores rogare, ut lene de nova codicum adornatione iudicium ferre velint *). Ingenue enim fateor, me mihimet ipsi nec ubique in hoc negotio satisfecisse, nec vero satisfacere potuisse, quum nonnulli Codices eo demum tempore in bibliothecam nostram inferrentur, quo descriptio eorum librorum, quibuscum coniungi et describi debebant, absoluta et typis iam mandata erat **). Itaque nihil mihi reliquum erat, quam novitios illos ad *miscellaneos Codices* [Class. XX.] reiicere. Idem accidit bonis quibusdam recentioris aetatis codicibus, in magna farragine inutilium ne dicam librorum, sed foliorum manuscriptorum latentibus, quorum singulas particulas misere dilaceratas et disiectas in unum coniungendi negotium molestissimum ***) quum iusto diutius distulissem, sero demum cognovi [id quod haud futurum

*) Vitio nescio quo accidit, ut Codex LXX. [pag. 20.], qui glossas in Martianum Capellam continet, inter poetas describeretur.

**) Hoc dictum volo v. c. de Codd. DCCCLI. DCCCLVI — DCCCLVIII. DCCCLXXVII — DCCCLXXXIII. DCCCLXXXVIII. DCCCXCV. DCCCCXVI. et aliis. Plerosque enim horum codicum *Carolus Guilelmus Augustus Schubertus*, civis Lipsiensis et bibliopola quondam litteratissimus, qui honestum otium usque ad supremum diem [d. 22. Ian. 1837.] in litterarum consortio consumsit, bibliothecae nostrae cum libris suis [ultra MMM voll.] et magno aeris pondere liberaliter legavit.

***) Ita v. c. *Hoehlii* Annalium Lipsiensium singula paene folia recolligenda mihi erant. [Vid. Codd. DCV — DCIX.]

***

iure speraveram], esse inter illos, quorum descriptio prioribus libri mei plagulis inserenda erat. Alios denique codices serius, quam ut suo loco describere potuissem, a libris prelo excusis disiunxi. Id v. c. accidit ei codici Satyrarum Iuvenalis, quem sub num. DCCCLV. descripsi; is enim cum edit. Terentii [Venetiis 1480.] Iuvenalis [ibid. 1483.] et Persii [ibid. 1482.] coniunctus erat. — Quae quum ita essent, eo plus diligentiae adhibuimus indici operis conficiendo; accurato enim indice addito persuasum nobis erat minutum iri pauca illa, quae non nostra quidem culpa acciderunt, incommoda.

Iis, quae in catalogo de singulis codicibus narravi, addenda nonnulla sunt, quae aut inscius omisi aut tum demum amicorum monitis edoctus sum, quum opus iam in lucem emissum esset. Praeterea indicandum etiam est, quinam viri docti codicibus nostris usi fuerint, quum liber meus prelo excuderetur. Addenda igitur haec sunt:

Ad Codd. IV. et V. — Ad hos libros censor catalogi mei in Ephemeridibus Halensibus [1838. num. 92. pag. 136.] haec adnotavit: „*Eine eben solche Abschrift befindet sich auf der Bibliothek des Hallischen Waisenhauses, bei der es wahrscheinlich ist, dass sie durch Luc. Holstenius nach Deutschland gekommen ist, und Briefe lassen vermuthen, dass durch denselben bei seinem römischen Aufenthalte noch mehrere Copien besorgt sind.*“

Ad Cod. IX. — Huius codicis varietas secundum Thiemianam editionem narrata est in *Sturzii* Lex. Xenoph. Vol. I. pag. 17. sqq. Quae de aetate et patria codicis *Sturzius* ibid. pag. 13. et 14. monuit, ea partim falsa, partim non satis certa sunt. Accuratius quam *Sturzius* hunc librum nuper examinavit *Gustavus Albertus Sauppe.* Vid. eius edit. tomi VI. editionis Xenoph. Schneiderianae pag. XIII. sq. — Caeterum notandum est, in Oeconomico fol. 91. a. sine ulla lacunae notatione desiderari locum XII. 9 — XIX. 16.

Ad Cod. XIV. — Cf. *Nürnberger Gelehrten-Lexic.* tom. III. pag. 7.

Ad Cod. XVI. — Codex, cuius collatio huic editioni adscripta est, in bibliotheca Mosquensi asservatur. Exscripta illa est nuper a *Iacobitzio* in usum *Schuberti* Cassellani.

Ad Codd. XXIV. et XXV. — Hos contulit superiore anno *Fr. Bellermann*, Prof. Berolinensis.

Ad Codd. XXXIX. XL. et XLI. — His usus est *S. Obbarius.* Vid. *Eius* et *Theod. Schmidii* edit. Epistt. praefat. pag. X. et XI.

Ad Cod. XL. c. — Huic mappae geographicae [vid. tab. lithogr. II.] aliquot plane similes in bibliotheca Regia Parisina haberi, litteris ad me datis humanissime me docuit clarissimus *Jomard*, sectionis geographicae illius bibliothecae praefectus. Ita enim ille: „Au reste,“ inquit, „cette pièce me semble tout a fait analogue à plusieurs très *anciennes cartes* dont nous possédons les originaux, ou les copies.“

Ad Codd. XLIV. et XLV. — Cf. Ovid. ed. *Jahn.* Vol. II. tom. I. pag. XXVII.

Ad Cod. LXX. — Hunc contulit *Alschefsky* Berolinensis.

Ad Cod. LXXXIII. b. — Hoc fragmentum Volusii Metiani collatum est ab *Ernesto Heimbachio* nostro in usum *Caroli Baudi de Vesme* Taurinensis.

Ad Cod. XC. — Contulit hunc *Otto* in usum editionis Festi Lindemannianae. Vid. Corp. Gramm. Vol. I. praef. pag. XIII. — De Varrone cf. ed. *Muelleri* praef. pag. XXIX.

Ad Cod. XCI. g. et h. — De hoc Sallustii codice *Cortius* in ed. Sall. pag. X. haec scripsit: „chartaceus quidem est, sed eadem forma,“ [nimirum qua is liber MS. est, quem sub num. XL. a. recensuimus] „et, quod potius est, eadem religione, ab initio maxime, scriptus. Is etiam Commeliniano, quem tanta gloria decoravit Gruterus, ubi reliqui omnes deserunt, adhaerescit: ut in eam opinionem sim ingressus, vetustissimum exemplar fuisse, e quo sit derivatus, sed quod ductibus non fuerit apertissimis scriptum, qui bonum librarium interdum deceperint.“

Ad Cod. CXII. e. — Ex praeambulis, quae ibi recensentur, Herm. Jul. *Leyserus* Lipsiensis in libro: *Bericht der Deutschen Gesellschaft zu Leipzig, vom Jahre* 1837. *herausgeg. von Aem. Lud. Richter und Karl Aug. Espe*, duo typis describenda curavit. Haec sunt sub num. 19. *Welch Kristen mensch* cet. [l. l. pag. 21.] et sub num. 12. *Dij liebe dij menschen* cet. [l. l. pag. 27.]

Ad Cod. CLXXII. a. — Haec vita S. Guicberti typis descripta est in *Surii* vitt. Sanctor. Mai. 23. pag. 293 — 297. et *Bollandii* Actt. Sanctor. Mai. tom. V. pag. 260 — 265. — Cf. *Lambeccii* Commentar. Bibl. Vindob. II. pag. 898. ed. vet. pag. 789. ed. nov.

Ad Cod. CLXXII. b. — Sigeberti libellus legitur in *d'Achery* Spicileg. [ed. *de la Barre*] tom. II. pag. 759—769. usque ad verba codicis nostri [pag. 51. b. lin. 2.]: *vicina erant emptione multiplicavit.*

Ad Cod. CCCXCVI. — Epitome huius operis *Bodini*, quod numquam typis descriptum est [nam Polycarpus *Leyserus* illud edere tantum volebat] legitur in *Jahnii* Bücherverzeichn. Tom. I. Sect. 2. pag. 1474. et 1753. — Cf. *Diecmann.* Sched. de naturalismo Bodini. Lips. 1684. *Reimanni* biblioth. theol. pag. 986. *Lilienthalii* bibl. theol. pag. 1044. *Nachrichten einer Hallischen Biblioth.* tom. III. pag. 382. sq. —

Ad Cod. CCCCXXI. — Hunc codicem nuperrime *Pertzius* consuluit in usum *Monumentorum Germaniae.*

Ad Cod. DCCCLXXXVI. — De bibliotheca Pistoriana, unde multa illius Cod. apographa depromta sunt, cf. *Eberti Geschichte der Dresd. Kön. Biblioth.* pag. 29.

Iam supra dixi, me ea, quae de possessoribus aut donatoribus nostrorum codicum in notitiam mihi venissent, cum lectoribus esse communicaturum et tamquam in tabula propositurum, id quod multis spero haud ingratum fore. Eodem loco animadverti, praeter *Goetzii* programma et indicem donatorum, mancum illum et imperfectum, nullum fere mihi fuisse fontem, unde de huiuscemodi rebus certior fieri potuissem. Nomina eorum, qui codices nostros olim possederunt, saepe inde tantum mihi innotuerunt, quod libris illa inscripta erant aut ex emblematibus [quae v. c. *Wagenseilii, Jordani, Uffenbachii*, aliorum, codices habent,] patebant. Proponam autem alphabetico ordine primum nomina eorum virorum, qui codices bibliothecae nostrae donaverunt et legaverunt una cum codicum dono oblatorum enumeratione. Post sequentur nomina eorum, qui olim codices nostros possederunt, quamquam mihi quidem, qua ratione illi bibliothecae nostrae facti fuerint, non ubique constat. Cf. quae supra diximus pag. VI.

I.

RECENSUS DONATORUM.

Baudisius [Leonhard.] ICtus et Praetor Lipsiensis. Codd. CCCCIII = CCCCIX. — *Bornius* [Jacob.], Electori Sax. a Consiliis intimis. XXXIX. XLI. XLV. XLIX. L. LII. LXIII. LXXVIII. XCI. XCV. XCVIII. CXLVII. CXCIV. CCXXXIX. CCXCIV. CCCCXIV. Praeterea idem *Bornius* codicem quemdam donavit, quem index donatorum [pag. 18.] satis obscure „varia elegantia continere" dicit. — *Buckinstorff* s. *Buxtorf* [Theodoricus de], facult. iurid. Lips. Ordinarius. CCXLII. CCXLV. CCXLVIII. CCLII — CCLIV. CCLVI. CCLVII. CCLXIV — CCLXVIII. CCXCV. CCCLXXIV. Cf. *Goetzii* progr. pag. 19. — *Freytagk* [Petr.] Doct. iur. Lips. CCXCVIII. — *Gretschel* [C. C. C.] Doct. iur. Lips. CCCLXVIII. — *Haltaus* [Christian. Gottlob.] CCXIV. — *Heiland* [Polycarp.] Senator Lips. Hic in indice donator. pag. 11. donasse dicitur chronicam Norimbergensem; sed quis sit hic codex, ambigitur inter DCXXXIII — DCXXXVIII. — *Jacobi* [Beniam.] ICtus et Praetor civitatis nostrae. XXXV. [an. XXXVI. ? Vid. ind. donator. pag. 61.] CXX. CCIV. — *Koch* [Chstn. Traug.] Proconsul Lips. DCCV. — *Kuestnerus* [Joh. Phil.] et *Sieberus* [Jo. Georg.] Senatores Lipsienses. Cf. ind. donator. pag. 80. *Goetzii* progr. pag. 18., qui undecim codd. ab his viris donatos esse dicit, ex quibus hos tantum laudare possum: II. XLII. XLIV. LXXVI. CXXXIV. [an CXXXV. ?] CXLVIII. CLXXXVI. CLXXXVII. — *Martini* [Geo. Henr.] Rector gymnasii Nicolaitani Lips. CCXXXVIII. DCXCIV. — *Palm* [Joh. Frid.] Collega eiusd. gymn. DCCCLVI. DCCCLVII. — *Rivinus* [Q. Sept. Florens] ICtus et Proconsul Lips. CCCCLI. Cf. ind. donator. pag. 36. — *a Ryssel* [Hieron. Jac.] Senator Lips. CXVII. et CXVIII. Haec certe puto esse, quae commemorat index donator. pag. 26. „duo manuscripta Gallica." — *Schubertus* [Car. Guil. Aug.] bibliopola Lipsiensis. CCXC. DLXIX. DCCCLI. DCCCLVIII. DCCCLXXV. DCCCLXXVII — DCCCLXXXIII. DCCCLXXXVIII. DCCCXCV. — *Seeburg* [Maurit.] Senator Lipsiensis. DCCCCXVI. — *Sieberus* [Jo. Geo.] Vid. *Kuestnerus.* — *Stegerus* [Adrian.] Consul Lips. triginta unum diplomata donavit. Vid. *Goetzii* progr. pag. 33. et ind. donator. pag. 12. — *Teutonica societas Lipsiensis.* CCXI — CCXIII. CCXXXIII. DCCCCV. DCCCCVI — DCCCCXIII. DCCCCXVII. — *Wagnerus* [Paulus] Consul Lips. CCXCIX. Vid. ind. donator. pag. 10. — *Weidmann* [Maurit. Georg.] bibliopola Lips. CXXI. —

II.

RECENSUS EORUM, QUI OLIM CODICES NOSTROS POSSEDERUNT.

Altahensis bibliotheca monasterialis [S. Mauricii in Altah inferiori] CXXIV. CLXVI. CLXVIII. CXCV. CXCVI. CCCCXXII. — *Augustanum monasterium S. Udalrici.* LX. LXXXVII. CLXXIII. CLXXIV. CLXXXV. CCI. CCXLVII. — *Augustus* Dux Saxoniae. CXXI. — *Barbari* [Iseppi]. CCCLII. — *de Berger* [Christoph. Henr.] CCCXXII. CCCLV. — *Buenemann* [Joh. Lud.] CLXIX. — *Carpzovius* [Frid. Bened.] XLII. LXXXVIII. CII. CVI. CXXXIX. — *Chilianus* [Mich.] CXXVI. — *Coloniense monasterium SS. Martini et Eliphi.* CLXV. — *Cortius* [Gottl.] LXXXIV. — *Corviniana bibliotheca.* XXVIII. — *de Crequin.* CXVII. — *Cuperus* [Gisb.] LVI. CCLXXXVIII. — *Diecmannus,* Theologus Bremensis. CLXIX. — *Ehinger* [Elias]. CXXXI. CXXXII. — *Ernesti* [Jo. Aug.] LXVII. — *Fabricius* [Jo. Alb.] DXXXVII. (?) — *Fichardus* [Conr.] CCIX. —. *Fichardus* [Joh.] CCIX. CCLXX. — *Foucault* [Nic. Jos.] LXXX. DCCCXCIV. — *Freybergius* [C. A.] CCCXXXIII. CCCCLXXXVI. DVI—DXXIV. DCCCLXXIII. — *Goetzius* [Godofr.] LXXIV. LXXV. XCIII. CVI. — *Gothofredus* [Dionys.] LVII. — *Gothofredus* [Jacob.] LVII. — *Gottschedius* [Joh. Christoph.] CXV. CXVI. — *Groschuffenius* CLXXXVIII. — *Hallense monasterium Mariae et S. Alexandri* [Magdeburg. dioeces.] CXLVIII. *Monasterium S. Mauricii.* XXXV. — *Heinsius* [Dan.] LXXXVIII. — *Heinsius* [Nic.] XLII. — *de Heynitz* [Benno-Henricus et Nicolaus] CCVII. — *Hoe ab Hoheneck.* CXXXI. — *Jani* [Chstn. Godofr.] DCCCXC. — *Ickstatt* [Joh. Adam.] DCCCXCVII. — *Jordanus* [C. S.] CVII. DCXCII. — *Juncker* [Chstn.] DCCI. — *Jungermann* [Godofr.] CVI. — *de Kenritz* [Andr.] CIV. — *Keuchenius.* Vid. *Reuchenius.* — *Kochius* [Chstn. Traug.] CCCLXVIII. Cf. recensus donatorum. — *Kochius.* CCCCLVI. — *Krafft* [Henr.] CCXI. — *Kreyssigius* [G. C.] CCCXXXVII—CCCXXXIX. — CCCXLI. CCCXLV. CCCXLVII. CCCCXXX. CCCCXXXIII. CCCCLXIV—CCCCLXXV. CCCCLXXVII—CCCCLXXXII. CCCCLXXXVIII. CCCCXC. CCCCXCII. CCCCXCIII. CCCCXCV. CCCCXCVI—DIII. DVI—DXXIV. DXXVIII. DXXX. DXXXI. DXXXIV. DXXXVI. DXXXVIII. DXXXIX. DLVI. DLXVII. DLXVIII. DLXXIII. DLXXV. DLXXVI. DLXXX. DLXXXVII. DXC. DXCI. DXCVIII. DCI. DCII. DCXIII. DCXXXIX. DCXL. DCXLII. DCXLIII. DCLII. DCLIII. DCXCV. DCCCLXXII. DCCCLXXVI. DCCCLXXXVI. DCCCLXXXVII. DCCCXCVIII. DCCCC. DCCCCII. Praeter hos mihi persuasum est multos alios Kreyssigianae collectionis libros inter Manuscripta nostra haberi, a quibus enumerandis abstinendum duxi, quod coniecturis meis non satis fidebam. — *Kuehornii fratres.* CCLXX. — *Leibnitius* [Godofr. Guil.] DXXXVII. — *Lutherus* [Joh. Ernest.] CXXI. — *Lyserus* [P.] iun. DCCCLII. — *Magdeburgense monasterium S Johannis.* XL. — *de Mastricht* [Gerh.] CLXIX. CCCCXXI. — *Mayerus* [Frid.] Theol. Berolinensis. DCCCLXXXIV. — *Meibomius* [M.] DCCCXCVI. — *Menckenius.* CCCCXXXIV. CCCCXXXVI. DXLVII. — *Meyerus* [Henr.] Lipsiensis. DCCCLXII. — *Muegii* [C. F. C. N. et Sebast.] a Bofftzheim. CCXCI. — *Norimbergense monasterium S. Egidii.* CLIV. — *Paderbornensis bibliotheca monasterialis.* CXXV. CXLIII. CXLIV. CLVII. CLXIV. CCL. — *Palmerinus de Oliva.* XLVII. — *Pauli* [Jo. Geo.] CXXII. — *Pechina* [Stanisl.] de Sweydnitz. CLXXIX. — *Petavius* [Paulus] CL. — *Pfeiffer* [Aug.] CCCXCII. — *Pirnense monasterium.* CCCCXXV. — *de Polheim et Warttenberg* [Maximilianus] CCXVIII. [e.] — *Putanus* [Georg. Barthold.] a Braitenberg, praepositus Pragensis. DCCCXLVII. — *de Reinsperg* [Georg.] CCVII. — *Reitzerus* [Chr.] XLVII. — *Reuchenius* [S. f. — an legendum est *Keuchenius*?] LXXIX. — *Rostgaardius* [Fred.] XLVII. LXXXI. LXXXVI. — *Rostius* [Joh.] CCCXIV. — *Sagittarius* [C.] DCCCLII. — *Scabini Lipsienses.* CCXCVIII. — *Schad* [Apollonia et Joh.] CXXVII. — *Schefferus* [Joh.] XXXV. Cf. *Goetzii* progr. pag. 16. — *Schmidius* [J. A.] DCCCLII. — *Schroder* [B.] CCCCXVIII. — *Schwarzius* [Chn. Gottlib.] DCCCLVI. DCCCLVII. — *Sellius* [Godofr.] XV. XXXIII. XXXIV. LXVIII. LXXX. LXXXII. De auctione, quam *Sellius* Lipsiae 1737. instituit, cf. eius *Catalogus* et *Eberti Gesch. der Dresd. Kön. Bibl.* pag. 215. num. 218. et pag. 130. In eo exemplari catalogi Selliani, quod in Regia bibliotheca Dresd. asser-

vatur, Ebertus adnotavit, ad quas bibliothecas reliqui codices illius collectionis pervenerint. — *Slichk* [Sligk?] DCCCXLVI. — *Sneschewicz* [Jo.] XCV. — *Staigadense monasterium S. Johannis.* CLXXIV. — *Starck* [Jo.] LXXXIV. — *Steinbach* [Jo. Frid.] XI. XII. — *Stockel* [Simon.] CCXLVI. — *Suoffheim* [Paulus] CCVII. — *Thomasius* [Jacob.] CLXXXIII. — *de la Tour* [Gabriele] CXVII. — *ab Uffenbach* [Zach. Conr.] I. IV. V. XXVIII. XXX. LVI. CLXXII. CCLXXXVIII. CCCCLV. DCLXXXII. DCCCXCVI. — *Villerius* [P.] LVI. — *Vogelius* [Jo. Jac.] DCV — DCIX. DCXI. — *Voglerus* [Casp.] CCCXXXV. — *Vulcanius* [Bonav.] LXXXVIII. — *Wagenseilius* [Joh. Christoph.] X. XVII. XXIII. XXXVI. XLIII. XLVI. LIX. LXV. LXXIII. LXXVII. XC. XCIV. XCVI. CXIX. CXL. CXLII. CLVI. CLXVII. CLXX. CLXXXIV. CCXLVI. CCCXXXII. CCCL. CCCLI. CCCLIV. CCCXCVI. CCCCXXIV. DCLIV. DCLVII. DCLXXI. DCXC. DCXCI. DCCCLIX. — De codd. Wagenseilianis cf. *Goetzii* progr. pag. 19. — *Weberus* [Mich.] CCCXXVIII. — *Winghe* [P.] LVI. — *de Witt* [Jean] CLXXXIX. — *Wogaw* [Zach.] CCCLXVI. — *Zobelius* [Christoph.] CCXCVIII. CCXCIX. CCCLXXXIX. DCCCLXXXV. —

Quae in hoc recensu monuimus, pertinent tantum ad codices occidentalibus linguis conscriptos. Orientales codices, quos bibliotheca nostra habet, maximam partem fuerunt olim in libris *Wagenseilii*, [de quibus vid. quae narrata sunt in libro: *Monatl. Unterredungen*, ann. 1691. pag. 236. sqq. et ann. 1693. pag. 539.] *Ungeri*, *Acoluthi*, *Pfeifferi*, eorumque pretiosissimi e spoliis Turcicis anno 1690. Buda expugnata redemti sunt. Caeterum de his etiam codicibus quaedam obiter adnotata sunt in *Goetzii* progr. pag. 20 — 24., sed quae ibi disputantur, non multum illa faciunt ad historiam et fata illorum codicum cognoscenda; nam praeter *Wagenseilii* et *Acoluthi* codices de fatis unius tantum libri manuscripti [Coranici] ab Jo. Friderico *Gleditschio*, bibliopola Lipsiensi, bibliothecae nostrae donati disseritur. Quaecumque de fatis caeterorum codicum orientalium erui poterant, ea suis locis in ipsa illorum descriptione exposita habentur.

Restat, ut etiam hoc loco maximas gratias agam duumviris illis, *Henrico Orthobio Fleischero* et *Francisco Delitzschio*, qui pro egregia in me benevolentia promtoque litteras iuvandi animo faciles aures precibus meis praebuerunt, ut alter Codd. Arabicos, Persicos, Turcicos, alter Hebraicos, Rabbinicos, Syriacos describendi negotium in se susciperet. Qui viri laude mea maiores ipso opere et labore suo, quantum decus libro meo attulerint, demonstraverunt. Praeter illos autem, maxime mihi gratulor, quod in urbe nostra multi etiam alii viri erant, quorum consilio prudentissimo in recensendis describendisque codicibus egregie me adiutum esse grato animo profiteor. Ita inter alios *Carolus Gottlob Kuehnius*, venerandus senex, fautor maxime colendus; ita *Gustavus Haenelius*, sagacissimus ille et indefessus Manuscriptorum per totam paene Europam dissipatorum investigator; ita *Ludovicus Aemilius Richterus* meus, cuius humanitas an doctrina magis laudanda sit, iuxta cum multis aliis, qui eum norunt, me nescire fateor; ita *Ludovicus Kleeius*, collega et amicus dilectissimus, promtissimo semper mihi adfuerunt auxilio et varia, qua excellunt, doctrina opus promoverunt et adiuverunt. Alio enim codices medicos, alio modo Hispanicos, modo iuris Romani libros, alio codices iuris canonici et Germanici, alio volumina Itala et Germanica prisco idiomate conscripta examinante, et, quid potissimum in illis describendum esset, mihi monstrante, factum est, ut etiam ii codices, de quorum interna indole ego quidem, quum litterarum, ad quas pertinent, ignarus essem, iudicare non poteram, a viro illarum perito examinarentur.

Sed iniustus profecto essem, si in commemorandis libri mei fautoribus *Gebhardtum* meum silerem. Is enim non tantum sumptus huius catalogi edendi haud exiguos [quum a librariis paucitatem eorum, qui eiusmodi librum essent emturi, culpantibus non unam repulsam tulissem] liberaliter in se suscepit, sed etiam ut typorum elegantia ac nitore liber meus commendaretur, summa ope nisus est; quid quod idem typothetarum specimina tam religiose et accurate ipse emendavit, ut mihi ultimum illa inspicienti saepe nihil fere reliqui faceret; quod officium eo pluris faciundum est in libro, cuius non exigua laus in eo cernitur, ut a typographicis mendis liber emittatur. Idem *Gebhardtus* etiam specimina insignium codicum cum delineationibus picturarum lapidi incidenda curavit, quibus additis haud spernendum decus catalogo accessisse, omnes, puto, lectores grati mecum contestabuntur.

Tandem a quo venerabili viro exorsa est praefatio mea, ad eumdem illum redit. Itaque etiam Tibi, illustrissime Bluemnere, hoc qualecumque opus ita commendo, ut, si Tibi illud non prorsus displicuerit, egregiam studiorum mercedem reportasse iure mihi videar. Quis enim iustior aeque ac peritior libri mei aestimator esse poterit, quam Tu, qui non tantum a prima inde iuventute in his litteris versatus es, sed etiamnunc per senectutis otia in illis habitas? Stieglitius ille inter suos non mortuus, quem non collegam tantum colebas, sed etiam propter singulare ingenium et variae doctrinae elegantiam maximi faciebas, de senectute sua, quam in iucundo litterarum commercio transigebat, praedicare solebat Goethianum illud: ***Was man in der Jugend wuenscht*, *hat man im Alter die Fuelle.*** Quam egregiam sententiam quis neget in Te quoque quadrare, cuius senectus ipsa litteris et optimis quibusque studiis ita dedicata est, ut doctrinae thesauris per totam vitam sollerter congestis non delectetur tantum, sed iis augendis iuvenili prorsus studio operetur? Hanc autem senectutem Deus optimus Maximus propitio vultu tuens quam diutissime Te servet inclytae Tuae genti, patriae, amicis, familiaribus; iis denique omnibus, qui Te suspiciunt, colunt, admirantur. Vale.

CODICES

HOC ORDINE DESCRIPTI SUNT:

I. Codices philologici Graeci et Latini. Pag. 3 — 32. [I — CVIII.]
- A. Graeci. Pag. 3 — 11. [I — XXXII.]
- B. Latini. Pag. 11 — 32. [XXXIII — CVIII.]

II. Codices Germanici. Pag. 33 — 37. [CIX — CXVI.]

III. Codices Gallici. Pag. 37 — 38. [CXVII. et CXVIII.]

IV. Codices scripturae sacrae. Pag. 38 — 40. [CXIX — CXXIX.]

V. Patres ecclesiastici et scholastici. Pag. 41 — 56. [CXXX — CLXXXV.]
- A. Graeci. Pag. 41 — 43. [CXXX — CXXXVIII.]
- B. Latini. Pag. 44 — 56. [CXXXIX — CLXXXV.]

VI. Menologia. Martyrologia. Libri liturgici. Statuta ecclesiastica. Pag. 56 — 66. [CLXXXVI — CCVIII.]

VII. Theologi recentiores. Pag. 66 — 78. [CCIX — CCXXXVIII.]

VIII. Codices iuris canonici. Pag. 78 — 86. [CCXXXIX — CCLXXXV.]

IX. Codices iuris Graeci et Romani. Pag. 87 — 92. [CCLXXXVI — CCXCVII.]

X. Codices iuris Germanici. Pag. 92 — 96. [CCXCVIII — CCCXI.]

XI. Codices iuris particularis, maxime publici. Statuta. Pag. 96 — 118. [CCCXII — CCCLXXIII.]

XII. Processus iudiciarius. Pag. 118 — 121. [CCCLXXIV — CCCLXXVII.]

XIII. Consilia et responsa. Pag. 121 — 126. [CCCLXXVIII — CCCXC.]

XIV. Codices medici. Pag. 126 — 127. [CCCXCI — CCCXCV.]

XV. Codices philosophici. Pag. 127 — 129. [CCCXCVI — CCCCII.]

XVI. Codices historici. Pag. 129 — 186. [CCCCIII — DCXCII.]
- A. Chronologia. Historia universalis et antiqua. Pag. 129 — 132. [CCCCIII — CCCCXVIII.]
- B. Germania. Pag. 133 — 175. [CCCCXIX — DCLIII.]
  1. Historia universae Germaniae eiusque civitatum, imperatorum, regum et virorum illustrium. Pag. 133 — 155. [CCCCXIX — DLVII.]
  2. Historia episcopatuum, monasteriorum et universitatum. Pag. 155 — 160. [DLVIII — DLXXVI.]
  3. Historia urbium. Pag. 160 — 175. [DLXXVII — DCLIII.]
- C. Hispania. Pag. 175 — 176. [DCLIV — DCLIX.]
- D. Gallia. Pag. 177 — 179. [DCLX — DCLXVIII.]
- E. Italia. Pag. 179 — 183. [DCLXIX — DCLXXIX.]
- F. Polonia. Pag. 183 — 184. [DCLXXX — DCLXXXIV.]
- G. Hungaria. Pag. 184 — 185. [DCLXXXV — DCLXXXIX.]
- H. Historia orientalis. Pag. 185 — 186. [DCXC — DCXCII.]

XVII. Itineraria. Pag. 186 — 188. [DCXCIII — DCXCIX.]
XVIII. Epistolographi. Pag. 188 — 190. [DCC — DCCVI.]
XIX. Collectio codicum magicorum. Pag. 190 — 203. [DCCVII — DCCCXLV.]
XX. Codices miscellanei. Pag. 203 — 229. [DCCCXLVI — DCCCCXXXVII.]
XXI. Diplomata, descripta a *Curtio de Bose.* Pag. 230 — 270. [I — LXXXII.]
XXII. Codices Hebraici ac Syriaci adiectis aliquot Slavicis descripti a *Francisco Delitzschio.* Pag. 271 — 328. [Hebr. I — XLIII. Syriac. I. II. Armen. I – III. Slav. I — IX.] Accedunt a pag. 314. *Zunzii* additamenta.
XXIII. Reliqui codices orientalium linguarum, Arabici, Persici, Turcici, descripti ab *Henrico Orthobio Fleischero.* Inde a pag. 329. usque ad finem.

CATALOGUS

LIBRORUM MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECAE SENATORIAE CIVITATIS LIPSIENSIS.

I.

CODICES PHILOLOGICI

GRAECI ET LATINI.

A.

GRAECI.

I.

[Rep. I. 4. 43.]

Codex chartac. in fine saeculi XIV. scriptus, cum scholiis interlinearibus et marginalibus, folior. 116. Continentur:

Aeschyli tragoediae III.: Prometheus [fol. 1. a. — 49. a.], Septem ad Thebas [fol. 49. b. — 84. b.], Persae [fol. 85. a. — 116. b.]. Praemissa est [a fol. 9. a.] vita Aeschyli Graece scripta, eadem fere, quae in ed. Henr. Stephani ann. 1557. legitur. Incip. [nam ab initio, ut etiam a seriori manu animadversum est, 4 circiter folia deperierunt,] a vers. in ed. Schütz. tom. I. 159 sqq. [τ]λησικάρδιος θεῶν [ὅτῳ τ]άδ' ἐπιχαρῆ τίς οὐ cet. Explic. πέμψω τοῖςδε δυςθρόοις γόοις. τῶν περσῶν δράματος αἰσχύλου τρίτον τέλος. — Fuit hic liber MS. olim in bibliotheca *D. Zach. Conr. ab Uffenbach M. F.*, ut ex emblemate fronti libri infixo apparet. Vid. *Biblioth. Uffenbach. MSS.* P. II. pag. 685—690.

II.

[Rep. I. 4. 44. a.]

Codex bombycinus saec. XIV. bene et accurate scriptus, cum glossis interlinearibus et scholiis in margine scriptis, folior. 92. Continentur:

Sophoclis tragoediae tres. Aiax [fol. 1. a. — 32. a.] Electra [fol. 32. b. — 62. a.] Oedipus rex [fol. 63. a. — 92. b.] Scholia crebra sunt antiquiora et recentiora. Antiquiora cum textu ipso eademque manu aut certe eodem fere tempore, quo textus, descripta videntur. Recentiora ex charactere et pallescente atramento facile dignoscuntur. Personarum nomina rubro picta sunt. — Codex incip. (Ἀ)εὶ μὲν ὦ παῖ λαρτίου δέδορκά σε cet. Explic. τέρμα τοῦ βίου περάσῃ μηδὲν ἀλγεινὸν παθών. Rubra subscriptio haec est: τέλος πέφυκεν οἰδίπ σοφοκλ. — *Hermannus* in praefat. ad Sophocl. Aiac. [vol. III. ed. Erfurdt.] pag. VII. et de hoc cod. et de eo, qui est sub num. 44. b. [III.] descriptus, dixit. Utrumque bonae notae esse censuit et liberum ab interpolationibus Triclinii. A pag. VIII — XVIII. ex utroque memorabiliores diversitates ab ea scriptura, quae est in ed. Brunckiana, enotatas dedit.

III.

[Rep. I. 4. 44. b.]

Codex chartaceus saec. XIV. satis bene exaratus, litteris initialibus simplici arte rubro pictis, cum scholiis in margine et inter lineas scriptis. Foliorum est 216, quorum 2. tertia fere parte mutilum est. Continentur autem haec:

a) [a fol. 1. a. — 27. b.] Theocriti idyllia septem priora. Incip. fol. 3. a. [nam 1. a. — 2. a. *argumenta vetera carminum Theocriti*, *Artemidori Grammatici carmen in idyllia Theocriti* et *Theocriti in sua ipsius carmina* cet. leguntur] Ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα cet. Explic. παῖδα γᾶμεν. *Scholiastes* [*Moschopulus*] incip. a verbis [vid. *Gaisford.* Poett. minor. Vol. V. pag. 4. lin. 8.] ὦ αἰπόλε καὶ ἡ πίτυς ἐκείνη ἥτις ἐστὶ παρὰ ταῖς πηγαῖς cet. Hanc partem codicis *Leichius* et post eum *Reiskius* contulerunt.

b) [a fol. 27. b. — 72. a.] Hesiodi opera et dies. Incip. fol. 28. a. [nam fol. 27. a. incip. *schol.* Ἰστέον ὅτι πάντα οἱ ἕλληνες ἃ δύναμιν ἔχοντα cet. cf. *Gaisford.* Poett. minor. Vol. II. pag. 36. lin. 23.] Μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι cet. Explic. καὶ ὑπερβασίας ἀλεείνων.

c) [a fol. 72. b. — 120. b.] Sophoclis Aiax. Incip. Ἀεὶ μὲν ὦ παῖ cet. Explic. τῶν μελλόντων ὅ τι πράξει. *Schol.* incip. οἰκείως ἔχουσιν οἱ παρακείμενοι cet. Vid. *Sophocl. ed. Erfurdt.* Vol. VI. pag. 139. lin. 15 sq. cf. *Hermann.* in praef. ad Aiac. [Sophocl. Erfurdt.] tom. III. pag. VII et sqq.

d) [a fol. 121. a. — 171. a.] Eiusd. Electra. Incip. Ὦ τοῦ στρατηγήσαντος cet. Explic. τῇ νῦν ὁρμῇ τελεωθέν. *Schol.* incip. τὸ παλαιὸν ἐνίοτε μὲν πρὸς ἕτερον cet. Vid. *Sophocl. ed. Erf.* Vol. II. pag. 127. lin. 8. sq. Etiam *Thomas Johnsonus* ad Aiacem et Electram illa scholia edidit.

e) [a fol. 171. a. — 216. a.] Eiusd. Oedipus rex. Incip. Ὦ τέκνα κάδμου cet. Explic. μηδὲν ἀλγεινὸν παθών. *Schol.* incip. κάδμου τοῦ πρὸ μακροῦ γεγονότος ἀπόγονοι cet. Vid. *Sophocl. ed. Erf.* Vol. V. pag. 139. lin. 13.

Librarius post perfectum opus fol. 216. a. haec adscripsit: ὥσπερ ξένοι χαίρουσιν ἰδεῖν πατρίδα καὶ οἱ θαλαττεύοντες ἰδεῖν λιμένα καὶ οἱ στρατευόμενοι ἰδεῖν τὸ νίκος, καὶ οἱ πραγματεύοντες ἰδεῖν τὸ κέρδος καὶ οἱ νόσῳ λευόμενοι [pro νοσηλευόμενοι?] ἰδεῖν ὑγίαν, οὕτω καὶ οἱ γράφοντες ἰδεῖν βιβλίου τέλος. — Tum eadem manu haec leguntur scripta: Τῷ παμ-

βασιλεῖ θεῷ ἡμῶν χάρις· τῇ παμβασιλίσσῃ μοῦ παρθένῳ θκῶ μου δόξα· εὔχεσθε ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τοῦ γράψαντος, ὁ δ᾽ ὁρῶν ταῦτα κἂν σφάλματα εὕροιτο [sic] τὰ πλείονα τοῖς ἀντιγράφοις ἢ μέμψις.

Jam *Chr. Fr. Loesnerus* in praefat. ad *Hesiod.* pag. 5. sq. hoc codice [quo etiam *Reiskius* bis usus est, semel in animadversionibus ad Sophoclem scribendis, decem vero post annos iterum in Theocrito illustrando, vid. praefat. ad animadv. in Sophocl. et ad Theocrit. pag. 38. seq.] se usum esse profitetur in Hesiodo edendo. *Reiskius* [in praefat. ad animadv. in Sophocl. pag. 8.] commemoravit etiam, se codicem eadem manu exaratum eademque ista cum Aristophanis etiam Pluto et Nubibus continentem, scilicet eumdem, e quo scholia in istius Poetae fabulam quae Plutus inscribitur ediderit Hemsterhusius, quum Leidae versaretur, a Dorvillio possessore sibi commodo datum, penes se habuisse. — Caeterum exemplar ed. *Trincavelli*, quod olim in bibliotheca *Stiglitii* Lips. servabatur et nostri codicis collationem continet, in bibliothecam Academiae nostrae pervenit. Vid. *Loesner.* l. l. pag. 3.

IV.

[Rep. I. 4. 55.]

Codex chartaceus saec. XVII. exeunt. scriptus, folior. 90, quorum 2. b. 84. 86. b. 88. a. 89. et 90. vacua sunt; fol. 87., a manu recentiore scriptum, formae est octon. Continetur:

Anthologia Graecorum Epigrammatum. Initium facit, quae unum et dimidium folium implet, *Ex volumine epistolarum Josephi Scaligeri Epistola* CCXLVII. CLAVDIO SALMASIO. *Auli Silentiaris* ἔκφρασιν, καὶ στέφανον *Meleagri* cet. Carmina ipsa incip. [fol. 3. a.] a verbis: ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ ΠΑΙΔΙΚΗ ΜΟΥΣΑ Ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα, καθὼς ἔκριεν Ἄρατος cet. Explic. [fol. 88. b.] *Philippi Epigramma in Protesilaum. Salmas. pag.* 611. *Plinian. Exercit.*

Vestigia in hoc libro nulla vidi, unde, quis illum scripserit, coniicere mihi licuisset. — Ut ex insignibus in fronte libri conspicuis patet, hic liber MS. est *ex libris bibliothecae D. Zach. Conr. ab Uffenbach. M. F.*, sed in huius Catalogo nihil de eo relatum video.

V.

[Rep. I. fol. 35.]

Codex chartaceus saec. XVII. folior. 14. Continet:

Excerpta ex Anthologia Graecorum Epigrammatum, quae est in Bibliotheca Is. Vossii. Ita titulus. Incip. Στράτωνος τοῦ Καρδιανοῦ. Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καθ᾽ ὡς εἴρηκεν Ἄρατος cet. Explic. *animus cupit, perfice, ac mihi ipsa subveni.* Fuit is liber MS. olim in bibliotheca *Zach. Conradi ab Uffenbach.*, cuius emblema etiam in fronte libri conspicitur. De illo *Jo. Henr. Maius* in Catalogo Bibliothec. Uffenbach. MSS. P. II. pag. 573 sq. haec retulit: „Codex, inquit, a viro docto superiori saeculo ex cod. Vossiano descriptus est, continens epigrammata Graeca circiter CL. argumenti amatorii omnia, e quibus quattuor tantum vel quinque exstant in Anthologia edita, aliquot inde nos primi evulgavimus in observationum sacrarum libris, reliqua lucem nondum viderunt. Iis subiuncta est oda *Sapphonis* εἰς γυναῖκα ἐρωμένην, legenda apud Dionys. Longinum περὶ ὕψους sectione X. et eiusdem *Sapphonis* alia ode εἰς Ἀφροδίτην, quam nobis servavit Dionys. Halicarn. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων tom. 2. opp. pag. 26. edit. Lips. Utraque oda cum translatione et emendationibus Tan. Fabri, ac posterior etiam cum versione Eliae Andreae. His fragmenta paucula Sapphonis, ex eodem codice Vossii (qui ex Henr. Stephani Pindarica editione an. 1566. 12 fragmenta illa hausit) descripta, una cum quibusdam *Menandri* γνώμαις μονοστίχοις, ordine quidem litterarum collocatis, sed ultra litteram Γ non procedentibus, annectuntur. Ut ad epigrammata redeamus, fuisse Is. Vossio librum epigrammatum ineditorum, et Anthologiam integram, Latinis versibus ab Hug. Grotio redditam, indicat *Colomesius* in Recueil de Particularitez pag. 331. edit. Fabricianae, inter MSS. Codices Vossianos memorans *Un recueil d' Epigrammes Grecques qui ne sont point dans l'Anthologie, copié par Gruterus sur un MS. de la Bibliothéque Palatine, dont il estoit Garde.* Ac paulo post: *L'Anthologie toute traduite en vers par Grotius, avec les Epigrammes qui n'avoient point esté publiées, aussi traduites.* Idem Colomesius in catalogo MSS. Is. Vossii p. 862. num. 183. nominat *Epigrammata Graeca*, et pag. 857. num. 127. collocat *Epigrammata Graeca cum scholiis*; potissimum vero pag. 860. num. 162. refertur *Anthologia Graeca, hactenus inedita, a Frid. Sylburgio elegantissime descripta e codice bibliothecae Palatinae, quae postea Vaticanam auxit.* Ubi notandum, quod a se ipso dissentiat Colomesius, descriptam nunc dicens a Sylburgio Anthologiam, quod paulo ante Grutero adscripserat. Verum de Sylburgio facilius crediderim. Itaque ex hoc Heidelbergensis quondam bibliothecae apographo desumta sunt et transscripta, quae hic continentur epigrammata, παῦρα μὲν, ἀλλὰ καλά.“ —

VI.

[Rep. I. fol. 28. b.]

Herodoti Halicarnassei historiarum libri IX, IX Musarum nomine inscripti. Eiusdem narratio de vita Homeri. Cum Vallae interpretatione Latina historiar. Herodoti, ab Henrico Stephano recognita: et Spicilegio Frid. Sylburgii. Item cum Iconibus structurarum Babyloniacarum ab Herodoto descriptarum. Excerpta e Ctesiae libris de rebus Persicis et Indicis et ex iisdem fragmenta auctiora. Cum Indice aucto et locupletato. Editio adornata opera et studio Gothofredi Jungermani. Oliva Pauli Stephani. M. DC. XVIII.

Huic libro vir quidam eruditus notas ad marginem et in scidulis hic illic infixis adscripsit. Possessoris nomen inscriptum est: *Jacobus Palmerius. Eques. Dominus a Grentemesnil Vendozeranus.*

VII.

[Rep. I. 4. 68. a.]

Codex chartaceus saec. XV. ineunt. folior. 54. Continentur:

a) [fol. 1. a. — 30. b.] ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΑΝΑΛΥΤΙΚΑ ΠΡΟΤΕΡΑ Α ΚΑΙ Β. Ab initio mutilus est codex, ita ut incipiat demum a verbis [I. cap. 27. §. 10. tom. II. pag. 254. lin. 1. ed. *Buhl.* sive ed. *Bekker.* tom. I. pag. 43. col. 2. lin. 27.] ἴδια ληπτέον· ἔστι γὰρ ἄττα τῷ εἴδει ἴδια παρὰ τὸ γένος· cet. In fine quoque haec mutila sunt. Folio enim 30. b. finitur in verba [II. cap. 18. §. 8. tom. II. pag. 394. lin. 12. ed. *Buhl.* sive ed. *Bekker.* tom. I. pag. 65. col. 1. lin. 37.] οὕτως ἔχοντα, ἐν δὲ τοῖς διαλεκτικοῖς τὰ κατὰ δόξαν. — Habentur in hoc codice figurae mathematicae et scholia bene multa ad mar-

ginem et inter lineas adscripta. Scholia marginalia una eademque manu qua textus scripta sunt; sed quae inter lineas scripta sunt, rubro illa picta, alienae manus esse constat. Titulus operis rubro pictus apparet fol. 15. b.: *ἀριστοτέλους ἀναλυτικῶν προτέρων δεύτερον.*

b) [fol. 31. a. — 54. b.] FRAGMENTUM COMMENTARIORUM IOANNIS PHILOPONI IN ANALYTICA PRIORA ARISTOTELIS. Titulus nusquam conspicitur. Incip a verbis [ed. Venet. MDXXXVI. fol. III. a. lin. antepenult.] *διάνοια καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν συλλογισμῶν ἐξ αὐτῆς λαβοῦσα συλλογίζεται* cet. Explic. [ed. l. fol. XIII. a. lin. 22.] *τὴν καθόλου ἀποφατικήν· δευτέραν δὲ τίθησι τὴν καθόλου κατα[φατικήν].* Sed quoniam bibliopega folia male et perverso ordine connexuit, finis eorum, quae codex suppeditat, habetur fol. 48. b., ita ut finiatur in verba [ed. Ven. XIV. b., quae typothetae errore numerum XVI. habet, lin. 15.] *ἀναγκαῖον παντὶ εἶναι· καὶ τῆς ἐνδέχεται.* — Hi Commentarii Philoponi non sunt eadem manu scripta, qua Aristotelis analytica, sed tamen eodem fere tempore. Quum bibliopega in foliis horum commentariorum connectendis male rem suam egerit, quis sit verus illorum ordo, restat ut indicem. Est vero hic: fol. 31. 33. 35. 37. 38. 36. 34. 32. 39. 41. 43. 45. 46. 44. 42. 40. 47. 49. 51. 53. 54. 52. 50. 48. — Fol. 42. a. ab initio leguntur quaedam, quae in ed. Veneta non inveni, et quae septem lineas complent. Sunt haec inter verba [ed. Venet. pag. X. a. lin. 2.] *καὶ οὕτως* — et: *ἐπὶ τὸ ἄπειρον.* Communicabo illa cum lectoribus, quamquam mihi persuasum est, plura adhuc desiderari. Sunt haec: *ἀποδείκνυται συλλογισμός. ὡς συλλογιστὸν παραλαμβανόμενον. ἀλλ' ἴσως εἴπι* (sic) *τις ὅτι εἰ καὶ συλλογιστόν ἐστιν, οὐδὲν μᾶλλον διὰ τον των* (sic) *λέλυται ἡ ἀπορία· διὰ γὰρ συλλογισμοῦ δείκνυται ὡς πάλιν οὐ συλλογισμὸς γίνεται συλλογισ" διὰ τὸ καὶ αὐτὸν τῆς ἑτέρου συλλογισμοῦ χρήζειν ἀποδείξεως. πρὸς οὓς φαμὲν ὅτι ἁπάσας τὰς ἀποδείξεις καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν ἀποδείξεων διὰ συλλογισμοῦ λαμβάνομεν. ἀλλ' ἐκ τῶν ὁμολογουμένων κοινῶν ἐννοιῶν τὰς ἀρχὰς λαμβάνοντες τοὺς συλλογισμοὺς κατασκευάζομεν. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀποδεικτικοῖς εἴρηται.* —

VIII.

[Rep. I. 4. 85. aa.]

Codex chartaceus saec. XVI. folior. 42., quorum 1. b. — 4. et 34. b. vacua sunt. Continentur haec:

a) [fol. 1. a. — 34. a.] ***The booke or oration of Isocrates tranſlated out of French in to Englishe Bye william Cancellor and thereunto added the golden pcepts of Pithagoras.*** Ita titulus. Incip. ***Iff we beholde deare frend Demonicus the great diversitié which is in the behaviours of men*** cet. Explic. ***this Diligence to correct the vices and imperfections of nature. Finis.***

b) [fol. 35. a. — 42. b.] ***The golden pcepts of pithagoras translated into english by william Cancellor.*** Ita titulus. Incip. ***Worshipp the godde above all things as Lawes do the requier*** cet. Explic. ***from man god to be made. Finnis*** [sic].

IX.

[Rep. I. 4. 46.]

Codex membranaceus saec. XIV. luculenter scriptus, tenui membrana, interdum admodum lurida, manu constante, folior. 96. Continentur:

XENOPHONTIS HIPPARCHICUS [fol. 1. a. — 15. b.] HIERO [fol. 16. a. — 31. a.] DE ARTE EQUESTRI [fol. 31. b. — 48. b.] DE LACEDAEMONIORUM CIVITATE [fol. 49. a. — 63. a.] OECONOMICUS [fol. 63. b. — 96. b.]. Incip. *ξενοφῶντος ῥήτορος ἱππαρχικός.* [Haec rubro picta sunt.] *Πρῶτον μὲν θύοντα, χρὴ αἰτεῖσθαι θεοὺς* cet. Explic. *λέγεται τὸν ἀεὶ χρόνον διατρίβειν φοβούμενος μὴ δὶς ἀποθάνῃ.* — De hoc codice cf. *Schneider.* in ed. Xenophont. tom. V. pag. IX.

X.

[Rep. I. fol. 28.]

Codex chartaceus saec. XV. satis nitide scriptus pictis litteris singulorum librorum initialibus, ab initio cuiusque libri per aliquot lineas quadratis litteris exaratus, folior. 280, quorum 280. b. vacuum est scriptura. Continetur:

STRABONIS *quorumdam geographiae librorum* [nimirum XI. XII. XIV. XV. XVI. et XVII.] *versio Latina a Guarino Veronense et Gregorio Tiphernate adornata.* Ita titulus, a recentiore manu scriptus. Incip. VNDECIMVS ASIAM INCIPIT QVAM TAVRVS IN SVPERIORIBVS cet. Et fol. 1. b. EVROPAE CONTINVA EST ASIA AD TANAIM FLVMEN ILLI CONIVNCTA cet. Explic. HOMINES *ex equestri* ORDINE REGES VERO: ET PRINCIPES *et Decarche ad eius pertinent portionem* AC SEMPER PERTINVERVNT. — Versio illa typis descripta est in ed. Basil. 1549. Caeterum fuit is liber MS. olim in bibliotheca ***Joh. Christophori Wagenseilii.***

XI.

[Rep. I. 8. 98.]

Codex membran. saec. XV. non ita eleganter, sed perspicue scriptus, folior. 32, quorum 1. et 32. plane fere litteris vacant. Insunt haec:

a) [fol. 2. a. — 11. b.] PLUTARCHI LIBER DE UTILITATE INIMICITIARUM IN LATINAM LINGUAM TRANSLATUS PER IANUM PANNONIUM. Titulus rubris litteris pictus duplici modo legitur. Nam fol. 2. a. ita legitur: ***Plutarchus de utilitate inimicitiarum translatus per Ianum Pannonium. postea Epm. Q.*** [Episcopum Quinqueecclesiensem.] Folio vero 2. b.: PLV***tarchi Chaeronienſis libelluſ Ad Cornelium pulchrum: quibus modiſ ab inimiciſ Iuuari poſſimus.*** Praefatio interpretis incip. [I]ANVS ***Marco Aurelio Salutem. Multa ſunt Marce Aureli. quae me unum in tanta interpretantium copia*** cet. Explic. ***obſequio*** meo ***contentuſeſ: effugi poenitentiam; Vale. KI' Decembriſ.*** MCCCCLVI. ***Montaniane***; Opus ipsum incip.: [V]***IDeo equidem te Corneli pulcher tranquilliſſimum procul á re. p. uiuendi morem delegiſſe*** cet. Explic.: ***hec imitando haud deteriores.***

b) EIUSDEM LIBER DE NEGOTIOSITATE, EODEM INTERPRETE. Titulus rubro pictus legitur fol. 11. b.: ***Eiuſdem. In libellum plutarchi de Negotioſitate: prohemium incipit.*** Alius titulus habetur post praefationem fol. 13. b.: ***Plutarchi Chaeronienſiſ phi. libelluſ de Negotioſitate.*** Praefatio incip.

[I]ANVS *Marco Aurelio Salutem. Iterum me acerrimiſ* cet. Explic. *Cetera non omnino inſipidum uideri; Vale patauio pridie Kl. Martiaſ.* M.CCCCLVII. Opus ipsum incip. fol. 13. a.: [P]RAE*Focatam uel obſcuram uel frigidam* cet. Explic. fol. 23. b.: *ſimili ſe et cognato ſtudio implicari;* FINIS;

c) Demosthenis oratio adversus epistolam Philippi, latine facta per eundem. Titulus rubro pictus: O*Ratio Demosthenis quae inſcribitur aduerſus Epiſtolam philippi traducta p R. d. Iohannem Epiſcopum Quinqueeccleſiarum.* „Hanc orationem ego potissimum ideo transtuli, inquit interpres post argumentum, quia oppido conuenire uiſa eſt praeſentibus chriſtianorum rebus contra Turcum." Opus ipsum fol. 24. a. ita incip. *Quod quidem viri Athenienſeſ philippuſ non pacem ſecit nobiſcum* cet. Fol. 27. b explic. *uidemur ad dicendum alijſ eſſe promptiores; Finis;*

d) Fabula Bellerophontis ex Homero Latinis versibus reddita, eodem interprete, a fol. 27. b. — 31. b. Praemittitur Interpretis epistola ad *Galeottum Martium Narniensem.* Versus ipsi incipiunt [fol. 29. a.): *Glaucuſ at hippolocho ſatuſ et Tydeiuſ heroſ. In medium coiere* cet. Explic. *Aurea centenoſ daret ipſe ualentia tauroſ;*

Fol. 1. b. verba rubro picta leguntur: *Janus Pannonius Sclauinae gentis alumnus.* In priore libri operculo nomen possessoris legitur: *Iohann. Friedericus Steinbach. Aurobaco-Variſcus.*

XII.

[Rep. I. 4. 80.]

Codex membran. accurate scriptus ac satis nitidus, cum scholiis passim ad marginem adscriptis, lineis rubris, litteris initialibus modo rubris modo caeruleis, saec. XV. exaratus, folior. 43., quorum ultimum vacuum, 41. mutilum est. Continetur:

Plutarchi liber de dictis regum et imperatorum per Johannem Episcopum Quinque Ecclesiarum in Latinum versus et Matthiae regi Hungariae dedicatus. Dedicatio legitur a fol. 2. a. — 3. a. Eius titulus rubro pictus hic est: *Sereniſſimo Hungarorum Regi Mathie. Iohannes Epiſcopus Quinque Eccliarum.* Dedicatio ipsa incip. *Lectitanti mihi Rex Matthia nuper, Apud grecum auctorem plutarchum multa preclara* cet. Explic. *ut deinceps non iam ad te, ſe* (sic) *de te ſcribamus; Vale:.* (et rubro picta verba:) *Quinqueeccleſiis. Idibuſ octob's* 1465. — Tum sequitur operis titulus: *Plutarchi ad Traianum Cesarem dicta Regum Imperatorum.* Haec rubro picta sunt. *Prologus* [incip. *Artaxerxes perſarum Rex Maxime* cet. explic. *cognitionem percepturo*] est a fol. 3. a. — 3. b. Tum [fol. 3. b.] sequitur *capitulum primum. dicta Perſarum.* Incip. *Perſae adunco preditoſ naſo Amant, et pro ſpecioſiſſimiſ habent* cet. In fine pauca quaedam desunt. Explic. enim: *Adoleſcenteſ dignitatibus preditoſ, cum aliquando componere uellet tumultuanteſ, illi uero parum aduerterent ſed tumultuarentur. Audite inquit Iuueneſ ſenem quem ſenes* .... Haec est versio verborum: Θορυβοῦντας δὲ τοὺς ἐν ἀξιώμασι — γέροντος, οὗ νέον γέροντες ἤκουον, quae habentur in ed. *Hutten.* Vol. VIII. pag. 170. ed. *Reisk.* Vol. VI. pag. 780. et 81. Fol. 1. a. et b. a duabus recentioribus manibus index scriptus est regum et imperatorum, quorum ἀποφθέγματα Plutarchus retulit. In priore libri operculo scriptum est nomen, ut videtur, olim possessoris: *Ioh. Friedericus Steinbach, Aurobaco-Variscus.* Cf. num. XI.

XIII.

[Rep. I. 8. 97.]

Codex membran. ab initio mutilus, saec. XV. folior. 121. Insunt:

a) [fol. 1. a. — 1. b.] Guarini ad Principem Estensem epistola. Incip. *Guarinus Illustri d. l. eſten. ſ. Nuntius ecce nouus aſſertur* cet. Explic. *p tua ſeveritate ſummam perſeres.* [Praecedit huic fragmentum epistolae, quod quum in litura sit, non ubique facile est legere. Initium videtur hoc: ... *extincta ſubſecuta ſunt* cet. Finis: *ut quiſque ſentiat quod uelit Vale iiii to id' apl' florenc*].

b) Guarini ad Poggium epistola. — Incip. fol. 1. b.: *Guarinus ueronenſis c. v. poggio a plico ſecretar. ſ. p. d. Remeate proximis i . . . pncipe noſtro* cet. Explic. fol. 43. b.: *ſcriptoris nomen per tomum aſſequaris. Vale.*

c) Poggii epistola ad Leonellum Estensem [fol. 43. b. — 44. b.] Incip. *Poggius pl. ſ. d. eqti insigni leonello eſtenſi. Exiſtimo magnum* cet. Explic. *ac tuo iudicio aſſentiri Vale et mei memor. florentie viij Kl. nouembr.*

d) Eiusdem Poggii ad Franciscum Barbarum epistola. Incip. fol. 45. a. *Poggius p. ſ. d. frañ. Barbaro V. C. licet ſciam permultas te occupationes tuas tum publicas tum priuatas* cet. Explic. fol. 46. b. *temeritatis aut ignorantie accuſabis. Vale et mei ut ſoles memento florentie.*

e) Eiusdem ad eundem (ut videtur) epistola. Titulus deest. Incip. fol. 46. b.: *Nuper cum excelſi ingenii tui mi franciſce* cet. Explic. fol. 92. a.: *que a planiſſimis auctoribus referuntur Vale et parce longitudini mee.* Neque haec nec quae praecedit epistola legitur in editione epistolarum Franc. Barbari, eiusque amicorum, quae prodiit Brixiae 1743. 4.

f) Carmen auctoris anonymi, a fol. 92. b. — 98. a. Incip. *Num qd à aſpecta eſt ſtudioſe littera dextre* cet Explic. *Vt mi leucadie fata petantur aque;*

g) Epistola Plutarchi ad Traianum imperatorem ad imperium sublimatum. Ita titulus. Incip. fol. 98. a.: *Plutarcus Traiano ſal. d. Modeſtiam tuam noueram non appetere principatum* cet. Explic. fol. 98. b.: *affectum et ptectionem ſubditorum.*

h) Carmen anonymi auctoris. Incip. fol. 98. b.: *Deſine me placida uerbis abducere terra* cet. Explic. fol. 101. a. *Quem ſaluum noſtro nomine redde uirum;*

i) Tractatus translatus per Leonardum Aretinum ex libro Basilii. Ita titulus rubro colore pictus. Incip. fol. 101. b. *Ego tibi librum hunc .... ex media ut aiunt grecia delegi* cet. Explic. fol. 119. b.: *recta conſilia aſperneris d'o gratias* [et rubro colore picta verba:] *fini deo grās.*

k) Carmen anonymi auctoris. Incip. fol. 120. a.: *GVà ſecura precedis mente parumper* cet. Explic. fol. 120. b.: *Queque tuis olim perſruerer bonis*;

l) De phoenice tractatus ex livio. Ita titulus rubro colore pictus. Incip. fol. 120. b. *Etiopes atque indi diſcolores maxime* cet. Explic. fol. 121. b.: *que ſalſa eſſe nemo dubitarit.*

XIV.

[Rep. I. 4. 67.]

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΕΝ ΤΟΙΣ *μάλιστα πεπαιδευμένου, περὶ τῆς γεωγραφίας βιβλία ὀκτὼ, μετὰ πάσης ἀκριβείας ἐντυπωθέντα.* Claudii Ptolemaei Alexandrini philosophi cum primis eruditi, de Geographia libri octo, summa cum vigilantia excusi. Parisiis apud Christianum Wechelum M.D.XLVI.

Huic libro collationes Codd. adscriptae sunt. De illo ***Georg. Martin. Raidelius*** in ***commentatione critico-literaria de Claud. Ptolemaei geographia eiusque codicibus tam manu scriptis quam typis expressis***, Norimberg. cIↄ Iↄccxxxvii. pag. 17. §. 11. accurate dixit, nec possum non tota eius verba huc transscribere. „Unius tamen, inquit, praestantissimi Codicis, impressi quidem 1540. Parisiis apud Wechelios, sed cum pluribus MStis collati, adeoque magni aestimandi, non possum, quin sub finem huius Capitis mentionem faciam. Ornat ille Bibliothecam Senatus Incluti Lips. magnis sumtibus laudabiliter auctam. Ipse vidi eum quondam, ast obiter saltem, inter alia rariora dictae Bibliothecae; postea vero a Consultissimo Dn. Io. Iacobo Mascovio, Senatore Lipſ. qui curam ornandae et augendae indies Bibliothecae agit, precibus impetravi, ut doctissimo M. ***Io. Andr. Mich. Nagelio***, ***Solisbacensi***, copiam eius perlustrandi faceret. Possederat eum olim Consultissimus Goezius, ***Senatus Lipsiensis decus, et Bibliothecae Senatoriae felicissimus Restaurator;*** hic forsan in itinere litterario, aut ipse cum Manuscriptis contulit, aut collationes ab aliis susceptas, describi curavit. Imo, si coniecturis aliquid dandum, magna est convenientia scripturae, in margine libri citati, cum manu Henrici Stephani. Inveniuntur in eo, praeter lectiones variantes, notae, et emendationes, typis excusi huius exempli. Notae maximam partem petitae sunt ex Strabone, Stephano Byzantino, Eustathii Commentationibus ad Dionysii Periegesin, Arriano, Scylace, Plinio, Mela, aliisque veteribus Scriptoribus. Manus, qua lectiones variae, notae et correctiones sunt exaratae, est nitidissima, neque unquam maculis aut lituris depravata. Signa, quibus indicatur, unde quaelibet lectio varians sit desumta, sunt, vel litterae: V. B. P. VV. vel compendia scribendi: MS. Vat. MS. VatiC. MS. Pal. MS. Barb. V. alius Vat. minor. Vatt. Pall. Sic MS. Ceterum nullum adest indicium, ex quo tuto concludi posset, ubi instituta fuerit collatio, cum codicibus MStis: nisi quod sub initium libri IV. in margine addita sint haec verba: ***Coll. cum MS. Vatic.*** 177. ***et cum B.*** Praeterea notandum est, lectiones variantes in fine libri septimi, et in toto libro octavo, esse admodum raras; itemque codices MSS. Vaticanum et Barberinianum saepius suppeditare lectiones varias, quam ceteros. In Libro primo Cod. Vat. sed in Libro tertio Codex Barberinianus omnium maxime occasionem lectionum varietati dederunt. Utrum ex comparata hac editione Geographiae Ptolemaei cum MSS. speranda sint magna lacunarum supplementa, ii dispicient, quibus accuratius eam cum aliis conferre est permissum. Pleraeque enim lectiones variantes singulas solasque literas, syllabas, aut voces concernunt; et vix quatuor sunt loca ex MSS. annotata atque expressa, quae tres aut quatuor restituunt versus. Dabo L. B. specimen ex hoc codice descriptum, quinque scil. priora Libri primi Capita, ex quo de toto opere iudicari potest.“ Hoc ipsum specimen hic repetere nolo, idque eo minus, quod libro nostro scio ***Nobbium***, virum clariss., ad editionem quam parat Ptolemaei usum fuisse. Is vero, qua semper in me fuit benevolentia, a me rogatus depromsit e scriniis quae ipse de libro nostro sibi notavit et mecum ita communicavit, ut qua vellem ratione illis utendi copiam faceret. Is autem haec de libro nostro scripsit: „Iuxta inscriptionem libri IV. leguntur haec verba (ab eo scripta, qui a me prior vocatur Anonymus, quod inde ab initio operis vestigia eius conspiciuntur, sed serius contulit et adscripsit collationem et adnotationes, quam qui crassiore atramento pinxit) in margine p. 180. ed. Wechel.: „Collatus cum MS. Vat. 177. et cum B.“ Deinceps Vatt. hic illic scribitur, ut p. 181. 184. 185. sic ut plures Vaticani codices collati videantur. *Duos* collatos esse Vaticanos clarum est, quod pag. 186. Vat. minor citatur, alter V. p. 189. — Porro deinceps Palatinus collatus est, qui abhinc sigla P. notatur, nunc solus, nunc una cum B. VV. Primum citatur iuxta *Ἀβύλη* p. 182. ed. Wechel. per siglam P. Plenius scribitur eius nomen p. 183.: Palat. etiam Pal. 185. etc. Cod. Pal. dicitur pag. 324. Praeterea B. siglam, quam antea sexcenties in superioribus libris adpictam vidimus, et Ms. significari intelleximus, v. c. p. 144. ed. Wech., ubi legitur diserte Ms. B., iam explicari videmus. P. 185. leguntur codicum nomina ita scripta: Pal. et Vatt. Barb. — Barb. autem ipse quoque enarrator noster Ms. Barb. dixit, v. c. p. 369. ed. W. Denique p. etiam Palatinum videtur notare et b. Barb. His enim compendiis brevitatis caussa posthac usus videtur. Quamquam B. b. p. saepe eadem pagina comparent, 254 sqq. Primum *b.* siglae vestigium est p. 201. (fortasse alter Vat., sed *a.* non comparet.) Nec potest de Vaticano intelligi. Nam ita distinguuntur p. 346.: „***sic Ms. b. et Vat.***“ Nusquam etiam B. b. aut P. p. componuntur. *b* frequentius scriptum est inde a pag. 254. *p.* minuscula littera primum comparet p. 255. ***MS. b. delet a finale*** p. 288. Hinc *b.* apparet esse siglam MS. — Videtur autem ubi nullum codicem nominat, Vat. intelligere. Nam tum v. c. scribit, quamquam in textu est *Τμίκη* p. 188. hoc modo: *Τιμίκι* et B. et sic saepe alias. cf. 184. (Interdum simpliciter commemoratur sine nomine codex, ut: ***Ms.*** p. 260.) — Cavendum tamen est, ne nullo variae lectionis auctore nominato semper eum cogitasse de Vat. putes. Nam simpliciter etiam ut videtur aliunde adnotat passim, alios aliter legere. Cf. p. 185. et alias. Deinceps non nisi una manus illa, quam dixi priorem, comparet.“

XV.

[Rep. I. fol. 25.]

Codex membranaceus saec. XV. in Italia scriptus, elegantissimus, litteris initialibus pictis et auratis, inscriptionibus rubris ornatus, membranae laevissimae, brevibus argumentis in margine latissimo scriptis. Fol. 1. a. et 112. b. picta sunt insignia cuiusdam Cardinalis. Hic liber in bibliothecam nostram emtus est ex auctione ***Sellii*** Lipsiae 1737. habita. Vid. eius catal. sect. I. pag. 47. num. 972. Continentur hoc libro, qui 112 foll. habet:

Appiani Alexandrini libri: libycus, Syrius, Parthicus et Mithridaticus interprete P. Candido ad Nicolaum V. Pontificem. [Quae interpretatio primum Venetiis 1477. typis descripta est.] Incip. *P. Candidi in priores Appiani Alexandrini libros. Libycum. Syrium. Parthicum. et Mitridaticum. ad Nicolaum V. summum pontificem prologus incipit feliciter. Appiani Alexandrini historiam seu veterum incuria* cet. Explic. *Egyptus in circuitu maris quod interius est nondum illis cessit.*

XVI.

[Rep. I. fol. 28. c.]

Pausaniae Graeciae descriptio accurata, qua Lector ceu manu per eam regionem circumducitur: cum Latina Romuli Amasaei interpretatione. Accesserunt Gul. Xylandri et Frid. Sylburgii annotationes, ac novae notae Ioachimi Kuhnii. Lipsiae M.DC.XCVI.

Huic libro vir doctus quidam adscripsit pauca quaedam scholia et accuratam, ut videtur, Codicis cuiusdam collationem; sed quis sit hic codex collatus, non indicatum est.

XVII.

[Rep. I. fol. 3.]

Codex chartaceus saec. XV. nitidissime atque elegantissime scriptus, folior. 24., quorum 1—4. et 22—24. scriptura vacant. Inscriptiones et litterae initiales rubrae sunt. Fuit hic codex olim in bibliotheca *Ioh. Christoph. Wagenseilii*, cuius emblema etiamnunc in fronte libri conspicitur. Continentur:

ΗΡΩΝΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Β. Incip. *Τῆς πνευματικῆς πραγματείας σπουδῆς ἠξιωμένης* cet. Explic. *ὅταν δὲ βουλώμεθα ῥέειν πάλιν ἐκκρεμάσομεν τὸ βάρος.* — Recte *Goetzius* in programmate, quo *Bibliothecam* nostram *bonae menti dedicandam atque aperiendam fore indixit* (Lips. 1711.) pag. 25.: „e profanis, inquit, scriptoribus elegantissimo litterarum ductu mirifice se commendat Codex bombycinus (?), in quo Heronis *Alexandrini pneumaticorum libri II.* scripta apparent. Differunt illa in plurimis a Parisina editione A. MDCXCVIII. aliamque capitum distinctionem, alias etiam vasorum instrumentorumque formas adpictas ostendunt.“ — Cf. *C. F. Becker* in libro, cui titulus: Systematisch-chronologische Darstellung der musikalischen Litteratur, pag. 551. Figuras huius codicis iis, quae in ed. Par. exstant longe accuratiores descripsit et ex parte etiam depinxit G. W. *Fink* in commentatione, cui titulus: *Zur Geschichte der alten Orgeln. Namentlich: Kurze Beleuchtung der hauptsächlichsten Angaben über die Orgeln des Ktesibius, mit Erläuterungen, nach den Quellen bearbeitet*, inserta ephemeridibus, quibus titulus: *Allgemeine musikal. Zeitung.* Tom. 38. No. 4. et 5. (s. de anno 1836. pag. 49. sq.) Hic pag. 65. haec de nostro codice dixit: „Zum Glück entdeckten wir auf der hiesigen Rathsbibliothek einen schönen Codex der Pneumaticon des Hero. Fanden wir in dem von uns gelesenen Texte des MS.'s, so weit es uns angeht, nichts bemerkenswerth Abweichendes, so sind doch die bildlichen Umrisse desselben genauer bei aller Schmucklosigkeit und bringen manches Nothwendige, was den Bildnissen der Pariser Ausgabe fehlt zum grössten Nachtheile der Sache. Diese hierher gehörigen Umrisse des MS.'s wollen wir — zum ersten Male öffentlich mittheilen.“

XVIII.

[Rep. I. 4. 80. a.]

Codex chartaceus saec. XVIII. scriptus in foliis 209, quorum 1. b. et 209. scriptum vacant: Continentur:

Herodiani historiarum libri VIII. a Stephano Berglero in Latinum sermonem conversi. Incip. fol. 2. a.: *Herodiani de Imperio post Marcum Liber Primus S. B. interprete. Plerique eorum, qui circa compositionem historiae occupati fuere* cet. Explic. *imperator declaratus est, et Romanum imperium suscepit.* — Hanc versionem iam publicavit *Irmischius* in ed. Herodiani. Cf. Vol. I. praef. pag. XIX. et, quae ibid. legitur [pag. XXXI—XLIV.] *Joh. Friderici Leisneri* prolusio *de Herodiano Herodianique versione Bergleriana.* Irmischius quum hunc codicem, quem suum in usum acceperat, Plavia d. 12. Nov. 1793. remitteret, octo disticha fol. 1. a. adscripsit, quorum initium vel propterea huc transscripsimus, quod etiam, unde notae marginales huius libri profectae sint, declarant:

Urbem qui quondam veni saepe atque libenter,
Nunc sine me solus, scripte libelle, redis.
Umbra tamen veluti sequitur quaedam mea. Namque
Tincta meam prodet margo liquore manum.
Altera Leisneri manus est in parte notarum,
Qui prior utendum sumserat huncce librum. cet.

XIX—XXI.

[Rep. I. 4. 80. b. c. et d.]

Codices chartacei tres saec. XVIII. omnes apographa continentes antecedentis codicis. Primus eorum est folior. 202, secundus 204, quorum 1. b. et 204. scriptura vacant; tertius constat 19 foll. et pertinet ab initio libri I usque ad libri II. cap. 8. verba: *primum in templa Antiochiae Nigrum deducunt, deinde in aedibus suis collocant, non amplius.....*

XXII.

[Rep. II. fol. 63.]

Codex chartaceus saec. XVI. accuratissime scriptus, folior. 54, quorum 1. b. 13. b. 28. b. et 52—54. scriptura vacant. Continentur:

Oppiani de venatione libri IIII. Carmine Latino redditi a Davide Peifero. Anno M.D.LV. Incip. *Totius o felix, o culmen nobile terrae* cet. Explic. *Expugnant domitam proprio sine sanguine vulpem.* Exstat hoc carmen in ed. Schneideri pag. 3—96. Cf. *Saxii* Onomast. tom. III. p. 301. et 638.

XXIII.

[Rep. I. 8. 88.]

Codex bombycinus, cum scholiis marginalibus copiosissimis, eadem qua textus manu scriptis, saec. XIV., folior. 346, quorum 345. et 346. membranacea sunt; 346. b. vacat scriptura. Fuit olim, ut emblema fronti infixum docet, in bibliotheca *Ioh. Christophori Wagenseilii.* Continentur:

a) Aphthonii Progymnasmata. Haec, quum fol. 1. a. vacuum sit, in fol. 1. b. vero scholia scripta sint, incipiunt demum fol. 2. a. Titulus rubro pictus: *ἀφθονίου σοφιστοῦ προγυμνάσματα.* Incip. *Ὁ μῦθος ποιητῶν μὲν προῆλθε· γεγένηται δὲ καὶ ῥητόρων κοινὸς ἐκ παραινέσεως* cet. Explic. [fol. 37. a.] *καὶ τὸ κεκολάσθαι οὐ πέρας· ἀλλ' ἀρχὴ γενήσεται πάθους.*

b) Hermogenis ars rhetorica. It. cum scholiis. Titulus rubro pictus [fol. 38. b.] *ἑρμογένους τέχνη ῥητορική.*

Praecedunt huic operi fol. 37. b. et 38. a. quaedam, quorum inscriptio haec est: *πῶς τὰς στάσεις ἐπιγνωσόμεθα.* Liber I. (*περὶ στασέων*) incip. a fol. 38. b. his verbis: *πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων* cet. et pertinet usque ad fol. 79. b. ubi desinit in verba: *τὸν νόμον, ἐφόρεσε τὰ χρυσία.* Lib. II. sect. 1. cuius titulus rubro pictus hic est: (*περὶ εὑρέσεων, τόμος πρῶτος περὶ προοιμίων: — περὶ τῶν ἐξ ὑπολήψεως προοιμίων*) incip. fol. 79. b.: *Ἡ πρώτη καὶ καλλίστη τῶν προοιμίων εὕρεσις* cet. explic. fol. 91. a. *ἀπαιδίαν αἱ νῆσοι.* Sect. 2. (cuius titulus: *τόμος δεύτερος περὶ εὑρέσεων περὶ καταστάσεως ἤτοι διηγήσεως*) incip. fol. 91. b.: *Διήγησις ἐστὶ παντὸς μὲν προβλήματος* cet. Explic. fol. 103. b.: *ἥκιστά τις ἂν προσεδόκησεν.* Sect. 3. (cuius est titulus: *τρίτος τόμος περὶ εὑρέσεων*) incip. fol. 103. b.: *Τρίτον μοι σύνταγμα* cet., explic. fol. 137. b.: *δύνασαι πάλιν ἀνεμποδίστως.* Sect. 4. (cui haec est inscriptio: *τόμος τέταρτος περὶ εὑρέσεων. περὶ λόγου σχημάτων*) incip. fol. 137. b. a verbis: *Ἐπειδὴ οὖν καὶ περὶ τῶν ἐπιχειρημάτων* cet. explic. fol. 165. a. verbis: *ἑκάσταις τῶν ἄλλων περιστάσεων: + τρίτος τῶν εὑρέσεων.* LIB. DE IDEIS, cuius titulus est *ἑρμογένους τεχνῆς ῥητορικῆς περὶ τῶν ἰδεῶν λόγου*, incip. fol. 165. a. verbis *Εἴπερ ἄλλοτι τῷ ῥήτορι* cet. explic. prima eius sectio fol. 240. a. verbis: *περὶ γοργότητος ἂν εἴη λέγειν.* Altera sectio (cum titulo: *βιβλίον δεύτερον· περὶ γοργότητος*) incip. fol. 240. a. verbis: *Καλὸς μὲν οὖν ἅμα ὄγκῳ καὶ ἀξιώματι* cet. explic. fol. 320. b.: *δηλώσειν τὸ πρᾶγμα φημί.* Tum sequitur: *ἑρμογένους περὶ μεθόδου δεινότητος.* Ita titulus, qui legitur fol. 320. b. Opus ipsum incip. fol. 321. a. verbis: *Πᾶν μέρος λόγου εὕρηται μὲν ἐπὶ μηνύσει πράγματος* cet. Explic. fol. 346. a.: *τῇ ἀποφάσει δεδήλωκεν. τέλος τοῦ περὶ μεθόδου δεινότητος.* Duo ultima folia, quae ut supra memoravi membranacea sunt, a manu recentiore profecta sunt.

XXIV.

[Rep. I. 4. 68. b.]

Codex chartaceus nitidissime scriptus, saeculi XIV., chartae laevissimae, folior. 80, quorum primum et ultimum vacua sunt. Litterae initiales et picturae non inelegantes rubro pictae sunt. Continentur haec:

a) [fol. 2. a — 28. b.] *ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ ΓΕΡΑϹΗΝΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ ἉΡΜΟΝΙΚΗϹ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ ὙΠΑΓΟΡΕΥΘΕΝ ἘΞ ὙΠΟΓΙΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΑΛΑΙΟΝ.* Ita titulus minio pictus. Post titulum sequuntur *κεφάλαια τῶν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ.* Opus ipsum incipit a verbis: *Εἰ καὶ πολύχους καθ᾽ ἑαυτὸν καὶ δυσπερίληπτος ἑνὶ συμπερανθῆναι ὑπομνήματι* cet. Explic. *ἔτι καὶ ἀνθρώποις φησὶ ξύμφωνον χρείαν, καὶ ξύμμετρον ἀπενείματο.* [Et rubro picta:] *Νικομάχου Γερασηνοῦ πυθαγορικοῦ ἁρμονικὸν ἐγχειρίδιον· βιβλίον βον.*

b) [fol. 29. a — 78. a.] *ΑΡΙϹΤΟΞΕΝΟΥ ἉΡΜΟΝΙΚΩΝ ϹΤΟΙΧΕΙΩΝ ΒΙΒΛ. Γ.* Titulus minio pictus: *ΑΡΙϹΤΟΞΕΝΟΥ ἉΡΜΟΝΙΚΩΝ ϹΤΟΙΧΕΙΩΝ ΠΡΩΤΟΝ.* Incip. *Τῆς περὶ μέλους ἐπιστήμης πολυμεροῦς οὔσης καὶ διῃρημένης εἰς πλείους ἰδέας*, cet. Explic. *ἢ τοσαυταχῶς, ῥάδιον συνιδεῖν.* [Et rubro picta verba:] *ἀριστοξένου ἁρμονικῶν στοιχείων τρίτον.*

c) [fol. 78. b — 79. b.] *ἈΛΥΠΙΟΥ ΕΙϹΑΓΩΓΗ ΜΟΥΣΙΚΗ.* Ita titulus minio pictus. Huius operis non nisi primum caput in nostro codice habetur. Incip. *Τῆς μουσικῆς ἐκ τριῶν τῶν συνεκτικωτάτων ἐπιστημῶν τελουμένης·* cet. Explic. [vid. *Ioann. Meursii auctores music. antiquiss. Aristoxen. Nicomach. Alyp.* pag. 96.] *νήτη συνημμένων· νήτη ὑπερβολαίων.* — Caeterum huius codicis notitiam iam dedimus in *Beckeri* libro: Systematisch-chronologische Darstellung der musikalischen Litteratur, pag. 543.

XXV.

[Rep. I. fol. 2.]

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, rubris inscriptionibus et litteris initialibus, folior. 173, quorum 1. b — 4. 13. b. 109 — 111. 137. b. et 169. b — 173. scriptura vacant. Continentur haec:

a) [fol. 5. a — 10. a.] *ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ ἉΡΜΟΝΙΚΗ.* Incip. (*Ἁ*)*ρμονική ἐστιν ἐπιστήμη θεωρητική καὶ πρακτική.* Explic. *οὗτος ὁ ὅρος τῆς κατὰ τὸ ἡρμοσμένον ἐστὶ πραγματείας.*

b) [fol. 10. a — 13. a.] *ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΚΑΤΑΤΟΜΗ ΚΑΝΟΝΟΣ.* Incip. (*Ε*)*ἰ ἡσυχία εἴη καὶ ἀκινησία, σιωπὴ ἂν εἴη.* Explic. *ὥστε γενέσθαι τὸν ρ̄ β̄ μέσον διάτονον. Εὐκλείδου κανόνος κατατομὴ ζώσιμος διώρθου ἐν Κονσταντινουπόλει εὐτυχῶς.*

c) [fol. 14. a — 33. a.] *ΑΡΙΣΤΟΞΕΝΟΥ ἉΡΜΟΝΙΚΩΝ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ ΠΡΩΤΟΝ. Β. Γ.* (libri tres). Incip. (*Τ*)*ῆς περὶ μέρους ἐπιστήμης πολυμεροῦς οὔσης.* Explic. *ῥάδιον συνιδεῖν.*

d) [fol. 33. b — 45. b.] *ΑΛΥΠΙΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΜΟΥΣΙΚΗ.* Incip. (*Τ*)*ῆς μουσικῆς ἐκ τριῶν τῶν συνεκτικωτάτων ἐπιστημῶν τελνουμένης* [*τελειουμένης*?]. Expl. *παρυπάτη μέσων λ̄ καὶ ἡμιδέλτα πλάγιον λ.* <

e) [fol. 46. a — 54. b.] *ΓΑΥΔΕΝΤΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ἉΡΜΟΝΙΚΗ ΕΙΣΑΓΩΓΗ.* Incip. (*Α*)*είδω ξυνετοῖσι δ᾽ ἐπίθεσθε βέβηλοι.* Explic. *ὑπάτη μέσων δέλτα ἀνεστραμμένον καὶ ταῦ πλάγιον ἀνεστραμμένον.*

f) [fol. 55. a — 65. b.] *ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ ΓΕΡΑΣΗΝΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ ἉΡΜΟΝΙΚΗΣ ΕΓΧΕΙΡΙΟΝ* (sic) *ὙΠΑΓΟΡΕΥΘΕΝ ΕΞ ΥΠΟΓΙΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΑΛΑΙΟΝ: ΒΙΒ. Β.* Incip. *Κεφάλαια τῶν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ. α. ὅτι τὸ βιβλίον ἐγχειρίδιον ἐστίν.* Expl. *καὶ ξύμμετρον ἀπαιτήματος.*

g) [fol. 66. a — 108. b.] *ΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥ ΤΟΥ ΚΟΪΝΤΙΛΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙ ΜΟΥΣΙΚΗΣ: ΒΙΒΛΙΑ Γ.* Incip. (*Α*)*εἰ μὲν ἐμοὶ θαυμάζειν ἔπεισιν.* Expl. *ἐντελῆ καταμουσικὴν μιᾷ καταθέσθαι πραγματείᾳ.*

h) [fol. 112. a — 169. a.] *ΜΑΝΟΥΗΛ ΒΡΥΕΝΝΙΟΥ ἉΡΜΟΝΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Β.* Incip. *Προοίμιον.* (*Ἐ*)*πειδήπερ ὁ χρόνος καὶ τὴν ἁρμονικὴν ἐπιστήμην.* Explic. *συστήματος ὑποδείγματι δείκνυται.* — Caeterum huius Codicis notitiam iam dedimus in *Beckeri* libro: Systema-

tisch-chronologische Darstellung der musikalischen Litteratur, pag. 542. —

XXVI.

[Rep. I. 4. 81.]

Codex membranaceus saec. XIII. eleganter et luculenter scriptus, sed ab initio et in fine mutilus, litteris initialibus rubris magna interdum arte pictis, figuris mathematicis textui intersertis, manipulis rubra littera notatis, vocum compendiis non ita multis. Folia sunt 87, quorum 1—5. 47. a. et 75—87. chartacea sunt et vacua. Continetur:

Chalcidii in Timaeum Platonis Commentarius. Titulus legitur demum fol. 8. b.: CALCIDII. LIBER. IN PLATONEM. Incip. fol. 6. a. [vid. ed. Meurs. pag. 71. lin. 11.] *legentes artificiose rationis que operatur in explicandis rerum questionibus. usum non habebant.* cet. Tum pergitur usque ad verba: *ac republica uoluit inquiri* [ed. Meurs. pag. 75. lin. 21.]. Sed quae sequuntur verba usque ad pag. 77. lin. 12. ed. laud., ea in codice desiderantur et vacuum relictum est fol. 8. a. fere totum. In hoc vero spatio a recentiore manu [ao. 1606.] haec scripta sunt: CHALCIDII VIRI CLARISSIMI LVCVLENTA TIMAEI PLATONIS *versio et eiusdem argutissima explanatio. Scripsit haec Chalcidius annis abhinc* 1.216., *Ao. Chr.* 390. *ad Osium Cordubensem Episcopum, qui concilio Sardinensi praefuit; Patria eius & genus reperiri non potuit, praesertim cum liber eius rarissimus esset inventu.* THOMAS SCHROEBER NEAPOL: SIL: *emit. Breslae ex Bibliotheca* M. PAVLI WITTICHII, Ww: SILESII *Mathematici doctissimi Anno Christi* 606. [Huic nomini recentior manus adscripsit verba: *obiit Viennae. A.* 1587. 9. *Ianu*:] Tum sequuntur verba: *Ut doceat mundi corpus perfectum esse* cet. [ed. Meurs. pag. 77. lin. 12.] Post fol. 68. deest unum, ita ut verba, quae sunt in ed. Meurs. pag. 194. lin. 9. [*devincta immortalibus vinculis* cet.] usque ad pag. 197. lin. 1. [*praesentia vero*] exciderint. Finis codicis est: Atque ut Rationabilis & *consulta hec motuum uarietas. vsq. Quam lucem* solem vocamvs. Quae verba leguntur in ed. laud. pag. 208. lin. 10.

XXVII.

[Rep. I. fol. 26.]

Codex chartaceus saec. XV. bene scriptus, folior. 273, quorum primum eleganter picturatum et auratum et insignibus, ut videtur, Gallici cuiusdam monasterii vel equitis ornatum est. Foll. 222. et 223. scriptura vacant. Continentur:

a) [fol. 1. a. — 221. b.] Versio Latina Commentariorum Procli philosophi in Parmenidem Platonis. Incip. *Oro deos deasque omnes dirigi meum intellectum in propositam theoriam* cet. Explic. *eamque de ipso theoriam; Explicit Septimus et ultimus.* Nondum edita est haec versio. Cf. *God. Chn. Goetzii* progr., *quo bibliothecam nostram aperiendam fore indicit*, Lips. 1711. pag. 26.

b) [fol. 224. a — 273. b.] Xenophontis Memorabilia Socratis. Latine. Incip. *Cum sepe numero cogitem quibus de causis* cet. Explic. *comparatione rem ipsam diiudicet.* Et subscriptio haec est: *Xenofontis de factis et dictis liber quartus et ultimus.*

XXVIII.

[Rep. I. fol. 17.]

Codex membranaceus saec. XII. nitidissime exaratus, lineis stilo ductis, inscriptionibus et argumentis milto pictis, foliorum 263, quorum 154. a. 172. a. 174. b. et 263. a. scriptura vacant. Continentur:

Constantini Porphyrogeniti libri II. de caerimoniis aulae Byzantinae. Incip. [cf. ed. Leichio-Reiskianae tom. I. p. 257., nam in hac ordo eorum, quae in codice leguntur, inversus est, ita ut quibus illa verbis pag. 1. incipit, ea demum in MS. fol. 21. b. legantur,] Ὑπόθεσις τῶν βασιλικῶν ταξειδίων καὶ ὑπόμνησις τῶν ἀπλήκτων. *Εἰσὶ τὰ ἄπληκτα* cet. Explicit [et ultimae quidem membranae extremo ligneo libri operculo agglutinatae pag. b., nam pag. a. vacua est] *νοταρίους ἐν ἐξουσίᾳ εἶναι τάσσειν ἀφ' ἑαυτῶν τὸν οἱονοῦν ἐν* .... In priore operculo huius codicis, quem ex insignibus fronti impressis constat fuisse olim etiam in bibliotheca Budensi Corviniana, auro expressa verba leguntur [DE R]EGALIBUS INSTITVTIONIBVS. Scriptura similis est specimini saec. XI, quod in catalog. MSS Graecor. Biblioth. Venet. pag. 3. conspicitur. Vid. *Leich.* in ed. illius operis *Reiskiana* tom. I. pag. XXIV. — *Reiskius* [tom. I. p. I.] de illo libro MS. haec scripsit: „Primus *Zacharias Conradus Uffenbachius*, Reipublicae Francofurtanae ad Moenum quondam Scabinus et Consularis librum hunc in famam misit notitiam eius edendo.“ [Haec notitia legitur in Catal. Biblioth. Uffenbach. MStae p. II. p. 537—565.] „Ex Uffenbachii possessione pervenit in bibliothecam Ampliss. Senatus Urbis nostrae — ita factum, ut Amplissimus *Mascovius*, eius praefectus, *Io. Henr. Leichium*, nuper in Academia nostra professorem clarissimum, qui eam a prima adolescentia frequentare consueverat, ad edendum opus hactenus ineditum excitaret.“ cet. Specimen huius Cod. vid. in fine operis.

XXIX.

[Rep. I. 4. 51.]

Codex chartaceus, folior. 95, quorum 20. 40. b. 60. vacua sunt. Titulus hic est:

Genesii *ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ* libri quinque. [in ed. Venet. 1733. fol. iidem libri in quatuor divisi sunt.] *Sive historia rerum ab initio* Leonis *Armenii usque ad excessum* Basilii *Macedonis Impp. gestarum, iussu Constantini Porphyrogeniti Imp. ante annos quasi* ƆƆCC *conscripta. I. A. B.* [*Bosius*?] *e MSS. membranis vett. Bibliothecae collegii Paulini Lipsiensis descripsit A. Ch.* CIƆIƆCLII.

Postquam fol. 1. b. carmen praemissum est [incip. *Ἀοίσθος ἀνὴρ* cet. explic. *τὴν κλῆσιν ἐξαφανίσας.*], quod idem etiam in fine [fol. 95.] repetitur. Incip. historia ipsa fol. 2. a. [praemisso titulo, qui rubro colore pictus est: *περὶ τοῦ ἐξ ἀμαλὴκ λέοντος*] his verbis: *Τὴν ἐξ ἱστορίας τελέσας βίβλον ὡς ἐκέλευσας* cet. Explic. [fol. 95. a.] *συμβασιλεύσας μὲν τῷ μιχαὴλ ἔτος ἕν. αὐτοκράτωρ δὲ βιοὺς ιθ' ἔτεσιν.*

XXX.

[Rep. I. fol. 22.]

Codex chartaceus saec. XVI. folior. 69, quorum 3. b. 30. b. 44. a. 58. b. 61. b. 65. b. 67. b. 68. b. et 69. b. scriptura vacant. Continetur:

Georgii Logothetae Acropolitae chronicon Graecum, cum latina versione *Iani Dousae* et quibusdam eius

observationibus. Incip. *Ad eosdem illustres ordines* cet. Explic. ἔρχεται φθόνον]. *Hic est Manuel Charitopulus.* Fuit hic liber manuscriptus olim in bibliotheca *Zach. Conradi ab Uffenbach. M. F.*, qui eum ex libris *Io. Frid. Mayeri* emerat. Nam ipse haec in operculo libri adnotavit: „Comparavi e bibliotheca Joh. Frid. Mayeri [cuius nomen etiam fol. 1. a. legitur] Berolini 1716. sub hasta vendita. Vid. Catal. p. 731. num. 54., ubi hoc modo recensetur: Georgii Logothetae Acropolitae Chronicon Gr. et Lat. Praelo olim paratum fuit et videtur esse Iani Dousae autographum, quod ex multis istis notis in usum typographi Belgico idiomate adscriptis colligitur." Vix dubitabit, quin ille liber manuscriptus ipsius Dousae autographum sit, quicumque cum editione *Theodori Dousae* Lugd. Batav. cIↃ.IↃc.xiv. evulgata comparaverit. *Ioh. Henr. Maius* in *Biblioth. Uffenbachii MSS.* P. II. p. 565 sq. haec de nostro Codice scripsit: „Est apographum Georgii Dousae, quod frater eius Theodorus cum versione ac suis notis vulgavit Lugd. Bat. 1614. 8. Namque et Petri Scriverii carmen in commendationem istius operis Dousici praefixum heic legitur, et monita hinc inde Belgico idiomate in usum typothetae adscripta sunt, et ipsa etiam typographorum signa, queis in paginarum aeque ac plagularum distinctionibus utuntur, hic occurrunt. Post Scriverii carmen sequitur Acropolitae elogium, ex Gregorio Cyprio, patriarcha CPolitano, sumtum; hoc excipit operis Acropolitani textus Graecus, et folio XXX. a. versio Latina, post quam fol. LVII. a. annotationes Dousae locantur. Ut dubitare non liceat, ex hoc codice natam esse, quam indicavi, editionem."

XXXI.

[Rep. I. 4. 69.]

ΜΙΧΑΗΛΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΟΥ ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ. MICHAELIS APOSTOLII PAROEMIAE: *nunc demum, post Epitomen Basiliensem, integrae, cum Petri Pantini versione, eiusque et Doctorum Notis, in lucem editae. Lugduni Batavor. Ex officina Elzeviriana. Anno* cIↃIↃcxix.

In fronte huius libri nomen legitur Goetzii bibliothecarii: *Godofr. Christian. Goetzius. Amstelod.* 1698., qui etiam notas non paucas margini adscripsit. Praeterea ab eodem *Goetzio*, ut videtur, scripta servantur etiam in hoc Codice duo folia formis quaternis, cont. *Notas ad Apostolii Proverbia*, et quidem ad Cent. III. pr. 37. V, 20. et 74. VI, 77. XIV, 65. XIX, 19.

XXXII.

[Rep. I. 4. 82.]

Codex chartac. saec. XIV. exeunt. accurate scriptus, folior. 33., quorum 30. a. et 31. vacua sunt. Continentur:

a) [fol. 2. a. — 30. a.] OPUS AUCTORIS ANONYMI DE ANIMA ET ANIMALIBUS, cuius etiam titulus deest. Incip. *Ψυχῆς τῆς τῶν ἐμψύχων τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ, πρώτη μέν ἐστιν ἡ θρεπτική* cet. Explic. *δι' ὧν ὅλως τῶν μορίων ἡ κίνησίς τε καὶ μετάβασις τοῖς ζώοις γίνεται.*

b) [fol. 32. a. quae pagina numerum 179. habet] legitur *βιοτικὸς θρῆνος Δημοκρίτου τοῦ φιλοσόφου.* Ita titulus. Incip.: ...*εἰν ἀγορᾷ μέν τε*...*θα, καὶ χαλεπὰ πρήξει*....*ἐν δὲ λύμοις φροντίδας* cet. Explic. *ἀμεταστρεπτὶ ὤδοτον.*

c) [fol. 32. b.] *Ἰσαακου (?) τοῦ τζέτζη· προλεγόμενα εἰς τοὺς ποιητάς.* Incip. *Τοῖς τῶν ποιητικῶν βιβλίων κατάρχεσθαι μέλλουσι δεῖ (?) εἰδέναι πρῶτον τὰς τῶν ποιητῶν διαφορᾶς* (sic) cet. Explic. *ὃς διθύραμβον ἤτοι κυκλικὸν χορὸν ἐν κορίνθῳ πρῶτον*....

d) Quae fol. 33. a. et b. habentur, videntur esse fragmentum eiusdem libri, quem sub litt. c) indicavimus; certe manus fere eadem est, quam quae illa scripsit. — Caeterum fol. 1. a. leguntur haec verba: *ἠγόρασα ἐγὼ Ἀνδρέας βαρδαβας τὸ*.....*βιβλίον διὰ ˋχτν΄.*

B.

LATINI.

XXXIII.

[Rep. I. fol. 5.]

Codex membranaceus saec. XV. nitidissimus ac splendidissimus, scripturae accuratissimae Italicae, rubris inscriptionibus, litteris initialibus caeruleo colore pictis, prima cuiusque fabulae initiali aurata et picturata, margine fol. 2. a. egregie variis figuris aurum variosque colores habentibus ornata, membrana tenui laevique. Foliis constat hic codex 315, quorum 1. et 315. b. scriptura vacant. Continentur:

PLAUTI COMOEDIAE. Titulus minio pictus hic est: PLAVTI. POETE. CLARISSIMI. AMPHITRIO. INCIPIT. FELICIT. ARGVMENTVM. Incip. IN *faciem uorsus amphitrionis iupiter* cet. Explic. *Spectatores bene valete. Plaudite atq.; exurgite*; Subscriptio rubra haec est: PLAVTI. POETE. CLARISSIMI. TRVCVLENTVS. EXPLICIT. FELICITER. — Accessit hic codex ad bibliothecam nostram ex auctione *Godofr. Sellii*, Lips. 1737. habita. Vid. Catal. *Sellii* p. 75. num. 1385. Caeterum exstat in Biblioth. regia Dresdensi exemplar ed. Plaut. Camerar. (Basil. Hervag.), quod, cum pluribus codd. MSS. collatum, etiam *I. F. Christii* collationem anno 1740. cum nostro codice factam continet. Usus est (vid. *Eberti* Gesch. der Königl. Biblioth. in Dresd. pag. 286. num. 190.) illo exemplari etiam *Linge*, scholae Ratiboriensis moderator. — *Hermannus* in Elementis doctr. metricae ad *Blümnerum*, tum temporis bibliothecae nostrae praefectum, haec de illo codice perscripsit [pag. XIX.]: — „Quod si quid in hoc genere rectius a me nunc explicatum est [dixerat de difficultatibus metricis in Plauto superandis], debeo id maxima ex parte praestantissimo illi codici, quem a te utendum accepi. Qui quum, in candidissima membrana omnes Plauti fabulas summo nitore scriptas continens, saepe ab editis libris, nonnumquam etiam a MSS. discrepet, duplicem mihi usum praestitit, unum, quod scripturam ante oculos habebam ab editorum mutationibus vacuam, alterum, quod, etsi hic quoque codex fortasse non immunis est

ab recensione aliqua grammaticorum, tamen saepe optimas lectiones non modo confirmavit, sed etiam primus ac solus exhibuit."

XXXIV.

[Rep. I. 4. 37.]

Codex membranaceus saec. X. formae plane quadratae, luridae membranae, sine ulla versuum notatione scriptus, litteris initialibus rubro adpictis, cum glossis interlinearibus, lineis stilo ductis, folior. 80. Continentur:

P. Terentii Afri Comoediae. Titulus hic est: P. TERRENTII. Afri. Comoedie. N. VI. Andria. Adelphe. Evnvchvs. Phormio. Heavtontimervmenos. Hechyra. Feliciter. Calliopio. P. Terrentii. Afri. Andria. incipit argvmentvm Andriae. [Iam sequitur C. Sulpitii Apollinaris periocha: *Sororem falso creditam meretricule* cet.] Explic. *Feci imprudens quam sciens ante hunc diem umquam.* Plavdite Calliopivs recensvi terrentii afri explicit hechyra. In fronte codicis hi versus leguntur:

Natus in excelse tectis Kartaginis altis.
Romanis ducibus bellica preda fui.
Descripsi mores hominum iuuenumque senumque.
Qualiter et serui decipiant dominos.
Quid meretrix quid leno dolis cum fingat auarus
Hec quicumque legit sic puto cautus erit.

Hic liber MS. saepe optimas lectiones praebens bibliothecae Senatoriae factus esse videtur anno 1733., si non 1737. ex auctione *Godofr. Sellii* [vid. eius catal. append. I. pag. 102. num. 876.] ad bibliothecam nostram accessit. *God. Hermannus* [Element. doctr. metr. pag. XIX.] in Terentii metris aliquoties egregie sibi subvenisse ait veterrimum hunc codicem, cuius *Bluemnerus* illi potestatem fecerat. — Caeterum specimen Codicis in fine huius operis dedimus.

XXXV.

[Rep. I. 4. 36. c.]

Codex membranaceus formae oblongae, saec. XIII. exaratus cum glossis interlinearibus, litteris initialibus aut vario colore pictis aut rubris, folior. 136, quorum 136. b. scriptura vacat, [non ut a *Wagnero* relatum est in ed. Virgil. tom. IV. pag. 629. 135 folior.]. Codex ab initio maioribus quam sub finem litteris scriptus est, quamquam ab uno eodemque librario profectus videtur. Continentur:

P. Virgilii Maronis Eclogae, Moretum, Georgica et Aeneis. Incip. [postquam a recentiore manu profecta verba adscripta sunt: *Virgilius optimus antiquorum poetarum*] *Titure tu patule recubans sub tecmine fagi* cet. Explic. *vitaque cum gemito fugit indignata sub umbras.* Addita sunt praeterea haec litteris maiusculis scripta:

Libro perfecto Ludum pro munere posco
Libro finito Lector gaudenter abito
olricus minor scripsit hunc librum.
EXPLICIT LIBER. XII. VIRGILIJ MARONIS.

Tum sequuntur a manu aliena profecta, sed similis characteris verba:

hic liber est scriptus qui scripsit sit benedictus.

Versus Eclog. VI, 73. [*Quid loquar, ut Scyllam* cet.] usque ad finem [vs. 85.] librarius a ceteris huius eclog. versibus separavit, ut locus litterae initiali maiori vacuus relictus aperte docet. — Tum post Eclog. X. [explic. *Ite domum sature venit hesperus ite capelle*] sequitur carmen illud de Musarum muneribus, quod apud Ausonium quoque legitur, sed alio ordine dispositum, Idyll. XX. (367.) Incip. *Clio gesta canens* cet. Explic. *Dogmate glacinudo lustrabit templa sophie.* — Haec excipit Moretum. Incip. *Iam nox hibernas bis quinque peregerat horas* cet. Explic. *Atque agit in segetes et terre condit aratrum.* Sequitur Georgicon lib. I. [praemisso quatuor versuum argumento, quod incip. *Quid faciat letes* cet. explic. *magno olim sedere reddi.*] Incip. *Quid faciat letas segetes quo sidere terram* cet. Explic. *neque audit currus habenas.* Post argumentum quatuor versuum [qui incip. *Hactenus arvorum cultus* cet. explic. *pomorum ex ordine letus*] legitur lib. II. Incip. *Hactenus aruorum cultus et sidera celi* cet. Explic. *Et iam tempus equum spumantia soluere colla.* Argumentum lib. III., quatuor versuum, incip. [*T*]*eque pales ac pastorum* cet. explic. *monstravit carmine vates.* Lib. III. incip. *Te quoque magna pales* cet. Explic. *sacer ignis edebat.* Argumentum lib. IV. quatuor versus continens, incip. [*P*]*rotinus aereu mellis* cet. explic. *fauos celestia dona.* Subscripta sunt argumento haec: NJJ QRVLEROV. Lib. IV. incip. *Protinus aerii mellis celestia dona* cet. Explic. *Tityre te patule cecini sub tegmine fagi.* Tum minio picta haec leguntur: *Explicit carmen georgicum. Incipiunt versus ouidii super duodecim libros eneidos vers.* Sequuntur tria carmina, quorum duo priora speciminis loco [nam etiam in Aeneide argumenta singulis libris praefixa Ovidio tribuuntur] huc adscribam.

Primus habet pelagi minas terreque secundus
Tercius errores et amores quartus elisse
Quintus habet ludos sextus deducit ad umbras
Septimus Ausonios. aeneam octavus et armat
Nonus hirtaciden. Decimus pallanta peremit
Vndecimus tarcohn. [pro: *Tarchon*] *Dampnat pars ultima turnum.*

Hi versus in cod. biblioth. Guelferbyt. Gud. 70. [apud *Ebertum* no. 903.] *Asmenio* tribuuntur. Alterum carmen hoc est:

Primus habet libicam veniant ut troie in urbem
Edocet excidium troe cladem que secundus
Tercius a troia vectos canit equore teucros
Quartus item misere duo vulnera narrat elise
Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores
Eneam memorat visentem tartara sextus
In frigas italium bello iam septimus armat
Dat simul ence socios octavus et arma
Daunius expugnat nono nova menia troie
Exponit decimus tuscorum in littore pugnas
Undecimo rutuli superantur morte camille
Ultimus imponit bello turni nece finem.

Talia autem carmina, quibus argumenta librorum Virgilianorum exponuntur, in multis aliis etiam vetustis exemplaribus Ovidio attributa inveniuntur; cf. *Burmann.* in ed. Ovid. tom. IV. pag. 166. ult. *Eberti* catal. Codd. Biblioth. Guelferbyt. pag. 171. num. 903. et 904. (Gud. 70. et 66.) Tertium carmen, quod in Cod. nostro legitur, in nonnullis Ovidii editionibus habetur. Est illud, quod incip. *Aeneas primo lybie depellitur oris* cet. Explic. *Excidium troie visus* [pro: *iussus*] *narrare parabat.* — Fuit hic liber MS., ut in ipsa eius fronte legitur, olim *liber monasterii sti Mauricii in hallis. Silligius*, qui eum in Moreto edendo consuluit [vid. ed. Virgil. *Wagnerian.* tom. IV. pag. 614. in *dissertatione de Codd. Virgilii*] haec scripsit: „*Codex Schefferianus.* [Num idem sit, qui nunc inter codd. bibl. Senator. Lips. servatur, et ab clariss. Wagnero oblongus dicitur, pro certo affirmare nolo, quamvis in libraria J. Schefferi Lips. supellectili, quae circa a. 1677.

in bibliothecam Senatoriam illata est scriptis philologicis refertissima, cum fuisse probabile sit. Cf. *Goetz.* de bibl. sen. Lips. pag. 16.].“

XXXVI.

[Rep. I. 4. 36. d.]

Codex membranaceus saec. XIII. cum glossis inter lineas et scholiis ad marginem adscriptis, litteris initialibus maximam partem minio pictis, duabus columnis exaratus, [praeter foll. 39. a. et b. et 40., ubi propter litterarum magnitudinem nonnisi una columna scribi potuit] characteris non ineleganitis, sed admodum varii, ab uno tamen, ut videtur, librario profecti; folior. 76. Leguntur hoc codice:

P. Virgilii Maronis Georgica et Aeneis. Incip. (T)*iture tu patule recubans sub tegmine fagi* cet. Explic. *Vitaque cum gemitu ſugit indignata sub umbras.* Praeterea in fine leguntur hi versus:

Hic spirat turnus ſatali morte subactuſ
Pallantis turnus moritur de ueste ſuperb;
Oppetit hic turnus aduerſo pectore ſoſſuſ.

Tum sequuntur versus illi:

Mantua me genuit. calabri rapuere tenet nunc
Parthenope cecini pascua rura. duces.

Ante eclogas nonnulla scripta leguntur. Primum: carmen illud Ovidii ad Virgilium, quod inter epigrammata illius in nonnullis editionibus legitur. Incip. *Virgilius magno quantum concessit homero* cet. Explic. *Liuoris titulum proposuisse tibi.* Sequitur alterum carmen quatuor versuum, quod incip. *Qualia bucolicis* cet. Explic. *lege carmina nostra.* Denique leguntur noti illi versus, quorum honores Bathyllus tulisse dicitur: *Nocte pluit tota redeunt spectacula* cet. Additi sunt, quos Virgilius composuisse fertur, versus, sed non integri: *Hos ego versiculos* cet. Praeterea notandum est, argumenta 3. et 4. libro Georg. et Aeneidos libris 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. et 12. esse praeposita. — Hic codex, qui olim fuit in bibliotheca *Ioh. Christophori Wagenseilii*, ut ex eius emblemate in fronte libri couspicuo patet, ab *Sillígio* in Moreto, quod non habet, consultus esse dicitur. Vid. Virgil. ed. *Heynio-Wagner.* Vol. IV. pag. 629. Quem hic vir doctus consuluit, est procul dubio Cod. XXXV. (Rep. I. 4. 36. c.)

XXXVII.

[Rep. I. 8. 85. b.]

Codex nitidissimae et laevissimae membranae, sed negligentius et pallescente hic illic atramento scriptus, litteris cuiusque libri initialibus pictis et auratis, caeteris initialibus simplici arte modo rubro, modo caeruleo colore scriptis. Saeculi est XV. Manipulis denorum foliorum additi sunt custodes. Scriba fuit imperitissimus, vid. *Tibull. ed. Huschk.* tom. I. pag. LXXXV. Folia sunt 53, quorum 1. b. et 53. vacua sunt. Insunt:

a) [fol. 2. a — 47. a.] Albii Tibulli carmina. Incip. DIVITIAS *Aliuſ ſuluo ſibi congerat auro* cet. Explic. *Aut caneret ſorti regia bella pede.* [Et rubro picta verba:] *Finis tibulli huc uſq exſtat.* — Sequuntur eadem manu scripta:

b) [fol. 47. b — 52. b.] Varia carmina, *auctoris nomine non* ubique nominato. Ac primum quidem fol. 47. b. duo leguntur carmina, quorum alteri inscriptio est: *Ad praeſtantiſſimam uirginem ypſotam de magnuoliſ* [?]; alteri: *Ad eadem* (sic) *uirginem yſotam* (sic). Alterum incip. *Eya age muſa novaſ in carmina concipe uireſ* cet. et est 16 versuum; alterum incip. *Flumine ciue* (sic) *loco . . . . pulcra uerona* cet. et est 4 versuum. Post haec carmina sequuntur [fol. 48. a.] quaedam rubro scripta de vita Tibulli, incip. *Albius tibulluſ regaliſ equeſ inſigniſ forma* cet. Haec iam *Petr. Burmannus Secundus* e codice MS. Bibliothecae Regiae (quem non accuratius designavit, sed simpliciter tantum commemoravit ad Anthol. Lat. tom. I. pag. 416.) descripsit. Fol. 48. b. sq. leguntur: carmen *de morte raphaeliſ cumani, de morte diuuli, de morte babtiſte ſanguinecii, de morte ioane; carmen t'brachi* [sic] *mutinenſiſ ad ladiſlaum regiſ nepotem, qui uerecundabatur domum egredi eo quod omneſ eum reſpicerent*; *carmen t'bachi ad ladiſlaum regiſ nepotem de grue qua eum donavit; Thome ſenece camertiſ atque uatiſ in eneam puerum* carmina duo, quorum primi initium hoc est: *VENeaſ* (sic) *primiſ atauiſque ingentibuſ orte,* secundi hoc: *Parce puer cuiquam nimium te credere paſſim.* De hoc *Thoma Seneca Camerte*, qui, teste *Angelo Bataglini* [*Della Corte Letteraria* di Malatesta *Signor di Rimino*, apud Basinium Opp. tom. II. p. 91 — 93.] ab anno 1420 — 1472. floruit, et circa finem saec. XIV. natus est, vid. quae *Huschkius* commemoravit in ed. Tibulli tom. I. pag. LXXXV. sq. Idem *Huschkius* etiam alterum eius carmen, quod incip. *Aeneas primis* cet., l. l. pag. LXXXVI sq. typis describi curavit. — Ultimum denique carmen, quod in Codice legitur, inscriptionem habet: *Lauſ picture que reſerebat herculem dum prelium iniit cum leone.* In fine codicis verba rubro picta leguntur: *Lauſ quicunque legeriſ.*

XXXVIII.

[Rep. I. fol. 30. a.]

Tibullus, Catullus, Propertius Regii Lepidi, Prosp. Odoardus et Alb. Mazali 1481., folior. 104, 42 linear. signat. a — p. [Cf. *Eberti* lexicon bibliogr. 3750.] Ultimum folium deest, ita ut desinat in verba [Propert. IV. 11. 23.] *Sisyphe mole vates* [sic]: *taceant isionis orbes.*

Adscripsit vir quidam eruditus notas.

XXXIX.

[Rep. I. fol. 6.]

Codex membranaceus saec. XI. exaratus, lineis stilo ductis, litteris initialibus rubris, scriptura duabus columnis distincta usque ad fol. 35. b., folior. 110, quorum 36. b. scriptura vacat. Continetur:

Horatius cum scholiis maxime in art. poet., in sermones et epistolas. Incip. *Mecenaſ atauiſ edite regibus* cet. Explic. *Rideat et pulset. laciua* (sic) *decentius etas.* Subscripta sunt verba: *Finito libro detur bona uacca magistro.* — *G. H. Martini* in ed. Horatii Ianiana tom. I. pag. XII. sq. hunc codicem tam accurate descripsit, ut non possim non eius verba huc transscribere, quamquam in aetate codicis definienda graviter eum errasse constat. Ita vero: „Codex,“ inquit, „*primus* [sic vocat a pristino ordine, quo Codd. nostri collocati erant] membr., fol. complectens CX folia, nec numeris nec signis distincta, quorum octona videntur manipulum efficere. Singula folia interdum a bibliopega permutata sunt. Scripsit

totum Cod. una manus, sed illa sibi non constans, nunc maiores nunc minores pingens litteras, quae non quidem plane rudes, at neque elegantes dicendae. Sunt eae, etiam initiales versuum, minusculae, magis latinae quam gothicae. Initiales carminum, more in MSS. consulto, plerumque desunt, et leviter tantum sunt designatae. Compendia vocum crebra. Atramentum temporis diuturnitate fuscum factum. In primi et ultimi folii columna priori sic deletae litterae, ut legi vix possint; quare primos XI versus odes I. serior penna denuo induxit. Ex omnibus his, aliisque, probabile, codicem Saeculi XIII. aut XIV. in Italia scriptum esse. Duabus quasi partibus constat, in quarum prima, quae Odas, Epodos et Carmen saec. continet, singulae paginae in binas sectiones divisae sunt, lineaeque ductae tam transversae XXVIII, quam ab utraque parte ad perpendiculum, quibus initiales litterae et longitudines linearum definirentur. Nec libri, nec singula carmina numerata. Paucae inscriptiones, rubrae illae et a seriori manu. Ut ante artem poeticam: *Incipit liber poëtriae.* Ars poetica statim sequitur Epodos. Scholia in prima parte paucissima, in altera plura, etiam a prima manu; a qua et codicis inscriptio est: *Opera Oracy: item poetria.* — Caeterum etiam *Kirchnerus* hoc codice usus est (vocavit Cod. Lips. 1.) in editione Satyrarum, vid. tom. I. pag. C.

XL.

[Rep. I. fol. 4.]

Codex membranaceus nitidissimus saec. XI. exaratus, cuius in operculis apparent insignia Electoralia Saxonica, inscriptionibus et subscriptionibus litterisque initialibus milto pictis, lineis stilo ductis, scriptura usque ad fol. 163. a. in duas columnas divisa. Fol. 1. a. haec verba leguntur: *Sancti Iohannis Magdeburch;* foliis constat 184. Continentur haec:

a) [fol. 1. b — 45. b. col. b.] SALLUSTII LIBER PRIMUS ET SECUNDUS [Catilina et Iugurtha] cum glossis interlinearibus. Incip. *Omnes homines qui ſeſe ſtudent praeſtare ceteris animalibus* cet. Explic. *Ex ea tempeſtate ſpes atque opeſ civitatiſ in illo ſite.* — Codex est „adeo religiose scriptus,“ (inquit *Cortius* in praefat. ad Sallust. pag. X.) „ut eius auctoritati haud temere obniti ausus sim. Annos minimum quingentos natus est: et si maxime iunior etiam esset, anilibus tamen et sanctissimis membranis ob eam, quam dixi, laudem adnumerari meretur. Cum voluptate singulari comperi, illum ubivis fere Basileensis et Fabriciani primorum, ut et Guelferbytani quinti asseclam esse. Alibi tam docte errat, quod tamen vix semel atque iterum factum est, ut vel prudentissimo fucum facere queat.“

b) [fol. 46. a — 103. b.] Q. HORATII FLACCI *Carm. libb. IV. Epod. de arte poetica, epistolar. libb. II., sermonum libb. II.* Praemittitur vita Horatiana, quae incip. *Horatiuſ flaccuſ libertino patre natuſ in apulia* cet. Opus ipsum incip. *Maecenaſ atauiſ* cet. Explic. *peior ſerpentibus afriſ*; Adscripta sunt scholia, quae plerumque cum Cruquiano scholiasta consentiunt, ut iam *Weberus* animadvertit in ed. Lucani Cortian. T. I. pag. XXIII. — Conferendum curavit hunc codicem, quem Cod. Lips. 3. vocavit, etiam *Kirchnerus* in ed. Satyrar. Vid. tom. I. pag. C. ubi haec de eo retulit: „Tertius codex msc. Bibliothecae Senatoriae Lips. (pulp. I. nr. 4.) membran. in fol. praeter Horatii opera etiam Sallustium, Lucanum — continens. Is liber qui Ianio haud innotuit, Magdeburgo olim, quemadmodum subscriptio docet, Lipsiam translatus, poetae nostri opera Sallustii libros excipientia LVIII foliis complectitur, uno deficiente, Serm. lib. I. Sat. 3. v. 4 — 140. Singulae paginae geminas versuum columnas referunt. Tituli librorum cum litteris eclogarum initialibus minio picti. Cetera indicia mihi desunt, modo id notabile videtur, statim ante Carminum initium in ultima Sallustii pagina, brevem illam Horatii vitam legi, quam primum Alex. Minutianus in ed. Mediol. 1486. (v. inf.) post Mich. Bentinus e cod. ab Io. Sichardo accepto in ed. Basil. 1527. publici iuris fecit, mox Iac. Cruquius e vetustissimo codice Blandinio denuo edi curavit, unde in recentiorum editiones, Gesneri (Praef. p. XXX.) Ianii (praef. LXXXIII.) Mitscherlichii (Praef. p. CLXIII.) al. transiit. Fea (Praef. p. XXXV.) e cod. Vat. Reginae nr. h. denuo eam vulgavit.“ — In tabulis lithographicis specimina Sallustii et Horatii dedimus.

c) [fol. 104. a — 163. a.] LUCANUS cum scholiis. Incip. BELLA PER EMATHIOS *pluſ quam ciuilia campoſ* cet. Explic. *Obſedit muriſ calcantem menia magnum;* — *Cortius* hunc codicem in eximiis collocat [vid. I. 18.] Apud. *Weberum* sigla *d* notatus est (vid. II. 283.) Cf. Ed. *Lucani* Cortio-Weberian. pag. XXXIII.

d) [fol. 163. b. — 184. a.] MARCIANI CAPELLAE DUO PRIORES LIBRI DE NUPTIIS MERCURII ET PHILOLOGIAE. Cum scholiis copiosissimis, quae recte *Weberus* l. l. *expositionem doctam et amplissimam vocat.* Incip. TU QUEM PSALLENTEM *thalamiſ quem matre camena* cet. Explic. *Faueantque muse. et cheliſ latoia.* Scholiasta ead. pag. qua Lucanus explicit, sic incip. *Tituluſ iſte quatuor nomina dat auctori ſuo* cet. Explic. *ſi faueat latoia cheliſ. id eſt appolliniſ.*

e) fol. 184. b. habetur mappa geographica, totius orbis terrarum imaginem exhibens, quam lapidi incidendam curavimus.

XLI.

[Rep. I. 4. 38.]

Codex membranaceus ab initio mutilus [deest enim primum folium] saec. XII., membranae crassae et luridae, litteris initialibus carminum et librorum rudi arte pictis, singulorum versuum modo rubris, modo atris, cum glossis interlinearibus et scholiis marginalibus non magni momenti, folior. 115, quorum nonnulla ab initio et in fine situ et vermibus admodum corrupta sunt. Continentur:

HORATII ODAE, DE ARTE POETICA, EPODON LIBER, CARMEN SAECULARE, EPISTT. LIBB. II., SERMONUM LIBB. II. Incip. [a vs. Od. I. 2. 38.] *Quem iuvat clamor galeeque leves.* Explic. [Sermon. II. 8. 95.] *Canidia adſlaſſet peior ſerpentibuſ atriſ* [a manu secunda *aſtriſ*.] — Bibliopega in foliis connectendis male versatus est, ita ut foliorum ordo hic esse debeat: fol. 79. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 110. 112. 111. 113. 114. 115. Manipuli octonis foliis constant, praeter XIII. et XV., qui sena habent. Eos manipulos recentior manus in prima quaque pagina infima signavit I^us II^us cet. Ab una manu totus codex scriptus

est, sed negligentia scribae apparet aliquoties verbis aut integris versibus omissis, post ab alio suppletis. Nec litterae sibi constant, neque atramentum. Nulla est librorum divisio, nulli numeri. Pro inscriptionibus carminum solius metri designationes sunt minio scriptae, aliquoties falsae. Cf. quae de hoc codice *Martinius* ad Ianium perscripsit in ed. Horat. *Ianiana*, Tom. I. p. XIII., quae descriptio etiam repetita legitur in ed. Horatii Mitscherlichiana. Caeterum etiam *Kirchnerus* in ed. Satyrar. hoc codice usus est et vocavit eum Cod. Lips. 2. Vid. Tom. I. p. C.

XLII.

[Rep. I. 4. 39.]

Codex membranaceus saec. XV. in tenui et laevi membrana eleganter et accurate litteris Gothicis scriptus, cum paucis glossis interlinearibus et scholiis ad marginem adscriptis, lineis rubro ductis, litteris initialibus a fol. 66. a. caeruleis rubroque adpictis, folior. 83, quorum octonis constant manipuli, quos non solum in ima pagina litteris *a. b. c.* cet. signavit primi librarii manus, sed etiam folia singulorum manipulorum appositis numeris: a^1, a^2, a^3 cet. In fine cuiusque manipuli custos est. Fol. 1. b. scriptura vacat. Continentur:

a) [fol. 2. a — 65. b.] HORATII ODD. LIBB. IV. EPODON LIBER, CARMEN SAECULARE cum scholiis paucissimis. Incip. *Maecenas atavis edite regibus* cet. Explic. *Dicere laudes. Explicit liber odarum horatii.* — Scripta sunt carmina sine ullo librorum divisione et titulis, nisi quod inter singulas odas una linea vacua relicta est, in qua recentior manus quibusdam odis inscriptionem posuit, quae et omissa a librario supplevit vitiaque emendavit. Ceterum in hoc codice lectiones interdum memorabiles sunt, ut Carm. II. 4. 20. quem locum exempli caussa etiam laudavit *Martinius*, qui de eo codice quaedam perscripsit ad *Ianium*. Vid. huius ed. Horat. Tom. I. pag. XIII et seq. Cf. ed. *Mitscherlich.* Tom. I. pag. XII.

b) [fol. 66. a — 83. b.] YRONIA GAUFRIDI. Titulus hic in subscriptione demum legitur. Typis descriptum est illud carmen in libro, cui titulus: *Varia doctorum piorumque virorum de corrupto ecclesiae statu poemata. Cum praefatione Mathiae Flacii Illyrici. Basil.* 1557. pag. 418 — 454. Quum multi sint versus ab initio in nostro codice, qui in illo libro non leguntur, illos huc transscripsimus. Sunt autem hi:

Paftor apoftolicus de cardine folis ad undas
Equoris occidui quem timet omne folum
Imperio cuius tepido famulatur ab ortu
Vfque fub arthoas terra remota plagas
Ille michi dixit tu qui nuper cecinifti
Ecclefie lacrimas fume refume ftilum.
Lude novos verfus fac carmina conde libellos
Nam gravis in vitio pectora torpor alit.
Verfibus eloquere quis fit ftatus urbis amice
Detur materie curia facra tue
Aggrediar dixi. quis enim quid papa iuberet
Non faceret prompta follicitaque manu?
Te duce fancte pater tentabunt noftra profundum
Vela. periclofas nec patiemur aquas.
Sed genus hoc verbi ponetur in ore tuorum
Et fic praepofitos ire videbo pedes.
Afpirent igitur fufceptis verfibus illj
Quorum preter opem fpirat in orbe nichil
Dij michi difficiles audenti ferre labores
Tangere fperatos sepe dedere finus.
Multotiens metrj dum me laffaret abiffus
Profpera fluctivage vela dedere rati.
Vos etiam domini quorum patientia nota est
Non bene limato parcite quefo ftilo.
Plurimus impugnat romam detractor. et ipfa
Curia multorum morfibus alma patet.
At quid quum fi metra queunt ubi fermo laborat
Carmine concludam lingua dolofa tibi.
Et pape defenfor ero. metroque perennj
Nec mea ceffabit musa iuvare patrem.
Non igitur nobis labor hic componitur. ymo
Defendunt facrum carmina noftra patrem.
Et quis non defenfus erit quem carmina magnis
Equalem fuperis tollere laude volunt?
Hec funt tela quibus non eft obfiftere. tela
Carminis attingunt interiora viri.
Hoc genus armorum clipeo dominatur achillis
Aiacem fuperat hectoris arma preit.
Hoc femel infixum fedet irrevocabile telum
Inveftigatrix non removebit acus.
Non minus abfentem metrorum vulnerat arcus
Quam fi pro figno ftet feriendus homo.
Sic feriunt vivos armati fpicula nathis
Duret ut eternum poft fua bufta dolor.
Non igitur breve vulnus hiat percuffus ab arcu
Carminis. hic nervus cuique timendus erit.
Contra non est maior medicina poesi
Sanat et offenfo fit tyriaca viro.

Tum versus sequuntur, a quibus carmen in editione supra laudata incipit: *Nuper apoftolica gaufredus sede relicta. In patriam rediens* cet. Explic. *Hunc loca nota vident. hunc peregrina domus.* [Omissi igitur sunt duo versus, qui in l. l. leguntur: *Opto Gaufrede, quod sint tibi mille valete. O miser Aprilis, hic fuit antiphrasis.*] *Explicit yronia gaufridi.* Fol. 1. a. adscripta sunt verba: „Ex biblioth. Nic. Heinsii Dan. F. Lugduni Batav. cIↃIↃCLXXXIII. Fridericus Benedictus Carpzovius hunc sibi Codicem comparavit." Vid. Heinsii catal. p. II. pag. 89. —

XLIII.

[Rep. I. 4. 40.]

Codex chartaceus saec. XV. characteris non ita elegantis, cum paucis glossis interlinearibus, folior. 82 praeter 6 vacua. Continentur:

HORATII ODAR. LIBB. IV. EPODON LIBER. CARMEN SAECULARE. Incip. [*M*] *Ecenas atauis edite regibus* cet. Explic. *Dicere laudef. Finif. Quinti horatii flachi liber secundus et ULtimus Epodon Explicit hi duo libri ft ex versibus* 662. *Tum inde a fol.* 79. b. usque ad 82. a. adscripta sunt quaedam de vita Horatii et de metris, quibus in carminibus suis usus est. Incip. *Explicit opus diuini Flacci* cet. Explic. *et si omnef fpondei uno tamen iambo exeunt. Finif.* — Fuit hic liber MS. olim in bibliotheca *Ioh. Christoph. Wagenseilii*, ut emblema eius in fronte libri conspicuum docet. Praeter ea, quae iam diximus, de hoc Cod. *G. H. Martinius* ad *Ianium* [vid. huius edit. Horat. Tom. I. pag. XIV. sq.] haec scripsit: „Foliis numeros dedit prima manus usque ad 55. Manipuli quatuor priora cum septimo habent folia X, quintus XII, sextus XVI, octavus IV. In singuli fine custos est. Characteres admodum similes hodiernis Italorum. — Nec libris nec odis numeri dati; plerumque tamen unius lineae spatium inter has relictum. Continet codex odas, epodos et

carmen saeculare; est valde vitiose exaratus: habet tamen lectiones interdum vix alibi obvias; e. g. Carm. I. 14. 13." —

XLIV.

[Rep. I. fol. 7.]

Codex membranaceus saec. XIII. exeunt. scriptus in duabus columnis, rubris inscriptionibus et litteris singulorum versuum initialibus, foliorum, ut nunc est, 74; neque enim primum modo folium lacerum est, sed omnino ex media parte aliquot folia deperierunt. In margine adscripta sunt scholia. Continentur:

a) [fol. 1. a — 15. a.] Ovidii epist. ex Ponto libb. IV. Incip. [Eleg. I. vs. 8.] *Ite patet caſtis uerſibus ille locus* cet. Explic. *Non habet in nobis iam noua plaga locum.* Rubra subscriptio haec est: *Hic liber expletur gratia xpo detur.*

b) [fol. 15 b. — 19. a.] Eiusdem remedia amoris. Incip. *Legerat huius amor titulum nomenque libelli* cet. Explic. *Carmine ſanati ſemina uirque meo.* Subscriptus est minio hic versus: *Sit tibi laus xpe quoniam liber explicit iſte.*

c) [fol. 19. b — 64. a.] Eiusdem Metamorph. ab initio [incip. *In noua fert animus* cet.] usque ad lib. IX. vs. 200. [*Sed noua peſtis adeſt cui nec uirtute reſiſti*]; tum sequitur lib. XI. vs. 457. [*Qua rurſus uiſa ueluti praeſaga futuri*] et lib. XII — XV. Rubra subscriptio haec est: *Explicit liber ouidij meta morfoseos.*

d) [fol. 64. b — 74. b.] Eiusdem Amor. libb. I. et II. [incip. *Qui modo naſonis fueramus* cet.] usque ad Eleg. V. vs. 43. [*Spectabat terram ſpectare decebat.*] Tum sequitur Eleg. X. vs. 29. [*Felix quem ueneris certamina mutua rumpunt*] et lib. III. Explic. [vid. *Burmann.* ad Amor. III. 15. extr., qui tamen unum tantum distichon laudat ex Palatino secundo]:

Sic ego qui iaceo tenerorum lusor amorum
Ingenio perii naſo poeta meo
At tibi qui tranſis ne ſit graue quisquis amanti
Dicere naſonis molliter oſſa cubent
Hoc ſatis in titulo eſt etenim maiora libelli
Et diuturna magis ſunt monumenta mihi
Quos ego confido quamuis micuere (nocuere?) daturos
Nomen et aetatis tempora longa ſuae
Tu tamen extincto feralia munera ferto
Deque tuis lacrimis humida serta dato
Quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis
Sentiet officium meſta fauilla pium
Scribere plura libet ſi (sed?) uox mihi feſſa loquendo
Dictandi uires fictaque (siccaque?) lingua negat
Accipe ſuppremo dicam mihi ſorſitan ore
Quod tibi quid mittit non habet ipſe uale.

Subscripta sunt rubro colore haec verba: *Finito libro referamus gratia xpo.*

XLV.

[Rep. I. fol. 8.]

Codex membranaceus saec. XIII. duabus columnis scriptus, folior. 41. Continetur:

Ovidii Metamorphoseon fragmentum. Incip. [a lib. II. vs. 343.] *Nocte dieque uocant aſternunturque ſepulcro* cet. Explic. [lib. XII. vs. 288.] *Terque quaterque graui iuncturas verticis ictu.* — Usus est et hoc et antecedente codice *Jo. Chn. Jahnius* in Ovidii edit.

XLVI.

[Rep. I. 4. 42.]

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, litteris cuiusque libri initialibus vario colore artificiose pictis et auratis, caeteris modo caeruleo modo rubro colore pictis, folior. 101, quorum 95 — 101. scriptura vacant. Continentur:

Ovidii Fastorum libb. VI. Incip. *Tempora cum cauſis latium digeſta per annum* cet. Explic. *Annuit alcides Increpuitque lyra.* Praeterea haec verba subscripta sunt: *Publij Ouidij Naſonis liber ſextus de faſtis explicit. Papie die* XVIJ. *Februarij.* 1471. *IohanNes Löffelholcz de Nuremberga.* Caeterum olim possessor huius Codicis fuit *Ioh. Christophorus Wagenseilius,* ut ex emblemate in fronte libri conspicuo apparet.

XLVII.

[Rep. I. 8. 85. c.]

Codex membranaceus in tenui et laevissima membrana accurate scriptus, prima littera initiali picta et aurata, caeteris initialibus caeruleo pictis. Huic codici, qui saeculi XV. est et folia habet 70, quorum 1. a et 70. litteris vacant, insunt:

P. Ovidii Nasonis Heroides. Titulus litteris auratis, rubris est caeruleis scriptus: P. OVIDII NASONIS LIBER HEROIDVM INCIPIT. Initium: PENELOPE VLIXI. HANC TVA PENELOPE LENTO TIBI MITTIT VLIXE cet. Explic. [quoniam haec ultima epistola non integra legitur in Cod., versu 12. cf. quae in ed. *Burmann.* ad hunc vs. adnotata sunt] *Quos uereor paucos ne uelit eſſe mihi.* [rubro pictum est verbum:] *vale*; subscriptio: P. OVIDII NASONIS. LIB. HEROIDVM FINIT. — Epistola XV. [*Sappho Phaoni*], quae in nullis fere antiquis exemplaribus apparet, etiam in nostro cod. desideratur. Videtur igitur liber certe ex antiquo exemplari descriptus esse.

In fronte libri [fol. 1. b.] haec verba scripta sunt: *Illustri Domino Frederico Rostgaard d. d. Chr. Reitzer. d.* 29. *Iulii* 1703. In ipso libri operculo priori verba antiquiore manu scripta leguntur: *Hic liber est meus* PALMERINO *de* OLIVA.

XLVIII.

[Rep. I. 4. 74.]

Codex membranaceus saec. XII., non ubique bene habitus, in crassa et squalida membrana scriptus, litteris initialibus minio rudi arte pictis, lineis stilo ductis, folior. 63. Continentur haec:

a) [fol. 1. a — 13. a.] Aldhelmi Episcopi Occidentalium Saxonum aenigmata. Titulus deest. Incip. *Arbiter etherio iugiter* (qui regm)*ina ſceptro* cet. Hic primus prologus explic. fol. 1. b. (*Solv*)*ere iam ſcelerum noxaſ dignare nefandaſ.* Qui (in ed. *Opp. Aldhelmi* in *Max. Bibl. Patr.* tom. XIII. pag. 23. col. b. et 24. col. a.) hunc prologum excipit *prologus secundus* prosa oratione scriptus, is deest in Codice, sed pergitur statim (vid. ed. laud. pag. 24. col. a. D.) *Altrix cunctorum quoſ munduſ geſtat in orbe* cet. Explic. *Sciſcitor inflatoſ fungor quo nomine ſophos* [et rubro picta verba:] EXPL. ENIGMATA ALDHELMI POET.

b) [fol. 13. a. et b.] Preces ad Christum *anonymi auctoris*, aliena manu et ut videtur spatii vacui tantum explendi causa scriptae.

c) [fol. 14. a — 15. a.] VERSUS IN LAUDE SOLIS. Ita titulus minio pictus carminis anonymi. Incip. *Dum mundum natura poteſt terramque digarit* (sic) cet. Explic. *Sol noctiſ lucifque decuſ ſol ſiniſ et ortuſ.* [Vid. infra sub e).]

d) [fol. 15. b — 24. a.] *Anonymi auctoris* QUESTIONES ENIGMATUM RETHORICAE (sic) ARTIS. Incip. *Ego nata duoſ patreſ habere dinoſcor* cet. Explic. *Stupebit ingenti mea percuſſuſ uirtute.*

e) [fol. 24. a — 25. a.] INCIPIUNT VERSUS SYBILLE DE IUDICIO DEI. Incip. *Iudicio telluſ ſudabit maeſta propinquo* cet. Explic. *Sol noctiſ lucifque decuſ ſol finis et ortuſ.* [cf. supra sub litt. c).]

f) [fol. 25. a — 27. b.] MULTA MINORA CARMINA ET EPIGRAMMATA, MAXIME MARTIALIS, v. c. lib. XIII. epigr. 94; XIV. 212; II. 25; IV. 58; cet. Finitur epitaphio illo Virgilii: *Mantua me genuit* cet.

g) [fol. 27. b — 28. a.] OVIDII AMOR. LIB. III. ELEGIA V. Titulus minio pictus: EX LIBRO OVIDII NASONIS DE SOMNO (sic) QUOD UIDERAT. Incip. *Nox erat et ſomnuſ laſſoſ ſubmiſit ocelloſ* cet. Explic. *Fugit et ante oculoſ nox ſtetit alma meoſ.*

h) [fol. 28. b — 31. b.] EIUSDEM EX LIBRO METAMORPHOSEON. ACTEON IN CERUUM. Ita titulus. Est sectio metamorph. lib. III. a vers. 131—252. Incip. *Iam ſtabant thebae poteraſ iam cadme uideri* cet. Explic. *Ira pharetratae fertur satiata dianae.*

i) [fol. 31. b — 33. b.] CARMINA EUGENII EPISCOPI TOLETANI. Titulus non legitur. Singulorum carminum tituli litteris quadratis rubro pictis scripti sunt [cf. *Opp. Eugenii* in *Max. Biblioth. Patr.* tom. XII. pag. 345. col. a.]: *Oratio Eugenii Toletanae sedis episcopi* [fol. 31. b — 32. a.]; *communiotio* (sic scribitur pro *commonitio*) *mortalitatis humanae* [fol. 32. a.]; *de mentis humanae mutabilitate* [fol. 32. a.]; *de bono pacis* [fol. 32. b., quod etiam inscriptionem habet *uerſuſ eugenii*]; *epiſtola ad eusebium problema* [haec alio loco legitur in ed. laud. pag. 348. col. a. D. et inscriptionem habet *Ad Euſicium Presbyterum*]; *epitaſium proprium* [fol. 33. a. vid. ed. laud. p. 347. col. 2. F.];

k) [fol. 33. b — 35. b.] PROSPERI AQUITANICI CARMINA QUAEDAM, quorum inscriptiones huc transscribam. Fol. 33. b.: *De libro prosperi. uersus de uera innocentia* [Vid. *Opp. Prosperi* in *Max. Bibl. Patr.* tom. VIII. pag. 86. col. 2. G.]; *de nominibus* (sic) *diligendis* (ibid.) Fol. 34. a.: *de uera aeternitate* [ed. laud. fol. 87. col. a. A.]; *de patientia dei* [ibid.] Fol. 34. b.: *de uera dei laudatione* [ibid.]; *de uirtute caritatis* [ibid.]; *de ultionibus dei* [ibid.]. Fol. 35. a.: *de finibus bonorum et malorum* [ibid. col. b.]; *de faſtidio spiritali* [ibid.]; *de bono intellectu* [ed. laud. pag. 88. col. a.]; *de carnis cupididate uincenda* [ibid. col. b.].

l) [fol. 35. b — 38. a.] VERSUS QUOS PAULUS DIACONUS COMPOSUIT IN LAUDE LARII LACI. Incip. *Ordiar unde tuaſ laudeſ o maxime lari* cet. Explic. *Spernere ne ueliſ qui legiſ iſta precor.* Hos excipit carmen, cui inscriptio: *epitaſion ſophie neptis*, et alia quaedam, quorum tituli: *super sepulcrum domine anste regine; item uerſus in tribunali; item in baſilica sanctae Mariae; item uersus super crucem.*]

m) [fol. 38. b — 62. a.] PSYCHOMACHIA AURELII PRUDENTII CLEMENTIS. Titulus: INCIPIT PSYCOMACHIA. Praecedunt operi hi versus:

Aureliuſ prudenſ uirtutum praelia clemenſ.
Cum uiciiſ cecinit metricu ſcolaſticus arte.

Tum opus ipsum incip. *Senex ſideliſ prima credendi uia eſt* cet. Explic. *Aeternum ſolio diueſ ſapientia regnat.* EXPLICIT. *uerſus aurelii prudentiſ clementi.* Inscriptiones singularum partium huius carminis paullum hic illic differunt ab exemplaribus prelo excusis, v. c. ab editione *Weitz.* Hanov. 1613.

n) Denique a fol. 62. b — 63. b. leguntur CARMINA VARIA AUCTORIS NON NOMINATI. Incip. *Dulcis amice uale ualeat tua uita per aeuum* cet. Explic. *Deliciaſ ſecli pompaſ grataſque caducaſ.*

XLIX.

[Rep. I. 4. 76.]

Codex membranaceus saeculi XII. cum scholiis marginalibus et interlinearibus, folior. 119., praeter tres parvas membranas, quae scholia continent et insertae sunt inter foll. 11. et 12., 18. et 19., 83. et 84. Continentur:

LUCANI PHARSALIA. Titulus a recentiore manu scriptus: *Lucanus.* Incip. fol. 1. b.: BELLA PER EMATHIOS PLVS QVAM CIVILIA CAMPOS cet. Explic. fol. 119. a.: *Obſedit muriſ calcantem menia magnum.* EXPLICIT LVCANVS FELICITER.

Codex charactere bene sibi constante scriptus est, litteris initialibus simplici arte pictis praeter primam paullo illam artificiosiorem. *Cortio* iudice, qui illo in editione sua usus est, praestantissimus est et primae classi adserendus, vid. ad I. 122. VI. 412. et 473. VIII. 144. Est idem, quem *Weberus* in ed. *Lucani* sigla *b* commemorat; cf. I. 205. 556. II. 311. et ed. *Cortio-Weberian.* pag. XXIII.

L.

[Rep. I. fol. 10. a.]

Codex membranaceus saec. XI. scriptus, rubris inscriptionibus et litteris initialibus, lineis stilo ductis, folior. 92, quorum 92. b. scriptura vacat. Continetur:

LUCANI PHARSALICORUM FRAGMENTUM, a libro III. vs. 643. usque ad finem. Incip. fol. 3. a. *Tradidit in letum uacuoſ uitalibuſ artus* cet. Explic. *Obſedit muriſ calcantem menia magnum.* In duobus prioribus foliis scholia habentur, quae tamen adeo sunt in litura, ut maximam partem legi nequeant. Incip. *Anno ab urbe condita sexcentesimo nonagesimo tertio* cet. Usque ad fol. 44. b. multa habentur scholia marginalia, sed ab eo inde folio rarissima tantum inveniuntur. — Apud *Weberum* hic codex sigla *d* notatus est. Cf. ed. Cortio-Weberian. pag. XXIII.

LI.

[Rep. I. fol. 10. b.]

Codex membranaceus saec. XII. nitide scriptus, litteris cuiusque versus initialibus flavo rubroque colore adpictis, lineis stilo ductis, foliorum 10, quibus continetur:

LUCANI PHARSALICORUM FRAGMENTUM, a lib. I. vs. 44. usque ad vs. 650. Incip. *Multum roma tamen debes ciuilibus armis* cet. Explic. *Seuitiam extremi multorum tempus in unum.*

LII.

[Rep. I. fol. 12.]

Codex membranaceus saec. XI. rubris litteris initialibus, lineis stilo ductis, prisca ligatura lignea, folior. 142, quorum 1. caeteris tertia parte minus est, 142. autem scriptura vacat. Continetur:

STATII THEBAIS cum scholiis ad marginem adscriptis in duobus prioribus libris sat multis, deinceps raris, et glossis interlinearibus. Incip. [fol. 1. b.] *Queritur quo tempore fuit iſte ſtatiuſ* cet. Fol. 2. a. opus ipsum exorditur: [*F*]*raternaſ acieſ. alternaque regna profaniſ* cet. Exciderunt in medio libro versus a lib. II. 138. usque ad 156. Explic. *Occidet et meriti poſt me referuntur honoreſ.* Caeterum singulis libris praeter primum praeposita sunt argumenta Latinis versibus composita.

LIII.

[Rep. I. fol. 12. a.]

Codex membranaceus saec. X. exeunt. folior. 5., quibus continetur:

STATII THEBAIDIS FRAGMENTUM. Incip. a lib. IV. vs. 352. *Gaudia, deiecti trepi daſ* [sic] *ſine mente ſine ira* cet. Explic. eiusd. lib. vs. 753. *Agmina noſ ferro meritaſ excindere thebaſ.* Codicis huius religiose exarati scriptura ita in duas partes divisa est, ut alteram cuiusque folii partem dimidiam textus, alteram scholia, quae larga adscripta sunt, occupent. Praeter scholia marginalia etiam inter lineas scripta leguntur. Scholiastes incip. [ad vs. 354.] *Unanimum dicit quia utriſque deerat uoluntaſ preliandi* cet. Explic. [ad vs. 752.] *quia frequenter iupiter eſt argiuarum concubitu delectatuſ.*

LIV.

[Rep. I. 4. 58. b.]

Codex membranaceus saec. XV. folior. 62, tam male servatus, ut plurima eius pars plane deperierit, litteris adeo deletis, ut plurimis in paginis vix deni versus legi queant. Prima littera initialis picta et aurata est. Continentur:

IUVENALIS SATIRAE. Inscriptio rubro picta, male admodum habita, non potest legi. Incip. *Semper ego auditor* cet. Explic. *Ut leti phaleris omneſ et torquibus omneſ.*

LV.

[Rep. I. 12. 101.]

M. VAL. MARTIALIS, EPIGRAMMATON LIBRI XV. *Post Hadriani* IUNII *emendationem recogniti: et lectionis varietate doctissimorumque virorum observationibus accuratissimis illustrati* cet. *studio et opera* IOSEPHI LANGII CAESAREMONTANI. Argent. CIↃ.IↃ. XCV.

Adscriptae sunt huic libro notae et collationes *Petri Scriverii* et *Hugonis Grotii;* in fine adduntur epigrammata omissa. In fronte libri haec scripta leguntur: *Ex Biblioth. et à manu Petr. Scriverii et Hugonis Grotii Amstel.* 1673. *m. Aug. F. B. Carpzov.*

LVI.

[Rep. I. fol. 35. a.]

Codex chartaceus saec. XVI. folior. 92, quorum 1. b. 11. b. 12. b. 18. b. 26. b — 28. b. 29. et 48. b — 92. scriptura vacant. Fuit hic liber olim in bibliotheca *Z. Conradi ab Uffenbach,* sed in huius catalogo nihil de eo relatum invenitur. Etiam *Gisbert. Cuperus* et omnium primus *P. Villerius,* ex huius vero donatione *P. Winghe,* ut auratis litteris impressum legitur in priori libri operculo, eum possedit. Foll. 1. a. et 29. a. litterae scriptae sunt: *L. L. D. C.* 1694. Continentur haec:

a) [fol. 1. a — 18. a.] EPIGRAMMATA ET EPITAPHIA ANTIQUA *iucundiſsima quaeuis et lectu digniſsima.* Ita titulus. Sed adscripsit, nisi omnia me fallunt, *Uffenbachius* haec: *cum figuris nitidiſſ. collecta atque explicata a Petro Villerio Canonico et Cancellario Tornacensi, Iusti Lipsii amico. vid. Catal. Biblioth. Illustris Gisb. Cuperi cujus olim fuit hic liber fol.* 280. *num.* 7. *et* 8. *vid. etiam in fine diſs. de cruce Christi ubi Villerius nomen suum his litteris P. W. adscripsit.* Adpicta sunt variis coloribus sepulcra, urnae et vascula. Incip. EPITAPHIVM ROMAE. *Semicapri quicunque ſubis ſacraria templi* cet. Explic. *et munition de .... fort antique.*

b) [fol. 19. a — 24. b.] VARIA SIGNA ET HERMAE, *cum explicatione eiusdem P. Villerii.* Incip. *Subſequentia signa et herme eruta ſunt plereque in agro Sanctorum et in confiniis veteris Asciburgi, collectà asseruataque quondam a Comite Nuenario Meurſii domino, ubi ſitus pagus Asburg* cet. Explic. L. VERLII. L. F. SALVTARIS.

c) [fol. 25. a — 26. a.] *Epitaphes françois et Latins modernes.* Incip. *Epitaphe d'un Lieutenant Excorilinguinatiſeur. Dessoubes ce tumule eſt jacent* cet. Explic. *Et breuis est tumulus et breue .... habe.*

d) Inter foll. 28. et 29. habetur hoc opus typis descriptum: *Inscriptiones vetustae totius fere orbis per Petr. Apianum Mathemat. Ingolstad. et Barptholomeum* [sic] *Amantium Poetam collectae. Ingolstadii* 1534.

e) [fol. 30. a — 33. b.] *Notae in numos argenteos Q. Pomponii Muſe.* Incip. *Muſa dextra clauum, sinistra personam tenens* cet. Explic. *posteris tradiderunt halteris figuram.*

f) [fol. 34. a — 35. b.] *De crucis dominicae figura ex epistola Antonii Morillonii scripta ad Lindanum Theol. et huius responsio.* Incip. *Eius occasionem gaudeo nunc datam* cet. Explic. *alligatum fuisse, non tamen brachia.*

g) [fol. 36. a — 38. b.] *Pro vulgari quadrangula crucis Christi figura apologia P. Villerii.* Incip. *non mirum videri debet* cet. Explic. *prius in eo capitulo crimen.*

h) [fol. 39. a. et b.] *Qua parte diei crucifixus fuerit eiusd. Villerii dissertatio.* Incip. *Calliſtus* 3. *Pont. Max. precationibus* cet. Explic. *siue hora* 3. *poſtmeridiana.*

i) [fol. 40. a — 48. a.] *Discours de la peinture et ſculpture tiré et translaté des vies des peintres Italiens eſcrites par Georgio Vaſari.* Incip. *Je ne doubte point que preſque* cet. Explic. *plus largement qu'il ne ....*

LVII.

[Rep. I. 8. 94.]

Fragmenta poetarum veterum Latinorum, quorum opera non extant: ENNII, ACCII, LUCILII, LABERII, PACUVII, AFRANII, NAEVII, CAECILII, *aliorumque multorum: undique a Rob. Stephano ſumma diligentia olim congesta: nunc autem ab Henrico Stephano eius filio digesta, et priscarum*

quae in illis sunt uocum expofitione illuftrata: additis etiam alicubi uerfibus Graecis quos interpretantur. Excudeb. Henric. Stephanus M. D. LXIIII. Pagg. 433 typis exarata et foll. 12. manu scripta.

In titulo libri haec leguntur scripta: „Liber hic fuit Magni Iurisconsulti Dionysii Gothofredi, qui sua manu propria adnotavit, quicquid in margine scriptum legitur. Interspersa nonnullibi manus Iacobi Gothofredi Dionyf. Fil." Primum folium eorum, quae adnexa sunt, manu scriptorum, continet epigrammata *Luxurii* poetae [qui Carthagine floruit sub Thrasimundo Vandalorum Rege] descripta e cod. MS. qui fuit in bibliotheca Salmasii. Folia 2—12. a. continent indicem in librum.

LVIII.

[Rep. I. 4. 36. b.]

Codex membranaceus catenatus, saec. X. folior. 272, quorum 184. b. vacuum et 192. recisa aliqua marginis parte ita laesum est, ut aliquot notae deperierint. Continentur:

Mauri Servii Honorati Commentarii in Virgilium, *cum scholiis marginalibus et interlinearibus.* Incip. INCIPIT EXPLANATIO SERVII GRAMMATICI. IN BVCOLICON ET GEORGICON. [BU]KOLICA VT *ferunt dicta sunt ΑΠΟΤΟΝ ΒΟΥΚΟΛΟΝ·* [hic satis magna spatia relicta sunt inter verba *ferunt* et *dicta*, et inter *sunt* et *ΑΠΟ*,] quo posteriore loco vulgo verba leguntur: *a custodia boum, id est —*] *Precipua enim sunt apud rusticof boum. huiuf autem carminif origo varia est.* cet. Explicit Commentarius in Bucolica [fol. 30. b.] *quamvif unam folum modo probare pof-fimus habitatam.* Nam in quae vulgo verba desinit haec pars commentarii [vid. ed. Paris. 1600. pag. 57. D.] *quamvis alii dicant, ideo eum etiam capellarum se memorasse pastorem, quod apud nonnullos de capris propter habundantiam lactis vel foetuum, maior fructus putetur, ut ipse ait, Densior hinc suboles h. l. c. l. Et item, quo minor est illis curae mortalis egestas* — haec in nostro Codice non leguntur, sed [fol. 29. b.] verba his praecedentia leguntur: *se voluit esse principem in scribendif bucolicif.* Sed alia verba sequuntur per tres paginas; incip. DE VIRGILIO *tria genera poematum funt* cet. usque ad verba iam supra laudata: *poffimus habitatam.* — Tum INCIPIT LIBER PRIMVS EXPLANATIONVM GEORGICON [fol. 31. a.] VIRGILIVS IN OPERIBVS DIVERSOS SECVTVS EST POAETAS. HOMERVM. *In eneide. quem licet longo intervallo* cet. Explic. *Que fi ponatur in fine uitiofum.* Incip. INCIPIT LIBER. II. HACTENVS ARVORVM CVLT. ET. S. C. MIRE ITERAVIT ILLVM VERSVM QVID FACIAT *letas segetes* cet. Explic. *ut etiam in prima huius carminis parte memoravimus.* INCIPIT LIBER TERTIVS. TE QVOQVE MAGNA PALES. INVOCAT DEAM PABVLI DICTVRVS DE *Animalibus* cet. Explic. *Sacer ignis. quem greci e panno conuocant.* INCIPIT LIBER QVARTVS. PROTINVS AERII MELLIS CAELESTIA DONA EXSEQUAR; RETHORICE DIC *de minoribus rebus magna* cet. Explic. *a se scriptarum rerum exaecutus est titulum.* EXPLICIT LIBER QUARTUS. AMEN: OTRIRI S. — Fol. 73. a. INCIPIT LIBER PRIMUS AENEIDOS. IN EXPONENDIS AVCTORIBVS HAEC CONSIDERANDA SVNT cet. Nam a quibus verbis vulgo orditur commentarius in Aeneidem [vid. ed. l. pag. 165. C.] *ARMA. Hic requiritur cur ab armis Virgilius coeperit — arma quibus in bello utimur* — illa in nostro Codice pag. demum 73. b. ult. sequuntur. Explic. *dido cognovit ex Teucro.* INCIPIT TRACTATVS LIBRI SECVNDI. CONTICVERE OMNES; *quia fupra dixit fit* cet. Explic. [vid. ed. l. *var. lectt.* pag. 55.] MONTEM. *ut oftendit in VIIII. idam fignificat.* LIBRI. III. TRACTATVS INCIPIT. SECVNDVM INTERROGATIONEM DIDONIS. POST INSIDIAS GRECORVM ET CA*fuf fuorum* cet. Explic. *in fexto marcelli citum deflet interitum.* INCIPIT LIBER QUARTVS. FELICITER. *Appollonius argonauticaf fcripsit et in tercio inducit amantem medeam* cet. Explic. [fol. 150. b. lin. 27.] *fed aure omnia difcerpunt.* Tum sine ulla notatione [nisi quod a secunda manu in margine verba adscripta sunt: LIBER IIIJ. EXPLICIT QUINTUS INCIPIT] eadem linea liber quintus incip. *Interea dum fletur aut fepelitur dido et hoc sermone librum ut folet* cet. Explic. *Obuertunt pelago. proraf tunc dente tenaci.* INCIPIT LIBER SEXTVS FELICITER. TOTVS QUIDEM UIRGILIUS SCIENTIA PLENUS EST. *in qua hic liber* cet. Pergitur usque ad verba fol. 184. a. ultima [ed. l. pag. 440. litt. B.] *immemoref vel preteritorum vel futurorum Dixerat anchifef.* Tum fol. 184. b. vacuum est, sed fol. 185. a. sine ulla lacuna, vulgatae certe lectionis [vid. ed. l. pag. 440. litt. D.] pergitur: *antedicta de reuerfione animarum* cet. Explic. *Nam caiete. nondum dicebatur.* INCIPIT LIBER SEPTIMUS VT ET IN PRINCIPIO DIXIMVS. IN DUAS PARTES *hoc o puf diuisum eft;* cet. Explic. *Staciuf. lernaeam iacit ille trabeam;* JNCIPIT TRACTATUS LIBER OCTAUI: VT BELLI SIGNUM LAURENTI TURNUS AB ARCE EXTULIT: APUT MA*ioref noftrof* cet. Explic. RERUM. *futurarum. que nondum fuerunt;* FAMULQ. GLORIAM. NEPOTVM. *Pofterorum;* explic. liber VIII. [vid. ed. l. pag. 532. C.] INCIPIT TRACTATUS LIBRI IX. ATQUE EA DIVERSA POENITUS DUM PARTE GERVNTUR. *Jn hoc libro mutatio eft rerum omnium* cet. Explic. [vid. ed. l. pag. 571. D.] omissis aliquot vulgatae lectionis verbis: *ut maior aenea gloria fervaretur.* JNCIPIT TRACTATUS LIBRI DECIMI. PANDITUR INTEREA *Domus omnipotentis olymphi. secundum poeticum morem hoc dicit* cet. Explic. *ut una eademq: via fanguifque animus. Q. S.* INCIPIT LIBER XI. *Oceanum interea furgenf aurora reliquit; more fuo pretermifit noctif defcriptionem.* Explic. *quia et qui tuentur. et qui obfident vallare dicuntur.* INCIPIT XIJ. FELICITER. *Turnus ut infractof. postquam turnuf bella defeciffe videt latinof antea semper infractof* cet. Explic. *cum quo adhuc habitare naturae legib. poterat; sic homerus;* [Versus Homerici Ψυχὴ δ' ἐκ μελέων πταμένη ἄϊδόσδε βεβήκει Ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην desiderantur] EXPLICIT EXPOSICIO SERUII GRAMATICI IN BUCOLiCON ET I.... GEORGICON ATQ. AENEADUM.

LIX.

[Rep. I. 4. 70.]

Codex membranaceus saec. XIV. in tenui membrana litteris minutissimis eleganter scriptus, olim, ut emblema priori libri operculo infixum docet, bibliothecae *Ioh. Christophori Wagenseilii* adscriptus, formis quaternis minoribus, folior. 51, quorum 1. vacuum. Continentur:

a) [fol. 2. a — 13. b.] Scholia in Terentium. Titulus deest, nisi quod fol. 2. a. verba recentioris manus legun-

tur: *tractatus super therentium.* Incip. *Maximiani* (?) *in hoc opere eſt ſenectus* cet. Explic. *dicitur duruſ nolenſ flecti. tanto.* Finis deest. A fol. 12. b. duabus columnis atramento pallidiore scribitur.

b) [fol. 14. a. dimid.] QUAEDAM DE AENEA, *auctore non nominato.* Incip. *Dardanus ex ioue et electra filia athlantiſ natus* cet. Explic. *submiſſus. in celum eſſe creditur.*

c) [fol. 14. b — 41. b.] SCHOLIA IN VIRGILII AENEIDEM. Titulus deest, nisi quod a seriore manu profecta verba fol. 14. b. leguntur: *Excerptum Virgilii eneydos.* Incip. *Auctor iſte patre natus uirgilio. maia matre idibus octobriſ.* cet. Explic. *habitare potuit, ut in homero legimus.*

Fol. 2. a. a manu recentiore legitur: *Claudii . . . . . ii Curia monch praeſidis.*

Fol. 2. b. leguntur, item a manu recentiore: *Iste declarationes Terentii ſunt magistri zamboni de* (*vel des?*) *pre.* [An forte hic est *Zambolus de Primolis* (*Primapars*), iurisconsultus, qui circa annum 1167. cum tribus aliis consulibus *Gubio* urbi eiusque agro praeerat?]

LX.

[Rep. I. 4. 71.]

Codex membranaceus saec. XII. folior. 55. Continentur:

GLOSSAE IN MARTIANUM CAPELLAM. Desunt titulus, initium et finis. Incip. *Sapientia et ineloquentia prodeſt ſemper nunquam obeſt* cet. Explic. *grauat fata ſucci dentiſ oſiriſ.* —

In primo libri folio verba a recentiore manu profecta leguntur: *Monasterii S. Vdalrici Augustae. Gottfr. Chrn. Goetzius* in programmate, quo *bibliothecam Senat. Lips. bonae menti dedicandam atque aperiendam fore indicit* (Lips. 1711.) pag. 28. haec de illo Codice scripsit: „Anecdotorum, inquit, catervam augent *glossae latinae in* MARCIANUM CAPELLAM membranaceae, in principio tamen uno folio truncatae, quae, num eaedem censeri debeant cum iis, quas LABBEUS (Biblioth. MSS. p. 45. et 306.) citat, vel sub nomine *expoſitionis* SCOTI *Erigenae* laudat, tuto hariolari non licet. Id liquido satis constat, Scholiasten ibi nobis sisti, et Mythologia antiqua, et Philosophorum veterum placitis haud proletarie imbutum."

LXI.

[Rep. I. 4. 83.]

Codex chartaceus saec. XVI. exeunt. scriptus, folior. 30. Continentur:

EMENDATIONES. IN. POMPONI. PORPHYRIONIS. COMMENTARIOS. AD. HORATIUM. EX. COD. ANTIQUISSIMO FULVI. VRSINI. ROMAE ANNO. D. CIƆ. IƆ. LXX. MENSE. NOVEMB. *Numeri reſpondent editioni Baſilienſi Henrici Petri anno D.* M. D. LXX. Ita titulus huius Codicis. Praeterera in titulo possessor, cuius nomen tamen nescitur, haec adnotavit: „Hae emendationes descriptae sunt e manuscripto bonae notae, quem Cl. Puteani fuisse non vanis conjecturis colligi potuit, cujus scripturam magna religione imitari visum fuit, adeo ut ne apex quidem me sciente immutatus sit." Incip. pag. 2. a.: *In v. cod. principio ſic eſt, Pomponi Porfurionis commentum in Horatium Flaccum ad Maecenatem* cet. Explic. fol. 28. b.: 463. 12. *de convivio facta. Finis.* Accedunt: fol. 29. *Index auctorum, quorum testimonio Porphyrion in commentariis in Horatium usus est;* et fol. 30. *Auctores quorum teſtimonio Acron in commentariis Horatianis utitur.* Utrumque folium formae est maioris, quam cetera.

LXII.

[Rep. I. 4. 53.]

Codex membranaceus saeculo XI. exaratus, litteris initialibus rubro pictis, cum glossis interlinearibus et paucis in margine notatis, lineis stilo ductis, folior. 11. Continetur:

STRABI GALLI HORTULUS. Titulus a manu secunda, sed antiqua adscriptus hic est: *Strabi Galli Poetae et Theologi Hortulus Ch.* [an *Chunradus*?] *peutinger adnotauit.* Praepositum est argumentum atramento scriptum, sed rubro adpictum: *De cultura hortorum* 1. *Difficultaſ aſſumpti laboriſ.* 2. cet. Ubi ipsum opus incipit, legitur inscriptio DE CULTURA HORTORVM. Incip. PLVRIMA TRaNQVILLE *cum* SINT INSIGNI*a* VIT*ae Non minimum eſt ſi quiſ* cet. Explic. [fol. 10. a.] *Hoc pater. hoc natuſ. hoc ſpirituſ annuat almus*; Fol. 10. b. et 11. a. alia, sed antiqua manu quaedam adscripta sunt: *a)* DE SPECIEBVS RESINAE. Incip. *Aloen in india atque arabia* cet. Explic. *calſactoria eſt.* *b)* DE VENTIS. Incip. *Ventuſ est aer commotuſ* cet. Explic. *nomina diuerſa ſortitur.* *c)* ORDO VENTORVM XXVII. Incip. *Ventorum IIII. cardinaleſ ſunt.* Explic. *altanuſ inpelago.* *d)* DE TONITRUIS. Incip. *Tonitrua dantur ex fragore nubium* cet. Explic. *diſploſa emittit;* *e)* DE FVLMINIB. Incip. *Fulmina nubium attritu* cet. Explic. *tardiuſ audiri.*

LXIII.

[Rep. I. 4. 52.]

Codex membranaceus saeculo XIII. rudi arte in crassa et lurida membrana scriptus, folior. 88, quorum 9. chartaceum est ac novissime a recentiore manu in lacunam supplendam scriptum, cum scholiis et inter versus et ad marginem scriptis. Habentur in hoc Codice:

GALTERI ALEXANDREIDOS LIBRI X. Fol. 1. a. legitur *praefatio,* quae in ed. Ingolstad. a. M. D. XXXXI. fol. 5. a. habetur, quamquam ab hac admodum differt. Initium huius praefationis sunt verba: *Moris est uſitati cum in auribus multitudinis* cet. Eadem fol. 1. b. repetita legitur. Tum sequitur *argumentum,* quod in eadem illa editione habetur, et incip. a verbis: *Primus ariſtotelis imbutum nectare ſacro* cet. Alexandreis ipsa fol. 2. a. ita incipit: *Geſta duciſ macedum totum digeſta per orbem* cet. Explic. *Gloria guillermy* (sic) *nullum moritura per evum.* Sub finem codicis picta est charta aliqua geographica, quae imaginem terrae repraesentat.

LXIV.

[Rep. I. 4. 73.]

Codex membranaceus saec. XIV. eleganter nitideque scriptus cum multis glossis interlinearibus et marginalibus antiquioribus et recentioribus, textu ipso tertiam modo paginae partem occupante, litteris initialibus rubro caeruleoque pictis, folior. 78, quorum 1 maximam partem vacuum est. Continetur:

VETUS AUCTOR [EVERARDUS] DE DICTIONUM SIGNIFICATIONIBUS ET SIGNIFICATIONUM DIFFERENTIIS. Titulus deest, sed auctor ex iis versibus cognoscitur, qui in fine libri legun-

tur. Praefatio prosa oratione scripta incip. *Quoniam ignorantie nubilo turpiter excecati quidam imperiti fatuitatem exprimentes asininam chimerinas ymaginantes statuas nescio quid inopinabile sonpniantes. dictionum discrepantiam matmonio* (sic) *non legali . . . . nullatenus coherenti copulant: concinne Succurrendum opinioni eorum et consulendum fore existimaui.* cet. Opus ipsum incip. fol. 2. b. a verbis: *Est proprie meta trans grece formatio plasma* cet. Explic. *Verbaque cum motu sibi iungunt diptota . . .* Tum leguntur hi duo versus:

Explicit eurardi grecismus nomine christi
Qui dedit alpha vel o sit laus et gloria christo.

Tum linea interposita sequuntur tres alii versus, sed membrana tam male habita est, ut non nisi paucissima eorum verba legi queant. Hos excipiunt denique verba: *Deo gratias Amen* M⁰ CCC⁰ XXXV⁰

LXV.

[Rep. I. 8. 99.]

Codex membranaceus saec. XV., qui fuit olim in bibliotheca *Ioh. Christophori Wagenseilii*, cuius emblema in fronte libri conspicitur. Folior. est 24, quorum 1. 23. b. et 24. vacant scriptura. Inest:

Anonymi auctoris [Lepidi *comici veteris* perhibetur in ed. Ald. Manutii, Lucae 1588. 8.] Fabula s. comoedia Philodosos. Incip. *Prologus.* [N] *On diu temporis preiuit* cet. Explic. *hoc meo bono plaudite. Philodosos Explicit fabula.* — In prologo [fol. 2. a.] auctor dicit, *se hac viginti annorum suorum aetate hanc ineptius scripsisse fabulam.* De hoc opere *Ebertus* lex bibliogr. no. 11881. haec scripsit: „Dieses in Prosa geschr. Stück ist keineswegs von einem alten Römischen Dichter, sondern von C. (Marsuppini) Aretinus († 1453.) geschrieben, unter dessen Namen es in Alb. Eyb. margarita poet. angeführt wird. Weniger wahrscheinlich legt es Roscoe in Lr. Medicis Leben dem Leo Bt. Alberti bei. Auszüge daraus in Beloe anecdotes V, 263. 55.“

LXVI.

[Rep. I. 8. 100.]

Codex chartaceus saec. XVII. folior. 38, quorum 1. b. 16—38. vacua sunt. Continetur:

Ioannis Bonefoni Arverni Poetae venustissimi Basia. *Communicata ex Musaeo Lingelshemiano.* 1674. *et propter genium amoenitatis descripta.* Ita titulus, qui fol. 1. a. legitur. Incip. *Se ab amore revocari non posse. Ad Iac. Guellium. O Guelli iuvenum eruditiorum* cet. Explic. *Sic erit immitis semper ut angat amor.* Quis illa carmina descripserit, non constat.

LXVII.

[Rep. I. fol. 18. a.]

Codex membranaceus saec. XIV. in Italia exaratus, lineis stilo ductis, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris, aliquibus etiam in initio singulorum librorum auratis et vario colore distinctis, notis inter lineas et in margine a recentiore manu adscriptis. Fuit hic codex olim in bibliotheca *Ioann. Aug. Ernestii*, cuius etiam nomen ab ipso scriptum fol. 2. a. in margine inferiore legitur. Folio sunt 153, quorum 1. et 153. scriptura vacant. Continentur:

Ciceronis epistolarum ad Familiares libb. I—VII. et IX—XVI. Nam lib. VIII. plane omissus est, vid. fol. 67. b. Incip. *Ego omni officio ac potius pietate erga te satisfacio omnibus* cet. Explic. [fol. 150. a.] *si te veniens in medio foro uidero dissuauiabor. Me ama.* Adduntur ab hoc inde folio duae *Bruti* epistolae, altera ad Atticum [incip. *Scribis mirari ciceronem* cet.], ad Ciceronem altera [incip. *Particulam literarum tuarum quas misisti octauio* cet.]. Post folium 31. [quod disinit in verbis lib. III. ep. 10. exeunt. *Sed hec hactenus.*] magna est lacuna; nam fol. 32. pergitur verbis [lib. IV. ep. 12. med.] *in bonis* [sic] *dominatur uisum est faciendum* cet. Accurate hunc codicem iam contulit *Traug. Fred. Benedictus* in ed. epp. ad famil. vid. eius praefat. pag. XIII—XVI. Hic quae de eo retulit, huc adscripsi. „Hunc librum, inquit, quem Ernestius ceteris quos consuluit antiquiorem et seculo decimo aut undecimo scriptum esse affirmat, propterea imprimis conferendam censui, quia multis locis, ubi magna et memoratu digna lectionum varietas Ciceronis verba perturbat, nullam eius mentionem iniecit. — Deinde etiam varia in illo Codice aliter leguntur, quam quidem Ernesti in notis suis affirmabat.“ Multis eius rei exemplis in medium prolatis pergitur ita: „Quae quidem loca evincunt, non supervacaneam fuisse repetitionem codicis illius, quem in notis meis *Lipsiensem* appellavi, iovestigationem, et si quis ea accuratius inspexerit, non raro elegantes Ernesti emendationes et coniecturas hac occasione prolatas reperiet, ut facile ignoscendum sit illi subtilissimo Ciceronis interpreti, si in tanta variarum lectionum multitudine oculorum aciem interdum vera illius codicis lectio latebat. Eundem librum a manu secunda varie interpolatum esse, Ernesti iam adnotavit, sed haec animadversio inprimis vera est de decem libris prioribus, neque tam crebro in reliquis libris interpolatio locum habet. Graeca, spatio plerumque relicto, omittit, sed interdum etiam continuo ordine verba latina se invicem excipiunt, ut nullum vocabuli omissi vestigium appareat, ut Ep. XXVI. et Ep. XXVIIII. libri VII., Ep. VII. libri XIIII. etc. Peculiare etiam huic libro vitium est, ut sub finem singuli versus vocabula saepe dividat, qua parte ea dividere non liceret, ut *q—uin,* pro: *quin; n—ulla*, pro: *nulla* — et quae sunt alia, quibus falsae lectiones facile oriri possunt. Scripturae compendia plerumque omittit, sed interdum notae satis obscurae, ut *l'* pro *vel* — *a'* pro: *aut* — occurrunt. Videatur Ep. IIII. lib. X., Epist. XVI. lib. VIIII. et Epist. VIII. lib. V. — Ad calcem quarundam epistolarum, ut: Ep. XII. et XIII. libri XVI. additum legitur: *Oliua bella*; quae verba, quia non sunt Ciceronis, forte a librario lepido adiecta sunt ad locum domicilii indicandum. Quod denique aetatem illius codicis attinet, quem Ernesti decimo aut undecimo seculo adnumerat, varia quoque dubitatio, quominus illam sequerer sententiam, me impedivit. Saepe enim lectiones codicum minus antiquorum profert et cum correctionibus interpretum in antiquis editionibus potissimum obviis conspirat. Porra litteram (i) saepe puncto notatam prima manus scripsit, ut: in Epist. XXXIIII. libri XII. atque in aliis multis, quod certe antiquitatis tam venerandae documentum non praebet. Ceterum lectiones quoque elegantes, antiquas et maxime probabiles huic codici inesse, etiam ex iis, quae in notis afferam, magis apparebit.“ — Haec *Benedictus. Ernestius* hunc codicem commemoravit part. II. *praefationum et notar. ad Ciceronis Opp.* [ed. Hal. 1807.] p. 5., sed quae de aetate, quo codex exaratus videatur, scripsit, in iis profecto plane erravit.

LXVIII.

[Rep. I. 4. 41.]

Codex membranaceus saec. XIII. satis accurate scriptus, litteris singulorum librorum initialibus rubris, formae oblongae, folior. 47, quorum 47. b. scriptura vacat. Continentur:

Sallustii bellum Catilinarium et Iugurthinum. Illud legitur a fol. 1. a — 15. b, hoc a fol. 16. a — 46. a. Incip. JNCIPIT LIBER SALVSTII. PM. OMNIS *homines qui sese student praestare ceteris animalibus* cet. Explic. *spes atque opes in illo site* SVNT :. *Explic. Lib. Salvstii :.* Praeterea subscripti sunt hi versus:

Si cupis ignotum iugurthe noscere letum.
Tarpeii rupis pulsus adimaruit. [sic]

Sequentia ab aliena manu videntur profecta:

Historie scriptor negat ast orosius istud.
Carcere nam nectus. sed sic pro crimine fertur.

Foll. 46. b. et 47. a. mappa geographica in usum historiae de bello Iugurthino et Labyrinthi delineatio habentur. — Caeterum hic codex videtur ex auctione *Godofr. Sellii,* Lipsiae 1737. habita, ad bibliothecam nostram accessisse. Cf. Catal. *Sellii,* Append. I. pag. 123. num. 250.

LXIX.

[Rep. I. 8. 91.]

Codex membranaceus saec. XV. non ineleganter scriptus, cum collationibus aliorum Codd. margini adscriptis, pictis et auratis litteris initialibus, lineis stilio ductis, inscriptionibus subscriptionibusque minio pictis, litteris capitum initialibus rubris (fortasse eo consilio, ut spatio parceretur) non stantibus, sed directis, [v. c. *postquam ut dixi* cet. vel: *Est locus in carcere* cet.]. Manipulis octonorum foliorum inscripti sunt custodes. Insunt huic Codici, qui foliorum est 82, haec:

a) [fol. 1. a — 57. a.] Sallustii Crispi bellum Catilinarium et Iugurthinum. Illius inscriptio fol. 1. a. legitur: INCIPIT : LIBER : SALvSTii D' KATiLiNE CONIVRATiONE. Incip. OMNIS *homines: qui student se se praestare* cet. Explic. fol. 19. a. *luctus atque gaudia agitabantur* [et rubris litteris:] EPLiCiT KATiLiNARiVS FELiCiTER ... DiLit. Fol. 20. a. [nam 19. b, quae pagina litteris vacat, insignia quaedam heraldica rudi arte picta sunt] incip. *Bellum Iugurthinum.* Titulus rubro pictus: INCiPiT PLoGus SALVSTil LiBRI IVGVrTiNi. Incip. *FALso queritur de natura sua genus humanum* cet. Explic. *opes Ciuitatis in illo site sunt.* EPLICIT FELiCITER.

b) [fol. 57. b — 58. b.] Sallustii invectiva in Ciceronem. Titulus rubro pictus hic est: CRISPI SALVSTII INUECTIUA INCIPIT IN M. TVLLiVM CICERONEM FELiCITER. Incip. *TRAuiter* [sic] *et iniquo animo maledicta tua paterer* cet. Explic. *neque in hac neque in illa parte fidem habens.* EXPLICIT SALVSTII IN. MarCVM TVLLiVM CICERONEM JNVECTIVA.

c) [fol. 59. a — 62. a.] Ciceronis in Sallustium invectiva. Titulus ruber hic est: INCIPIT CICERONIS IN. SALVSTIVM INVEC. Incip. EA *Demum magna voluptas est crispe Salusti* cet. Explic. *si qua ego honeste assari possim.* [Et rubro picta verba:] *Explicit (a) Cicerone in Salustium inuectiua.* Fol. 62. b. vacat scriptura.

d) [fol. 63. a — 82. b.] Ciceronis orationes Catilinariae IV, *quarta tamen non integra.* Titulus rubro colore pictus hic est: INCIPIUNT INUECTIUE CICERONIS IN KATILINAM FELICITER. Prima oratio incip. fol. 63. a. QU*ousque tandem abutere* cet. et pertinet usque ad fol. 69. a., altera incip. fol. 69. a. et desinit fol. 75. a., tertia orditur a fol. 75. a. et patet usque ad 81. a., quarta denique habetur foll. 81. et 82. et desinit in verba cap. V. (§. 9.): *postulabat. sententiam. tanquam obsidem . . .*

LXX.

[Rep. I. fol. 1.]

Codex membranaceus saec. XIV. eleganter et perspicue in duabus quas dicunt columnis exaratus, inscriptionibus rubris, litteris singulorum librorum initialibus pictura et auro insignibus ornatus. A fol. 123. a. etiam singularum sectionum litterae initiales modo rubro modo caeruleo colore pictae sunt. Picturae satis elegantes habentur etiam foll. 1. a. 80. a. et 150. a. Hic liber, quem cum aliis codd. collatum esse lectiones margini a recentiore manu passim allitae declarant, constat foliis 203, quorum 1. 79. et 203. scriptura vacant. Continentur:

Titi Livii historiae, a principio [incip. enim: *Facturusne sim opere precium* cet.] usque ad lib. XL. cap. 12. §. 15. verba: *ut quem vellent imponerent macedonie regem.* Titulus minio pictus hic est: *Titiliuij patauini hystoriographi Incip. lib. j. ab urbe condita.* — Commemoravit hunc codicem, quo etiam *Kreyssigius* usus est, *Godofr. Chn. Goetzius* in progr., quo bibliothecam nostram publicis usibus dedicandam fore indixit (a. 1711.) pag. 27.

LXXI. et LXXII.

[Rep. I. fol. 11. b.]

Codex membranaceus in forma maxima, ipso saeculi XV. initio absolutus, ligatura holoserica rubra et ora deaurata insignis, nitidissime scriptus et [maxime in initio cuiusque libri, ubi totus margo folii egregie picturatus est] multis figuris iisdemque pulcherrimis aurum et varios colores habentibus, litteris denique initialibus pictis et auratis belle ornatus, ita ut inter splendidissimos bibliothecae nostrae Codd. referendus sit. Constat duobus voluminibus, quorum scriptura in duas columnas divisa est. Picturae summa diligentia et dexteritate factae et Hollandicam pingendi rationem redolentes novem habentur: Vol. I. fol. 1. a. 137. b. 253. a. 336. b. Vol. II. fol. 1. a. 69. a. 121. a. 186. b. 270. a. Folia, quae librarius ipse rubris numeris notavit, in I. Vol. sunt 404 praeter unum, quo continetur *table des chapitres,* in II. Vol. 386 praeter tria, quibus iisdem legitur *table des chapitres.* Continentur:

Valerii Maximi factorum dictorumque memorabilium libb. IX. cum versione Gallica et notis Gallicis *Simonis de Hesdin.* Volumen prius fol. 1. a. incip. *Cy commence la table des chapitres du premiere volume de Valerius maximus contenant quatre livres translate de latin en francois par maistre simon de hesdin docteur en theologie et religieux de saint Jehan de Jherusalem* cet. Tum post indicem opus ipsum incip. [repetita eadem inscriptione] *La briefuete et fragilite de ceste douloureuse vie et la constance* cet. Haec usque ad fol. 2. b. pertinent, ubi Latina incipiunt: *Urbis Rome exterarumque gentium facta simul ac dicta* cet. Explic.

il nest chose plus inique que amer peccune. Et icy fine le IIIIe livre. Subscriptio haec est: *Cy fine le premiere volume de Valerius maximus contenant quatre livres avec les declarations et additions faictes par maistre simon de hesdin docteur en theologie et frere de saint Jehan de Jherusalem.* — Alterum volumen [tribus prioribus foliis praemissa capitum tabula, *table des chapitres*] incip. *Liberalitati quas aptiores comites quam humanitatem et clementiam dederim* cet. Explic. *La veille monseigneur saint un chiel larchangele. Cy fine le IXe et dernier livre de Valere le grant.* — Hoc opus ita est institutum, ut primum scripta sint textus verba, maiusculis illa litteris picta; deinde sequuntur eadem verba in Gallicum sermonem versa; denique scriptae sunt notae Versa verba inscriptionem habent *Translateur*, notae *Acteur*. Quomodo in textu Gallice faciundo versatus sit interpres, ipse indicavit in praefatione operis. Ita enim Vol. I. fol. 2. a.: „Il est a savoir," inquit, „què mon intention nest pas ne ne fut ont, ques de translater ce livre de mot en mot. Car ce seroit ainsi comme impossible de le translater en telle maniere — et pour ce est mon entente de le translater de sentence a sentence." — Auctor videtur opus suscepisse in gratiam Caroli V. Gallorum regis, sapientis cognomine nuncupati, qui anno 1380. obiit. Nam in eodem illo prooemio [fol. 2. b. col. a. sub fin.] ita: „Je viens," inquit, „a la translation du latin. et premierement du proheme, en requerant la grace et layde de dieu et de la benoite vierge marie. Ausquelz je regiers de tresbon cueur que je puisse ceste euvre faire. Especialement en telle maniere quelle soit plaisant et prouffitable a tresnoble tres puissant trexexcellant et tressaige Charles par la grace de dieu Roy de france et le quint de son nom En lhonner et reverence du quel aprez dieu jay entreprenis ceste euvre a faire." — Prima pictura, quae prooemio praecedit, clericum repraesentat flexis genibus Regi in solio sedenti volumen aliquod offerentem. Caeterum opus non ab illo *Simone de Hesdin*, qui in inscriptione nominatur, ad finem esse perductum, in fine libri docetur, ubi haec leguntur: „La conclusion de translateur. Par laide divine sans laquele nulle chose nest droittement continuee ne menee a fin, est la translation de Valerius le grant terminee. Laquele commenca tresreverend maistre Symon de hesdin maistre en theologie, religieux des hospitaliens de saint Jehan de Jherusalem. Qui poursuivy iusques au septieme livre ou chappitre des strategemes et la laissa. De la en avant iusques a la fin du livre. Je Nicolas de gonnesse maistre en arts et en theologie ay poursuivy la dite translation au monis mal que jay peu. du commendement et ordonnance de tresexcellent et puissant prince monseigneur le duc de Berry et dauvergne. A la requeste de Jaquemin courauson tresorier. Et ne doubte nne (sic) que mon stile de translater soit si parfait comme est cellui de devant. mais je prie a ceusz qui le liront quils le me pardonnent. Car je ne suy une si expert comme il estoit. Et fut finee lan mil CCCC et ung. La veille monseigneur saiut un chiel larchangele."

LXXIII.

[Rep. I. 4. 50.]

Codex membranaceus saec. XV. in Italia exaratus et luculentissime scriptus, litteris initialibus caeruleo pictis, argumentis minio in margine notatis, folior. 54, quorum 1. 52. b. 53. et 54. vacua sunt. Continentur:

Pomponii Melae de situ orbis libr. III. Titulus minio pictus: *chriſtuſ.* POMPONII MELLE DECOSMOGRAFIA LIBERITRES INCIPIVNT FELICITER. Incip. ORBIS SITVM DICERE AGGREDIOR. *impeditum opus. et facundie minime capax* cet. Explic. *promontorium operis huius atque athlantici littoris terminus. Deo gratias Amen.* [Et rubro picta verba:] FINIT POMPONIVS MELLA DE COSMOGRAFIA.

Ut ex emblemate fronti libri infixo patet, fuit hic codex olim in bibliotheca *Ioh. Christophori Wagenseilii. Tschuckius* hunc codicem contulit, et Vol. I. edit. Mel. pag. LVII. haec de illo retulit: „Litterae, inquit, sunt luculentae, ipsa vocabula usitatis compendiorum notis scripta, quaedam erasa, et ex rasura sunt emendata, delenda subiecto puncto indicantur, omissa vel inter textus lineas, vel in margine subplentur, qui etiam repetebat rubro colore signata nomina locorum, vel passim varias lectiones, et verborum explicationes, v. c. etesiarum. Ad verba libri 1, 16, 1. *ut aliena etiam bella mercedibus agerent* adscripta haec sunt: *Qui aliena bella mercede suscipiunt. hodie. aput noſ nos.* (sic). [Leguntur haec fol. 14. b.] Lectiones saepe exhibet minime contemnendas. Eius aetas revocanda videtur ad saec. 14." [?] —

LXXIV.

[Rep. I. 8. 90.]

Pomponii Melae libri tres de situ orbis. Iulii Honorii Oratoris excerptum Cosmographiae *nunc primum ex MS. editum.* Cosmographia, *quae falso hactenus* Aethicum *auctorem praetulit, variis lectionibus ex MS. illustrata. Omnia diligentissime recognita, additis ad Melam notis. Lugd. Batavor.* 1685.

His libris notas et collationes Codd. MSS. adscripsit *D. Godofredus Goetzius.* Quibus ille codicibus usus fuerit, non constat, nisi quod in priore libri operculo haec scripta leguntur: „Cod. Vatic. 33. in membrana literis majusculis multis in locis. annorum circiter 900." Siglae sunt vel A, vel ms. vel V. — De collatione Aethici Goetzius pag. 25. „*Aethici Cosmographia*, inquit, collata est cum 3° libro Alberti M. de natura locorum, ubi totam transscripsit. Usus sum edit. Veneta a. 1517."

LXXV.

[Rep. I. 8. 89.]

Pomponius Mela. Julius Solinus. Itinerarium Antonini Aug. Vibius Sequester. P. Victor *De regionibus urbis Romae. Dionyſius Afer de Situ orbis Prisciano Interprete iterum caſtigatus et cum graeco exemplari collatus.* Impressum Florentiae per haeredes Philippi Juntae. Anno D. XXVI. a Christiana salute supra mille mense Februario Clemente. VII. maximo Pontifice.

Melae libri collati sunt a *D. Godofr. Goetzio* cum MSS. aliquot Codd. Commemorantur illi pag. 3. his quidem verbis: „Collatus cum MS. Vatic. qui emptus fuit ex libris Cardinalis Sirleti. 800 annor. circiter. membran. 4929. ⊙. 1915. ☾. 2952 mſ. 3409 L. papyraceus annor. 250. circiter. 831 π." Etiam *Solinus* cum aliquot libb. MSS. collatus est, sed maiorem partem recentioribus, ut videtur. Pag. 40. b. commemoratur „*MS. Vat.* 3409. *papyrac.*" Pag. 43. b. siglae Codd. commemorantur O. O. R. et ead. pag. O. C. R. pag. 56. *Col.* Etiam *mſ.* apparet pag. 96. a. et b. 111. b. 112. a. et alias.

LXXVI.

[Rep. I. fol. 13.]

Codex chartaceus saec. XV. accuratissime et elegantissime scriptus, rubris inscriptionibus, litteris initialibus plerumque relicto spatio, folior. 153 praeter duo ab initio et unum in fine litteris vacua. Continentur:

Lucii Junii Moderati Columellae de re rustica libr. XIII. Nam tertii libri locum occupat, qui *de arboribus* inscribitur et plerumque post XII Columellae de re rustica libros collocari solet, ita ut tertius liber quartus sit. (Eadem etiam ratio est in editionibus, quae praecessere Iuntinam 1515. et Mediceis Codd. Vid. Scriptt. rei rustic. cur. Gesner. t. I. pag. 452.) — Inc. *Lucii Iunii Moderati Columelle. de re rustica liber primus Incipit. Prohemium.* [Ita titulus minio pictus.] [S]*epenumero civitatis nostre principes audio culpantes.* Explic. *multa scisse dicuntur non omnia.* Rubra subscriptio: *Liber Juni moderati Columelle rei rustice XIII et ultimus explicit feliciter.*

De hoc Codice *Gesnerus* l. l. in praefat. pag. X. haec scripsit: — „Praeter hoc editionis nostrae ornamentum multis etiam locis salutaris fuit Codex depromtus e bibliotheca Amplissimi Ordinis Lipsiensis. — Huius cum iam multas lectiones adnotasset Schoettgenius, visum tamen est, opportunitate ita ferente, totum de integro Codicem conferre, cuius laboris nostri non poenitendum ad Columellam et lectores nostros fructum redundare putamus."

LXXVII.

[Rep. I. fol. 30. b.]

Codex chartaceus saec. XV. ineunt. scriptus, rubris inscriptionibus et litteris initialibus, notis passim in margine scriptis, folior. 199, quorum 192 priora librarius notavit. Hoc codice, qui olim fuit in bibliotheca *Ioh. Christoph. Wagenseilii,* continetur:

Senecae epistolarum versio Hispanica. Sex prioribus foliis legitur *Tabla de los titulos de las epistolas de seneca a lucillo.* Fol. 6. b. haec leguntur: *Epistolas has emi toleti anno* M° CCCC° LX° VIII. *Augusti pretio morapetinorum CCCorum* L. N. T. P. Fol. 7. a. sequitur *prohemio en las epistolas de seneca a lucillo.* Incip. *Seneca fue un sabio omne desciplo de un filosofo* cet. Opus ipsum incip. fol. 8. a. *Amigo mio lucillo fas asij que tu ganes* cet. Explic. fol. 192. b. *ante catto non veng dopoi . . . . . deo grigas.* — Foll. 193—199. leguntur *epistolas de pablo a seneca e de seneca a pablo.* Incip. *Questendo el bien aventuzado san geronimo* cet. Explic. *al cançatas.*

LXXVIII.

[Rep. I. 4. 47.]

Codex membranaceus certe magnam partem saec. XIII. ineunt. exaratus, folior. 119, quorum 33. a. et 40. vacua sunt. Posterior libri pars non eadem manu, qua prior scripta est; sed a seriore manu scriptam esse, cum ex litterarum charactere, tum ex compendiis vocum patet. Caeterum litterae in iis libris, quos sub litt. a. et b. recensebimus, longe sunt minores, atramentum pallidius, membranae denique tenuiores, quam in iis scriptis, quae sub c — f. commemorabimus. Caeterum hic liber olim fuit catenatus, ut ex vestigiis in operculo libri conspicuis patet. Contenta autem sunt haec:

a) [fol. 2. a — 32. b., nam fol. 1. a. quaedam scripta sunt de synodo *apud mogonciacum* DCCCLVII. habita,] Senecae de beneficiis libri VII, in sex illi libros divisi, quum lib. IV. et V. in unum sint contracti. Titulus minio pictus hic est: LVCII ANNEI SENECE LIBR. I. INCIP. AD EBVTVM LIBERALEM DE DANDIS *et accipiundis* BENEFICIIS. Incip. *Inter multos ac varios errores. temere inconsultoque uiuentium* cet. Explic. *non est magni animi beneficium dare. et perdere. hoc est magni* PERDERE. ET. DARE.

b) [fol. 33. b — 39. b.] Eiusdem de clementia libr. II, sine ulla librorum distinctione, nisi quod in libri II. initio [fol. 38. b.] picta littera initialis conspicitur. Titulus deest. Incip. *Scribere de clementia nero cesar institui ut quodammodo speculi uice fungerer* cet. Explic. *qua ratione tractandum sit quom inrectum* [sic] *praua flectantur;*

c) [fol. 41. a — 56. b.] Glossae ad Decretum, a dist. I—XXIII. c. 22. Incip. *Sacrosancte ecclesiae regularis* cet. Explic. *quod corona illa significat quare summitatem . . . . .*

d) [fol. 57. a — 80. b.] Commentarius Bulgari ad digestorum tit. de regulis iuris, *sine sigla; imperfectus.* Cf. *Savigny Röm. R.* tom. IV. p. 94. Incip. [R]*egula est que rem* cet. Explic. *illi ui facit.*

e) [fol. 81. a — 109. b.] Glossa ad decretum. *D. V. usque ad fini.* Incip. *Si mulier eadem hora* cet. Explic. *non adeo appreciabantur.* Hic illic Boloniensium fit mentio, v. c. fol. 81. a.: *sicut Bolonienses exponunt.*

f) [fol. 110. a — 119. b.] Lectura super decreto. In fine, caussa II. occasionem praebente, brevis conspectus processus exhibetur. Incip. *Monstrat titulus huius operis* cet. Explic. *iudicis arbitrio reseruate Explicit.*

In iis, quae sub *c. e.* et *f.* descripta sunt, nusquam Decretalium collectiones laudantur, ne antiquioribus quidem exceptis. Quam ob rem omnes illas glossas aetati Bernardi Pasiensis accensendas esse constat. In iis, quae sub *f.* recensuimus, duo loci sunt, qui de aetate Alexandri III. faciunt ut cogites. Alter est fol. 116. a: *Quod si certum esset summo pontifici Alexandro anno dom. inc. MCLXX.* Alter fol. 118. a: *Anno ab incarn. Domini MCLXXI. mense Iunio III. Kal. Iun. Alexandro III. universali eccl. praesidente etc.* Nusquam sigla conspicitur, ex qua, quis auctor sit, concludi posset.

LXXIX.

[Rep. I. fol. 29.]

C. Plinii Secundi historia mundi, denuo emendata, non paucis locis ex diligenti ad pervetusta et optimae fidei exemplaria collatione nunc primum animadversis castigatisque, quemadmodum evidenter in Sigismundi Gelenii Annotationibus operi adnexis apparet. Adiunctus est Index copiosissimus. Froben. Apud inclytam Basileam, anno M.D.XXXV. mense Martio.

Adscripsit vir quidam eruditus adnotationes et collationes libror. MSS. In fronte nomen adscriptum est: *Reuchenii S. F.*

LXXX.

[Rep. I. fol. 9.]

Codex membranaceus saec. XV. in Italia scriptus, litteris

initialibus auratis varioque colore distinctis, tenuis laevisque membranae, scripturae accuratissimae et elegantissimae, folior. 122, quorum 1. 121. b. et 122. scriptura vacant. Continentur:

Suetonii XII Caesares. Inscriptio rubro picta haec est: SVETONIUS. TRANQILLUS. [sic] DE XII CESARIBVS. INCIPIT. Incip. *ANnum agens Cesar sextum decimum* cet. Explic. *et moderatione insequentium principum.* Subscriptio haec est: SVETONIUS TRANQUILLUS EXPLICIT. Haec rubro sunt picta. Atro colore picta sequuntur verba: I. A. DE HOLLANDIA (cf. infra no. LXXXII.) ROME 1444. XX. FE. FINIVIT. — Caeterum Graeca non leguntur in illo libro, sed iis adpingendis relictum est spatium. Hic codex splendide ligatus fuit olim in bibliotheca *Nicolai Josephi Foucault* Comitis Consistoriani, cuius emblema in anteriori libri operculo habetur. In nostram bibliothecam pervenit ex auctione *Godofr. Sellii*, Lips. 1737. habita. Vid. *Sellii* catal. pag. 48. num. 983.

LXXXI.

[Rep. I. 4. 59. a.]

Codex membranaceus saeculi XV. in tenui et laevissima membrana scriptus, litteris initialibus modo eleganter pictis et auratis, modo plane omissis, elegante ligatura, folior. 100 cum duobus vacuis ab initio et in fine. Insunt:

Iustini historiae philippicae. Titulus caeruleo colore pictus: IVSTINI HISTORICI CLARISSIMI IN TROGI POMPEI HISTORIAS EXORDIVM. Incip. *Cum multi ex Romanis etiam consularis dignitatis uiri res romanas greco peregrinoq: sermone* cet. Explic. *ad cultiorem uite usum traductum in formam prouincie redegit.* EXPLICIT COMPILATIO IVSTINI *qui fuit abreuiator Trogi pompei hystoriogrofi.* (sic.) — Manipulis denorum foliorum custodes adscripti sunt. Fol. 1. a. conspicitur insigne aliquod corona rutacea circumdatum, sed illud ita deletum, ut non nisi elephantis figura perspiciatur. In priori libri operculo possessor nomen suum adscripsit: *Fridericus Rostgaard.* Vid. Biblioth. Rostgardian. (Hafn. 1726.) pag. 469. no. 240. Cf. Cod. LXXXVI.

LXXXII.

[Rep. I. fol. 11. a.]

Codex membranaceus saec. XV. in Italia scriptus, tenuis laevisque membranae, litteris librorum initialibus modo caeruleis modo rubris, prima initiali belle picta et aurata, argumentis rubro colore passim in margine notatis, lineis stilo ductis, ligatura viridi holoserica et ora eleganter deaurata. Hic codex [qui ex auctione *Godofr. Sellii* Lips. 1737. habita ad bibliothecam nostram accessit, vid. eius catal. sect. I. pag. 47. num. 965.] foliis constat 121, quorum 1. 120. b. et 121. scriptura vacant. Fol. 1. a. picta sunt insignia gentilitia, ut videtur, *Iohannis de Luxemburg.* Continentur:

Iustini historiae Philippicae. Titulus recentiore manu scriptus hic est: *Iustini historiographi breuiatoris trogi pompei prologus in omnes libros incipit feliciter.* Incip. CVM MULTI EX ROMANIS ETIAM CONSU*laris dignitatis uiri* cet. Explic. *ad cultiorem uite usum traductum in formam prouincie redegit.* TELOS. Subscriptio rubra haec est: IUSTINVS EXPLICIT. IA: DE HOLLANDIA. Idem librarius scripsit etiam Suetonii cod., quem sub num. LXXX. recensuimus. — Fol. 117. a — 120. a. leguntur ARGUMENTA IN IUSTINUM ABBREUIATOREM POMPEI TROCIII. Incip. *Primo volumine continentur hec* cet. Explic. *Quarto et quadragesimo volumine continentur res hispanie et punice.*

LXXXIII.

[Rep. I. fol. 34.]

Codex chartaceus saec. XV. rubris litteris initialibus et inscriptionibus, folior. 32, quorum 29. a. et 30. b. scriptura vacant. Continentur:

a) [fol. 1. a — 28. b.] Hygini astronomicon libb. IV. Cum figuris. Titulus minio pictus hic est: *Clarissimi Viri Iginy poeticon Astronomicon Opus vtilissimum Incipit foeliciter De mundi et sphere ac utriusque partium declaratione Liber primus prohemium.* Opus ipsum incip. [E]*tsi te studio grammatice artis inductum non solum versuum moderatione* cet. Explic. [paucis vocabulis omissis] *Annum autem voluerunt esse cum sol ab estiuo circulo redit.* Tum fol. 28. b. sequuntur tria carmina in astronomiam et ad lectores, quorum ultimum in verba desinit: *Tu referens dices uiuat uterque diu.* Subscripta sunt verba: *Anno Salutis* 1493. *in die Sancti Sigismundi Sittae.*

b) [fol. 31. a — 32. b.] Volusii Metiani distributio it. vocabula ac notae partium in rebus pecuniariis pondere, numero, mensura. Ita titulus operis, quod non est integrum. Incip. *SAEpe numero censor animadverti egre ferentem te* cet. Explic. *multiplicatum nonum invenies....* [ed. Gronov. pag. 398. lin. 29.] Caeterum haec duo folia a manu saec. XVI. scripta sunt.

LXXXIV.

[Rep. I. 4. 54.]

V. Inl. Fl. Vegetii Renati Comitis, aliorumque aliquot veterum *De Re Militari libri. Accedunt Frontini Strategematibus eiusdem auctoris alia opuscula. Omnia emendatius, quaedam nunc primum edita a Petro Scriverio. Cum commentariis aut notis God. Stewichii et Fr. Modii.* Ex officina Plantiniana Raphelengii. M. D. CVII.

Vegetii libris *Gottlieb. Kortius*, cuius nomen etiam in titulo libri scriptum legitur, collationes trium Codd. MSS. adscripsit, quos numeris 1. 2. 3. signavit. De his Codd. ipse manu sua in tituli folio averso haec scripsit: „1. notat codicem MS. membranaceum peruetustum ex Gudianis Guelferbyti no. 82. [est potius 84. vid. *Eberti* Catal. Biblioth. Guelferb. pag. 170. no. 899.] de quo ita in fronte Gudius: „Censeo codicem hunc annorum septingentorum et magni pretii esse. Marq. Gudius Anno cIↃIↃcLXXXVI.“ Forma est propemodum quadrata, scriptura vetus et adcurata. Contuli Anno 1726.

2. MS. Puteaneum aut alium Gallicum notat in Schedis Lindenbrogianis. Certae Variantes istae in iisdem chartis eadem scriptae manu erant, quibus Notae Puteani in Velleium Paterculum.

3. MS. Gottorpiensem notat, quem aliis schedis, quibus notas quasdam, non prorsus ineruditas, idem doctiss. Lindenbrogius inscripserat, excerptum sistebat, disserteque Gottorpiensem nominabat.“ — Caeterum in operculo libri possessoris nomen notatur his verbis: *Liber Ioan. Starck. Lunaeburgensis.*

LXXXV.

[Rep. IV. fol. 49. b.]

Codex chartaceus saec. XVIII. folior. 74, quorum 1—4. 24. a. et 71. b — 74. scriptura vacant. Continentur hoc libro satis perspicue scripto:

Anonymi adnotationes in Vegetii libros de re militari. Incip. *Clementia, et in prol.* l. 2. cet. Explic. *Lib.* 5. *c.* 16. *Collatorios funes.*

LXXXVI.

[Rep. I. 4. 59. b.]

Codex chartaceus saec. XVII. folior. 52, quorum 2. 3. b. [3. a. pictum est] 4. 49. 50. 51. et 52. vacua sunt. Continetur:

Epitome libr. Amiani Marcellini XIV—XXXI. Incipit fol. 5. a. [post titulum: EPITOME LIBRI. XVIII. AMIANI MARCELLINI] *Post laboriosas difficilesque expeditiones* cet. Explic. [fol. 48. b.] *sub Romano signo merentes occidi iussit. Finis Librorum Amiani Marcelini.* Fol. 3. a. verba leguntur: *D. Iuanes Le fonseca scripsit.* Possessor libri in fronte eius haec adscripsit: *Ex dono Dni Christiani Reitzeri Iustitiae Consiliarii posſidet Fridericus Rostgaard. Hauniae a. d.* 12. *Februarii* 1718. Vid. Biblioth. Rostgardian. pag. 469. no. 244. Cf. Cod. LXXXI.

LXXXVII.

[Rep. V. fol. 21.]

Codex chartaceus saec. XV. parum eleganter scriptus, multis etiam foliis truncatus, litteris initialibus rubris aut rubro adpictis, folior. 277, quorum 152. b. 155. b. 189. b. 240. b. et 277. b. scriptura vacant. Continentur:

a) [fol. 1 — 111. b.] Anicii Manlii Torquati Severini Boethii de consolatione philosophiae libri. Cum multis glossis inter textum et in margine scriptis. Incip. *Carmina quae quondam ſtudio florente peregi* cet. Explic. *federa rerum.* In fine haec etiam legitur subscriptio: *Finit Expoſicio Et declaracio Textuum librorum quinque de Philozophie* [sic] *Boecii viri celeberrimi Anno* 1. 4. 9. 4. *Secunda feria poſt Reminiſcere.* In priore libri operculo haec leguntur: *Ego Iorius Singer de Aſpershoſſen Arcium Baccalaureus Recognoſco me hunc liberum* [sic] *Scripſiſſe propria manu.* 1494.

b) [fol. 112—123. a.] Aristotelis tractatus de regimine principum, cum quaestionibus, Latine. Incip. *Debes igitur ſolicite cuſtodire* cet. Explic. *et vera ſententia.*

c) [fol. 123. b — 136. b.] Eiusd. liber de somno et vigilia. Latine. Incip. *Cum duo ſint quibus humana ferme* cet. Explic. *collecta ſufficiunt.*

d) [fol. 137. a — 152. a.] Tractatulus de modo intelligendi hominis interioris et exterioris. Ita titulus. Incip. *Homo cum ſit ſecundum iſidorum* cet. Explic. *ad ſuſtentandum venas.*

e) [fol. 153. a — 155. a.] Medi versus super alphabetum. Incip. *Abstractio gignit caſtitatem* cet. Explic. *grauis eſt inceptio prima.*

f) [fol. 156. a — 157. b.] Margarita passionis et resurrectionis Iesu Christi. Incip. *Quum prope paſta foret* cet. Explic. *quo non eat urbis.*

g) [fol. 158. a — 186. b.] Quaedam ex II. libr. Physicor. Aristotelis. *Latine cum glossis.* Inscriptio haec est: *Ille textus ponitur in* 2. *phyſicorum.* Incip. *Natura est principium cauſa* cet. Explic. *intus in oculis.*

h) [fol. 187. a — 239. b.] Donatus de partibus orationis. Cum glossis. Incip. *Roma eſt nomen ciuitatis et venit a voce rodo* cet. Explic. *per eterna ſeculorum ſecula benedictus.* Tum maioribus litteris subscripta sunt haec: *Presens Donatus Colectus* [sic] *in uniuerſitate lipczenſi. a V. M. V. W.* [i. e. *Weylenderſſer*, vid. fol. 189. a., ubi similia verba leguntur] *De ſalczburga tunc temporis immorator Collegii principys Deo gracias.* Scriptus est hic Donatus ao. 1492.

i) [fol. 240. a — 277. a.] Tractatus parvuli antiquorum. [In Registro, quod in priori libri operculo scriptum est, vocatur: *Figurae ſuper paruulum.*] Incip. *Ante initium primi tractatus paruuli* cet. Explic. *ut ſanctus paſcit ho* . . . . In subscriptione legitur annus 1492.

k) Denique adhaerent huic codici duodecim folia membranacea saec. XIV. in formis quatern. minor., quae fragmentum continent codicis *Monasterii S. Vdalrici Augustae*, ut ex iis, quae in primo fol. scripta sunt, apparet. Inscriptio rubra haec est: *Super libᵒ ph'orum.* Incip. *A primo rerum principio cuncta creante deo* cet. Explic. *impulſuſ a primo motore monente* . . . . .

LXXXVIII.

[Rep. I. fol. 33.]

Thesaurus utriusque linguae, hoc est *Philoxeni* aliorumque veterum authorum Glossaria Latino-Graeca et Graeco-Latina. *Isidori* glossae Latinae. Veteres Grammatici Latini et Graeci qui de proprietate et differentiis vocabulorum utriusque linguae scripserunt. Edita omnia atque recognita studio et opera *Bonaventurae Vulcanii.* Cum eiusdem notis. Lugduni Batavorum 1600.

Vulcanius ipse hunc librum donavit Danieli Heinsio. Nam in titulo haec scripsit: „DANIELI HEYNSIO Musarum delicio BON. VULCANIVS Br. φίλιον.“ Ex Bibliotheca Heinsiana Lugduni Batavor. 1683. vendita sibi comparavit Fridericus Bened. Carpzovius, ut ipse in titulo libri scripsit. Adscriptae sunt notae et Codd. collationes, quas qui scripsit, ad Glossas Isidori [pag. 668.] haec notavit: „Haec ex codice Isidori Munii Nansii descripta sunt, qui in Vossiana extat Bibliotheca.“

LXXXIX.

[Rep. I. 4. 72.]

Codex membran. saec. X. exaratus, fol. 107, quorum 101. et 107. b. vacua, 80. lacerum. Continetur:

Commentarius auctoris anonymi in Aethici Schytae Cosmographiam (non, ut in Codicis fol. 1. a. legitur a manu recentiore: *liber ethici phi . . . . . coſmographi*; et ab alia manu: *Aethici schytae philoſophi de cosmographia liber*). Tituli loco haec maioribus litteris scripta fol. 1. b. leguntur: TRANSLATO EPILO (sic) ORACULO HIERONIMO PRESBYTERO ID EST MUNDI SCRIPTURA. EDIC. Initium Codicis, quod inde auctoris etiam consilium quid fuerit apparet, paullo copiosius referam. (P)*hiloſophorum*, inquit auctor, *ſcidulaſ ſagaci indagatione inueſtiganſ. mihi laborem tantundem opoſui ac hic de iniciiſ tanto ſtudio indagare. Et altiora magna tunque* (sic) *hac curſim tam aſtrologia ſaſtigiaq; excellentia. que necdum cerni quiſ poſſit illi conati ſunt tam magna dixiſſe. Que noſ metuendo ac dubitando ſcribere*

vel legere in usum coepimus temeranter (sic) *adtrectare. Quur* (manus correctrix: *cur*) *aethicus iste chosmografus tam difficilia appetisse didicerit. Queque et moyses. et uetus historia in enarrando distulit. et hic decerpens protulit; Unde legentibus obsecro ne me temerario aestiment cum tanta ob aliorum audaciam ea indagatione cucurisse que conpererint. Hic igitur aethicus istrie* (manus correctrix: *histrie*) *regione sofista claruit. Primosque codices suos chosmografiam* (sic) *nuncupauit. Aliosque non minora sed maiora dixisse cognouimus. quos sopo gramus* (sic) *appellauit. In codices ubi chosmografiam. digressus. est multa. enucleatim. fabricam inenarrabilem texere ait. Primum omnium mirabiliorum deus instituit. illud. que fundamentum principaliter posuit. sua dispensatione mirabiliter. atque potenter.* cet. [Lib. I. agit DE IPSA MASSA AC STATU, a fol. 5. a; lib. III. DE GENTIBUS QUE UETUS TESTAMENTUM NON HABENT, a fol. 20. b. cet.] Explic. fol. 106. b. *quam reliqui quos nos indaganter inuestigauimus.* — Fol. 107. a. habentur quaedam compendia seu notae scribendi, iisque est inscriptio, quam tamen, quod folium mutilum est, non integram legere possum, haec: SUOS CARACTERES LIT.... RUM QUOS ADINUENIT ITAC... (sunt 22 notae cum explicatione). Finis hic est: EXPLICIT LIBER. AETHICI. PHILOSOPHI. CHOSMOGRAFI NATIONE SCHITICA NOBILE PROSAPIA. PARENTUM AB EO ENIM ETHICA PHILOSOPHIA A (?) RELIQUIS SAPIENTIBUS ORIGINEM TRAXIT;

Vocum compendia in hoc codice rara sunt, membrana crassa et passim lurida, litterae rudi arte pictae, manipuli octonorum foliorum numeris signati, lineae stilo ductae, atramentum hic illic pallescens.

XC.

[Rep. I. fol. 27.]

Codex chartaceus saec. XV. rubris litteris initialibus et inscriptionibus ornatus, olim bibliothecae *I. Chr. Wagenseilii* adscriptus, folior. 129, quorum 69—71. et 129. b. vacua sunt. Continentur:

a) [fol. 1. a — 68. b.] POMPEI FESTI DE INTERPRETATIONE LINGUE LATINE. Incip. [lib. I. pag. 43. lin. 1. ed. *Dacer.*] AVGVSTVS *locus sanctus ab avium gestu id est quia ab avibus significatus est* cet. Explic. [verbis quae in ed. *Dacer.* sunt lib. XIX. pag. 588. lin. 14.] *Vernisera messalia auguria dicebantur. Finis Pompei Festi quem Pomponius correxit.* — Commemoravit hunc codicem *Hermann.* ad Sophocl. Aiac. vs. 901. [Vol. III. pag. 133.]

b) [fol. 72. a — 103. b.] M. TERENCII VARRONIS DE LINGUA LATINA. Incip. [lib. I., qui in ed. *Spengel.* est quintus, ita ut, qui in codice nostro secundi locum tenet, is in illa editione sexti, et qui hic tertii, illic septimi libri locum occupet] *Quemadmodum vocabula essent imposita rebus in lingua latina sex libris exponere institui* cet. Explic. *ut secundam ordiri possimus huic libro faciam finem. Finis Trium librorum Lingue Latine ad Ciceronem.*

c) [fol. 104. a — 129. a.] M. TERRENCII VARRONIS ANALOGIE LIBER PRIMUS. [Est is liber, qui in ed. *Spengel.* est de L. L. lib. octavus] Incip. *Quomodo oratio natura tripartita esset ut superioribus libris ostendi* cet. Explic. *ab his debuerunt dici ad nostrorum nominum similitudinem.* Nulla hic sunt ut in aliis Varronis codd. MSS. lacunae vestigia. Iam sequitur *Liber quintus* [nonus in ed. Spengel.], qui sine ullis lacunae vestigiis [vid. *Spengel.*] incip. *Nesciunt docere quam discere quae ignorant in quo fuit Crates* cet. Explic. [paucis quae *Spengelius* habet verbis *non enim opus fuit ut in servis . . . .* omissis] *id genus item ex parte et universa nominavimus.* Librarius praeterea haec in fine adscripsit: *Finis eius quod invenitur Marci Varronis. Parce qui legeris si aliqua minus polita inveneris. Nam ita ex omni parte sive seculum fecerit sive librarii Volumen quod nimis corruptum erat ut necesse fuerit aucupari hincinde sententias ideo sine rubore veniam dabis Et errori manum imponas Pomponius tuus orat Vale.*

XCI.

[Rep. I. fol. 18.]

Codex chartaceus saec. XIV. exeuntis, rubris litteris initialibus, folior. 325, quorum [praeter sex folia operi recens praefixa] 109—132. 165. b — 178. 250. 285. 304—311. et 325. scriptura vacant. Continentur:

a) [fol. 1. a — 108. b.] COMPENDIUM CHRONICORUM IOHANNIS WILHELMI DE ARNSTEIN, CLERICI HERBIPOLENSIS, ab orbe condito usque ad ann. Christi 1380, quo Carolum IV. imperatorem obiisse refert. Incip. *Sapientis consilium docet in tempore ocii scribere* cet. Explic. *Christoforus sedit mensibus sex hic de papatu deiectus factus est monachus.* Papae recensentur secundum *Martinum Polonum* vel *Iohannem Anglicum*, sed desunt nonnulla. — Huius compendii mentionem iam *Goetzius* fecit in programmate, quo bibliothecam nostram aperiendam fore indixit, Lips. 1711. pag. 28.

b) [fol. 133. a — 149. a.] CAROLI IV. BULLA AUREA. Incip. *Incipit Bulla aurea emanata a serenissimo ac clementissimo domino Imperatore Carolo IIII^to. Omnipotens* cet. Explic. *valent erudiri.* Subscripta sunt haec verba: *Expliciunt leges imperiales Caroli IIII^ti Romani Imperatoris semper Augusti de officiis principum sui Imperii electorum.*

c) [fol. 149. a — 152. b.] ORDO ROMANUS AD BENEDICENDUM ET CORONANDUM IMPERATOREM. Incip. *Quum rex et Imperator electus venit Romam* cet. Explic. *Senatoribus Iudicibus Advocatis et Scrinariis ac praefectis novalium.*

d) [fol. 152. b — 153. b.] ORDO DE BENEDICTIONE ET CORONATIONE IMPERATRICIS. Incip. *Si vero Regina in Imperatricem benedicenda et coronanda sit* cet. Explic. *Et sic et finis illius Deo laus.*

e) [fol. 153. b — 163. b.] CRONICA BREVIS ET BENE UTILIS DE TRANSLATIONE IMPERII. Incip. *Multifarie multisque modis* cet. Explic. *et latissimis historiis.*

f) [fol. 163. b — 165. a.] SUCCESSIONES IMPERATORUM A KAROLO MAGNO. Incip. *Karolus magnus fuit Rex Romanorum* cet. Explic. *ducem Magnopolensem etc. etc.* Quae recensuimus sub litt. b) — f) ab uno eodemque librario sunt scripta.

g) [fol. 179. a — 196. b.] SALLUSTIUS DE BELLO CATILINARIO. Incip. *Huc Primus Salustii Nobilissimi historiographi Liber Incipit.* [Haec rubro picta sunt.] *Omnes*

homines qui sese student prestare ceteris animalibus cet. Explic. *Ita varie per omnem exercitum leticiam merorem luctum atque gaudium agitabant. Explicit Catilinarius.*

h) [fol. 197. a — 233. b.] Eiusdem de bello Iugurthino. Incip. *Salustii de bello Iugurtino liber incipit. Falso queritur de natura sua genus humanum quod inbecilla etas* cet. Explic. *spes atque opes civitatis in illo site.*

i) [fol. 234. a — 238. b.] M. Tullii Ciceronis orat. pro Marcello. Titulus non legitur. Incip. *Diuturni silencii p. c. quo eram hys temporibus usus* cet. Explic. *quod fieri posse iam arbitrabar magnus hoc facto tuo cumulus accesserit.*

k) fol. 238. b — 243. b.] Eiusdem pro Q. Ligario. Inc. *Novum crimen C. cesar et ante hunc diem inauditum* cet. In fine nonnulla desunt. Explicit enim oratio in verbis cap. 12. (§. 38.) *homines enim ad deos nulla re proprius* (sic) *accedunt quam salute hominibus danda.*

l) [fol. 243. b — 249. b.] Eiusdem pro Rege Deiotaro. Incip. *CVm in omnibus causis gravioribus C. cesar* cet. Explic. *alterum conservare clemencie tue.* — Libri sub litt. g — l. notati ab uno eodemque librario scripti sunt.

m) [fol. 251. a — 303. b.] Flavii Vegetii Renati de re militari libr. IV. Incip. *Flavii Vegetii renati viri Illustris Comitis Epithoma Rei militaris liber primus incipit feliciter. Primus liber* cet. Explic. *usus invenit quam vetus doctrina monstraverat.* — Hunc librum idem ille scripsisse videtur, qui Sallustii libros et Ciceronis orationes scripsit.

n) [fol. 312. a — 324. b.] Liber de scissione et divisione facta in concilio Basileensi, imprimis contra eos, qui neutrales se vocabant. Scriptus hic liber videtur ipso Concilii tempore. Incip. *Quis dabit me* cet. Explic. *et sponse eius calce collecta Amen Et sic est finis laus deo.* — Commemoravit et inspexit hunc codicem *Pertzius*; vid. eius Archiv. tom. VI. pag. 210.

XCII.

[Rep. I. 8. 96.]

Codex membranaceus saec. XV. cum emendationibus passim ad marginem allitis, folior. 218, quorum 1. 2. et 218. scriptura vacant. Insunt:

a) [fol. 3. a — 85. b.] Francisci Barbari Veneti de re uxoria. [Typis descriptus est hic liber Amstelod. 1639. 12.] Titulus rubro pictus: *Francisci Barbari veneti viri patricii ad Insignem laurentium de medicis florentinum de re uxoria feliciter incipit.* Incip. [*M*]*Aiores nostri laurenti carissime beniuolentia uel necessitudine sibi coniunctos* cet. Explic. *vel quod ab optima fide ac animo certe tibi deditissimo proficiscatur.* Subscriptio haec est: *Francisci barbari veneti viri patricii ad insignem Laurentium de medicis Florentinum de re uxoria feliciter explicit die ultimo martii MCCCCXXXVIIII hora secunda noct.*

b) [fol. 86. a — b.] Epistola Francisci Barbari ad Lucam Vernatium IC. Incip. [*F*]*rancifcus barbarus luce vernatio Iurif. conf. p. f. dicit. Dicere non possum quanta me voluptate affecerint litere tue* cet. Explic. *meo salutem dic. d. Venetiis. VI. Kl. octobr.* Non legitur haec epistola in collectione epistolarum Franc. Barbari, quae prodiit Brixiae 1743. 4.

c) [fol. 86. b — 87. a.] Pontii Pilati quae fertur de Christo ad Tiberium epistola. Incip. [*P*]*ontius pilatus tiberio cesari Imperatori plurimam salutem dicit. De xhu xpo quem tibi plane postremis meis declarauerum* cet. Explic. *exitum pati et venumdare. Vale V. kl. aplis.*

d) [fol. 87. b — 88. a.] Lentuli proconsulis quae fertur de Christo epistola. Incip. *Publius Lentulus. S. p. q. R.* [*A*]*pparuit temporibus istis: et adhuc est homo magne virtutis* cet. Explic. *speciosus inter filios hominis.*

e) [fol. 88. a — b.] Testimonium quod dicitur Iosephi de Christo. Titulus: *Mirabile testimonium Iosafi de Iesu cristo.* Incip. [*F*]*uit hisdem temporibus Iesus vir sapiens* cet. Explic. *qui ab ipso dicti sunt et nomen perseuerat et genus.*

f) [fol. 89. a — 217. b.] M. Tullii Ciceronis rhetorica nova s. ad Herennium. Titulus rubro pictus hic est: *Marci tulij ciceronis rethorica noua feliciter incipit.* Incip. ET *si negotiis familiaribus impediti uix satis ocium studio suppeditare possimus* cet. Explic. *diligentia consequemur exercitationis.* Subscriptio: *Explicit rethorica noua ciceronis die primo nouembr. hora* XVII. MCCCCXXXVIIII *feliciter.*

XCIII.

[Rep. I. 4. 79.]

Antiqui chronologi quatuor Herempertus Langobardus, Lupus Protospata, Anonymus Cassinensis, Falco Beneventanus, cum appendicibus historicis. Ab his variae exterarum gentium in Neapolitanum Regnum irruptiones, prelia, et illatae, aut exceptae clades, breuius, fusius, inculto quidem, sed veridico stylo describuntur. Nunc primum e MM. SS. Codicibus aspiciunt lucem, opera, ac studio *Antonii Caraccioli:* Qui Nomenclatorem et Propylaea, ut vicem Commentarii subeant, praefixit Operi. Neapoli MDCXXVI.

Huic libro collationes Codd. adscripsit *D. Godofr. Goetzius,* usque ad pag. 82. Ad paginam usque 92. pertinet *Heremperti epitome. Goetz.* commemorat *Cod. Vat.*; pag. 82. nominantur *membranae Vaticanae;* pag. 28. *Cod. Pelegr.*; pag. 38. *MS. P.;* pag. 43. *MS. Pell.;* pag. 49. *P.* Accuratius codices non nominati sunt.

XCIV.

[Rep. I. 4. 48.]

Codex membranaceus saec. XIII. et XIV. exaratus, a fol. 104. a. duabus columnis scriptus, litteris initialibus modo rubro modo viridi colore pictis, folior. 141. Continentur:

a) [fol. 1. a — 92. a.] Sidonii Apollinaris Epistt. libr. IX. et panegyrici Anthemio Augusto et Caesari Maioriano dicti, cum notis marginalibus et collationibus emendationibusque a recentiori manu adscriptis multisque figuris in margine pictis. Incip. *Gaij. sollij appollinaris. sydonii. epistolarum liber primus. incipit. Sydonius. constantio.* SVO. SALVTEM; [haec et sequens littera initialis rubro picta sunt] *Diu precipis domine maior summa suadendi auctoritate sicuti es in his que deliberantur consiliosissimus* cet. Explic. [fol. 83. b.]

ubi amphora cepit inſtitui urceuſ potius exiſſe videatur; Sequitur statim, sed sine inscriptione singulari [nam haec a manu recentiore addita est] PANEGYRICUS DICTUS ANTHEMIO AUGUSTO BIS CONSULI. Incip. *Cum iuuenem super aſtra iovem* cet. Explic. *Captiuos iuncture nouoſ abſolue uetuſtos.* [Et rubro picta verba:] *Explicit panigericuſ* [a manu correctrice legitur *panegyricus*] *anthemii.* Sed librarius hoc vitium admisit, ut in medium hunc panegyricum honoribus Anthemii Augusti dictum alterum interponeret IMPERATORI CAESARI MAIORIANO dictum. Postea enim quam ad verba Panegyrici Anthemiani *Prisca etaſ ſtuduit totum percurrere ſuetus* [in ed. Basil. ann. M.D.XLII. pag. 338. lin. 16.] pervenit, pergit [rubra initiali litt.] *Quid faceret letaſ ſegetes, quod tempuſ amandum* cet. [vid. l. l. pag. 355.], quod carmen decem versuum explic. *diſplicuiſſe placet.* Tum rubro picta haec verba leguntur: *Sydonii uiri clari panigerici dicti. domino imperatori ceſari maioriano auguſto. Praefacio incipit.* Praefatio incip. *Titirus ut quondam patule sub tegmine fagi* cet. Explic. *Vincant eloquio dummodo noſ domino.* Tum panegyricus ipse sequitur: *Concipe preteritoſ reſpublica mente triumphoſ* cet. Explic. [fol. 89. b. col. a.] *Exarmata tuum circumſtent bactra tribunal.* Tum sequitur carmen 4 versuum, cuius inscriptio rubro picta haec est: *De piſcibus nocte captis.* In altera eiusdem paginae columna revertitur librarius ad panegyricum Anthemianum: *Mantua quaſ acieſ pelagiq; pericula luſit* cet.

b) [fol. 92. b — 98. a.] EXCERPTA DE VITIS ALIQUOT CAESARUM. Incip. C. SVETONII TRANQVILLI. DEUITA CESARUM DIVVS IVLIVS: Jncipit libeR PRIMVS. [Haec rubro picta sunt.] *Annum agens cesar ſextum decimum patrem amiſit* cet. Explic. *ardore parietum nuper calce illitorum ſuffocatus interiit.* Epitome de vita Iulii Caesaris ab initio priora capita vitae Suetonianae verbotenus refert, deinde brevior et succinctior fit. Pag. 96. a. aliena manus opus continuavit et non solum I. Caesaris vitam ad finem perduxit, sed etiam epitomas exhibuit de vita Augusti, Tiberii, Caligulae, Neronis, Vitellii, Vespasiani, Titi, Domitiani, Traiani, Ioviniani. Videtur autem, qui hunc librum describendum suscepit, ab initio consilium habuisse Suetonii vitas integras describendi, sed postea mutato consilio epitomas tantum exhibuit. Id non tantum ex inscriptione patet, sed etiam eo, quod priora vitae Caesaris Suetonianae capita verbotenus descripsit.

c) [fol. 98. a — 103. b.] EXCERPTA EX LIBRIS VALERII MAXIMI MEMORABILIUM DICTORUM VEL FACTORUM. Incip. *Svlpicio ſacerdoti inter ſacriſicandum lapſuſ apex de capite* cet. Explic. *ſi arma et equoſ militibuſ ſuiſ tradere uoluiſſent* — — Haec excerpta non nisi ad lib. VII. cap. 3. [*de vaſre dictis aut factis*] pertinent.

d) [fol. 104. a — 141. b.] BURSARII OVIDIANA, Commentarius vetus in carmina Ovidii duabus columnis scriptus. Titulus [minio pictus]: *Incipiunt bursarii ouidianorum.* Incip. *Rumpere liuor edax iam magnum nomen* cet. Quomodo expliciant, difficile est dictu, quod ultimi folii verba vetustate admodum obsoleta sunt, sed hoc in universum moneo, commentatorem substitisse in explicanda prima elegia lib. I. Trist. — Caeterum, ut ex emblemate fronti libri infixo patet, hic liber olim fuit in bibliotheca *Iohannis Christophori Wagenseilii.*

XCV.

[Rep. I. fol. 19.]

Codex chartaceus saec. XV. multis membranaceis foliis interstinctus, olim catenatus, satis accurate scriptus, inscriptionibus milto pictis, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris, prima eleganter picta auroque distincta. Ut ex pictis insignibus gentilitiis primi folii patet, Codex in Gallia aut scriptus est aut certe Gallicum possessorem habuit. In eiusdem folii superiore margine legitur nomen *Iohannis Sneſchewicz*, quod nomen etiam fol. 2. a. et b. repetitum legitur. Foliis constat hic liber 270 praeter unum ab initio et novem in fine agglutinata, quae scriptura vacant. Continentur:

a) [fol. 1. a — 165. b.] Cassiodori Variarum libri XII. Incip. *Incipit prologus in libros Cassiodori variarum. Quum disertorum gratiam aut communibus ſabulis aut gratuitis beneficiis* cet. Explic. *ut secundum tenorem iussionis ad nos perveniat munificentia principalis Amen.* Subscripta sunt rubro colore haec verba: *Nota quod iste vir clarissimus Cassiodorus composuit libros superscriptos ad diligentem petitionem et coactionem beninolani et rogatum venerabilium virorum Iohannis Leoginensis episcopi petri forsini fromatis Iohannis Eustancii Iohannis Artini Episcoporum amicorum et Collegarum suorum fidelium etc. etc. etc.*

b) [fol. 166. a — 217. b.] EIUSDEM SUPER SEPTEM PSALMOS. Incip. *Incipit liber Cassiodori super septem psalmos. Si ille rex et propheta* cet. Explic. *vivis et regnas per infinita secula seculorum Amen.*

c) [fol. 218. a — 230. b.] EIUSDEM DE ANIMA. Incip. *Quidam amici requisierunt. fuit eis responsum* cet. Et paulo post: *Quum iam suscepti operis optato fine gauderem* cet. Explic. *probabili se meruerunt conservatione tractare.*

d) [fol. 231. a — 233. a.] QUAEDAM DICTA VARIA sine auctoris auctorumve nomine. Incip. *Excelse turres* cet. Explic. *Sudant occulta precordia culpa.*

e) [fol. 233. a — 243. b.] CASSIODORI LIBER DE AMICITIA. Incip. *Incipit liber de amicitia Cassiodori* [His verbis superscripta sunt haec, a manu ut videtur aliena profecta: *nota, alias Albertani Causidici Brixiensis*]. *Quoniam diminute sunt veritates a filiis* cet. Explic. *nisi eam enormitas reatus eliminet.*

Iam quae sequuntur *de charitate seu dilectione dei*, ea vulgo cum antecedentibus, quae *de amicitia* disputata sunt coniunguntur. [Vid. *Cassiodor.* de amicit. in Max. Biblioth. patr. tom. XI. pag. 1335. a.] At in nostro Cod. singularis libri nomine ab illis seiunguntur. Sequitur ergo:

f) [fol. 243. b — 269. a.] EIUSDEM DE CARITATE SEU DILECTIONE DEI LIBER UNICUS. Incip. *Sicut precedencia docuerunt* cet. Explic. *Et conservata glorie plenitudo deo gratias.*

g) [fol. 269. a — 270. b.] EIUSDEM EPISTOLA DE PHYSIOGNOMIA THEODORICI REGIS. Incip. *Sepe numero postulasti, ut quia Theodorici Regis Gothorum* cet. Explic. *et ego non hystoriam, sed epistolam efficere curavi.* Est illa epistola non Cassiodori, sed *Sidonii Apollinaris;* vid. *Ioh. Cochlaeum* in vita Theodorici cap. XX. Cf. *Ten-*

tzelii Monatl. Unterred. ann. 1698. pag. 934. Caeterum hunc codicem, qui eum cum aliis bibliothecae nostrae MSS. anno 1825. inspexit, commemoravit *Pertzius*. Vid. eius Archiv. tom. VI. pag. 212. —

XCVI.

[Rep. I. 4. 61.]

Codex membranaceus saec. XIV. multis compendiis scripturae exaratus, litteris non tantum capitum, sed etiam periodorum initialibus rudi arte pictis, cum scholiis marginalibus, quae a duabus manibus adscripta videntur, folior. 47, quorum 1. nihil nisi titulum recentiori manu scriptum continet. Insunt:

Prisciani de syntaxi libb. XVII. et XVIIImi plurima pars. Sine ullo titulo (nisi qui fol. 1. a. a recentiori manu, ut dixi, legitur: PRISCIANI DE SINTAXI) incip. *Quoniam in ante expofitis librif de partibuf* cet. Explic. [lib. XVIII. cap. 20. lin. 15. pag. 173. ed. Krehl.] *Qui laudibus utriusque gloriari ftudent doctrine* AMEN. Additi sunt hi versus:

Qui fcripfit fcribat femper cum domino uiuat
Dextra fcriptoris careat grauitate doloris.

Manus recentior minimis litteris subscripsit haec: *Iste priscianus . . . . . constitit ei* XV^{m} *folidos et sex denarios.*

Quae numeris 45. et 46. signavimus folia, inter ea, ut ex certis vestigiis apparet, duo deperierunt; itaque folium 45. b. in verba desinit: *quem nos nec habemus nisi quod* [lib. XVIII. cap. 10. pag. 147. lin. 2. ed. *Krehl.*] et fol. 46. incip. [Cicero]*nem et fimilia. Voluptatem quoque significancia* cet. [lib. XVIII. cap. 19. pag. 169. lin. 31. ed. Krehl.]

Post finem libri XVII. fol. 36. a. haec leguntur: *Flauius theodorus dionisius memorialis facris crui nepiftolarum* [sic legitur; coniicio legendum esse: *sacri scrinii epistolarum*] *et auditor quaeftoris facri palatii fcripfi manu mea in urbe mea artem prisciani uiri difcretissimi* [sic] *gramatici doctoris mei conftantino poli.* Patet hanc subscriptionem non ab ipso Flavio Theod. Dionysio librario profectam, sed potius ex codice aliquo, qui illam habebat, descriptam esse, idque ab homine rei non satis perito. — Praeterea notandum est, plurimos locos auctorum classicorum, quos Priscianus exempli gratia laudavit, in nostro codice plane esse omissos. — Caeterum fuit hic liber MS. olim in bibliotheca *Ioh. Christophori Wagenseilii*, ut emblema fronti illius infixum docet.

XCVII.

[Rep. I. fol. 24.]

Codex membranaceus saec. XI. scriptura in duas columnas divisa, lineis stilo ductis, folior. 46, quorum 14. b. vacuum est. Continentur:

a) [fol. 1. a — 2. b.] Fragmentum Isidori Hispalensis originum, quod incip. a verbis [lib. XIV. cap. 3. ed. *Gothofred.* auctor. L. L. pag. 1164. lin. 12. s. ed. *Lindemann.* in Corp. Gramm. Lat. tom. III. pag. 437. 23.] (su)*perior et inferior fibi tamen connexe firie et fenicie* cet. Explic. [l. XVI. c. 13. ed. *Gothofr.* pag. 1220. lin. 35. s. ed. *Lindemann.* p. 504. 4.] *etiam in igne pofita manere fuum friguf et quippe aliuf in ethiopia magnef quam ferri non ambiget.* Quae in hoc fragmento leguntur, multum a vulgari lectione recedunt, multis aut omissis aut additis.

b) [fol. 3. a — 30. a.] Oribasii Euporist. libb. IV. Incip. VRIBASII AD EUNAPIUM EPORIST. INCP. LIB. PRIM. *proemium petif a me eunapi cariffime* cet Explic. *De frictionibus galenuf. cet.* Hi libri imperfecti sunt et admodum manci.

c) [fol. 30. a — 46. b.] Collecta medicinalia ad Iulianum. Incip. *EX IUSSIOne iuliani divi augusti collectif ex omni regione* cet. Fol. 38. a. lib. III. incip. DE CONFECTIONIBUS. et eodem fol. b. EXPLICIUNT CAPITULA SEXTI HUIUS OPERIS LIBRI VRIBASII AD EUSTATIUM INCIPIT LIBER TERTIUS. Incip. EMPLASTRUM BASILICUM cet. Explic. fol. 46. b. *melatico lib. VIII. conficif . . . . erif* VGROCOLLJ. Etiam haec collecta admodum sunt manca.

XCVIII.

[Rep. I. fol. 23.]

Codex chartaceus saec. XIV. exeunt. scriptus, scriptura in duas columnas distincta, litteris initialibus et inscriptionibus minio pictis, foliorum 191, quorum 8. b. 9. 10. et 11. vacua sunt. Continentur:

a) Isidori Hispalensis Origines in XXIX (non ut plerumque in XX) libros divisae. Foll. 1. a — 5. b. leguntur singulorum librorum capitula. Fol. demum 14. a. ipsum opus incip. *Disciplina a discendo nomen accepit* cet. Explic. *ut vis morbi ignis ardore siccetur. Explicit. Pro quo deus gloriosus sit benedictus in secula seculorum Amen.* In fine sequitur enumeratio capitulorum omnium totius veteris testamenti librorum, a libro Geneseos usque ad secundum Machabeorum.

b) Foliis 6. 7. et 8. litteris quarta fere parte minoribus quam quibus caetera huius codicis exarata sunt, scriptus est liber *de praepositionibus Graecis.* Incip. *Latinis praepositionibus diligenter* cet. Explic. *participii passivi quo nos caremus. Est sic est finis. Expliciunt grece praepositiones.* Antequam autem ipsum opus Originum exorditur, aliquot epistolae Isidori et una ad Isidorum foliis 12. et 13. praemissae sunt.

XCIX.

[Rep. I. fol. 21.]

Codex membranaceus saec. XI. constans sex foliis, in quibus legitur:

Isidori Hispalensis Originum fragmentum. Incip. [a verbis lib. XVII. cap. 4. ineunt. ed. *Gothofr.* auctor. L. L. pag. 1238. lin. 34. sive ed. *Lindemann.* in Corp. Grammaticor. Lat. tom. III. pag. 526. 3.] *ufi funt. huiuf specief duae quarum altera communif altera aegyptia* cet. Explic. [verbis lib. XVIII. cap. 2. exeunt. ed. *Gothofred.* pag. 1267. s. ed. *Lindemann.* pag. 265. 5.] *ad fupernam magnitudinem accederent.*

C.

[Rep. II. 8. 154. a.]

Codex membranaceus saec. XIV. et XV. folior. 28. Continentur haec:

a) [a fol. 1 — 4. b.] Anonymi fragmentum de Syllogismis. Haec sunt litteris minutissimis in duabus columnis exarata et rubris litteris initialibus ornata. Incip. . . . *intelligas de d'ione* cet. Explic. *tamquam per caufam falfitatis.* Versus subscripti hi sunt:

Explicit iſte liber ſit ſcriptor crimine liber
[Tum, repetito eodem versu:]
Scriptoriſ munuſ ſit boſ bonuſ aut equuſ unuſ
Explicit expliceat ludere scriptor eat.

b) [a fol. 5 — 28. b.] ANONYMI DE DERIUATIONIBUS VOCUM LIBER. Finis deest. Est haec pars codicis priore longe antiquior, membrana multo crassior, litterae initiales minio pictae. Titulus rubro scriptus adeo est in litura, ut totus legi nequeat. Quantum legere possum, ita habet: *Incipiunt deriuationes* [haec quodammodo suppleo e fol. 12. a, ubi in superiore margine leguntur verba: *Incipiunt deriuationes optime*] *magistri . . . .* Incip. *Vox dicitur a uocando* cet. Explic. *inmeſericorſ.* (sic) *Item a miſeret miſereor . . . .*

CI.

[Rep. II. fol. 22.]

Codex membranaceus in tenui laevique membrana saec. XIV. exeunt. satis perspicue luculenterque exaratus, scriptura in duas columnas divisa, litteris cuiusque sectionis initialibus vario colore distinctis et obryzo ornatis, folior. 328. Primum folium Litterae A deest. Continetur:

GLOSSARIUM LATINO - TEUTONICUM. Auctor quis sit nusquam legitur. Certe non est *Hugwicio*, quippe cuius Vocabularium saepe numero allegatur. Incip. . . . . *puluere ſuppoſito que alio nomine pynax dicitur* cet. Explic. fol. 327. a. *Zucarum ri Idem.* Subscriptus est versus: *Sit tibi laus chriſte quoniam liber explicit iſte.* — Tum a fol. 327. b. usque ad fol. 328. b. leguntur supplementa glossarii per ordinem litterarum digesta, primis cuiusque sectionis litteris initialibus modo caeruleo, modo rubro colore pictis. Haec incipiunt: *ARra re Trulbeſchafft* cet. Explic. *Viaguin bedeyart.* Post haec legitur versus: *Finito libro ſit laus et gloria chriſto.*

CII.

[Rep. I. 8. 95.]

IOANNIS MEURSI *criticus Arnobianus tributus in libros septem. Item hypocriticus Minutianus. & excerpta MS. Regii Parisiensis. Editio altera et melior. Lugd. Bat.* cIↄ.Iↄ.IC. Adnexae sunt: *Eiusdem exercitationum criticarum partes II. Quarum Prima Curarum Plautinarum Commentarium. Secunda Animadversionum Miscellarum libros quatuor complectitur. Lugd. Bat.* cIↄ.Iↄ.XCIX.

Hic liber fuit olim in bibliotheca *Fr. Bened. Carpzovii,* cuius nomen cum anno 1680. in titulo *Critici Arnobiani* legitur. Adscriptae sunt ad marginem notae et collationes Codd. veterumque editionum, quarum recensum vide post *epiſtolam Meursii ad Iacob. Aug. Thuanum in exercitatt. critt.* pag. 4. Quis illas adscripserit, non constat.

CIII.

[Rep. IV. 4. 98. b.]

Codex chartaceus saec. XV. exeunt. scriptus, folior. 145, quorum 14. b. 19. a. 20. 58. et 63. scriptura vacant. Adhaerent typis descripta haec: *a)* [fol. 64 — 111.] *Augustini Datti Senensis latine lingue peritiſſimi Isagogicus libellus in eloquentie precepta: ubi ita omnem recte loquendi rationem complexus eſt ut nihil quod ad hanc artem attineat pretermiſiſſe videatur.* Acced. *Triginta regule Franciſci Nigri.* Lips. 1505. *b)* [fol. 112 — 123.] *Iodoci Badii Aſcenſii in epiſtolarum compoſitionem compendium Iſagogicum: brevitate et facilitate preditum.* Paris. 1501. *c) Bartholomei Colonienſis viri in litteris ſecularibus egregie docti, ingenio ſubtilis, et eloquio diſerti, Philoſophi, et poete preclari Epiſtola Mithologica.* Lips. 1504. — Manu vero scripta sunt haec:

a) [fol. 1. a — 14. a.] BAPTISTAE MANTUANI ECLOGA ANTIGOMARATUS, cum glossis interlinearibus. Incip. [H]*os morum flores ſi carpſeris vt roſa florens* cet. Explic. *vi ſis utpote tractus.*

b) [fol. 15. a — 18. b.] *Anonymi versus memoriales de significatione et differentiis verborum.* Titulus deest. Incip. *Non bene pro toto libertas venditur auro* cet. Explic. *Venator ſequitur. veſtigia et inſidiator.*

c) [fol. 19. b.] *Quaedam de Salomone rege, Germanice scripta.* Titulus deest. Incip. *Liſse das erſte teyl der könig* cet. Explic. *was das ſelbige hat.*

d) [fol. 21. a — 57. b.] P. VIRGILII MARONIS BUCOLICA. Cum glossis inter lineas et ad marginem scriptis. Incip. [T]*Itire tu patule recubans* cet. Explic. *venit heſperus: ite capelle.* Subscripta sunt haec verba: *Virgilii Maronis carmen Bucolicum Finis Scriptum per Laurencium Puchner de Eyſleben Anno domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo Tercia feria Poſt diuiſionem Apoſtulorum cet.*

e) [fol. 59 — 62.] *Parerga quaedam recentiori tempore scripta,* v. c. *Iuramentum Intitulandorum ad matriculam ſtudii Lipſenſis* cet.

CIV.

[Rep. IV. 4. 98. c.]

Codex chartaceus saec. XVI. eleganter scriptus, rubris inscriptionibus, folior. 246, quorum 1 — 3. 4. b. 156.b — 158. 184. b. et 235. b — 246. b. scriptura vacant. Codex duabus manibus scriptus est, quarum longe elegantior est, quae priorem illius partem [usque ad fol. 156. a.] pinxit. Fuit hic liber olim in bibliotheca *D. Andreae a Kenritz,* cuius insignia gentilitia fol. 4. a. picta sunt, adscripto anno M. D. XXIX. Continentur haec:

a) [fol. 5. a — 156. a.] UDALRICI ZASII IURECONSULTI ET ORATORIS EXCELLENTISS. ENARRATIO IN RHETORICAM CICERONIS. Ita titulus rubro pictus. Incip. RHETORICEN *Greci nominant quam ex Latinis nonnulli oratoriam* cet. Explic. *Amplificatione et commiſeratione.*

b) [fol. 159. a — 184. a.] LEX *cum auus ff. de conditionibus et demonſtrationibus ab A. Amelio LL. Doctore Friburgii explicata an.* [MD]XXIX. Ita titulus. Incip. *Cum iuxta Pomponii ſententiam* cet. Explic. *ad conſilium Alex. 13. in 3. vol.*

c) [fol. 185. a — 194. b.] *Eiusdem Amelii enarratio leg. In Ambiguo ff. de rebus dubiis.* Incip. *Circa huius l. explanationem* cet. Explic. *de teſta. jul.*

d) [fol. 195. a — 213. b.] *Eiusdem enarratio leg. penult. ff. ad exhibendum.* Incip. *Que circa interpretandam* cet. Explic. *attigiſse videtur.*

e) [fol. 214. a — 216. b.] *De abrogatis Legibus.* Ita titulus. Incip. *Plures eſſe reipubl. species* cet. Explic. *de conſtitutionibus.*

f) [fol. 217. a — 223. b.] *Amelii enarratio l. sed licet*

15. *ff. De Offitio Praesidis.* Ita titulus. Incip. *L. sed licet* cet. Explic. *de vol. iur. punct.*

g) [fol. 224. a — 235. a.] *Eiusd. enarrat. l. is qui destinauit ff. de rei vendit.* Ita titulus. Incip. *Lex is qui destinauit sita* cet. Explic. *in si. post glofs.*

CV.

[Rep. V. 4. 24.]

Codex chartaceus saec. XVII. exaratus, folior. 562, quorum 1—6. 7. b. 8. et 543. b — 562. scriptura vacant. Foll. 14. 87. 142. 160. 192. 215. 340. 395. 404. 447. 506. et 531. imagines XII Imperatorum Romanorum aeri incisas habent. Continetur:

Commentarius clarissimi consultissimique viri ac Hierophantae Palladii Dn. Caspari Bitschi, V. I. D. Peritissimi et Historiarum Inclyta in Argentinensium Academia Professoris Celeberrimi in C. Suetoni Tranquilli De XII Romanis Imperatoribus libros VIII Scholis publicis praelectus Anno aerae Christianae MDCXI. Ita titulus. Incip. *Quod felix faustumque sit. Facturi lectionum historicarum initium necessario pauca quaedam* cet. Explic. *aeternum, quae nocuere dolent.* Subscriptio haec est: *Absoluti sunt hi Imperatores duodecim Suetoniani XII. Calendas Octobris Anno* 1611, *hora pomeridiana quarta.*

CVI.

[Rep. I. 4. 85. a.]

Barnabae Brissonii de formulis et sollemnibus populi Romani verbis libri VIII, *in quibus varii bonorum Auctorum loci emendantur, supplentur, notantur, illustrantur. Francofurti* clɔ lxcii.

Huic libro notas adscripsit *Gothofr. Iungermanus*, cuius nomen in titulo illius legitur. In plagula titulo a bibliopega praefixa haec leguntur: *Ex bibliotheca* Gothofredi Iungermanni. [Tum rubro picta verba:] *Godofredus Christianus Goetze, D. ex bibliotheca Frid. Bened. Carpzovii publ. vendita Ao.* 1701. [Et infima plagula haec:] *Dresdae* 1694. *emtus pro 2 Vall. Iungermanus* non toti operi notas adscripsit, sed tantum trecentis fere eius paginis; sed iam in ultimis earum rarae reperiuntur adnotationes.

CVII.

[Rep. I. 4. 56. b.]

Codex chartaceus saec. XVIII. manu *La Crozii* eleganter et nitide scriptus, folior. 159, quorum duo ultima vacua sunt. Continentur:

a) [fol. 1. a — 131. a.] *De variis epochis, et anni forma apud veteres Orientales, dissertationes sex. Auctore Ludovico du Four Abbate de Longuerue.* [Sub hoc titulo haec adscripta sunt: *L'Abbé de Longuerue est mort à Paris, le 22. Novembre 1733. Il etoit ne l'an* 1652.] Fol. 2. Titulus: *Dissertatio prima, de anno Solari Macedonum.* Incip. *Usserius capite primo de anno Solari Macedonum, luculento Philippi Regis testimonio* cet. [Dissertatio II. est de aeris duabus ab Alexandro, a fol. 33. b — 53. a.; diss. III. de epocha Antiochiae urbis et eiusdem mensibus, a fol. 53. b — 77. b.; diss. IV. de epocha Laodiceae ad mare, a fol. 78. a — 88. a.; diss. V. de mensibus et epochis Gazensium, a fol. 88. b — 101. a.; diss. VI. de anno Persarum, a fol. 101. b — 131. a.] In fine harum dissertationum [fol. 131. a.] haec rubro picta leguntur: *Finis Berolini die octavo Mensis Iunii Anno Domini* MDCCXVI. *Maturinus Veyssiere La Croze.* Fol. 131. b. usque ad 132. b. legitur: *Ad dissertationem tertiam de epocha et mensibus Antiochenorum, pag.* 149. *Ex epistola Ludovici du Four Abbatis de Longuerue ad P. Allix Thesaurarium Capituli Salisburiensis. Parisiis* 8. *Ianuarii* 1701. [Has *dissertationes ex manuscriptis eruit* (et edidit) *I. Dt. Winckler. Lips.* 1750. 4.]

b) [fol. 133. a — 151. a.] Epigrammata Graeca *inedita, descripta primum a Friderico Sylburgio ex Codice Manuscripto Bibliothecae Palatinae, ex cuius apographo, quod erat apud Isaacum Vossium, ea descripsit Illustrissimus Ezechiel Spanhemius, ex cuius ego codice ea descripsi, Berolini Anno Christi* MDCCXVI. Ita *La Crozius.* Incip. *ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ ΤΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ. Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καθ' ὡς εἴρηκεν Ἄρατος.* Explic. *haud pauca etiam in notis Kusteri ad Suidam.*

c) [fol. 151. a — 153. a.] Excerptum Graecum ex exegesi Ioannis Tzetzae in Homeri Iliad. *Ex veteri codice Chartaceo in Bibliotheca Caesarea Viennensi. La Crozius* descripsit ex schedis Spanhemianis. Incip. *Οἱ δέ γε Ἀθηναῖον ἀποκαλοῦντες αὐτὸν* cet. Explic. *ἀντὶ τοῦ ᾔδεισαν.*

d) [fol. 153. a — 157. a.] Sylloge variorum Epigrammatum. *Ex notis Lucae Holstenii in Stephanum Byzantinum, De Urbibus.* Incip. *Φιλίππου. Λευκάδος αἰπὺν ἔχων* cet. Explic. *πάμπαν ἀφ' οὗ γένομαι.*

e) [fol. 157. a — 157. b.] Epigrammata quaedam Simonidis, *ex Allatii Diatriba de Simeonum Scriptis.* Incip. *Ἀνάθημα τῷ Διῒ παρὰ Σώσου* cet. Explic. [post carmen aliquod Philodemi] Gallus hanc Philodemus *ait.* In emblemate fronti libri affixo leguntur haec verba: *C. S. Iordani, et Amicorum.*

CVIII.

[Rep. I. fol. 36. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. exaratus in foliis 341, quorum 2. 17. 18. 20. 21. 38. 60. a. 63. a. 65. b. 66. b. 67. b. 70 b. 86. 88. b. 89. 93. b. 95. b. 102. b. 104. b. 105. 106. 107. 115. b. 116—119. 126. b. 127. a. 128. b. 129. a. 132. 133. a. 135. 138. 139. a. 156. b. 163. b. 165. 167. b. 169. 171. 172. b. 177. b. 178. a. 180. b. 182. 187. 189. 191. 193. 196. 198. 200. a. 202. 204. a. 208. a. 211. 213. b. 215. b. 217. 239. 241. a. 243. a. 245. b. 254. b. 255. 264. b. 269. b. 311. b. 340. a. scriptura vacant. Continentur:

Christiani Wagneri, Pauli f. [qui obiit Pastor ad aed. D. Iohannis Lipf. 1693.] de regibus Parthorum collectanea autographa, *numis quoque et inscriptionibus illustrata.* Incip. PROLEGOMENA. *Antequam historiam Arsacis exordiamur* cet. Explic. *et Darii Codomanni, in Paschali f.* 170.

II.
CODICES GERMANICI.

CIX.

[Rep. II. 4. 127.]

Codex membranaceus saec. XIV. non ubique bene habitus, ceterum lectu facilis. Superior margo tamen ita laceratus est, ut primus scripturae versus aliquoties deperierit. Inscriptiones, subscriptiones et litterae initiales rubrae sunt. A fol. 21. a. litterae initiales alternis vicibus modo rubro modo caeruleo colore pictae sunt. Scriptura per totum codicem in duas quas dicunt columnas divisa est. Folia sunt 116. Continentur haec:

a) [fol. 1. a — 20. b.] FRAGMENTUM EIUS CARMINIS, QUO ULRICUS DE TUERLIN ILLUD OPUS WOLFRAMI DE ESCHENBACH CONTINUAVIT, QUOD DE WILHELMO NARBONENSI AGIT. Inscriptio rubra haec est: *Hie vahet an wie ſante willehalme gewan arabel die Kuneginne.* Incip.

> *All' wiſhait ain anevanc*
> *ſit herz mv̊t vnd gedanc*
> *Dir uigent* [male correctum est *fugent*] *vnd vnd'tenig ſint*
> *ſo gedenke. ſv'z megde kint* cet.

Poeta ipse nomen suum prodidit [cod. fol. vss. 22. et sqq.] his verbis:

> *ich v̊lrich von dem* (*T*)*vrlin*
> *Dvr dez bv̊chez ane*(*ge*)*nge*
> *dez materie. vnz vil enge*
> *Her Wolfram* (*hat*) *be*(*l*)*vtet* cet.

Explicit carmen his versibus:

> *Do man kom ſah die w'den*
> *vz den ſhiffen vf die erden.*
> *Do den kuneg thibult*
> *Dez maneger getovſter mā engult.*

b) [fol. 21. a — 116. b.] WOLFRAMI DE ESCHENBACH CARMEN DE HISTORIA WILHELMI. Incip.

> *Ane falſch dv reine*
> *dv dri vn̄ doch einer*
> *Schephaer vber alle geſchaft*
> *ane vrhap din ſtaete craft.* cet.

Explic. his versibus:

> *der margrave gv̊t geleite dan*
> *Gab dem groz gelovpten man*
> *vn̄ ſwa man toter kvnige da vant*
> *Svſt rvmt er provenzal lant.*

Subscriptus est rubro colore hic versus: *Qui ſcripſit ſcripta manus eius ſit benedicta.* — Procul dubio hic codex MS. idem ille est, ex quo *Haltausius* in Glossario nonnulla laudavit. Laudat enim [v. c. pagg. 349. 403. 412. 450. 461. et aliis locis] *Ms. Wolframi ab Eschenbach de St. Willehelmo*, quo posteriorem partem; et *poetam veterem in Cod. MS. de St. Willehelmo*, [v. c. pagg. 533. 829. 1541.] quo priorem partem codicis nostri intellexisse videtur. *Lachmannus* in editione Wolframi de Eschenbach [praefat. pag. XXXVI.] ita: „t. was Haltaus im Glossarium Germanicum medii aevi, aber erst von Seite 349. an, aus einer nicht unbedeutenden Handschrift anführt. Ich habe umsonst zu erfahren gesucht, wo sie gewesen seyn möge.“ Quas varias lectiones laudat [v. c. pagg. 480. 507. 625.] accurate illae consentiunt cum codice nostro [cf. foll. 46. b. 58. b. 59. a. 110. b.] *Lachmannus* l. l. pag. XLII. etiam hoc dicit, in eo codice, quo Haltausius usus fuerit, magis genuinam haberi carminis recensionem.

CX.

[Rep. II. 4. 116. a.]

Codex chartaceus saec. XIV. exeunt. si non XV. (quantum quidem mihi constare videtur cum ex charta, tum ex signo fabricae huic impresso), inscriptionibus et litteris initialibus rubris, scriptura in duas columnas divisa. Hic liber, initio et fine mutilus, constat foliis 448, quorum 1. scriptura vacat, novem vero priora laesam marginem habent, ita ut nonnulla vocabula deperierint. Continetur:

Janſen des Enikels Weltchronik. Titulus nusquam legitur. Primum folium huius chronicae versibus compositae excidit. Incip. a verbis:

> *Ivdn̄ vnd hayden gemain*
> *Du lieber vil got rain*
> *Wer möcht an dich das habn̄ getan*
> *Hye hebt'ſich dy Bybel an*

Et rubro picta verba: *Des erſten tag wie got hymel vnd Erd beſchueff vn̄ darnach dy engel.* Deest unum fol. inter 11. et 12. Inter 169. et 170 duo folia desiderantur, quorum fragmenta adhuc conspiciuntur. Historia biblica finitur fol. 178. col. b., in cuius fine de Ierobeamo rege et historia Iobi exponitur. Fol. 178. b. sequitur: *Vom chünig honorius d' den erſten pflueg vand.* Ab hac inde sectione exorditur historia profana, ac primum quidem agitur de bello Troiano. Quae ex Cod. Monacensi a *Docenio* (Miscell. II, 160—170.) iam publicata est historia *de Achille et Deidamia* legitur a fol. 194. b. Tum sequuntur etiam ea, quae ex eadem historia leguntur in *von der Hagen u. Büsching litterar. Grundriss*, a pag. 233 — 237. Etiam ea, quae *de excidio Troiae* in hoc libro pag. 237. communicantur, in Cod. leguntur fol. 229. b. — A fol. 300. a. incipit *Dy new E.* ab Augusto usque ad Chanum Imperatorem; tum sequuntur historiae de Saladino, de turri Babylonica et duodecim linguis. A fol. 389. b. ex inopinato pergitur oratione pedestri *Vom chünig Carulus.* Fol. 391. b. extrem. *Hye hebent ſich an dy füerſten von Oeſterreich vnd von Steyr.* (usque ad ann. 1270.) A fol. 394. a. extrem. pergitur oratione vincta: *Von chaiſer Otten.* Tum quaedam leguntur de Friderico Imper. [cf. *Docen.* I. 159. sed noster Codex legit *Antfuerte*, ubi *Docen.* habet *Auchenſuert.*] Fol. 423. a. post historias de *Philippo* Imp. leguntur duae columnae oratione pedestri scriptae de principibus Austriacis, 423. b. habentur versus *von herzog poymunt vn̄ vō ſeinem prueder yngram.* Ante folium 428. ponendum est fol. 440. sed videntur aliquot

folia deesse. — Inde a fol. 428. leguntur diversae historiae, et vincta et pedestri oratione compositae, inter quas etiam leguntur regum Bavaricorum et Hungaricorum rerum gestarum enarrationes. A folio denique 441. a. usque ad finem historiae maxime Austriacae scriptae sunt. — Caeterum ante fol. 433. unum desideratur; fol. 442. ponendum est post 439. Desiderantur etiam quaedam inter fol. 442. et 447. Foliorum, quae bibliopega male connexuit, ordo hic esse debet: 447. 441. 448. 443. 444. 445. 446. — Novissimus annus qui legitur in hoc Codice est 1273. [fol. 442. a.] — Explic. liber his verbis: *drew Iar vnd sechſs monet, Do ſetzt, chaiſer, ...* Caeterum hunc codicem inspexit et commemoravit *Pertzius*; vid. eius Archiv. tom. VI. pag. 209. et 210.

CXI.

[Rep. II. fol. 21.]

Codex chartaceus saec. XV. cum picturis rudi arte factis, rubris litteris initialibus, non admodum accurate in duabus columnis scriptus, prisca ligatura, folior. 183, quorum 182. b. et 183. vacant scriptura. Continetur:

Hugonis de Trimberg Carmen: der Renner. Constat capp. XCVII. Fol. 1. a. haec leguntur verba rubro picta: *Hie vohet ſich an dis buches capittel das do genant iſt der Renner vnd ſaget was ſy vs wiſet vnd ſtroſet arme vnd riche künige vnd keyſer vnd* [jed]*e das capittel mit ſigu*(ren) *gemolt.* Tum cod. fol. et 1. b. sequuntur singulorum capitum argumenta. Opus ipsum fol. 2. a. incip. *Ich bin die tugent vnd die iugent Vnd vntugent griffent an* cet. Explic. 182. a. *Vnd das er kume in daz himelrich Vnd do wone ewiclich Amen Amen:* In fine libri haec scripta sunt: *Dis buch wart es geschriben alſo die glocke vjj ſlug vor mittage am nehſten ſamſtage vor ſant paulus dez bekerers tag in dem Iore do man zalte von criſtus geburte Tuſint vier hundert vnd nuntzehen jor.* — Caeterum commemoratus est hic codex iam a *Goetzio* in programmate, quo bibliothecam nostram aperiendam fore indixit (Lips. 1711.) pag. 30. Cf. Edition. illius carminis, quam curavit societas historica Bambergensis (1833—36.) praef. ad fasc. I. et III., quo posteriore loco falso dictum est, picturas, quae adhaereant illi editioni, a *C. de Bose* e Codice Guelferbytano quodam esse depictas, quum potius e nostro Codice desumtae sint. Vid. etiam *Breitkopf* Spielkart. Tom. I. pag. 101. et *Iördens* Lex. Tom. II. pag. 483.

CXII.

[Rep. II. 8. 160.]

Codex chartaceus admodum mancus saec. XV. litteris initialibus rubris vel rubro adpictis, folior. 22. Continentur haec:

a) [fol. 1. a. et b.] Canticum potorium anonymi auctoris. Inscriptio haec est: *Canticum hoc amplum inſpicientes hoſpes pie inſunde domine.* Incip. *Venite liebin geſellen lat von ſweren ſorgen der wirt der wil vns purgen* cet. Explic. *Sicut als wir vernommen han wer wol hoſiren kan den loben dij frawen vnd nicht dij man et nunc et ſemper et in ſecula ſeculorum Amen.*

b) [fol. 2. a. et b.] Iocosa narratio de Nemine. Titulus deest et finis, nam exciderunt aliquot folia. In hac anonymi cuiusdam auctoris narratione laudatur *Nemo*, allatis sacrae scripturae locis a voce *Nemo* incipientibus. Incip. *Vir erat intra nomine Nemo et erat vir ille ut alter Iob inter omnes orientales magnus namque erat ſanctus* cet. Explic. *fuit etiam magnus in ariſmetrica ſecundum illud apocalypſs . . . .*

c) [foll. 3. et 4.] Fragmentum narrationis anonymae de monacho quodam, cui testiculi abscinduntur. Etiam huic narrationi promiscue interserti sunt sacrae scripturae loci. Incip. *. . . pulcritudinem ſemine tue Cui hoſpes dixit* cet. Explic. *Et amplius non vidit eum eunuchus Et ſic . . . . .*

d) [foll. 5. et 6.] Fragmenta duorum carminum Latinorum moralium. Prioris, in quo galli virtutes exemplo proponuntur, tantum finis habetur. Incip.

> *Imitator galli ſis ſapiens plebane*
> *Vivendo ſollicite et ſurgendo mane* cet.

Explic. *Reddit plus aromatis bene maſticata.* Subscriptio haec est: *Si erravit ſcriptor debes corrigere lector.* Posterioris carminis initium hoc est:

> *Laus et honor pueris ſolet evenire*
> *Qui dimittunt otia et ſtudent ſe munire* cet.

Explic. *Scolas ſi neceſſe eſt puellarum tene.*

e) [fol. 7. a — 15. b.] Praeambula XXXI. Quorum initia huc transscripsimus:

1. *Wer ein geyſs in ein garten leſt* cet.
2. *Wer frawen koppfe ſtuſt wider einander* cet.
3. *Wer an dem ſuntage nicht frü auſſtet* cet.
4. *Alde leuthe krawen ſich* cet.
5. *Wer hoch auf eym pawm wil portzeln* cet.
6. *Welch ritter pey einer meſſe ſtet* cet. [Hoc praeambulum laudavit iam *Haltaus.* glossar. p. 1550.]
7. *Sint das man dij rote ſchü erdacht* cet.
8. *Ein orgluck vnd ein wollen bogen* cet.
9. *Welch man eine taſchen hat groſs vnd weyt* cet.
10. *Dij knaben in den hochen huten* cet.
11. *Wer ſein haus wil beſuchen* cet.
12. *Dij liebe dij menſchen zuſamen haben ſolden* cet.
13. *Kümpt kunſt gegangen für ein haus* etc.
14. *Eſſen vnd trinken ane danckperkeit* cet.
15. *Set wo der ſun ſurn vater get* cet.
16. *Wo alleweg gut gericht iſt in einer ſtat* cet.
17. *Dij groſe vntrew mit leithen vnd mit eſſen* cet.
18. *Welche menſchen dij vier quatember nicht faſten* cet.
19. *Welch kriſten menſch zu mitternacht wacht* cet.
20. *Wer got nicht danckt ſeine groſſe milt* cet.
21. *Ein menſche der in ſwern todſunde ſtet* cet.
22. *Wo lieb zu liebe nicht kan komen* cet.
23. *Kom ſpot ader fru gib gleich* cet.
24. *Wer auf einem weichen moſs wil ſteltzen* cet.
25. *Wer in einem pade nicht waſſers hat* cet.
26. *Wer holtz auff krauſen aſchen hewt* cet.
27. *Welch man vil iunger kint hat* cet.
28. *Welch man ſein frawen ſchlet in dem pet* cet.
29. *Welch man ein leib hat nich zu ſwer* cet.
30. *Kein groſser narre mag nicht werden* cet.
31. *Harffen geygen vnd lauten ſchlagen* cet.

f) [fol. 16. a. et b.] Anonymi auctoris epistola amatoria versibus composita. Incip. *Liebes priſſlin nu far dahyn* cet. Explic. *Ich kan ewer nicht . . . .* [manus recentior supplevit *vergessen.*]

g) [fol. 17. a — 22. b.] Fabulae IV Germanicae. Incip.

[exciderunt certe quatuor folia] *wan indem ewangelio vindeſiu* cet. Explic. *wan er verluret pſert vnd kü.* Manus recentior supplevit: *ist zu spat schliessen den stall zu.*

CXIII.

[Rep. II. 8. 156.]

Codex chartaceus mutilus saec. XV. rubris litteris initialibus et inscriptionibus, cum pictura variis coloribus distincta Mariam cum Iosepho Iesum infantem adorantes repraesentante [fol. 29. a.], folior. 68, quorum 28. b. 29. b. et 64. scriptura vacant. Continentur haec:

a) [fol. 1. a — 28. a.] Carmen Germanicum de Margarita virgine et martyre Antiochena, cuius acta vid. in Actt. SS. Antverp. Iul. tom. V. pag. 24—45. Incip. *Nach dem liden iheſu criſt* cet. Explic. *Dan du treiſt die güldin' crone.* Subscriptio [a fol. 27. b — 28. a.] prosa oratione scripta incip. *Ich theotymus han genomen den korper Vnd trug in gon Antiochen* cet. Explic. *Vnd von diſer Welte ſie geſcheiden iſt An dem dritzehenden tage des monats July Amen.*

b) [fol. 30. a — 68. b.] Variae orationes Germanicae auctore anonymo. Incip. . . . . *myn ſele. Dis gebettelin ſoltu dire* cet. Explic. *deſs yemerlichen zuſflieſſens willen daz dir . . . . .*

CXIV.

[Rep. II. 8. 159.]

Codex chartaceus saec. XV. exaratus, litteris initialibus rubris, folior. 130. Continentur haec:

a) [fol. 1. a — 24. b.] Salomon et Marculphus. Titulus et finis desunt, ita tamen ut unum tantum folium excidisse videatur. Incip. *Da der küinig ſalmon Sas vff dem ſtul ſines vatters vol wiſheit vnd richtum* cet. Explic. *Darnach an der antter nacht da ſil der aller groſt ſne Da nam marc. eyn ſeyb jn ſyn hant vnd keret den ſchugen das hintter her für vnd ging durch die gaſſen* .... [Recentior manus subscripsit: *Fin sans fin.*]

b) [fol. 25. a — 129. a.] Historia Diocletiani s. de septem sapientibus magistris. Rubra inscriptio haec est: *Hie hebet ſych ane das buch von dem keyſſer den man nenet poncianus vnd iſt gar lieblich zu horren von werntlich ſachen.* Incip. *Der geweldig keiſſer poncianus in ſinen* cet. Explic. *vnd lebten in dem willen vnd in den genaden gottes Amen.* Subscriptio rubro picta haec est: *Vff Dinſtag noch dem achtzeheſtag alſs man zalt nach der gebort criſti vnſers herren* MCCCCLXXXXII *jar wart diſs buch geſriben Durch mich Ditterich ſtoſs.*

c) [fol. 129. b — 130. b.] Carmen ad Mariam anonymi auctoris. Incip. *Ich reigen vagen* [sic] *wo det ich hen* cet. Explic. *Da darff man werder geſte amen.*

CXV. et CXVI.

[Rep. II. fol. 62. b.]

Codex chartaceus saec. XVI. satis perspicue scriptus, duobus constans voluminibus. Primum volumen habet 310 foll. [quorum 306—310. scriptura vacant] et III praefixa foll., quorum I. b. vacuum, II. et III. praefationem et registrum continet. Secundum volumen foliorum est 326 [quorum 324—326. scriptura vacant]; quae praefixa sunt II foll. continent praefationem et registrum. Continentur:

Gedichte von Hans Sachs. Primum volumen signatum est [fol. II. a.]: *das 9 puech der Comedi Tragedi Faſnacht Spiel vnd Spruch.* Alterum volumen titulum habet [fol. I. a.] *das zehent puech der Spruch Comedi tragedi vnd Faſnacht Spiel.* Utrumque volumen ab ipso *Sachsio* scriptum esse fertur; nec veri plane dissimilis ea fama est, si contuleris verba, Tom. I. in folio primo, caeterum vacuo, notata: *Das 9 puech mit Comedi tragedi ſaſnacht Spielen vnd Sprüchen hab ich volent gleich gerad in zwayen Iaren vnd meines Alters in dem 61 Iar got ſey die Ehre Amen.* Scriptura horum voluminum eadem est, quae in codice MS. Bibliothecae Regiae Dresdensis ex bibliotheca Gotschediana redemto [M. 11. fol.] deprehenditur, quem item fama est ab ipso *Sachsio* scriptum esse. Etiam charta nostrorum codd. eadem quae illius est codicis. — Vol. I. incip. *(A)nno Salutis* 1553 *Iar hab ich Hans Sachs ein liebhaber der kunſt des tewtſchen gedichtes angeſangen dis mein* 9 *puech zw dichten vnd zw ſchreiben mit aigner hant* cet. Explic. *An der gaſſen ein groſſ gelauff.* Vol. II. incip. *(A)nno ſalutis* 1555 *hab ich hans Sachs ein liebhaber der kunſt des tewtſchen gepunden gedichtes* cet. Explic. *Wan dis dire groſe ſtercke hat.* — Accurati leguntur in utroque volumine indices, quos hic describendos curavi. Longe maximam partem carmina iam in ed. Norimberg. (1590 et sqq.) leguntur, quapropter adscripsi locum ubi habentur uncinis inclusum. Quibus carminibus aut fabulis signum interrogandi apposui, ea non leguntur in ed. Norimb.

Vol. I.

Das regiſter in dis puech alſo zu vernemen ain ide zeil helt in den thitel aines werks Die ſoder ziffer zal pedeut die Summa der verſſ des werck die hinter angehenkt zal Deut an welchem plat das werck zu finden ſey.

Regiſter in das 9 *puech der Comedi tragedi ſaſnacht Spil geſprech hiſtori vnd der Spruech*

Die Comedi

a) 384. *Camillus mit dem ſalſchen ſchulmeiſter* (11 pers.) 7. [ed. N. lib. III. part. 2. fol. 46.]

b) 716. *Perſanes die kunigin mit ariſtotile* (7 p.) 46. [ed. N. III. 2. 49.]

c) 728. *Thitus vnd giſippus die getrewen freunt* (10 p.) 75. [ed. N. III. 2. 3.]

d) 1370. *irfart Vliſi mit den weibern* (14 p.) 200. [ed. N. III. 2. 69.]

Die tragedi

e) 750. *Clitimeſtra die merdiſch kungin* (14 pers.) 28. [ed. N. lib. III. part. 2. fol. 64]

f) 1158. *Achilles mit polixena Zerſtörung troje* (9 p.) 103. [ed. N. III. 2. 56.]

g) 816. *Roſimunda die vngetrew kungin* (10 p.) 231. [ed. N. III. 2. 81.]

h) 500. *Alceſtis die getrew fuerſtin* (7 p.) 245. [ed. N. III. 2. 78.]

i) 474. *Clinia vnd Agatocli getrew freunt* (7 p.) 254. [ed. N. III. 2. 87.]

k) 732. *kebſweib des leuiten* (13 p.) 284. [ed. N. III. 1. 42.]

Die fasnacht Spiel

l) 362. *Ewlenspigel mit der pfaffenkelern* (4 pers.) 16. [ed. N. lib. IV. part. 3. fol. 21.]

m) 366. *Der rofsdieb zw Füenfing* (4 p.) 22. [ed. N. IV. 3. 25.]

n) 330. *Der dot man* (4 p.) 41. [ed. N. III. 3. 59.]

o) 386. *Das wainet huntlein* (4 p.) 54. [ed. N. III. 3. 28.]

p) 432. *Der alt wel erzawst pueler* (4 p.) 62. ?

q) 380. *Wunderlich mender geschlucht ze machen* (3 p.) 97. ?

r) 380. *Bos man mit dem munckaten weib* (4 p.) 120. ?

s) 350. *pfarer mit den Eprecher pauern* (4 p.) 126. [ed. N. IV. 3. 39.]

t) 328. *Des kremers korb* (6 p.) 138. [ed. N. IV. 3. 42.]

u) 380. *Sant petter letzt sich mit Sein freunden* (4 p.) 153. [ed. N. III. 1. 177.]

v) 434. *kampff fraw armut mit fraw glück* (5 p.) 165. [ed. N. III. 2. 53.]

w) 372. *Der plint mefsner* (3 p.) 176. [ed. N. IV. 3. 45.]

x) 326. *Der dot im Stock* (4 p.) 225. [ed. N. III. 1. 193.]

y) 400. *thales und Solon vom weiber nemen* (3 p.) 267. [ed. N. V. 2. 270.]

Die gefprech

z) 304. *Die 9 muse von aufrur Deutschlands.* 1. [ed. N. lib. II. part. 2. 38.]

aa) 400. *Die götter vom aufrurischen fursten man.* 132. ?

bb) [?] *Pasquillus vom Schlos plasenwurg.* 143. ?

cc) 276. *Die müffig* (?) *fraw Schalckheit.* 172. ?

dd) 170. *Drey kleger ob eim posen verterben weib.* 148. [ed. N. I. 5. 395.]

ee) 172. *Die vir Element mit der warheit.* 150. [ed. N. I. 3. 188.]

ff) 168. *Ein pischoff mit dem Ewlenspigel.* 159. ?

gg) 164. *Ein abentewer mit aim pauren.* 162. ?

hh) 156. *Vom zwtrincken gesprech.* 264. [ed. N. I. 3. 254.]

Die historі

ii) 50. *Die ander verloren schlacht margraff albrecht.* 7. ?

kk) 480. *Die Schon Magulona.* 69. [ed. N. I. 2. 125.]

ll) 76. *Rinaldus der peraubt kauffman.* 192. [ed. N. I. 2. 131.]

mm) 48. *Gaist mit den claperten ketten.* 263. [ed. N. V. 2. 287.]

nn) 62. *Athrews mit dem geitzigen purger.* 274. ?

oo) 64. *Wunderlich warsag aus dem prunen.* 278. [ed. N. V. 2. 334.]

pp) 68. *Esculapium erschlug der doner.* 278. [ed. N. IV. 3. 102.]

qq) 66. *Anfang der weisag vnd tempel delphs.* 279. [ed. N. I. 2. 95.]

rr) 60. *Ancharus der getrew fuerst.* 280. [ed. N. IV. 2. 74.]

ss) 70. *Mortopfer der gettin Diane.* 281. [ed. N. I. 2. 96.]

tt) 70. *Der Sunnen tempel der Zawerey hel.* 282. [ed. N. I. 2. 96. b.]

uu) 72. *Para ein Iunckfraw vnd marterin.* 283. [ed. N. I. 1. 68.]

Comparatio oder vergleichung

vv) 430. *menschen leben vergleicht den 12 monaten.* 86. [ed. N. I. 4. 282.]

ww) 274. *Ein lantzknecht vergleicht aim krebs.* 93. [ed. N. II. 4. 43.]

xx) 174. *7 alter vergleicht den 7 planeten.* 180. [ed. N. I. 4. 284.]

Schenckgefelen Sprüch

yy) 150. *hwetelmacher gselen schenck vnd ordnung.* 197. ?

zz) 182. *Ringmacher gselen schenck vnd ordnung.* 222. ?

Allerlay gemain Spruech

α) 100. *Wer pirprawen erfunden hat.* 5. ?

β) 180. *Die wunderpar würckung des weins.* 14. [ed. N. I. 4. 311.]

γ) 270. *Das hailtum vmbtragen.* 188. [ed. N. I. 4. 331.]

δ) 176. *Drey guete ler der nachtigal.* 193. [ed. N. I. 4. 321.]

ε) 190. *Kurze ler ainem waidman.* 262. [ed. N. I. 4. 321. b.]

ζ) 100. *Der geworffen hund peist in pruegel.* 146. ?

η) 174. *Der Dewffel suecht im ain ruestat auf erden.* 183. ?

Schwenck vnd Fabel

ϑ) 84. *Fabel mit dem frosch von ruemerey.* 193. ?

ι) 76. *pritschen gsang zu ainem kunigsmal.* 194. ?

κ) 84. *clag dreyer frawen ueber ir maid.* 196. [ed. N. I. 5. 382.]

λ) 54. *Drey schwenck dyogeni des philosophi.* 269. [ed. N. I. 4. 291.]

μ) 74. *pauren knecht mit dem zerschniten kitl.* 275. [ed. N. I. 5. 372. sed initio paululum mutato.]

ν) 70. *Der vngeheret pauer.* 276. [ed. N. I. 5. 373.]

ξ) 50. *Der peschlus in dis neunt Spruch puch.* 297. ?

ο) 156. *Diese reimen gehern hersuer in die Comedi persanes.* 298.

π) 78. *Diese reimen gehern hersuer in die tragedi Troje Zerstorung.* 300.

ρ) 20. *Diese reimen gehern hersuer zum spil gluck vnd armut.* 164.

σ) 94. *Dise reimen gehern in die tragedi Clina.* 266.

Vol. II.

Das register in das 10. puech. Die tragedi.

a) 1000. *Die zerstörung Ierusalem hat 17 person sint man* 14. [ed. N. lib. III. part. 1. fol. 163.]

b) 1020. *Herzog wilhalm mit seiner Agley hat 21 person.* 71. [ed. N. III. 2. 98.]

c) 512. *Der Iepte mit opfering seiner dochter hat 11 person.* 88. [ed. N. III. 1. 32.]

d) 852. *Simson der richter israel mit delila hat 17 person.* 12. [ed. N. III. 1. 36.]

e) 1124. *Die melusina mit reumund hat 25 person.* 149. [ed. N. III. 2. 106.]

f) 702. *Die thamar mit Amnon hat 9 person.* 194. [ed. N. III. 1. 67.]

Die Comedi

g) 1022. *Die vertrieben kaiserin hat 21 person.* 32. [ed. N. II. 3. 31.]

h) 1030. *Die schon Magalona hat 19 person.* 53. [ed. N. III. 2. 91.]

i) 648. *Der gideon hat 16 person.* 109. [ed. N. III. 1. 28.]

k) 390. *Lucius pappirius mit der weiber aufrur hat 6 person.* 142. [ed. N. V. 2. 274.]

l) 888. *Der verloren Sun hat 9 person.* 178. [ed. N. III. 1. 143.]

m) 1310. *Huog Schapler der held hat* 18 *person.* 208. [ed. N. III. 2. 113.]
n) 806. *Pamphiles der jung marschalck hat* 12 *person.* 236. [ed. N. III. 2. 123.]
o) 684. *Marina mit Dagmene dem doctor hat* 5 *person.* 271. [ed. N. III. 2. 129.]
p) 580. *kunig Darius mit den* 3 *kemerling hat* 5 *person.* 287. [ed. N. III. 1. 95.]
q) 874. *Iulianus der kaiser im pad hat* 9 *person.* 302. [ed. N. III. 2. 133.]

Die fasnacht Spiel

r) 400. *Ewlenspiegel mit dem pelz waschen hat* 4 *person.* 135. [ed. N. V. 3. 366.]
s) 480. *Die Cupler Schwieger mit dem leylach.* 171. ?

Comparation

t) 160. *Comparation ains Cristen mit ainem schaff.* 1. [ed. N. I. 1. 64.]
u) 76. *Comparation des pretspil mit menschlichem leben.* 262. [ed. N. I. 4. 285.]

Die gesprech

v) 282. *gesprech Herculis mit thugent vnd vntugent.* 258. [ed. N. I. 3. 180.]
w) 162. *gesprech dreyerley Socratis philosophi.* 263. [ed. N. I. 3. 179.]

Gaistlich spruch

x) 10. *Drey Stück so got vnd den menschen gefallen.* 3. [ed. N. I. 4. 322.]
y) 86. *Drey freunt in des menschen dot.* 301. [ed. N. I. 1. 76.]

Zuechtspruch der philosophen

z) 120. *Die* 4 *ertzfeint des friedes.* 99. ?
aa) 122. *Zwölff frag verantwort thales der weis.* 266. [ed. N. I. 4. 287.]
bb) 160. *Zehen frag Aristotilis verantwort.* 268. [ed. N. I. 4. 287. b.]
cc) 172. *Das doten erwecken durch philosophische salben.* 283. [ed. N. I. 4. 292.]

Die historia

dd) 172. *Vnmenschlich that Atrey vnd thiestis.* 103. [ed. N. I. 2. 98.]
ee) 170. *Kunig Artaxerxis vnglück mit seinem pruder Ciro vnd seinen aigen suenen.* 106. [ed. N. I. 2. 104.]
ff) 80. *Der kinder mörder.* 193. ?
gg) 174. *Wunderpar pegrepnus der Egiptier im doten reich.* 255. [ed. N. I. 2. 97.]

Fabel vnd guet Schwenck

hh) 174. *Der paver mit den kalbskepffen.* 4. [ed. N. II. 4. 46.]
ii) 100. *Der vnglueckhaftig pirser.* 97. [ed. N. I. 4. 320.]
kk) 126. *Der münich mit dem haffen kopff.* 7. [ed. N. II. 4. 47.]
ll) 114. *Sant petter mit der gais.* 9. [ed. N. I. 5. 369.]
mm) 172. *Dewffel lest kain lantzknecht in die hel.* 11. [ed. N. I. 5. 371.]
nn) 100. *prosiant vnd vmplatz.* 31. [ed. N. I. 5. 379.]
oo) 166. *Der los man.* 50. [ed. N. I. 5. 392.]
pp) 174. *Das vnhuelden pannen.* 100. [ed. N. II. 4. 48.]
qq) 144. *Der haffen clag.* 169. [ed. N. I. 5. 376.]
rr) 88. *Sant petter mit den lantzknechten im himel.* 206. [ed. N. I. 5. 370.]
ss) 80. *Der schenen Frawen kuegel platz.* 207. [ed. N. I. 5. 387.]
tt) 172. *Der ainfeltig mueller mit den Spitzpueben.* 233. [ed. N. I. 5. 368.]
uu) 178. *Der pawer mit dem zopff.* 252. [ed. N. II. 4. 50.]
vv) 74. *Petrus mit dem fawlen pauren knecht.* 286. [ed. N. I. 5. 370.]
ww) 70. *Ewlenspigel war ain maler.* 297. ?
xx) 70. *Der dewffel hat die gais erschaffen.* 298. [ed. N. I. 5. 374.]
yy) 76. *Vrsach der feintschaft zwischen Schneider vnd gais.* 299. [ed. N. II. 4. 49.]

Der peschlues

zz) 100. *Summa all meiner gedicht von Anfang meiner Iungent pis zw ent dies puechs.* 318. ?
α) 33. *Diese reimen gehern yn die tragedi Iepte in das plat* 95 *vnd* 96.

III.

CODICES GALLICI.

CXVII.

[Rep. II. fol. 109.]

Codex chartaceus saec. XV. ineunte volubili stilo scriptus, rubris litteris initialibus, folior. 239. Continetur:

Roman de Roy Cleriadus et de la Reyne Meliadice sa femme. Titulus nusquam conspicitur. Procul dubio est eadem illa fabula Romanensis, quae etiam Parisiis in offic. *Pt. Sergent* s. a. (vid. *Ebert.* lex. bibl. no. 4834.) et ibid. apud *Mich. le Noir* 1514. typis exscripta est. Incip. *Apres le temps du Roy artus et des compagnons de la table Ronde Il fust* cet. Explic. *aues ouy une partie de leur vie sa grace dieu . . . . la compagne Amen Explixit* [sic] *Cleriadus.* Subscripta sunt verba, aliena quidem manu, sed eiusdem saeculi, scripta: *Gabriele de la tour contesse de monpensire Daulphine Dauuergne Donne ce liure a ma nyexce de crequin.* — Fol. 238. b — 239. b. scriptum est carmen aliquod Gallicum auctoris anonymi, quod incip. *Cely de qui nul ne se doubte* cet. Explic. *entandre qui changeret.*

CXVIII.

[Rep. II. fol. 108.]

Codex chartaceus saec. XV. rubris litteris initialibus, inscriptionibus et subscriptionibus ornatus, sed volubili stilo scriptus, ita ut non ubique lectu sit facilis, maxime quum vocum etiam compendia non pauca sint. Foliis constat 107, quorum 1. 105. b. 106. et 107. scriptura vacant. Continetur fabula Romanensis prisco Gallico sermone conscripta, cuius hic est titulus:

Le liure de Alixandre empereur de Constentinoble et de Cliges son filz. Hic titulus conspicitur iam in anteriore libri operculo extremo, scriptus, ut videtur in membrana, cui obductum est corneum operculum dilucidum, margine laminis ex aurichalco factis cincta. Praefatio fol. 2. a. incip. *Combien que Ie ne veulle pas a applicquier mon freille entendement au commun ſtille de tranſumer de Ryme en proſe* cet. Opus ipsum fol. 2. b. incip. *Au temps que le treſnoble et victorieux Roy artus* cet. Explic. *Duquel nous ne ferons nulle mention mais atant ſinirons noſtre preſente hiſtoire tranſumee de Rime en proſe le XXVI Ior de marz IIIIc et LIIII* (1454.) *Explicit.*

IV.
CODICES SCRIPTURAE SACRAE.

CXIX.

[Rep. II. S. 147.]

Codex membranaceus saec. XIII. in tenuissima membrana litteris minutissimis exaratus, litteris initialibus, inscriptionibus, librorum capitumque numeris in margine adpictis modo caeruleis modo rubris, scriptura in duas columnas divisa. Hic liber, qui olim *Ioh. Christophori Wagenseilii* fuit, ut emblema alteri libri operculo adhaerens docet, constat foliis 376, quorum 2. b. et 376. scriptura vacant. Continentur:

a) Biblia Latina versionis vulgatae [a fol. 3. b — 258. b. *Testamentum vetus*; a fol. 274. a — 345. b. *Testamentum novum,*] cum iisdem praemissis et vocum Hebraearum indice sequente, quae in sequentibus codicibus habentur. In fine codicis leguntur haec:

Finito libro ſit lauſ et gloria chriſto. Amen. Amen.
Qui ſcripſit ſcribat ſemper cum domino uiuat.

b) [a fol. 258. b — 273. b.] Morale sompnium Pharaonis, *ad excellentem principem dominum Theoballdum regem nauarre inclitum campanie ac brie comitem palatinum.* Ita titulus minio scriptus. Haec manu longe diversa ab illa, quae caetera huius codicis pinxit, scripta esse constat. Incip. *Victorioſo p'napi poteſtates* cet. Explic. *nobiſ concedimuſ ſacultatem. He a't modiô . . .* — Ut *Goetzius* l. l. pag. 26. diserte dicit, illud *somnium morale* iam a Wagenseilio est evulgatum.

CXX.

[Rep. II. 8. 145.]

Codex membranaceus in membrana subtilissima exaratus, saec. XIII., scriptura in duas columnas scissa, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris. Folia habet 477, quorum 1. 2. 6. 180. b. 476. et 477. scriptura vacant. Foll. 1. 2. 476. et 477. chartacea sunt. Ligatura codicis rubro holoserico obducta est, ora deaurata. Continentur:

Biblia Latina versionis vulgatae. Accedit [a fol. 446. b. — 475. a.] vocum Hebraearum, Chaldaearum et Graecarum in bibliis usitatarum accuratissimus index alphabeticus et explicatio. Praemittuntur versioni [fol. 3. a — 5. b.] epistola *Hieronymi ad Paulinum de omnibus sacr. scripturae libris* et eiusdem *praefatio in Pentateuchum.* Incip. *In principio creavit Deus celum et terram* cet. Explic. *gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Explicit liber apocalipſis.* Tum sequitur a fol. 446. b — 475. index ille, de quo supra diximus, cuius in fine haec leguntur: *Era M. CC. LXX. tercia.* Recentior manus adscripsit: 1274. — Ut *Goetzius* in programmate, quo bibliothecam nostram usui publico aperiendam fore indicit (de ao. 1711.) pag. 26. annotavit, hic codex munus est *Benjamini Iacobi*, ICti et praetoris quondam civitatis Lipsiensis celebratissimi.

CXXI.

[Rep. II. S. 146.]

Codex membranaceus saec. XIV. in tenuissimis membranis eleganter scriptus, scriptura in duas columnas divisa, litteris initialibus rubris et caeruleis, in quibus etiam hic illic figurae conspiciuntur, inscriptionibus rubris. Folia sunt 588, quorum 1. 2. 3. b. 4. b. 5. b. 541. b. 587. et 588. vacant scriptura. Foll. 1 — 4. et 588. chartacea sunt. Continentur:

Biblia Latina vulgatae versionis. Quae in antecedente codice textui ipsi praemitti eumque sequi diximus, ea etiam in hoc codice eodem modo inveniuntur. Textus initium et finis eodem, quo ille, modo habent. — Folium 4. *genealogiam Christi* continet, *Martini Lutheri* manu scriptam. Incip. a vocibus *Abraham — David — Ioas* cet. Explic. *Iſta Salome vt ſoror paterna id eſt amita Iheſu Chriſti voluit et petiit ſuos ſilios praeferri in regno Chriſti conſobrinis maternis. Unde exteri indignati sunt.* — *Iohannes Ernestus Lutherus* haec biblia *Augusto* Duci Saxoniae (posthac electori) donaverat, quod haec ipsius verba fol. 3. a. scripta testantur: *Illustrissimo atque Celsissimo Principi ac Domino, Domino* AVGVSTO, *Duci Saxoniae, Landgrauio Thuringiae, Marchioni Misniae etc. Postulato Administratori Naumburgensi, etc. Domino suo clementissimo Biblia haec latina, in tenuissimis membranis scripta, Humilimo et subjectissimo animo offert Iohannes Ernestus Lutherus.* — Bibliothecae nostrae accessit hic liber munificentia *Mauritii Georgii Weidmanni*, Bibliopolae Lipsiensis. *Goetzius* l. l. pag. 26. ita: „in prae-

senti vero Maur. Geo. Weidmannus, Bibliopola non incelebris, ad quem hic Codex iusto titulo transmigravit, tesseram eum esse voluit enixae suae in hanc bibliothecam voluntatis.“ Ipsius *Weidmanni* manu haec fol. 5. a. scripta leguntur: *In Bibliothecam Magnifici atque Amplissimi Senatus Lipsiensis sub Bibliothecariatu Dni D. Goetzii, Praetoris D. D. D. Mauritius Georgius Weidmann. C. D. S. Lipſiae, pridie III. Octobr. MDCCX.* — Caeterum notandum est, etiam haec, quae in ipso interiore operculo altero scripta leguntur *(de pulcherrima pompa funeris Sare)* a Lutheri manu profecta videri.

CXXII.

[Rep. II. 8. 147. a.]

Codex membranaceus saec. XIV., minutissimae scripturae duabus columnis distinctae et tenuissimarum membranarum, rubris inscriptionibus, litteris initialibus rubris caeruleisque, singulorum librorum etiam picturatis et vario colore distinctis. In inferiore margine fol. 1. a. aureo colore picta leguntur haec verba: *Ex Bibliotheca Io. Georgi Pauli* 1726. Folia sunt 397, quorum 180. et 397. b. scriptura vacant. Continentur:

a) [fol. 1. a — 392. b.] Biblia Latina vulgatae versionis, iisdem illis praemissis eodemque vocum Hebraearum, Chaldaicarum et Graecarum indice et interpretatione additis, de quibus in codicum proxime antecedentium descriptione diximus. Post secundum folium unum excidit, ita ut illud desinat in praefationis Hieronymi verbis: *teſtatus sim me pro virili por*[tione], quae verba leguntur in ed. Lugd. 1538. pag. VI. lin. 12.; fol. 3. autem incip. a verbis Genes. cap. 3. *cunctis diebus vitae tuae. Spinas et tribulos* cet. Caetera integra sunt omnia praeter indicem vocum Hebraearum, qui quum aliquot folia exciderint, finit in vocibus: *Thiconium. Idem.*

b) [fol. 393. a — 397. a.] *Index evangeliorum et epistolarum singulis anni ſestis legendorum.* Est ille scriptus a manu saec. XV. Incip. *Dominica prima d'aduentu* cet. Explic. *in nouiſſimo die.*

CXXIII.

[Rep. II. fol. 35. a.]

Codex membranaceus ab initio et in fine mutilus saec. XIII. scriptura satis perspicua, folior. 5. Continet:

Fragmentum versionis vulgatae Evangelii Matthaei, inde a cap. 1. vs. 2. usque ad cap. 6. vs. 4. Incip. *abraham* (sic) .... *genuit isac. isac autem genuit iacob* cet. Explic. *et pater tuus qui uidet. In absconso. reddet tibi.*

CXXIV.

[Rep. II. fol. 35. b.]

Codex membranaceus saec. XI. in fine mutilus eleganter et perspicue in crassa membrana scriptus, pictis et auratis litteris initialibus, quae tamen male hic illic servatae sunt, notis margini latissimo a recentiore manu interdum adscriptis, lineis stilo ductis, vocum compendiis raris et usitatissimis; folior. 48. Continentur:

a) [fol. 1. a — 23. a.] Pauli ad Romanos epistola vulgatae versionis, praemissis anonymi auctoris argumento, introductione et Damasi episcopi Romani versibus. Incip. INCIPIT ARGVMENTVM EPISTOLE AD ROMANOS. [Haec rubro picta sunt.] CAVSA HEC EST ECCLESIAM E DUOBUS POPULIS. cet. Epistola ipsa incip. fol. 7. a. PAULUS. SERUUS. XPI. IHU. UOCATUS. APOSTOLUS. SEGREGATUS IN EUANGELIUM. cet. Explic. *cui est honor et gloria in secula seculorum* AMEN.

b) [fol. 23. a — 48. b.] Eiusdem ad Corinthios epistolae I. integra et II. usque ad Cap. XI. vs. 9. Ex versione vulgata. Praemissa sunt etiam his epistolis argumenta. Incip. PAULUS UOCATUS APOSTOLUS XPI IHU PER UOLUNTATEM cet. Explic. *Nulli onerosuſ fui. Nam quod .....*

Fol. 1. a. in margine superiori haec a manu saec. fere XIV. scripta leguntur: *Iſte liber eſt Sci mauritij in Altah inferiori.* Praeterea fol. 2. a. in margine haec habentur verba, quae ut spatio parceretur, oblique hic typis describenda curavimus:

SURVMTOEIDSVBBVDIEOTMARUSABBAS

CXXV.

[Rep. II. fol. 36.]

Codex membranaceus satis perspicue scriptus, propter lituras tamen non ubique lectu facilis, caeterum satis mancus et mutilus, saec. XIII., lineis plumbagine ductis, numeris custodum loco ad singulos octonorum foliorum manipulos additis, vocum compendiis admodum raris, folior. 45, quorum ultimum scriptura vacat. Continentur:

a) [a fol. 1. a — 8. b.] Fragmentum Versionis Vulgatae Numerorum, a cap. I. vs. 1. usque ad cap. VI. vs. 2. Incip. *Locutuſque eſt dominuſ ad moyſen in deſerto ſinai* cet. Explic. *Uir ſiue mulier cum fecerint ex omnib; ....*

b) [a fol. 9. a — 16. a.] Fragmentum Deuteronomii ex eadem versione, a cap. 28. vs. 60. usque ad finem cap. 34. Incip. et *adherebunt tibi. Inſuper & uniuerſoſ languoreſ et plagaſ* cet. Explic. *magnaque mirabilia que fecit moyſeſ coram uniuerſo iſrael.* Subscriptio atro picta: EXPLICIT LIBER ELEADDABARIM. QUOD GRECE DICITUR DEVTERONOMIVM.

c) [a fol. 16. b — 44. b.] Liber Iosuae integer, ex eadem versione. Praecedunt [foliis 16. a. usque ad 18. b.] et *argumenta libri* et *praefatio Hieronymi* [tota illa, quae legitur in ed. opp. Hieronymi *Vallars.* tom. IX. pag. 355 et sq.] Tum opus ipsum incip. [*E*]*t factum est poſt mortem moyſi ſerui domini* cet. Explic. *eiuſ que data eſt eiſ in monte ephraim.*

In fine libri haec scripta sunt, si recte lego [nam plurima vocabula in litura sunt]: *liber ſancte marie ſanctique liborii in patherburnen tollenti maledictio Seruanti benedictio Si quis abſtulerit uel curtauerit folium anathema ſit;* —

CXXVI.

[Rep. II. 4. 122. b.]

ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ, ex edit. *Iustini Decadyi.* Venet. Ald. s. a. (1497—98.) foll. 150. linear. 20, inscriptionibus et litteris initialibus rubris, sign. *α — υ.* — Huic libro satis raro *G. Spalatinus*, cuius nomen fol. 1. a. cum anno M.D.XL. legitur, notas latinas in margine adscripsit. In anteriori libri operculo haec leguntur: *Spalatini. Nunc Michaelis Chiliani.*

CXXVII.

[Rep. II. 4. 122. a.]

Codex membranaceus ab initio mutilus, saec. XV. ineunt. exaratus, rubris inscriptionibus, litteris initialibus modo caeruleo, modo rubro, modo utroque colore pictis, folior. 191, quorum 187. b. et 191. b. scriptura vacant. Continetur:

Psalterium Latinum. Additi sunt hymni, Kyrie, symbolum Athanasianum cet. Incip. [a Psalm. XII. vs. 2... *corde i* (?) *corde locuti ſunt. Diſperdat dominus* cet. Explic. *et virgo peperit ieſum xpm dnum nrum. Per eum* . . . Fol. 191. a. leguntur haec verba: *Diſer pſalter gehörtt miner hertz lieben tochter appolonia Schädin. Hans Schad Actum* 2. *December* 1484. [Et a recentiore manu profecta verba:] *C. K. Anno.* 1. 60. 3.

CXXVIII.

[Rep. V. fol. 20.]

Codex membranaceus saec. XIV. duabus columnis satis luculenter exaratus, inscriptionibus rubris, litteris initialibus singulorum capitum rubro caeruleoque colore distinctis, librorum multo maioribus. Picturas habent foll. 43. b. 84. b. 106. a. 132. b. 155. b. 184. b. Foll. sunt 215, quorum 184. a. scriptura vacat. Quum folia a librario rubris numeris siut notata, licet enumerare, quaenam exciderint. Desiderantur foll. 1—71. 87. 140. 285. Ligatura prisca est et insignis ornamentis ex aurichalco factis, quae lilia repraesentant. Continetur:

Fragmentum versionis Germanicae veteris Testamenti anonymi auctoris. Pertinet haec versio a Levit. cap. VI. vs. 30. usque ad lib. IV. [II.] Regg. cap. 25. vs. 27. Incip. ...*es iſt ein heilikeit der heiligen Want das oppfer das geſlagen wirt fur die ſunde des blut man in das tabernackel des bezugniſſes dreit zu reynigunge das ſal nit geſſen werden in dem heilthum Sonder es ſal wol verbrant werden in einem fure vnd dis iſt die geſetzede des oppfers fur die ſunde* cet. Explic. [fol. 211. b., nam foll. 212—215. legitur index codicis,] *an dem XXVII. dage des mades das euilmeradach Der ko* . . . . . Caeterum haec versio iuxta Vulgatam adornata est. Vid. *Goetz.* in programmate, quo bibliothecam nostram aperiendam fore indixit (Lips. 1711.) pag. 30.

CXXIX.

[Rep. II. fol. 61.]

Codex membranaceus nitidissimus, saec. XIV. litteris Theodiscis scriptus, litteris initialibus modo rubris modo caeruleis, nonnullis etiam utroque colore distinctis et artificiose pictis, cum duabus figuris, altera St. Augustini [fol. 2. a.], altera Davidis imaginem referente, scriptura in duas columnas divisa [excepto fol. 1. a.], lineis atramento pictis. Foliis constat 96, quorum 1. b. scriptura vacat. Continentur haec:

a) [fol. 1. a.] Abbreviatio calendarii, per 25 versus hexametros facta. Incip. *Ciſio ianus ephy ſibi* cet. Explic. *duo verſus dant tibi menſem.* His versibus intersertae sunt notae interlineares.

b) [fol. 2. a — 2. b.] Praefatio in Psalmos germanice facta. Incip. *Sanctus auguſtinus ſprichet deſe wort des ſalters mit andacht geſprochin* cet. Explic. *Amen daz werde war got brenge vns ſelbir dar.*

c) [fol. 2. b. col. b. — 3. a. col. b.] Versio Germanica evangelii Iohannis cap. I. vs. 1—14. Incip. *IN deme beginne was daz wort vnde daz wort was bie gote* cet. Explic. *vol gnaden vnde warheit.*

d) [fol. 3. b — 96. b.] Versio Germanica psalterii. Cuique psalmo praecedunt aut argumentum aut notitia, quis sit cuiusque psalmi usus asceticus faciundus, aut quo ille tempore compositus sit. Totum vero psalterium ita divisum est, ut non solum ad usum asceticum in universum, sed etiam ad celebranda nonnulla festa, e. g. Ioannis Baptistae, corporis Christi cet., adhiberi possit, ut inscriptiones docent. Nonnunquam etiam intersertae sunt sectiones ex aliis sacrae scripturae libris, v. c. fol. 91. b. col. a — 92. b. col. a. inserta est versio partis cap. 32. Deuteron. Incip. BEATVS VIR *qui non abiit Selic iſt der man der nicht abe ginc* cet. Explic. *vnde wirt gnedig der erden ſynes volkis.* Tum sequitur subscriptio: *Ere lob ſi deme vatere vnde deme ſone vnde dem heyligin geiſte Alſo in deme beginne vnde nu vnde alle wege vnde in dy werlt von der werlt czu der werl de daz werde war. Amen.* Tum sequuntur rubro picta haec verba: *Sub anno incarnacionis domini M° CCC° octuageſimo ſexto in vigilia Aſſumpcionis marie hora veſperarum Completus eſt iſte liber Per manus henrici vorſter tytulum et cetera;* —

V.

PATRES ECCLESIASTICI ET SCHOLASTICI.

A.

GRAECI.

CXXX.

[Rep. II. fol. 31.]

Codex chartaceus saec. XV. satis perspicue quamquam non ab satis perito librario scriptus, rubris litteris initialibus et inscriptionibus, folior. 96, quorum 96. b. scriptura vacat. Continentur:

a) Eusebii Pamphili de vita Constantini libb. IV. Graece. Fol. 1. a — 2. b. scripta sunt *κεφαλαια* operis, eadem illa, quae in ed. Reading. t. I. pag. 494. sq. leguntur. Opus ipsum fol. 2. a. incip. *Ἄρτι μὲν τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ παντοίων δεκάδων διττῶν* cet. Explic. fol. 76. a.: *ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος μνημονευομένου.*

b) Constantini Imp. oratio, quam inscripsit ad sanctorum coetum. [*Πέμπτος λόγος τοῦ βίου τοῦ Κωνσταντ.* vocatur fol. 76. b.] Post *κεφαλαια* fol. 76. b — 77. b. scripta, quae in ed. Reading. tom. I. p. 671. habentur, oratio ipsa incip. fol. 77. b.: *Τὸ τηλαυγέστερον ἡμέρας τε καὶ ἡλίου φέγγος* cet. Explic. fol. 96. a.: *ἀθανασίας ἡγεμὼν· ἀϊδίου ζωῆς χορηγός. Τέλος.*

CXXXI.

[Rep. II. fol. 29.]

Codex chartaceus folior. 132, quorum 1. a. 2. b. 3. a. 131. b. et 132. vacua sunt. Continetur:

ἙΡΜΗΝΕΊΑ S. Athanasii in Psalmos Davidis e bibliotheca Augustana. MDCXXIX. Ita titulus fol. 2. a., qui idem Graece legitur fol. 3. b.: *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἈΘΑΝΑΣΊΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἑρμηνεία εἰς τὸ ψαλτήριον.* Opus ipsum incip. fol. 4. a.: *ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ β. Ἡ τοῦ ψαλμοῦ προκειμένη ἐπιγραφὴ, ἡ διὰ τῆς* cet. Explic. fol. 131. a.: *τοῦ ποιεῖν τοῖς λαοῖς καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκδίκησιν.* — Praeterea in hoc codice etiam tria folia imposita servantur, quae continent *Excerpta ex Codice qui in Serenissimi Electoris Bavari Monachiensi Bibliotheca asservatur, prout ibi scripta leguntur.* Incip. *Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη* cet. Explic. *καὶ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι ὑμῶν.* — Fol. 1. b. haec leguntur: *Admodum Reverendo Praenobili Viro, Dno Matthiae Hoe ab Hohenek, S. Theologiae Doctori eminentissimo, Aulae ac Palatii Caesarei Comiti, Serenissimo Electori Saxoniae a Concionibus primariis, et Consiliis Ecclesiasticis etc. Patrono meo plurimum colendo δόσιν ὀλίγην M. Elias Ehinger Augustani Gymnasii quondam Rector et Bibliothecarius, Christi exul.* 1630. — Commemoravit hunc codicem *Goetzius* in progr. quo bibliothecam nostram aperiendam fore indicit, pag. 25.

CXXXII.

[Rep. II. fol. 30.]

Codex chartaceus folior. 211, quorum 1. b. et 208—211. scriptura vacant. Continetur:

Psalterium Athanasianum e Graeco in Latinum sermonem conversum. Incip. *Ἑρμηνεία S. Athanasii in Psalmos Davidis* [haec rubro scripta sunt]. *Psalmus primus desideratur* cet. Explic. [fol. 207. b.] *etiam in gentibus.* [Et rubro picta verba:] *Psalmus ultimus desideratur.* — Totius operis titulus, qui fol. 1. a. legitur, hic est: *Psalterium Athanasianum e Graeco in Latinum sermonem conversum in Illustri Porta Saxonica Anno* 1631. *ab Elia Ehingero Augustano, quondam Profeſſ. et Bibliothecario, exinceps Gymnasii Poetici Ratisbonensis Rectore, et nunc Illustri Bibliothecae Amplissimae Reip. Lipsiensis donatum ab Eiusd. Filio Elia Ehingero an. Salutis humanae* MDCLXII.

CXXXIII.

[Rep. II. fol. 28.]

Codex membranaceus saec. XIII. (XII.?) initio et fine mutilus, litterarum perspicuitate et constantia valde se commendans, scriptura in duas columnas divisa, vocum compendiis rarissimis, litteris initialibus rubris et super rubro auratis, eleganter pictis, emblematibus quoque artificiose auratis, lineis stilo ductis. Folia habet 253. Insunt:

a) Gregorii Nazianzeni orationes. Titulus vel nomen auctoris nusquam legitur, nisi quod in superiore libri fronte atris litteris legitur *ΘΕΟΛΟΓΟC*. Orationes hae sunt:

α) [fol. 1. a. — 2. b.] Fragmentum eius orationis, quae insrribitur: *εἰς τὴν βραδυτῆτα*, et habetur in ed. Basil. Hervag. (a. 1550.) pag. 260. et sq. Incip. ab iis verbis, quae in ed. laud. pag. 261. lin. 10. leguntur: [*σήμερον συνδο*]*ξάζομαι· χθὲς συνεκροτούμην* cet. Tum ad finem usque integra legitur oratio.

β) [fol. 2. b.] *Εἰς τὸ ἅγιον πάσχα.* Incip. *Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου* cet. [ed. Bas. pag. 252.]

γ) [fol. 15. b.] *Εἰς τὴν πεντηκοστὴν καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Incip. *Περὶ τῆς ἑορτῆς βραχέα* cet. [ed. Bas. pag. 262.]

δ) [fol. 26. b.] *Εἰς τοὺς μακκαβαίους.* Incip. *Τί δαὶ οἱ μακκαβαῖοι· τούτων γὰρ* cet. [ed. Bas. pag. 145.]

ε) [fol. 36. b.] *Εἰς Κυπριανὸν.* Incip. *Μικροῦ Κυπριανὸς διέφυγεν ἡμᾶς* cet. [ed. Bas. pag. 108.]

ζ) [fol. 48. b.] *Εἰς τοὺς λόγους καὶ εἰς τὸν ἐξισωτὴν*

[*Ἰουλιανόν*]. Incip. *Τίς ἡ τυραννίς. ἦν ἐξ ἀγάπης* cet. [ed. Bas. pag. 40.]

η) [fol. 58. b.] *Εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνια. εἴτ' οὖν γενέθλια.* Incip. *Χς γεννᾶται· δοξάσατε* cet. [ed. Bas. pag. 228.] Haec oratio, quod unum folium post 68. intercidit, non est integra, sed legitur tantum [pag. 68. b.] usque ad ea verba, quae in ed. Bas. pag. 232. lin. 34. habentur: *ἁγνίσθητι· περιτμήθητι· πε[ριελοῦ]* ....

ϑ) [fol. 69. a — 122. a.] *Ἐπιτάφιος εἰς τὸν ἅγιον Βασίλειον.* Longa illa laudatio initio caret, et incip. demum a verbis: *ἀρετῆς ἐπαινέταις ἢ τοῖς λόγοις αὐτοῖς* cet , quae leguntur in ed. Bas. pag. 76. lin. 14.

ι) [fol. 122. a.] *Εἰς τὰ ἅγια φῶτα.* Incip. *Πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς καὶ πάλιν μυστήριον* cet. [ed. Bas. pag. 232.]

κ) [fol. 134. b.] *Εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα.* Incip. *Χθὲς τῇ λαμπρᾷ τῶν φώτων ἡμέρᾳ* cet. [ed. Bas. p. 238.]

λ) [fol. 167. a.] *Εἰς Γρηγόριον τὸν ἀδελφὸν Βασιλείου ἐπιστάντα μετὰ τὴν χειροτονίαν.* Incip. *Φίλου πιστοῦ. οὐκ ἔστιν* cet. [ed. Bas. pag. 35.]

μ) [fol. 172. a.] *Ἐπιτάφιος εἰς τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον.* Incipit *Ἀθανάσιον ἐπαινῶν. ἀρετὴν ἐπαινέσομαι* cet. [ed. Bas. pag. 99.]

ν) [fol. 194. b.] *Εἰς τὴν τῶν ρν ἐπισκόπων παρουσίαν.* Incip. *Πῶς ὑμῖν τὰ ὑμέτερα ὦ φίλοι* cet. [ed. Bas. 179.] Sed in hac oratione intercidit unum folium, ita ut fol. 199. b. desinat in verba: *καὶ προφητεύσω δὲ ὅτι καὶ ὁδεῦσον. τοῦ[το]*, quae leguntur in ed. Bas. 180. lin. 46.; fol. 200. vero pergat in verbis: *πολυτελοῦς ἀσεβείας καὶ πλείους* cet. [ed. Bas. pag. 181. lin. 16.]

ξ) [fol. 213. a.] *Περὶ φιλοπτωχίας.* Incip. *Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ συμπένητες* cet. [ed. Bas. pag. 131.]

ο) [fol. 239. a.] *Εἰς τὸν πατέρα σιωπῶντα διὰ τὴν πληγὴν τῆς χαλάζης.* Incip. *Τί λύετε τάξιν ἐπαινουμένην* cet. [ed. Bas. pag. 57.]

b) FRAGMENTUM ORATIONIS BASILII CAESARIENSIS [fol. 253. a. et b.] Titulus est: *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου καισαρείας καππαδοκίας ὁμιλία προτρεπτικὴ εἰς ἅγιον βάπτισμα.* Incip. *Ὁ μὲν σοφὸς σολομῶν τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων* cet. Explic. [verbis, quae in ed. Garnier. Tom. II. pag. 114. lin. 4. leguntur] *συγγενέστερον πρὸς τὸ βάπτισμα· ἡ μὲν γὰρ* ......

CXXXIV.

[Rep. II. fol. 24.]

Codex membranaceus pessime servatus, sed propter lectiones haud spernendas bonae notae censendus et scripturae, ubi non liturae obsunt, elegantis, constantis et perspicuae, saec. XII., litteris initialibus simplicissimis, lineis stilo ductis, scriptura in duas columnas divisa, vocum compendiis non admodum multis. Quoniam superior pars omnium foliorum mutila erat, pergameno agglutinato, in quo aliena scripta sunt, folia male completa sunt. Habet hic Codex folia 98, quorum 6. et 22. tantum dimidia sunt, ita ut altera parte rescissa integrae columnae deperierint. Continet:

FRAGMENTUM HOMILIARUM CHRYSOSTOMI IN GENESIN. Titulus nusquam conspicitur, numeri homiliarum hic illic apparent. Incip. a verbis Homil. XLV. [ed. *Montfaucon.* tom. IV. pag. 458. lin. 36.] *οὐδενὸς λύτρον τὴν ἔχθραν* cet. [sed multum iam his initialibus verbis differt codex ab ed. laud.] Explic. verbis Homil. LXIV. [ed. l. pag. 613. lin. 41.] *ἐλπὶς τῶν βρωμάτων ἀναλωθέντων καὶ οὐδαμόθεν ἐτέ* .... [*ρωθεν*] cet. Praeterea notandae sunt duae lacunae, quae rescissis, ut iam supra dixi, duobus dimidiis foliis exstiterunt. Nimirum in Homil. XLVI. desiderantur verba [ed. l. pag. 467. lin. 11.] *διὰ τῆς σφοδρᾶς ἀγανακτήσεως εἰς φυγὴν* cet. usque ad locum [ed. l. pag. 467. lin. 45.] *τῇ Σάῤῥᾳ διὰ πολλὴν τὴν ἐπιείκειαν* [pergitur in codice fol. 6. b.: *ἀλλ' ὅμως σκληρὸν αὐτῷ κατεφαίνετο*]. Altera lacuna est in mutilo folio 22. Nimirum in Homil. XLVIII. desunt verba [ed. laud. pag. 488. lin. 49.]: [*κυ*]*ρίου μου, θαρσήσας, περιέθηκε αὐτῇ* cet. usque ad locum [ed. laud. pag. 489. lin. 31.] *αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ πάντα προοδοποιῶν καὶ* [pergitur in codice fol. 22. b.: *κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ πατριάρχου*]. — Praeterea indicabo, quibus foliis legantur et quae sint singulae homiliae. Hom. 45. incip. fol. 1. a.; 46. 5. b; 47. 10. b; 48. 15. b; 49. 23. b; 50. 27. a; 51. 29. b; 52. 34. a; 53. 40. a; 54. 45. b; 56. 49. b; 39. 56. b; 40. 63. b; [sed haec homil. non integra est; nam fol. 63. b. finit foliis aliquot deficientibus in verba ed. Montfauc. tom. IV. pag. 404. lin. 20. *τῆς διδασκαλίας ἀψώμεθα. τὴν περὶ* ...... Tum vero sequitur:] fragmentum homil. 56. 64. a. [a verbis ed. laud. pag. 547. lin. 28. *μηδὲ τὴν τούτων προστασίαν διώκωμεν* cet. usque ad finem.] Fragm. hom. 57. 64. b; [ab initio usque ad verba ed. laud. pag. 558. lin. 17. *τὰ πρόβατα, ἢ αἱ αἶγες ἦτε* ....]; rescissis aliquot foliis sequitur fragmentum aut potius longe maxima pars homiliae 59. fol. 72. a. [a verbis ed. *Montfauc.* pag. 569. lin. 47. *ἐλευθερώσῃ τῆς τῶν καιρῶν ἀνάγκης* cet. usque ad finem]; denique sequitur homil. 60. fol. 77. a; 61. 81. a; 62. 84. b; 63. 89. a; 64. 94. b. —

CXXXV.

[Rep. II. fol. 27.]

Codex membranaceus saeculi XIII. litteris initialibus et inscriptionibus [seu potius textus sacrae scripturae verbis] rubro colore pictis, scriptura in duas columnas divisa satis eleganti et quae litterarum constanter ductarum perspicuitate valde se commendat, quamquam qui codicem pinxit, non fuit adeo doctus librarius, lineis stilo ductis, folior. 131, quorum 1. et 2. aliena continent et a bibliopega male adsuta sunt. Contin.

IOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIARUM IN GENESIN FRAGMENTUM. Incip. fol. 3. a.: *Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῇ ἀμαρφὰθ* cet. Explic. *εἰς γὰρ ἔθνος μέγα ποιήσω σε ἐκεῖ*.... Insunt Homiliae [ed. Montfaucon.] 35. 36. 37. 44. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. [haec tantum ad ea usque verba pertinet, quae leguntur in ed. Montf. tom. IV. pag. 603. lin. 25. *εἰ μὲν γὰρ πρὸ τῶν ὀνειράτων τοῦ φα*....] et 65. [haec incip. a verbis, quae in ed. laud. pag. 621. lin. 34. leguntur: *(σβέ)ννυσθαι μέλλον λαμπρότερον δείκνυσι* cet. et finitur verbis, quae habentur pag. 622. lin. 41. *εἰς γὰρ ἔθνος μέγα ποιήσω σε ἐκεῖ*....]

CXXXVI.

[Rep. II. fol. 39.]

Codex membranaceus saec. XII. inscriptionibus et litteris ini-

tialibus milto pictis, lineis stilo ductis, folior. 80, quorum 80. b. scriptura vacat. Continetur:

Versio latina XXVI homiliarum Chrysostomi. Primae homiliae initium deest. Incip. *Respondit ad eam Aesaias; Ipse enim ueni* cet. Explic. *nequaquam potuerunt ei qui a semetipso non leditur*; Fol. 80. index homiliarum hoc libro contentarum legitur, quem huc transscripsimus. I. *De turture.* II. *De cruce et latrone.* III. *Item de cruce et latrone.* IIII. *De cruce dominica.* V. *De ascensione saluatoris.* VI. *De pentecoste.* VII. *De natiuitate domini.* VIII. *De natiuitate domini et Iohannis baptiste.* VIIII. *De lazaro resuscitato.* X. *De chananea.* XI. *In euangelium secundum matheum.* XII. *De principiis marci euangeliste.* XIII. *In luca euangelista.* XIIII. *In iohanne euangelista.* XV. *De recipiendo seueriano.* XVI. *Ipsius seueriani de pace sermonis* [sic]. XVII. *De ieiuniis et genesecos lectio.* XVIII. *De eruditione discipline.* XVIIII. *Cum de expulsione eius ageretur.* XX. *Ad theodorum monachum.* XXI. *De patre et duobus filiis.* XXII. *Ad neophitos.* XXIII. *Quando de asia reuersus est iohannes.* XXIV. *Post exilii prioris reditum.* XXV. *De fide.* XXVI. *Neminem posse ledi ab alio nisi a semetipso.*

CXXXVII.

[Rep. I. 4. 63.]

Codex membranaceus saec. XII. scriptus, non bene conservatus, folior. 59, quorum 1. et 2. vacua, 13. (a recentiori manu suppletum) 58. et 59. chartacea sunt. Continentur:

a) [fol. 3. a — 36. b.] Chrysostomi Liturgia. Titulus rubro pictus hic est: *Ἡ θεία λειτουργία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου. εὐχὴ λεγομένη ὑπὸ τοῦ ἱερέως ἀμφιεννυμένου αὐτοῦ τὴν ἁγίαν καὶ ἱερὰν στολὴν τῷ καιρῷ τῆς θείας συνάξεως.* Incip. *Δέσποτα κύριε ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ἔπιδε ἐπ' ἐμὲ τὸν ἁμαρτωλὸν καὶ ἀνάξιον δοῦλον* cet. Explic. *ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου χαίρων: καὶ εὐχαριστῶν τῷ θεῷ: † τέλος τῆς ἁγίας καὶ θείας λειτουργίας τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου.*

Quae in scriptis codicibus plane mira est liturgiae Chrysostomi inconstantia et diversitas, illa etiam in hoc codice observatur. [Vid. quae in ed. Chrysostomi Montfaucon. tom. XII. pag. 775. de ea re mouentur.] Toto enim caelo nostra liturgia differt et ab ea, quae legitur in ed. Graecar. liturgiar. Romae 1526. et ab ea, quam Savilium sequutus Montfaucon. edidit Tom. XII. pag. 576—799. Cf. cod. sequent.

b) Sectiones aliquot evangeliorum et epistolarum N. T., eadem illae, qua antecedentia, manu scriptae. Titulus rubro colore pictus hic est: *Ἀπόστολ-καὶ εὐαγγέλια ἀναγινωσκόμενα . . εἰς μνήμην τῆς ὑπὲρ ἁγίας* (sic) *θεοτόκου. τοὺς ἀσωμάτους. εἰς προφήτας. εἰς ἀποστόλους: καὶ εἰς λοιποὺς ἁγίους. εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον.* Incip. *Μεγαλυνεῖ* (sic) *ἡ ψυχή μου* cet. Explic. *κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν.*

Quod restat, foll. 54. b. et 55. a manu recentiore scriptae leguntur *similes sectiones ex epistola ad Romanos et Lucae evangelio.* Fol. 57. legitur: *Initium evangelii Iohannei,* Graece. Foll. denique 58. et 59. a. habetur *Confessio Graeca aliqua*, incip. *Ἐξομολογοῦμαί σοι πάντα τὰ κρύφια ἁμαρτήματα* cet. Explic. *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.* Pauci versus, qui fol. 59. b. habentur et qui vix legi possunt, *Basilii* esse videntur.

CXXXVIII.

[Rep. I. 4. 77.]

Codex chartaceus bonae notae, saec. XIV. accurate scriptus, folior. 56, quorum 11—18. 19. b. 49. b. 50—56. vacua sunt. Continentur:

a) [fol. 1. a — 10. b.] Chrysostomi liturgia. Titulus rubro pictus hic est: *ἡ θεῖα λειτουργία, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου. εὐχὴ τῆς προθέσεως.* Incip. *Ὁ θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν. ὁ τὸν οὐράνιον ἄρτον. τὴν τροφὴν τοῦ παντὸς κόσμου τὸν κύριον ἡμῶν καὶ θεὸν ἰησοῦν χριστὸν ἐξαποστείλας* cet. Explic. *πλήρωσον χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν, πάντοτε. νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Etiam haec liturgia mirum quantum discrepat ab iis, quae typis descriptae sunt. Vide quae diximus ad cod. anteced. litt. a.

b) [fol. 20. a — 49. a.] Lebonii legenda vultus sancti de Luca. Titulus, qui fol. 19. a. et 20. a. habetur, rubro pictus: *Legenda uultus sancti de luca: De inuentione. Reuelatione ac Translatione Sanctissimi vultus. Venerabilis Lebonii incipit liber. Prohemium.* Tum incip. (L)*Ebonius diaconus. seruus christi minimus uniuersis fratribus orthodoxe fidei cultoribus per cuncta mundi climata* cet. Explic. fol. 26. a.: *eiusdem sanctissimi membri particula tangeretur et sanaretur. ipso adiuuante qui uiuit.* Tum continuatio sequitur facta per alios clericos ecclesiae S. Martini de Luca. De ea in Codice fol. 25. a. haec leguntur rubro picta: *huc usq. leboinus* (sic). *Inferiora uero eiusdem ecclesie venerabiles clerici deum timentes qui nouerunt aut a ueracibus uiris seu etiam ab ipsis aegrotis iam sanatis audiere et pro certo cognouere. ne diuturnitate temporis, obliuioni traderetur litteris commendauere: Prologus.* Incip. (P)*Ost descriptam a beato uiro leboino diacono sancti uultus historiam* cet. Explic. fol. 49. a.: *testimonium perhibentes cum domino commendamus! — ! — Deo gratias Amen,* [et rursus rubro picta verba:] *Deo gratias Amen! — ! —* Haec altera pars codicis longe est recentiore tempore et alia charta scripta quam prior, et saeculo XV. est exarata.

B.

LATINI.

CXXXIX.

[Rep. I. 4. 78.]

Q. Sept. Florentis Tertulliani ad nationes libri duo: *Hactenus inediti: Nunc primum, post* M. CCCC. *annos, ad exemplar Agobardi Lugdunensis Episcopi, publicati, Notis etiam additis, a Iacobo Gothofredo.* [s. l. Genevae] *Apud Petrum & Iacobum Chouët.* M. DC. XXV.

Caspar Barthius, ut videtur, huic libro notas et collationes Codd. (sigla *L.* vel etiam numeris notatorum) adscripsit. In fronte libri haec leguntur: *Friderici Bened. Carpzovi. Lipsiae* 1672. *E Bibliotheca Casp. Barthii.*

CXL.

[Rep. II. 8. 153.]

Codex membranaceus saec. XIII. haud ineleganter exaratus, folior. 15, quorum 1. scriptura vacat, littera initiali picta et deaurata. Fuit olim hic liber in bibliotheca *Ioh. Christophori Wagenseilii*, cuius etiamnunc emblema habetur in priori libri operculo. Inest:

Cypriani tractatus de habitu virginum. Titulus ruber est: *Ciprianus de habitu virginum.* Incip. Disciplina *custos spei retinaculum fidei* cet. Explic. *cum incipiet in uobis uirginitas honorari. Finis.*

CXLI.

[Rep. II. 8. 155.]

Codex chartaceus saec. XV. luculenter et perspicue scriptus in foliis 410, quorum 406. b — 410. scriptura vacant. Continetur:

Arnobii commentarius in psalmos. Errore librarii scripta sunt haec [fol. 1. a.]: *Ambrosii in commentarios suos super psalmos prologus.* Incip. *Charissimis patribus Laurentio et Rustico episcopis Arnobius. Silentium bonum esse* cet. Explic. *nos ad domini misericordiam peruenire, cui gloria et imperium per omnia secla seclorum, Amen. Arnobii commentariorum in psalmos finis.*

CXLII.

[Rep. II. fol. 32.]

Codex membranaceus saec. XV. nitidissime et elegantissime in membrana tenuissima et laevigata scriptus, litteris initialibus singulorum librorum picturatis et obrusso distinctis, singulorum capitum modo caeruleis modo rubris, inscriptionibus milto pictis; primo folio insigne aliquod in corona rutacea conspicitur, in quo aquila nigra in auro picta est. Codex est foliorum 179. Contin.

a) Lactantii Firmiani divinarum institutionum libb. VII. a fol. 2. a. usque ad fol. 148. b.] Fol. 1. a. et b. habentur variorum scriptorum de Lactantio iudicia et testimonia et argumenta primi libri. Opus ipsum fol. 2. a. [post rubram inscriptionem] incip. *Magno et excellenti ingenio uiri cum se doctrine* cet. Explic. *quod ipse promisit a domino consequamur amen.*

b) Eiusdem de ira dei liber [a fol. 148. b. usque ad fol. 163. a.]. Incip. *Animaduerti sepe donate plurimos id existimare* cet. Explic. *semper habeamus. & nunquam uereamur iratum.* Subscriptio atro colore picta: *Explicit liber de ira dei ad donatum. firmiani lactancij. pulcer ualde ymo pulcerrimus. deo gratias.*

c) Eiusdem liber de opifitio hominis. Ita titulus milto pictus. (Vulgo est hic titulus: *de opificio dei* vel *formatione hominis.*) Pertinet hic liber a fol. 163. a. usque ad fol. 177. a. Incip. *QVam minime sim quietus etiam summis necessitatibus* cet. Explic. *ab erroribus liberatos ad iter celeste direxerit.*

d) Liber Clementis Physici de prima caussa et eius aeternitate. [a fol. 177. a. usque ad fol. 179. a.] Ita titulus milto pictus. Incip. *Causa est per quam aliquid habet esse* cet. Explic. *ad eius magnitudinem predicandam transumptis.* Subscriptio atro colore picta: *Laudetur deus omnipotens. quia explicit liber iste. Lactancius de diuinis institutionibus. et cetera.* — Fol. denique 179. b. totius codicis libri recensentur. — Caeterum fuit hic liber, ut ex emblemate priori libri operculo affixo patet, olim in bibliotheca *Ioh. Christophori Wagenseilii.*

CXLIII.

[Rep. II. fol. 34.]

Codex membranaceus saec. XII. rudi arte, sed perspicue scriptus, scriptura in duas columnas divisa, litteris initialibus simplicissimis, inscriptionibus rubris, lineis stilo ductis, folior. 87. Continetur:

Hieronymi versio librorum Iobi [fol. 1—24. b.] Tobiae [fol. 25. a — 34. a.] Iudith [fol. 34. b — 47. b.] Esdrae I. et II. [fol. 47. b. — 71. a.] Esther [a fol. 71. a — 87. b.] De initio libri Esther in hoc codice cf. ed. opp. Hieron. *Vallars.* tom. IX. pag. 1582. — Codex incip. fol. 1. a.: [post inscriptionem rubro pictam: *In Xpi nomen incipit prologus super librum Iob beati Hieronimi presbiteri:*] *Cogor per singulos scripturae diuinae libros* cet. Explic. fol. 87. b.: *Regnauit alexander machedo .....* Caeterum hunc librum olim fuisse bibliothecae Paderbornensis, verba inscripta declarant, eadem illa, quae etiam in Cod. CXXV. [ubi illa exscripsimus] leguntur.

CXLIV.

[Rep. II. fol. 34. a.]

Codex membranaceus saec. XI. formae maximae, nitide scriptus in duabus columnis, litteris initialibus minio, prima etiam, quae est maxima, caeruleo pictis, lineis stilo ductis. Fuit olim in bibliotheca Paderbornensi, unde eadem illa verba fol. 1. a. leguntur, quae iam in Cod. CXXV. legi monuimus. Continetur:

Hieronymi breviarii in psalterium fragmentum. Incip. [ab initio operis] BEATVS VIR QVI *non abiit in consilio impiorum et in uia peccatorum non stetit. Quidam dicunt hunc psalmum quasi praefationem esse* cet. Explic.

[in argumento psalm. XVI. ed. opp. Hieron. *Vallars.* tom. VII. Append. pag. 35. lin. 29.] *pro ipſa praeſumptione qua ſe exaudiri . . . . .*

CXLV.

[Rep. II. fol. 37.]

Codex membranaceus saec. XII. luculenter exaratus, litteris initialibus atris rudi arte pictis, inscriptionibus rubris, vocum compendiis raris, numeris custodum loco ad singulos octonorum foliorum manipulos adscriptis, lineis stilo ductis, folior. 16. Continentur haec:

a) [fol. 1. a — 6. a.] Fragmentum expositionis Hieronymi in Proverbia, inde a lib. III. cap. 31. [tom. V. pag. 596. lin. 25. ed. Martianay.] usque ad finem. Incip. *Iuxta illud propheticum cum uideriſ* cet. Explic. *in preſenti uita collaudare ſeruitiiſ amen;*

b) [fol. 6. b — 9. a.] *Expositio dicti, quod Proverbb. XXX. 16. legitur.* Titulus rubro scriptus, qui tamen ex magna parte in litura est, hic esse videtur: Incipit de eo quod in Salomonis libro scriptum est sanguisuge erant tres filie Karitate Karissime et hee: [sic] tres non satiaverunt: et quartum [quarta?] non dicit. satis est. Expositio ipsa incip. Graves & *pene inextricabiles queſtioneſ* cet. Explic. *quod ante labacrum* [a manu correctrice *lavacrum*] *committitur.*

b) [fol. 9. b — 16. b.] Fragmentum expositionis Hieronymi in Ecclesiasten, ab initio [incip. enim: *Memini me ante hoc ferme quinquennium* cet.] usque ad expositionem versuum 15. et 16. capitis II. [usque ad verba: *aequali ſorte morientur. & omnia in hoc ſeculo . . . .*, quae leguntur in ed. opp. Hieron. *Vallars.* tom. III pag. 403. E.]

CXLVI.

[Rep. II. fol. 38.]

Codex membranaceus saec. XII. perspicue scriptus, litteris initialibus simplici arte ornatis, vocum compendiis rarissimis, scriptura in duas columnas distincta, lineis stilo ductis, folior. 42, quorum 42. b. vacuum est scriptura. Continetur:

Fragmentum expositionis Hieronymi in Evangelium Matthaei, lib. III. et IV. Incip. ab iis verbis lib. III. [cap. 21. vss. 21. et 22.], quae habentur in ed. opp. Hieron. *Vallars.* tom. VII. pag. 166. B.: *potuerit que poteſt quamuiſ multiplicia ſint* cet. Explic. *in qua ſe ſcit futurum cum apoſtoliſ.* Subscriptio variis coloribus picta: EXPLICIT LIBER QUARTUS DEO GRATIAS AMEN.

CXLVII.

[Rep. I. fol. 16.]

Codex chartaceus saec. XV. in duabus columnis scriptus, olim catenatus, litteris initialibus rubro caeruleoque pictis, folior. 243, quorum 1. a. et 238. b — 243. scriptura vacant. Continentur:

Augustini de civitate Dei libb. XI — XXII. Incip. (fol. 2.) *Civitatem dei dicimus, cuius ea scriptura testis est* cet. Explic. *non mihi sed deo mecum gratias congratulantes agant Amen.* Praeterea in fine haec leguntur: *Completus est iste liber deo opitulante anno dni* M° CCCC° XLVII *in vigilia ſti laurencii hora octava appropinquante ad horam nonam per me Nicolaum Langemberg vicarium vicarii in ecclesia Merseburgensi. Deo laus et benedicte eius genitrici.* — In primo folio averso legitur Augustini in libros de civitate dei ex retractationum libro secundo argumentum, quod incip. *Interea roma gothorum irruptione, agentium sub rege Alarico* cet. Explic. *dicuntur filii Israel.* — Iam ex his, quae addidit librarius, non dubium est, quin ab eodem ipso priores quoque X libri alio volumine descripti fuerint, quod tamen in bibliotheca nostra non asservatum est. Ita enim: *hoc prohemium*, inquit, *cum librorum et decimi totius libri de deo hic positum est et rescriptum per scriptorem ut appareat quid et de quo pertractet in primis decem libris qui habentur in alio volumine et quid in duodecim libris sequentibus. Sequitur ergo liber undecimus de civitate dei. Civitatem dei dicimus* cet.

CXLVIII.

[Rep. II. fol. 23.]

Codex membranaceus saec. XII., bene et constanter in duabus columnis scriptus, lineis plumbagine ductis, pictis litteris cuiusque libri initialibus, vocum compendiis non multis, paucis notis in margine scriptis, folior. 214, quorum 81. a. scriptura vacat, 214. cantionum ecclesiastic. fragmentum habet cum notis musicis. Continet:

S. Aurelii Augustini de civitate dei libr. XXII. Praemittitur [*Ex libro retractationum augvſtini episcopi*] argumentum operis, quod incip. *Interea Roma Gothorum irruptionem* cet. [quae verba litteris quadratis modo rubris modo caeruleis scripta sunt]. Antequam opus ipsum [fol. 1. b.] incipit, fol. 1. a. haec quadratis litteris, rubris et caeruleis alternantibus, scripta sunt: *In nomine dni nri Ihu XPI incipit liber de civitate domini avgvst. episcopi mirifice dispvtatvs adversvs paganos et demones eorvm deos ab exordio mundi vsq. in finem seculi.* — Opus ipsum incip. *Gloriosissimam civitatem dei sive in hoc temporum curſu* cet. explic. *deo mecum gratias congratulantes agant.* AMEN. [et rubro picta subscriptio:] *explicit liber XXII. Augustini de civitate dei.* Fol. 1. a. in inferiore margine haec leguntur: *Liber ſancte dei genitricis ſanctique alexandri noui operis prope hall' ordinis canonicor regularium magdeburgenſis dyoc.* Fol. 80. b., sub fine libri decimi a recentiore manu haec scripta sunt: *Ora pro lia michael. qui me contexuit anno Dni* M° CCC° LXIIJ°.

CXLIX.

[Rep. II. fol. 41.]

Codex membranaceus in subtili laevique membrana saec. XIII. exaratus, initio et fine mutilus, inscriptionibus rubris, litteris initialibus milto pictis, interdum etiam artificiose ornatis, lineis atramento ductis, notulis a recentiore manu ad marginem adscriptis. Manipulis octonorum foliorum adscripti sunt custodes. Hic codex foliis 45 scriptus continet:

a) Augustini librorum de doctrina christiana fragmentum. Incip. *me in principio uiarum ſuarum ut inde inciperent* cet. [quae verba sunt lib. I. cap. 34. in ed. Opp. Aug. Benedict. Tom. III. pag. 13. B.] Explic. ultimis verbis libri IV.: *quantulacunque potui ſacultate diſſerui. Explicit liber quartus de doctrina chriſtiana beati auguſtini Deo gratias.* Haec implent foll. 1—38. b. [Fol. 38. b. in spatio ab Augustini libris vacuo relicto sex lineis

quaedam de aetate LXX interpp., Aquila, Symmacho, Origine, aliis, scripta sunt.]

b) [fol. 39. a — 45. b.] Eiusdem opuscula quaedam et anonymi de eo tractatus. Nimirum a fol. 39. a. sermo legitur *de abstinentia*, sed non integer; a fol. 41. a. tractatus *de menſa beati Augustini et circumſtanciis eius;* a fol. 41. b. *de cura temporalium rerum acquirendarum imo contempnendarum;* a fol. 42. a. *de inſtitutione tam corporali quam ſpirituali;* a fol. 42. b. *commemoratio beati ambroſii in quibusdam inſtitutis;* a fol. 43. b. *de eſſectu epistolae beati Augustini.*

CL.

[Rep. II. fol. 44.]

Codex in vetusta et subtili membrana eleganter exaratus, saeculi XIII., scriptura in duas columnas divisa, emendationibus hic illic in margine allitis, [quae etiam diserte voce „*emendatus*" commemorantur, v. c. haec vox legitur in inferiore margine foll. 12. b. 24. b. 48. b. 71. b. 83. b. 95. b. et 107. b.] lineis plumbagine ductis, inscriptionibus et subscriptionibus rubris, litteris initiabus belle pictis et rubro caeruleoque colore distinctis, additis custodibus ad singulos manipulos, qui tamen non ubique totidem folia habent. Codex constat foliis 118, quorum priora blattis et tineis aliquantum laboraverunt. Continet:

Augustini de trinitate libb. XV. [Manus recentior sic titulum fol. 1. a. in superiore margine scripsit: *decimi quinti libri de indiuidua trinitate*]. Incip. *Libros de trinitate que deus eſt* cet. [quae verba incipiunt *Sententiam Augustini ex libro retractationum super libros de trinitate;* opus ipsum incip. fol. 1. b. a verbis: *Lecturus hec que de trinitate diſſerimus* cet.] Explic. *Domine deus une. deus trinitas.* [Desunt igitur pauca tantum verba, quae in fine libri XV. in ed. opp. August. Benedictin. tom. VIII. pag. 712. leguntur: *quaecumque dixi in his libris de tuo, agnoscant et tui: ſi qua de meo, et tu ignosce et tui. Amen.*] — Caeterum emblema superiori libri operculo agglutinatum docet, hunc codicem esse *Ex Libris* PAVLI PETAVII *in Francorum Curia Conſiliarii.*

CLI.

[Rep. II. fol. 40.]

Codex membranaceus saec. X. rubris inscriptionibus et litteris initialibus, quarum nonnullae variis coloribus rudi arte distinctae sunt, lineis stilo ductis, vocum compendiis paucissimis, notis margini passim adscriptis. Foliorum est 85, quorum 29. et 30. si non aliena manu, certe longe caeteris volubiliori calamo scripta sunt. Continetur:

Fragmentum librorum Augustini de S. Trinitate. Incip. a lib. IX. his verbis: EXPLICIT. LIBER. VIII. DE TRINITATE DIV. AVRELI AGVSTINI (sic) EPI INCIP LIBER NONVS. . TRINITATEM CERTE QVERIMVS NON QVAMLIBET SED ILLAM TRINITATEM Q. DEVS EST VERVSQ: AC SVMMVS ET SOLVS DEVS. (Haec rubro sunt picta). *Expecta ergo quiſ quiſ hec* [hoc vocabulum a manu correctrice additum est] *audiſ. adhuc enim quaerimuſ.* cet. Explic. [ultimis verbis libri XV.] *Si qua demeo.* (sic) *et tu ignoſce. et tui.* Rubra subscriptio haec est: EXPLICIT LIBER SCI AVGVSTINI. DE TRINITATE.

CLII.

[Rep. II. fol. 43.]

Codex membranaceus ab initio et in fine mutilus, saec. X. scriptus, lineis stilo ductis, inscriptionibus rubris, litteris initialibus modo rubris modo atris, scriptura in duas columnas divisa. Foliis constat 160. Inest:

Augustini Enarrationis in Psalmos fragmentum. Incip. . . . *diſſuſuruſ cum adiecit. & dominabitur amari* (sic) *uſqueadmare* (sic) cet. [quae verba sunt ex enarrat. psalmi 71. et leguntur in ed. opp. Augustini Benedict. Tom. IV. pag. 560. lin. 21.] Explic. *benignitaſ dei ad paenitentiam te adduc. Ecce temp' miſericordie . . . .* [quae verba sunt ex enarrat. psalmi 100. et habentur in ed. l. pag. 812. lin. 29.]

CLIII.

[Rep. II. fol. 42.]

Codex membranaceus ab initio et in fine mutilus saec. XI. vel X. scriptus in foliis 44, quorum tertium altera parte minus est ceteris et semivacuum scriptura, lineis stilo ductis, sine custodibus; versibus psalmorum milto pictis, litteris initialibus atris. Continet:

Augustini Enarrationis in Psalmos fragmentum. Incip. . . . . *in illo incumbat quod per incerta pendebat* cet. [quae verba sunt ex enarratione psalmi 96. et habentur in ed. Opp. August. Benedict. tom. IV. pag. 781. E.] Explic. *Sed cauete quia uenturum eſt iuditium* (sic). Haec verba ultima sunt in enarratione psalmi 100.

CLIV.

[Rep. II. S. 154. b.]

Codex membranaceus saec. XV. eleganter et constanter in 170 foliis, quorum 170. b. vacuum est, exaratus, rubris inscriptionibus et subscriptionibus, litteris initialibus vario colore distinctis pictisque. Continentur haec:

a) [a fol. 1. a — 25. b.] Augustini liber supputationum, mutilus ab initio. Incip. . . . . *dent nomen domnii Quia ipſe dixit* cet. Explic. *Ipſum laudo, benedico, atque adoro, qui viuit et regnat deus per omnia ſecula ſeculorum Amen.*

b) [a fol. 26. a — 46. a.] Opusculum S. Augustini soliloquiorum more compositum docens quaerere deum. Ita titulus. [Non sunt Augustini soliloquia, sed tantum more eius composita.] Incip. *Ecce nunc homuncio fuge paululum occupaciones tuas* cet. Explic. *in gaudium domini mei qui eſt trinus et unus benedictus in ſecula Amen.* Subscriptio rubro picta haec est: *Explicit feliciter opusculum ſti Auguſtini ſoliloquiorum scriptum Nurenberge In Monaſterio ſti Egidii In Craſtino ſti Egidii ordinis ſti Benedicti per quendam fratrem eiuſdem monaſterii profeſſum Anno* 44° (i. e. 1444.)

c) [a fol. 46. b — 53. a.] Officium sacratissimae crucis editum per iohannem XXII. Accedunt *orationes aliquot ad impetrandam indulgentiam*, a diversis papis praescriptae. Incip. *Per ſignum crucis de inimicis* cet. Explic. *praeteritis et futuris Amen.*

d) [a fol. 53. b — 128. a.] S. Augustini liber soliloquiorum. Incip. *Agnoſcam te domine cognitor meus* cet. Explic. *et reuiuiſcere facis vt aquile canos meos.* Desunt igitur paucula verba. Vid. ed. Opp. Aug. Benedict. tom. VI. pag. 584.

e) [a fol. 128. a — 144. b.] LIBER QUI VOCATUR SCALA DOCTORIS BEATI AUGUSTINI EPISCOPI. Ita titulus. Incip. *Cum die quadam corporali manuum labore occupatus* cet. Explic. *donec videamus deum in ſyon Cui eſt omnis gloria* cet.

f) [fol. 144. b — 159. a.] ALIQUOT S. AUGUSTINI ORATIONES. Prima [fol. 144. b.] incip. *Domine deus omnipotens qui es trinus et vnus* cet. Altera, *quam fecit cum obſeſſa eſſet ciuitas yponenſis* [ita enim titulus fol. 153. a.] incip. fol. 152. b. *Ante oculos tuos domine* cet. Tertia, *extracta de ſubtili colloquio vbi ipſe et ratio collocuntur* [vid. fol. 153. b.] incip. fol. l. *Deus vniuerſitatis conditor praeſta michi primum* cet.

g) [a fol. 159. b — 160. b.] ORATIO ANSELMI AD AUGUSTINUM. Incip. *Sancte pater Auguſtine doctor beatiſſime* cet. Explic. *preces fundite deo patri ac nato cum ſancto ſpiramine Amen.*

h) [a fol. 160. b — 165. b.] ALIA ORATIO PULCHRA ET PERUTILIS AD RECOLLIGENDUM MEMORIAM PECCATORUM. Ita titulus rubro pictus. Incip. *Terret me vita mea* cet. Explic. *omnes qui diligunt nomen tuum, qui cum deo patre* cet.

i) [a fol. 166. a — 168. a.] ORATIO AUGUSTINI. *Dicenda est deuote per triginta dies, et ſi is qui dixerit oppreſſus fuit aliqua anguſtia triblacione aut captiuitate aut quouis alio impedimento omnipotente deo concedente liberabitur et deſolatus erit. Valet etiam pro quocumque alio dicta ſic dum modo cum deuocione dicatur et immediate poſt ipſam dicatur psalmus Confitemini domino.* Haec rubra est inscriptio. Incip. *dulciſſime domine verus deus qui de ſinu patris* cet. Explic. *nomen ſanctum tuum invoco qui tu es benedictus* cet.

k) [a fol. 169. a — 170. a.] ORATIO AUGUSTINI, quae incip. *Deus propicius eſto michi peccatori cuſtos mei* cet. Explic. *adiuua me et ſalua me Amen.* Inscriptio minio picta haec est: *Infraſcriptam orationem ſcripſit beatus Auguſtinus et reuelatum fuit ſibi a ſpiritu ſco ut ſi quis eam quali die dixerit bono corde vel ſuper ſe ſcriptam putauerit inimicus ei nocere non poterit et illa die non peribit in aqua nec in igne neque in bello nec veneno mouetur* cet.

Subscriptio minio picta haec est: *Anno dni Mº CCCCº XLIIIº finitus eſt iſte libellus In die ſti lamperti In monaſterio ſti Egidii In Nuremberg ordinis ſti Benedicti per quendam fratrem Bartholomeum profeſſum.*

CLV.

[Rep. I. fol. 14.]

Codex membranaceus saec. XI. exaratus, rubris litteris initialibus et inscriptionibus, lineis stilo ductis, folior. 89. Continentur:

PAULI OROSII HISTORIARUM LIBB. VII. Codex ab initio mutilus incipit a verbis lib. I. (Maxim. Biblioth. vett. patr. Lugd. 1677. tom. VI. pag. 384. litt. D.) *ſibi ſubiectiſ. Vbi diu proxima queque populati conſpiratione finitimorum per inſidiaſ trucidantur* cet. Explic. *tibi ad iudicanda ſi edaſ. per te iudicata ſi deleaſ.* AMEN.

CLVI.

[Rep. I. fol. 15.]

Codex chartaceus saec. XV. negligenter et volubili calamo scriptus, qui olim, ut emblema in fronte libri conspicuum docet, *Iohannis Christophori Wagenseilii* fuit. Foliis constat 140, quorum 137. b — 140. scriptura vacant. Continentur:

PAULI OROSII HISTORIARUM LIBB. VII. Incip. *Oroſius pb'r hiſpanus genere uir eloquens et hiſtoriarum cognitor* cet. Explic. *tibi ad iudicanda si edas. per te iudicata si deleas.* Praeterea in duobus ultimis paginis adscriptus est index in chronica Orosii, in verba desinens: *concluduntur tempora.*

CLVII.

[Rep. II. fol. 51.]

Codex membranaceus saec. XI. perspicue scriptus, in duas columnas divisus, lineis stilo ductis, inscriptionibus et litteris initialibus egregio milto pictis, folior. 172. Inest:

a) M. AURELII CASSIODORI EXPOSITIONIS IN PSALTERIUM PARS PRIMA [Ps. I — L.] Post *expositionem notarum* in hoc Cod. adhibitarum [Fol. 1. a. col. a.; incip. DIVERSAS. NOTAS. MORE. MAIORUM. CERTIS. LOCIS. cet.] incipit opus ipsum eod. fol. col. b. a *praefatione* his verbis: REPVLSIS ALIQVANDO IN RAVENNATI VRBE *ſollicitudinib: dignitatum* cet. Explic. [fol. 172. a]: *remiſſioniſ annuſ preſtante domino reddit immuneſ.* [Et milto picta verba:] EXPLICIT PARS PRIMA CASSIODORI IN PSALMIS [sic.].

b) EPISTOLA EPISCOPI PADERRUNNENSIS [sic] AD PAPAM [fol. 172. b.] Neque quis ep. epistolam dederit, nec quis papa acceperit, nec quo tempore illa scripta sit, commemoratur. Incip. *Abiturus romam* cet. Explic. *et multum optamus.* Etiam hic liber ex dono *Imadi praesulis* in bibliothecam Paderbornensem (?) pervenit, ut versus testantur, qui fol. 1. a. scripti sunt. Fol. 172. b. in fine cod. eadem illa verba leguntur, quae in Cod. CXXV. legi diximus et quae ecclesiae S. Mariae et Liborii Paderborn. hunc librum fuisse testantur. Caeterum verba illa etiam a *Pertzio* publicata sunt, Archiv. tom. VI. pag. 214. ubi etiam epistola illa commemoratur, de qua sub litt. b. diximus.

CLVIII.

[Rep. II. fol. 52.]

Codex membranaceus initio et fine mutilus, antecedenti aetate et facie simillimus, ut ab eodem scriba profectus esse videatur; in hoc tamen ab illo differt, quod manipuli numeris Romanis notati sunt, quum illic plane nulla facta sit manipulorum notatio. Continet folia 132. Inest:

M. AURELII CASSIODORI EXPOSITIONIS IN PSALTERIUM PARTIS SECUNDAE FRAGMENTUM. Incip. a verbis psalmi LIX. vs. 2. [quae sunt in ed. *Garetii* tom. II. pag. 199. col. A. lin. 13.] *quinquageſimo pſalmo dictum eſt* cet. Explic. verbis *expositionis* psalmi C. [quae habentur ed. l. pag. 332. col. B. lin. 45.] & *iudicium preparatio ſediſ* .....

In primo manipulo inter folia 2. et 3. exciderunt aliquot

foll., ita ut fol. 2. desinat in verba expositionis ps. 59. [quae in ed. laud. pag. 201. col. A. lin. 1. leguntur]; *qui in mandatiſ eiuſ iugiter p* [severans] cet.; fol. vero 3. pergat iis verbis, quae sunt in expositione ps. 61. [ed. l. pag. 105. col. A. lin. 27.]: *quib; diſpenſatio modificata preſtatur* cet.

CLIX.

[Rep. II. fol. 45.]

Codex membranaceus saeculi XII. non eleganter sed perspicue scriptus, olim in bibliotheca Paderbornensi asservatus. Vid. fol. 2. a. Scriptura in duas columnas divisa est, inscriptiones milto pictae, lineae stilo ductae sunt. Folia sunt 279, quorum primum a bibliopega perperam adsutum aliena continet, ultimum ex quarta parte lacerum et propter atramenti pallorem lectu difficilius est. Habetur in hoc codice:

EUGEPII S. EUGYPPII ABBATIS EXCERPTORUM EX AUGUSTINI SCRIPTIS LIBER. Titulus legitur fol. 8. a. ante initium ipsius operis: INCIPIT LIBER EVGEPII DE DIVERSIS QVAESTIONIBVS. EX VARIIS LIBRIS SCI AVGVSTINI EXCERPTIS. MISSVS AD PROLAM VIRGINEM. Fol. 2. a. et b. legitur dedicatio operis ad virginem Probam, eadem illa, quae legitur in ed. Herold. (Bas. 1542.) Tum sequitur a fol. 2. b. usque ad 8. b. index capitum totius operis. Liber incip. fol. 2. a. DOMINAE MERITO VENERABILI ET FRVCTV SACRAE VIRGINITATIS cet. Explic. *ostenderem. ipſo adiuuante quoniam et regnat in ſecla ſeclorum amen. Explicit.* — Commemoravit hunc cod. iam *Goetzius* in programm. saepe iam laudato, pag. 27. „Adest quoque, inquit ille, *Eugepii,* Abb. Africani, Excerptorum e. S. Augustini scriptis Liber, Probae cuidam dedicatus, quem Jo. Herold Basileae A. MDXLII. Roberti Winteri typis, describi fecit. Noster autem Codex, qui membraneus et multae certe aetatis est, editum exemplar duobus capitibus, videlicet *de Origine vel errore haereſis Donatistarum*, ex libro eius de haeresibus, et *de animae quaestione* ex epistola ad Optatum desumtis, superare videtur.“ — Immo multo pluribus superat. Nam praeter illa capita, totius operis ultima, inter caput 103. et 104. ed. Herold. intersertum est in nostro Cod. unum caput (cap. 105.); inter cap. 109. et 110. tria capita (112. 113. 114. nostri cod.), inter cap. 119. et 120. unum (125), inter 160. et 161. unum (168.) interserta sunt; praeterea aliquoties in duo capita distincta sunt in Cod., quae in unum redacta leguntur in editione.

CLX.

[Rep. II. 4. 122.]

Codex membranaceus saec. XIV. non bene habitus et propter atramenti pallorem pariter ac frequentissimas lituras lectu perquam difficilis, foliorum tenuis membranae 71, quorum 69. 70. et 71. scriptura vacant. Litterae initiales nondum adpictae sunt iisque vacuus locus est relictus; lineae atramento ductae sunt. Continentur:

S. GREGORII MAGNI PAPAE PRIMI DIALOGORUM LIBRI QUATUOR. Textus, quantum quidem legere potui, consentit cum ed. Duacens. tom. III. pag. 233—348. Incip. [Q] *vadam die nimiis quorundam ſeclarium tumultibus* [hoc vocabulum omissum a librario recentior manus addidit] *depressus* cet. Explic. *ſi ante mortem deo hoſtia ipſi fuerimus; Amen.* Subscriptio atro picta et ab aliena manu scripta haec est: ***Explicit lib' dialogorum Sti gregorii pape.***

CLXI.

[Rep. II. fol. 47.]

Codex membranaceus ab initio quatuor fere foliis mutilus, saec. XII. crassiore stilo, sed admodum perspicue litterisque bene sibi constantibus scriptus, lineis stilo ductis, vocum compendiis non ita multis, sed usitatissimis, litteris initialibus et inscriptionibus minio pictis, notis vel emendationibus passim ad marginem adscriptis. Folia sunt 213, quorum ultimum dimidia parte curtatum est. Manipuli octonorum senorumve foliorum numeris Romanis notati sunt. Insunt in hoc Codice:

GREGORII MAGNI MORALIA IN IOBUM. Incip. a verbis capitis 8. praefationis, quae in ed. Duacens. (a. 1615.) Tom. II. pag. 11. sub litt. F. leguntur: .... *iunguntur. Bene autem tauroſ pro ſe et arieteſ obtuliſſe deſcribuntur* cet. Explic. fol. 213. a. [fine libri X.] *quanto ex lectioniſ quoque interceſſione* [manus correctrix superscripsit, quod etiam in ed. laud. legitur: *interciſione*] *reſpiret* [manus correctrix consentiens cum lectione ed. laud. *reſpirat*].

CLXII.

[Rep. II. fol. 49.]

Codex membranaceus saec. XII. initio et fine mutilus, in crassa membrana bene scriptus, paucissimis notis hic illic margini allitis, lineis stilo ductis, rubris inscriptionibus, litteris initialibus rudi arte milto pictis. Hic codex, qui 54 foliis constat, quae priscis numeris notata sunt, continet:

GREGORII MAGNI HOMILIARUM IN EVANGELIA FRAGMENTUM. Ordo harum homiliarum, si cum ed. Duac. comparaveris, turbatissimus, est hic: Incip. [a verbis homil. XXVI. ed. Duac. tom. II. pag. 84. sub litt. F.] *ſatagimuſ ſuſpecti de culpa.* cet. Tum sequitur [fol. 1. b.] textus et initium homil. XXVII., quae tamen infra integra invenitur. Hanc excipiunt hom. XXVIII. [fol. 1. b — 3. a.] XXIX. [fol. 3. a — 4. b.] XXX. [fol. 4. b — 8. b.] XXXI. [fol. 8. b — 11. a.] XXXII. [cuius textus et initium modo leguntur, fol. 11. a.] XXXIII. [textus, fol. 11. a.] XXXIV. [fol. 11. a — 18. a.] XXXV. [textus et initium, fol. 18. a.] XXXVI. [fol. 18. a — 23. a.] XXXVII. [fol. 23. a — 23. b.; textus et initium] XXXVIII. [fol. 23. b — 30. a.] XXXIX. [fol. 30. a — 35. a.] XL. [fol. 35. a — 41. a.] XXVII. [fol. 41. a — 44. b.] IX. [fol. 44. b — 46. b.] XIII. [fol. 46. b — 48. b.] Quae tum sequitur homilia, illam in ed. laud. non inveni [incip. fol. 48. b: *Sermonem aeuuangelicum* [sic] *fratreſ Kariſsimi oportet noſ ſollicita intentione penſare* cet. Explic. fol. 50. a: *dignetur etiam uictoriam condonare. Ieſ. Chr. dominuſ noſter. qui uiuit et regnat in ſcla ſclor. amen.*] Agmen claudunt hom. XXXII. [fol. 50. a — 53. b.] et XXXVII. [fol. 53. b — 54. b.] Haec mutila est in fine ac desinit in verba, quae sunt in ed. Duac. II. pag. 132. sub litt. F. *Nam quiſquiſ haec pro tem* (porali) ....

CLXIII.

[Rep. II. fol. 48.]

Codex membranaceus saec. XII. scriptus, initio et fine mutilus, duabus columnis bene et perspicue exaratus, notis et emen-

dationibus ad marginem adscriptis, lineis stilo ductis, rubris inscriptionibus et litteris initialibus. Foliis constat 56. Inest in hoc Codice:

GREGORII MAGNI HOMILIARUM IN EZECHIELEM FRAGMENTUM. Incip. [a verbis, quae leguntur in ed. Duac. tom. II. pag. 1053. sub litt. F.]: (praedicato)*ref fancti. fed de ipfo capite noftro fcriptum eft.* cet. Haec homilia, ut ex subscriptione et ceterarum homiliarum inscriptionibus patet, est in nostro Codice prima, quum secundae locum teneat in ed. laud. — Explic. [verbis homil. 13., quae tamen in ed. laud. 14. est, pag. 1148. sub litt. F.]: *foli illi pedi innititur. quem fanum habet quia et* [omittitur hic quod in textu est: *si*] *cui* .....

CLXIV.

[Rep. II. fol. 46.]

Codex membranaceus saeculi XI. perspicue in duabus columnis scriptus, notis ad marginem hic illic adscriptis, lineis stilo ductis, litteris initialibus maximam partem omissis, nonnullis tamen recentiore tempore suppletis. Folia sunt 112, quorum 111. b. dimidia parte, 112. totum scriptura vacat. Continentur:

GREGORII MAGNI IN EZECHIELEM PROPHETAM HOMILIARUM XXII LIBRI DUO. Titulus non apparet. Incip. fol. 1. b: DILECTISSIMO FRATRI MARINO. GREGORIVS SERVVS SERVORVM DEI. *Omelias que inbeato* (sic) *hiezechiel propheta* cet. Explic. *ad hereditatem perpetuam erudit. Sit itaque gloria iesu chrifto qui uiuit et regnat cum patre in unitate fps fci per omnia fecula feculorum* AMEN. EXPLICIT LIBER. EXPOSICIONIS SVPER EZECHIELEM.

Fol. 1. a. hi versus leguntur:

ECCLESIE XPI. SANCTEQUE DEI GENITRICI.
OFFERT DEVOTVS. HVNC LIBRVM PRESVL IMADVS.

Quae verba iam exscripsit *Pertzius* [Archiv. tom. VI. pag. 213.] — Post illos versus verba leguntur, quae Paderbornensis bibliothecae olim hunc codicem fuisse testantur, et quae supra in descriptione codicis CXXV. exscripsimus.

CLXV.

[Rep. I. 4. 58. a.]

Codex membranaceus saec. XII. accurate scriptus, inscriptionibus et litteris initialibus rubro pictis, folior. 170, quorum 153. b. et 154. a. vacua sunt. Continentur haec:

a) [fol. 2. a — 122. b.] BEDAE VENERABILIS HISTORIAE ECCLESIASTICAE GENTIS ANGLORUM LIBB. V. Titulus minio pictus hic est: *Incipit prefatio* BEDE *presbyteri in ecclefiaftica hyftoria gentif* ANGLORUM. GLORIOSISSIMO REGI GEOLWLFO BEDA *chrifti famuluf et presbyter. Hystoriam gentif anglorum ecclefiafticam quam nuper ediderам* cet. Explic. *et apparere* SEMPER ANTE FACIEM TVAM. Haec excipiunt fol. 123. b: *Versus super sepulchrum Bede Prespiteri.* Incip. BEDA *dei famuluf monachorum nobile sydus.* Explic. *Angligena angelicam commeruit patriam. Anno ab incarnatione dni.* DCC°XXX°V°. *Ab obitu beati pape* GREGORII C.XXVII.

b) ANONYMI DE SEPTEM MUNDI MIRACULIS. Titulus rubro pictus: VII. MIRACVLA. Incip. [fol. 123. a.] *Septem funt mundi miracula. quorum primum capitolium rome* cet. Explic. [fol. 124. a.] *columnarum magnitudine et multiplicitate mirabile*;

c) [fol. 124. b — 129. b.] PASSIO SCI SIXTI PAPAE FELICISSIMI ET AGAPITI DIACONORUM. Ita titulus rubro pictus. Incip. *DECIUS CESAR* & *ualerianus prefectuf iufferunt* cet. Explic. *cui eft honor* & *gloria infecula* SECVLORVM AMHN. [Tum habentur rubro picta verba:] *Explicit paffio sanctorum martyrum Sixti Felicissimi et Agapiti. laurentii atq. yppoliti cum aliif* XVIII. *et alior. c. lXVI.* & *alior. feruorum DEI* . ; .

d) [fol. 129. b — 142. b.] CAESARII EPISCOPI X HOMILIAE AD MONACHOS. Titulus: *Incipiunt. X. Omelie Sancti Cesarii epi* AD *monachof.* Insunt hae homiliae:

- *α)* I. nostri Codicis est, quae in Maxima biblioth. Patrum [Lugd. 1677.] Tom. VIII. pag. 845. G. hom. XXVI. legitur. Incip. INTER RELIQUAS *beatitudinef quas in euangelio dnf nofter* cet. Explic. *ad eterna premia mereamur peruenire ipfo adiuuante qui uiuit et regnat* cet.
- *β)* II. est l. l. pag. 846. G. hom. XXVII. Incip. SICUT A NOBIS DOMINUS *pro fufcepti officii neceffitate* cet. Explic. *inueniat iudicaturuf. ipfo adiuuante qui uiuit* & *regnat* DEUS.
- *γ)* III. legitur l. l. pag. 847. G. hom. XXVIII. Incip. AD HUNC LOCUM KARISSIMI. NON AD QUIETEM. cet. Explic. *rediuiua in filiif merita iam refurgat.*
- *δ)* IV. habetur l. l. pag. 848. G. hom. XXIX. Incip. SCIMUS QVIDEM SPIRITALI MILITIE cet. Explic. *perseuerando peruenerit. ipfo auxiliante.* QUI UIVIT ET REGNAT.
- *ε)* V. legitur l. l. pag. 850. B. hom. XXX. Incip. AD HOC AD ISTUM LOCUM CONVENIMUS cet. Explic. *qui cum eterno patre et fpiritu fancto uiuit et regnat.*
- *ζ)* VI. legitur l. l. pag. 850. F. hom. XXXI. Incip. VIDETE VOCATIONEM VESTRAM cet. Explic. *et in futuro prefidium.* PER OMNIA SECVLA SECVLORVM AMEN.
- *η)* VII. non legitur l. l. Incip. SCS AC VENERABILIS PATER VESTER *religiofa quidem humilitate. f*; *prope indifcreta suggeftione poftulat.* cet. Explic. *poffimuf ad portum uenire felicitatif supplicantib*; *uobif. adiuuante dno nro ihu xpo cui eft honor* & *gloria in fecula feculorum* AMEN.
- *ϑ)* VIII. legitur l. l. pag. 851. D. hom. XXXII. Incip. QUOD SVPPLICANTE cet. Explic. *peccatorum uenia tribuatur.*
- *ι)* IX. legitur l. l. pag. 844. F. hom. XXV. Incip. MIROR FRATRES DILECTISSIMI *dominum meum* cet. Explic. *nobis ut peccatorum uenia concedatur preftante dno nro ihu xpo.*
- *κ)* X. legitur l. l. pag. 855. C. hom. XXXVI. Incip. SANCTUS AC VENERABILIS PATER UESTER *dum fe ut cum uenia fui dixerim* cet. Explic. [in verbis l. l. pag. l. G. lin. 3.] *Quomodo fine ipfa effe poffunt qui nifi ex illa nafci omnino non poffunt.* — Caetera desiderantur.

e) [fol. 142. b — 143. a.] SERMO AUGUSTINI DE PACE. Titulus rubro pictus: *Sermo fci Auguftini epi de pace.*

Incip. DOMINI UOX EST FRATRES KARISSIMI *pacem meam do vobiſ.* cet. Explic. *de similitudine operum* [*parem te* legitur in ed. Benedict.] *ipſiuſ eſſe cognoſce.* Est is sermo in ed. Benedict. Tom. V. Append. XCVII. pag. 120. A.

f) [fol. 143. a — 144. a.] Sermo eiusdem de obedientia. Titulus: *Sermo ſci Auguſtini epi de obedientia.* Incip. NIHIL UTIQ SIC DEO PLACET. QVOMODO OBEDIENTIA cet. Explic. *Qui habet aureſ audiendi audiat. in xto ihu dno nro cui eſt honor et uirtuſ et poteſtaſ. et gloria in SECVLA SECVLORUM AMEN.*

g) [fol. 144. a — 149. b.] Passio St. Edmundi regis, cum prologo Abbonis monachi Floriacensis. Titulus prologi rubro pictus: *Incipit plogus abboniſ monachi floriacenſiſ in paſſionem Sci Edmundi regiſ & martyriſ.* Prologus incip. DNO SCE METROPOLITANE *dorobnenſium eccleſie* cet. Explic. *ad amorem tanti martyris Vale pater in xpo.* Titulus ipsius operis rubro pictus: *Paſſio ſancti EDmundi regiſ et martyris que eſt XII. Kl. Decembris.* Incip. ALIQUANDO *in britaniam pcario munere* cet. Explic. *quibus meremur supplicium per eum qui uiuit* cet.

h) [fol. 149. b — 150. a.] Dicta Bernhardi Abbatis de duabus piscinis superiori et inferiori quae in Ysaia commemorantur. Ita titulus minio pictus. Opus ipsum incip. *Contemplantiſ anima* cet. Explic. *neceſſitatiſ loco cupiditatem admittere.*

i) [fol. 150. b — 151. b.] Item eiusdem de VII donis spiritus sancti. Ita titulus rubro colore pictus. Incip. PRIMA *gratia eſt timor domini. Qui hanc habet* cet. Explic. *VII. ſpſ ante thronum di.* Septem capitum numeri in margine rubro adpicti sunt.

k) [fol. 151. b — 153. a.] Passio Sanctorum Naboris et Felicis. Ita titulus minio pictus. Incip. *Regnante impio maximiano imperatore* cet. Explic. *ſub maximiano imperatore. regnante domino nro ihu xpo. cui est honor* cet.

l) [fol. 154. b — 169. a.] Augustini de opere monachorum liber unus. Fol. 154. b. legitur praefatio, cui titulus est: *Prefatio ſci Auguſtini epi ad aurelium diaconum de opere monachorum.* Incip. *Ut de opere monachorum librum ſcriberem* cet. Explic. *ſcriberem iuſſit . et feci. Explicit prefatio. Incipit lib. ſci Auguſtini epi. de opere monachorum.* IVSSIONI TUE SANCTE FRATER AVRELI TANTO DEVOTIVS OBTEM*perare me oportuit* cet. Explic. *reſcribtiſ* (sic) *tue beatitudiniſ nouerim.*

m) [fol. 169. a — 169. b.] Sermo sancti Augustini de penitentia. Ita titulus, paene tamen ille deletus, ut vix legi queat. Incip. PENITENTES *ſi tamen eſtiſ penitenteſ.* cet. Explic. *dimitte incertum et tene CERTUM.*

n) [fol. 169. b — 170. b.] Dicta sancti Basilii episcopi ad monachos. Incip. STVDE *monache diligenter ne pecceſ. ut non cohabitantem tibi dominum ad iniuriam prouoceſ* cet. Explic. *ac feſtinemuſ per gratiam domini* cet.

Hic liber ab initio pictas tabulas habet. Prima priori libri operculo est agglutinata et verba habet: *Liber sanctorum martini et eliphi in colonia.* Quae primo loco conspicitur picta tabula, repraesentat illa in superiori parte templum, ut videtur, Hierosolymitanum, in inferiori parte pictae sunt imagines duorum illorum sanctorum [inscriptis nominibus: S. MARTIN. S. ELIPHIVS.], quorum alteri [Martino] monachus aliquis flexis genibus librum offert. Fol. 1. a. conspicitur Calendarium Christianum. Fol. 1. b. repraesentatur Christus in solio sedens, cuius sub pedibus terrae globus conspicitur. Ad dextram Iesu symbolum Matthaei evangelistae, genius alatus, conspicitur, qui scidulam in manu tenet, cui inscripta sunt verba: *Liber generationis Ieſu Chriſti filii dauid filii abraham.* Ad sinistram symbolum Johannis comparet, aquila, quae unguibus tenet scidulam, his verbis insignem: *In principio erat uerbum. Et uerbum erat apud deum. Et deus erat uerbum.* Ad dextrum pedem apparet Marci symbolum, leo alatus, cuius in scidula verba leguntur: *Principium euangelii Jeſ. Chr. filii dei. ſic ſcriptum eſt in y. p.* Denique ad sinistrum pedem est symbolum Lucae, bos alatus, qui in scidula haec verba habet: *Fuit in diebus herodis regis iudee ſacerdoſ quidam nomine Zacharias.*

CLXVI.

[Rep. II. fol. 54.]

Codex membranaceus saec. XII. luculenter exaratus, in fine mutilus, rubris inscriptionibus et litteris initialibus, quae tamen recentiore tempore adpictae videntur; lineis stilo ductis. Foliis constat 169, quorum primum et ultimum a bibliopega adsuta aliena continent, 128. b. vero scriptura plane vacuum est. Insunt:

a) [a fol. 2. a — 7. a.] Bedae Venerabilis tractatus de gratia dei, contra Iulianum Eclanensem episcopum de Campania. Coniunctus legitur hic tractatus cum Bedae expositione in Cantica Canticorum in ed. opp. eius Coloniensi tom IV. pag. 714. Incip. SCRIPTURUS IUUANTE GRATIA *ſuperna in cantica canticorum* cet. Explic. *interſuere ſcripta noſſe ualemus.*

b) [a fol. 1. 11. a — 90. b.] Eiusdem Bedae expositionis in cantica canticorum libri VI. Incip. CANTICA CANTICORVM. IN QVIBVS SAPIENTISSIMVS REGVM SALOMON. cet. Explic. *et in te ipſo nobiſ incomprehenſibiliſ permane.* FINIT LIBER. — Fol. 7. b — 10. b. praecedunt *Capitula in Cantica Canticorum,* duabus columnis divisa.

c) [a fol. 91. a — 127. a.] Commentarii Hieronymi in Ecclesiasten. Incip. MEMINI. ME. ANTE. HOC. FERME. QVINQVENNIVM. CVM. ADHVC. ROME. ESSEM. cet. Explic. *qui dicunt malum bonum et bonum malum. Explicit expoſitio ſuper eccleſiaſten.*

d) [a fol. 127. b — 128. a.] Benedictio aquae. Incip. *Benedic domine deus pater hanc creaturam* cet. Explic. *frugeſ credentium menteſ et corpora ſaluet protectio ſempiterna. per te ihu.*

e) [a fol. 129. a.] Ordo ad benedicendam campanam. Incip. *Inprimiſ dicatur* cet. Explic. *benedictioniſ inducaſ. Preſtante dño n.*

f) [a fol. 129. b — 167. a.] Bedae Venerabilis de templo Salomonis libri duo. Ita enim divisus est hic tractatus, quum in ed. Colon. [Tom. VIII. pag. 1 — 52.] in unum librum contractus legatur. Liber secundus in

hoc Cod. incipit a verbis cap. XVI. [ed. 1. pag. 28.] ET EDIFICAVIT REX SALOMON ATRIVM INTERIVS TRIBVS ORDINIBVS cet. — Opus incip. HORTATVR NOS VAS ELECTIONIS ET MAGISTER GENTIVM cet. Explic. *dominuſ benedicit puſilloſ cum maioribuſ; amen.* EXPLICIT LIB. II. DE EDIFICATIONE TEMPLI BEDE BRI (sic).

g) [a fol. 167. b — 168. b.] ANONYMI TRACTATUS EXEGETICUS, QUI INSCRIBITUR: DE TURTURE. L., mutilus in fine. Incip. TVRTVR AMATRIX HEREMI. QVŌ *in deſertiſ* cet. Explic. & *oſculetur me ab oſculo oriſ ſui . . . .*

Hic codex fol. 2. a. in superiore margine inscriptionem habet: ***Iſte Liber eſt ſci Mauricii in Altach inferiori.*** Et fol. 90. b. in inferiore margine: ***Iſte liber eſt ſancti Mauricii et ſociorum eiuſ in Altach inferiori.***

CLXVII.

[Rep. I. 4. 60.]

Codex membranaceus nitidus saec. X. ab initio mutilus, folior. 80, quorum 1. et 80. vacua sunt. Lineae stilo ductae sunt, litterae initiales simplici arte pictae, capitula ad marginem notata. Insunt:

PAULI WARNEFRIDI DIACONI DE GESTIS LANGOBARDORUM LIBB. VI. Titulus deest [fol. 18. a. vocatur HISTORIA LANGOBARDORVM]. Desiderantur etiam lib. I. capp. 1 — 23. et pars capitis 24., ita ut initium sit [cf. *Grotii* hist. Gothorum, Vandal. et Langobardd. Amstelod. 1655. pag. 763. lin. 1.] *ſuſpiria ſe ſe continere non potuit ſed tandem dolor in uoce erupit.* cet. Explic. [fol. 79. a.] *cura francorum auarumq: pacem cuſtodienſ.* Praeterea in hoc folio et 79. b. habentur adhuc 21 lineae, quarum 1. incip. *Ratchiſ denique apud foro iuli dux* cet. Explic. *hira. iarep. naharai. iuRIAS;;;;* — Fuit is liber, quem ex vestigiis in posteriori libri operculo conspicuis constat fuisse catenatum, olim in Bibliotheca ***Ioh. Chriſtoph. Wagenſeilii,*** cuius emblema in operculo libri priore conspicitur. Usus est hoc codice ***Pertzius.*** Vid. eius ***Archiv.*** tom. VI. pag. 208.

CLXVIII.

[Rep. II. fol. 53.]

Codex membranaceus minoribus litteris bene scriptus, saeculi XII. rubris inscriptionibus et litteris initialibus, lineis stilo ductis, notis hic illic margini adscriptis. Folia tenet 173. Ultimi folii altera pagina scriptura vacat. Inest:

HAYMONIS EPISCOPI HALBERSTADIENSIS EXPOSITIO EPISTOLARUM PAULI. Et quidem: ***ad Romanos*** fol. 2. a — 47. a; ***ad Corinthios*** I. fol. 47. a — 78. a; II. fol. 78. a — 79. b; ***ad Galatas*** fol. 97. b — 106. b; ***ad Ephesios*** fol. 106. b — 117. b; ***ad Philippenses*** fol. 117. b — 121. b; ***ad Timotheum*** I. fol. 122. a — 126. b; II. fol. 126. b — 130 b; ***ad Titum*** fol. 130. b — 131. a; ***ad Philemonem*** fol. 131. b — 133. b; ***ad Hebraeos*** fol. 133. b — 173. a.

Inter foll. 121. et 122. exciderunt duo octonorum foliorum manipuli, ut praeter textum ipsum etiam Romani numeri manipulorum docent. Desunt igitur expositiones epistolae ***ad Colossenses*** et utriusque ***ad Thessalonicenses.*** [Expositio epistolae ***ad Philippenses*** pertinet usque ad cap. 3. vs. 17. et desinit verbis: *Quorum deuſ venter eſt ſub....*] Fol. 1. continet fragmentum precum missalium pro animabus mortuorum. — Caeterum Codex incip. fol. 2. a. INCIP. EXPOSITIO SVPER EPLAS. PAVLI. AD ROMANOS. A CORINTHO *Ciuitate metropoli achaiae regioniſ* cet. Explic. *qui uiuit et regnat in unitate ſpſ ſci dſ. per omnia ſcla ſclorum amen.* FINIT ANNOTATIO L EXPOSITIO HEIMONIS IN EPISTOLAM AD HEBREOS AMEN.. DEO GRATIAS. — Denique notandum est, fol. 2. b. in margine superiori haec verba legi: ***Liber iſte est Sci Mauricii in Altah inferiori.***

CLXIX.

[Rep. I. 8. 93.]

Codex membranaceus saec. X. eleganter exaratus, rubris inscriptionibus et litteris initialibus iisque etiam interdum viridi colore adpictis ornatus, lineis plumbagine ductis. Manipuli quaterniones sunt et ita notati: Q. I. — Q. II. cet. Foliis constat 149, quorum 1. a. 148. b. et 149. scriptura vacant. Continetur:

REGINONIS PRESBYTERI PRUMIENSIS EPISTOLA DE HARMONICA INSTITUTIONE AD RATHBODUM ARCHIEPISCOPUM TREVIRENSEM, CUM TONARIO. Titulus epistolae est: INCIPIT EPLA DE ARMONICA INSTITUTIONE MISSA AD RATHBODUM ARCHIEPM TREUERENSEM. A REGINONE PBRO. Incip. [fol. 4. a.] *Excellentiſſimo domino rathbodo ſce treuerenſiſ aeclesie* [sic] *archiepo. regino deuotum obſequium in perp&tuum; Cum frequenter in aeclesia ueſtrae dioceſiſ. choruſ pſallentium* cet. Explic. [fol. 33. b.] *Sed iam prolixuſ ſermo. finem preſtolatur: Excellentiam uestram ſuperna prouidentia omni ſce ſuae eccleſiae profuturam per multa annorum curricula Incolumem conſeruare dignetur. reuerendiſſimae* [sic] *papa;* EXPLICIT EPISTOLA DE ARMONICA INSTITUTIONE. Haec epistola typis iam descripta est in *Gerberti SS. eccles. de mus.* tom. I. pag. 230 — 247. ad fidem duorum apographorum eius codicis Reginonis, qui in bibliotheca Universitatis nostrae asservatur. Tonarius autem, qui epistolae illi adnexus est, nondum typis est mandatus, *dum eius descriptionem, ob peregrinas veterum notarum musicarum notas, haud erat, qui in se susciperet.* Hanc certe rationem reddidit *Gerbertus* l. l. pag. 230. — *Tonarius* [fol. 33. b.] incip. INCIPIUNT. OCTO TONI MUSICAE ARTIS CUM SUIS DIFFERENTIIS. AUTENTICUS [a manu correctrice *authenticus*] cet. Explic. [fol. 147. b.] *Require in capite preſentiſ codicilli. ibiq. duaſ antiphonas. nonam uidelic& & decimam. quaſ cauſa paruitatiſ preſenſ pagina continere nequiuit procul dubio reperiaſ.* [Cf. fol. 1. b. 3. et 148. b.] — Quae ad historiam huius Codicis spectant, accurate narravit ***Forkelius*** in libro: ***Allgemeine Geschichte der Musik***, tom. II. pag. 314 sq. Hic narrat, codicem nostrum primum fuisse in bibliotheca *de Mastricht*, ex qua eum auctionis lege redemerit ***Ioannes Lodovicus Buenemann,*** Rector Mindensis. Is in ***Matthesonii Critica muſ.*** Tom. I. pag. 83. primus de eo retulit ac saeculi IX. esse censuit. Idem etiam ***unicum*** illius operis in toto terrarum orbe esse autumavit. [Sed iam ***Gerbertus*** epistolam edidit ex apographis codicis, qui in bibliotheca Academiae nostrae servatur, ut supra diximus.] Iam quum ***Matthesonus*** codicem accuratius cognoscere vellet, ***Buenemannus*** excerpta nonnulla ad eum transmisit, quae in ***Crit. mus.*** tom. I. pag. 148. leguntur. Nostra bibliotheca codicem a Buenemanno redemit, ut Forkelius perhibet pag. 315. Hic enim: ***Nachher,*** inquit, ***verkaufte er es an die Leipziger Raths-***

bibliothek, aus welcher nach und nach mehrere Perſonen Abſchriften davon genommen haben, jedoch immer nur von der Epistel, weil das Uebrige wegen der sonderbaren Art von Noten nicht gut abgeſchrieben werden konnte. Sed quinam illi viri docti fuerint, qui codicem exscripserunt, me quidem fugit. Caeterum Buenemannus l. l. pag. 83. codicem ab ipso auctore scriptum esse dixit; sed quo iure illud contenderit, nescio. — Cf. *Matthesoni* Forschendes Orchester (Hamb. 1721.) pag. 306. et sq. In hoc libro [pag. 310.] narratur, Codicem olim etiam *Diecmanni* Theologi Bremensis fuisse. Fortasse igitur hic eum ante Bünemannum possedit, quod Forkelium latuisse videtur.

CLXX.

[Rep. II. 8. 158.]

Codex chartaceus saec. XV. exaratus, rubris inscriptionibus, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris, duabus [fol. 2. a. et 22. b.] etiam deauratis ornatus, sed volubili calamo scriptus. Folia habet 81, quorum 1. a. scriptura vacat. Continentur hoc Codice, qui olim, ut emblema in priori libri operculo docet, in Bibliotheca *Ioh. Christoph. Wagenseilii* fuit:

a) [a fol. 2. a — 22. a.] Epistola quam scripsit Magister Samuel Israelita oriundus de civitate regis Marchorum ad Rabbi ysaac Magistrum Synagogae quae est in Subiulmenta. Ita titulus minio pictus. Incip. CONSERVET *te deus o ſrater et permanere te ſaciat* cet. Explic. *ut corruptus homo penitus ignorans.* [Tum sequitur rubra subscriptio, eadem quae inscriptio]. — *Wagenseilius* fol. 1. b. haec verba adscripsit: „R. Samuel Marochianus vixit A. C. 1070. non 1339. (ut falso autumant nonnulli.) Verum ille eius Liber qui sub nomine epistolae missus est ad R. IS. sub. Anno Dom. 1000. translatus est de Arabico in Latinum per F. Alphonsum Bonihominis, ordinis praedicatorum sub anno Domini 1339. unde occasionem erroris sumserunt qui eum Sec. XIV. floruisse volunt, Traductionem libri pro primigenia compositione inducentes. Ille igitur R. Samuel ex Iudaeo fuit factus Christianus, scripsit de adventu Messiae, quem Iudaei temere exspectant, librum unum in 27 capita distributum. Extat tom. 4. Bibl. SS. Patrum p. 145." —

b) [a fol. 22. b — 80. a.] Dubia super unumquemque passum evangeliorum occurrentium per totam quadragesimam usque ad octavam paschae resurrectionis domini. Ita titulus rubro pictus. Incip. NOLITE *fieri ſicut ypocrite triſtes* cet. Explic. *Vado ad eum qui me miſit etc.* [Rubra subscriptio eadem est quae inscriptio.]

c) [a fol. 80. b — 81. b.] *Index contentorum hoc volumine.* Post hunc nomen subscriptum legitur: FRANCISCUS ROCCA.

CLXXI.

[Rep. II. 4. 120.]

Codex membranaceus saec. XIV. rubris inscriptionibus et litteris initialibus, 12 foliorum crassae membranae, quorum 12. b. scriptura vacat. Continentur:

a) Anselmi liber de conceptu virginali et peccato originali. [a fol. 1. a — 11. a.] Post argumenta [incip. *Que ſit originalis* cet.] incip. CVM *in omnibus religioſe tue uoluntati uelim* cet. Explic. *ſi uera probari poterit.* EXPL.

b) Augustini serm. de vita et moribus clericorum fragmentum, alia manu scriptum. Incip. fol. 11. a. *Quicunq; uult ex hereditato filio. heredem facere ecclesiam* cet. Explic. *Bonorum auctori herere non ualemus.*

CLXXII.

[Rep. II. fol. 69.]

Codex membranaceus saec. XI. et XII. in crassa membrana exaratus, rubris litteris initialibus et inscriptionibus, lineis stilo ductis. Folia habet 78. Fuit hic liber olim in bibliotheca *Zach. Conradi ad Uffenbach*, cuius emblema etiamnunc in anteriori libri operculo conspicitur. Continentur haec:

a) [a fol. 1. b — 13. b.] Vita S. Guicberti a Sigeberto Gemblacensi contexta [capp. 19.] Accedit [a fol. 12. b — 13. b.] in fine annexa *epistola Erlvini de eodem S. Wicberto.* Post argumenta capitum [fol. 1. b.] incip. fol. 2. a. *Insignis pater* VVICBERTVS IN PAGO *darnuenſi feliciter natuſ* cet. Explic. *qui eſt annuſ dnice incarnationiſ* DCCCCLXIII.

b) [a fol. 13. b — 56. b.] Sigeberti libellus de gestis abbatum Gemblacensium, addito epitaphio Sigeberti. Incip. *Vita* ERLVINI *primi Gemelacenſium abbatiſ* cet. Explic. *Dant binoſ verſus. noſtri de ſe ſibi* VERSVS. Epitaphium illud totum legitur in Bibl. Uffenbach. Ms. p. IV. pag. 131. ss.

c) [a fol. 56. b — 57. a.] Pauca de iis, quae a domino abbate Anselmo vel sub eo sunt adquisita. Ita titulus. Incip. *Dominus abbas Anselmus emit* cet. Explic. *et poſt XII. conceſſis.*

d) [a fol. 57. a — 57. b.] Carta de consensu duarum ecclesiarum Nungellensis et Gemblacensis. Incip. *Sce ecclie filii ut unum in xpo poſſint fieri* cet. Explic. *creſcant. placeant quoque xpo;* AMEN.

e) [a fol. 58. a — 61. b.] Panegiricus libellus. Ita titulus milto pictus. Continet hic libellus carmina *de abbatibus Colberto, Mathelino, Thietmaro, Liethardo, Anselmo.* Incip. *Vox conſolantiſ cor cari morte dolentiſ* cet. Explic. *Addat rectoreſ fratreſque boniſ melioreſ.* AMEN.

f) [a fol. 62. a — 78. b.] Vita Sancti Masclovi episcopi et confessoris, a Sigeberto conscripta [capp. 27.] Post Sigeberti ad *Tietmarum* abbatem epistolam [fol. 62. a — 63. a.] opus ipsum incip. SANCTVS IGITVR MACLOVVS *nobilitate parentum* cet. Explic. *eiuſ preconia celebrantibuſ.* QVI VIVIT ET REGNAT PER ETERNA SECVLORUM SECVLA AMEN.

Uffenbachius fol. 1. a. haec verba adscripsit [quae etiam repetita leguntur in *Eius Catal. Mss.* pag. 131.]: „Comparavi hunc Codicem ex venditione sub hasta facta Hagae Comit. per Christ. van Lom et Rutgerum Albers Bibliopolas. 1714. die 19. Febr. seq. In Catalogo typis ab ipsis exscripto pag. 128. num. 660. manu propria Sigeberti exaratum aiunt, sed fides sit penes ipsos." — In Catal. l. l. addit: „Hoc vero certum codicem hunc aetatem authoris [claruit autem 1101. anno] attingere vel paulo post scriptum fuisse." — Caeterum Codex

Sigeberti Gemblacensis, qui in bibliotheca Gothana asservatur (num. 61.) item habitus est pro autographo auctoris. Vid. *Pertzii* Archiv. tom. VI. pag. 80.

CLXXIII.

[Rep. I. 4. 75.]

Codex membranaceus saec. XIII. folior. 41. Continetur:

Fragmentum Honorii Augustodunensis tractatus, qui vocatur clavis physicae. Incip. *omne autem quod in ea non fecit in ea ſuſtinet* cet. Explic. *ut in lumine ſancti ſpirituſ lumen patrem uideamus. M. ſiat ſiat.* Fol. 41. b. a manu recentiore haec verba leguntur: *Liber iſte pertinet Cenobio diui Vdalrici apud Auguſtam Vindelicorum Eckiuſ ſcripsit* 1515.

Deperierunt huius Codicis priora folia 142; a pag. enim 143. incipitur, ut numeri antiqua manu, licet non eadem, qua Codex, scripti docent. Totus igitur Codex fuit foliorum 183. Servatur adhuc in illo Codice epistola *Andreae Erasmi a Seidel*, qui de illo haec ad Curatores Bibliothecae nostrae perscripsit: „Hoc fragmentum membranaceum vetus est ex opere Honorii Philosophi, cuius prior, non similis, sed plane eiusdem exemplaris pars, uti ex collatione patebit, a me iam possidetur, quam Norimbergae hoc mense nactus sum. Et precor, si ullo modo fieri possit, ut praesens fragmentum tamquam accessorium parti suae potiori cedat, et paratus sum, illud vel pretio vel alia quadam membrana veteri redimere, si ita visum fuerit Dominis Provisoribus Bibliothecae. Caeterum hoc fragmentum Lipsiense vix ulli usui Vestratibus esse poterit, mihi autem sane maximo editionem operum Honorii Augustodunensis Philosophi Solitarii meditanti. Vocatur autem hic Tractatus ab Auctore Clavis Physicae, et multa praeclara de rebus divinis tradit, per modum colloquentium Magistri et Discipuli, nec indoctus fuit iste Honorius linguae Graecae.“

Andreas Erasmus a Seidel.

Litterarum characteres in hoc codice satis sunt luculenti, lineae stilo ductae, margini notae adscriptae duabus manibus, quarum altera est antiqua, altera recentior.

CLXXIV.

[Rep. II. 4. 124.]

Codex membranaceus saec. XIII. inscriptionibus et litteris initialibus minio scriptis, una etiam (fol. 2. a.) satis artificiose picta, argumentis rubro passim in margine notatis, lineis plumbagine ductis, foliorum satis crassorum 87, quorum 1. et 87. a. scriptura vacant. Quibus in bibliothecis olim hic liber fuerit, fol. 2. a. et 87. b. legitur. Illic enim pallescente atramento scripta verba leguntur: *Monasterii S. Udalrici Augustae;* hic autem antiquiore manu picta verba apparent: *iſte e. lib. S. iohanniſ. b. i. ſtaigaden.* Continetur:

Petri Lombardi sententiarum fragmentum. Titulus nusquam legitur. Incipitur a verbis ultimis libri II. quae transitum parant ad librum III. *Iam nunc hiſ intelligendiſ atque pertractandiſ que ad uerbi incarnati miſterium pertinent integra mentiſ conſideratione intendamuſ ut de ineffabilibus modicum aliquid ſari deo reuelante ualeamuſ.* Exscripsi integra haec verba, quippe quod illa in edit. Basil. Kesler., quae mihi una ad manum est, non invenio. Quae restant de libro tertio, inveniuntur illa in ed. l. Pergitur enim sic: *Sic enim rationiſ ordo poſtulat ut qui in primo libro* cet. Explic. lib. III. fol. 86. b. his verbis: *tangende ſunt. ut uiciorum ſere* [sic habet mendose cod. pro eo, quod in ed. laud. legitur *ſeces*] *occidantur.* Tum accedunt adhuc verba, quae ad lib. IV. pertinent: *His tractatis que ad doctrinam rerum pertinent. quibus ſruendum eſt et quibus utendum eſt et que ſruuntur et utuntur ad doctrinam ſignorum* ACCEDAMVS. —

CLXXV.

[Rep. II. fol. 57.]

Codex chartaceus ineunt saec. XV. exaratus, scriptura longe maximam partem in duas columnas divisa, inscriptionibus et subscriptionibus milto pictis, litteris initialibus rubro aut caeruleo scriptis. Folia habet 223, quorum 1. b. 3. b. 4. 213. b. et 223. scriptura vacant. Fol. 1. a. index legitur eorum quae in hoc codice habentur; nonnulla tamen omissa sunt. Manipuli duodenorum foliorum custodibus signati sunt. Contenta vero in hoc volumine haec sunt:

a) [fol. 2. a — 3. a.] Triginta duae regulae ad orationem ornate exponendam, ex Platone excerptae. Auctor quis sit non legitur. Inscriptio haec est: *In rebus siue maximis siue minimis nomen Dei inuocandum est. Plato in phedone Laurencii Valle rhetoris de ratione dicendi praecepta ad orationem ornate exponendam ſeliciter intexuit. Prima regula* cet. Explic. subscriptio: *te et perdoctum et perſacundam efficient.* — Haec a manu ceteris paulo recentiore scripta sunt.

b) [a fol. 5. a — 162. b.] Petri Blesensis epistolae CLXXXII. [non, quot in editione in Biblioth. Patr. Max. tom. XXIV. pag. 930 — 1077. leguntur CLXXXIII, nec eodem quo illic ordine dispositae]. Inscriptio rubro picta haec est: *Incipit epistolare magistri petri Blenſenſis Bathonienſis archiepiscopi.* Epistola prima Henrico II. Anglorum Regi scripta [quae etiam in ed. l. collectionem epistolarum Petri Bles. incipit] incip. *Rogatus a vobis epiſtolas quas passim et variis direxi personis* cet. Collectio harum epistolarum explic. *non nocet adſſo ſubdere calcar equo: Valete:* [haec verba sunt epistolae in ed. laud. XXXVI.] Subscriptio haec est: *Expliciunt eple P. Blenſenſ Bathonien. Archidiaconi.*

c) [a fol. 163. a — 172. a. columm. b.] Eiusdem compendium super Iobum. Incip. [a prooemio] *Henrico dei gratia Illuſtriſſimo* cet. Explic. *triumphat et regnat in ſecula ſeculorum amen.*

d) [a fol. 172. a. col. b — 172. b.] Eiusdem epistola aliqua, in qua se purgat calumnia quorumdam qui divulgarant eum contra Ioan. Episcopum Carnotensem, pro Praepositura Carnotensi subsidia Regum, Comitum et Papae implorasse cet. Est haec in collectione epp. in Maxima Biblioth. Patr. Tom. XXIV. 130. pag. 1041. Incip. *Audiui et turbatus sum* cet. Explic. *qui eum diligunt ex affectu.*

e) [a fol. 173. a — 177. a. col. b.] Eiusdem tractatus de confessione facienda. Incip. *Rogasti me ut tibi aliquid* cet. Explic. *quod nobis concedat qui uiuit et regnat deus per omnia ſcla ſclor amen.*

f) [a fol. 177. a. col. b — 178. b.] Eiusdem de poenitentia iniungenda. Incip. *Nimia tui rigoris austeritas*

cet. Explic. *est super nos misericordia eius. Et sic est finis istius.*

g) [a fol. 179. a — 184. b. A fol. 183. a. col. b. *tytuli* (sic) *epistolarum* notati sunt.] TABULA CONSPECTUM EPISTOLARUM PETRI BLESENSIS EXHIBENS. Inscriptio rubra haec est: *Item ista tabula demostrat* (sic) *singula in superseptis epistolis contenta. et iste numerus super denotat ordinem epistolarum.*

h) [a fol. 185. a — 209. b.] PETRI BLESENSIS TRACTATUS DUPLEX DE AMICITIA CHRISTIANA ET DE DILECTIONE DEI ET PROXIMI. Hic in editionibus in duas partes scindi solet [vid. Max. Biblioth. Patr. Tom. XXIV. pag. 1209. et sqq. et pag. 1218. et sqq.], quae in nostro codice in unum coaluerunt; altera pars pertinet a fol. 185. a — 192. b. col. a. [incip. *QVoniam diminute sunt veritates* cet. explic. *nisi eam enormitas reatus eliminet;*] altera a fol. 192. b. col. a — 209. b. [incip. *Sicut praecedentia docuerunt* cet. explic. *eterna et consummata glorie plenitudo.*] Subscriptio atro picta: *Et sic est finis istius libri petri blesensis.* Et rubro picta: *Item explicit p. blesen. de dilectione dei et proximi.*

i) [a fol. 210. a — 212. a.] EUGENII [IV.] PONTIFICIS ROM. BULLA: CONCORDIA IACOBITARUM IN AEGYPTO, DE A. 1442. Inscriptio est: *Decreta Iacobinorum.* Incip. *Eugenius Eps Seruus Seruorum dei Ad perpetuam rei memoriam Cantate domino qui magnifice fecit* cet. Explic. *fideliter et semper obtemperare. Datum — Februarii.* Haec bulla legitur in *Magno Bullario Rom.* (Luxemb. 1742 sqq.) Tom. I. pag. 344 — 347.

k) [a fol. 212. b — 213. a.] EIUSDEM BULLA SUPER CONCORDANTIA ECCLESIAE ORIENTALIS CUM ECCLESIA OCCIDENTALI, DE A. 1439. Incip. *Letentur celi et exultet terra* cet. Explic. *Saluis eorum priuilegiis omnibus et iuribus. Datum — Nono.* Haec bulla habetur in *Magno Bullar. Rom. Luxemb.* Tom. I. pag. 335. sq. In fine huius bullae librarius haec scripsit: *Excusatum me habeatis si aliquid incorrectum inveneritis quia ex exemplari corrupto et currenti calamo hec completa sunt Scriptum per me laurencium Nicolai de leydis.*

l) [a fol. 214. a — 219. b.] DE VITA BRANDANI SANCTI. Incip. *Brandanus filius filones* [sic] *nepotis alti de genero eodem* cet. Explic. *gloriose migrauit ad dominum cui est honor et gloria in secula seculorum Amen.*

m) [a fol. 220. a — 220. b. col. b.] EPISTOLA METHODII DE ANTICHRISTO. Incip. *Antichristus in omnibus* cet. Explic. *in nocte veniet.*

n) [a fol. 220. b. col. b — 221. a.] QUAEDAM DE ARBORE CONSANGUINITATIS. Incip. *Auctor mei generis* cet. Explic. *ut caritas augmentetur.*

o) [fol. 221. b.] LITTERAE SIGISMUNDI IMPERATORIS PHILIPPO DUCI BURG. MISSAE ANNO 1434. Incip. *Nos Sygismundus* cet. Explic. *Imperii vero ij°.*

p) [fol. 222. a. et b.] RECENSIO CANONICORUM LEODIENSIUM EX NOBILI STEMMATE ET REGUM ORIUNDORUM ANNO DOM. 1146. Incip. *Dit syn die edel Canoniken* cet. Explic. *Sicut et pro pnti sunt.* — Caeterum commemoravit hunc codicem, qui eum cum multis aliis bibliothecae nostrae MSS. anno 1825. inspexit, *Pertzius;* vid. eius Archiv. tom. VI. pag. 212.

CLXXVI.

[Rep. I. fol. 20.]

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, olim catenatus, multis membranaceis foliis intermixtis, inscriptionibus et litteris initialibus milto pictis, folior. 227, quorum 227. scriptura vacat. Continentur:

PETRI DE VINEIS EPISTOLAE. Incip. [ab indice] *Querimonia Friderici Imperatoris super depositione* cet. Opus ipsum incip. fol. 1. b. his verbis: *Collegerunt pontifices et pharisei* cet. Explic. *datum Rome apud sanctum petrum anno cet.* Subscriptio rubra haec est: *Laus et gloria sit deo in secula cui nos papa redemit passione sua Amen.* Finis epistolae 33. libr. VI., quae ultima est in ed. Basileens. MDLXVI. habetur iam fol. 222. a: *nostri culminis sigillo munitum.* Commemoraverunt iam hunc codicem *Godofr. Chn. Goetzius* in programmate, quo bibliothecam nostram publicis usibus dedicandam fore indixit, Lips. 1711. pag. 29. [qui etiam adnotavit, in calce huius codicis *Urbani* et *Bonifacii Pontificum epistolas* et *Conquestionem de miseria eius* legi, quae in impressis haud inveniuntur,] et *Pertzius*, Archiv. tom. VI. pag. 213.

CLXXVII.

[Rep. II. 8. 157.]

Codex chartaceus saec. XVII. rubris inscriptionibus, cum una pictura Christum flagellatum repraesentante [fol. 2. a.] satis rudi arte picta, foliorum 101, quorum 1. a. 2. b. 3. b. 75. b — 78. b. et 101. scriptura vacant. Continentur haec:

a) [fol. 3. a — 75. a.] *Das Büchlein von den Neun Felsen. Vndt von allerley Stenden der Menschen.* Ita titulus rubro pictus. Est versio libri *Henrici Susonis de novem rupibus*; vid. eius Opp. ed. Colon. [1555.] pag. 342 — 420. Incip. [fol. 4. a.] *Alle Menschen wollenn mit grossen angewentten Ernst* cet. Explic. *Es sol bey seinem leben Niemande bekandt werdenn.* FINIS.

b) [a fol. 79. a — 81. b.] Tractatus, cui titulus: *Wie man Studiren sol, so man wil gelehrt werden in Geist, vnd in Natur.* Incip. *Ach wir armen menschen wir tragen* cet. Explic. *lerne, denn alle andere Menschen.*

c) [a fol. 82. a — 90. b.] Tractatus, cui inscriptio: *Gewisse Proba vnd Regel, in Christo zu wandeln.* Incip. *Der Mensche sol alle seine Wercke* cet. Explic. *Vndt grosser belohnung.*

d) [a fol. 91. a — 100. b.] Tractatus, cuius haec est inscriptio: *Die Ordnung der Natur bezeuget, Das der Mensch nicht solle essen vom verbottenem bawm den bittern Thodt. Auch darneben von den trefflichen Nutz und frommen. So dis gebot bewahrt wird, vnd gehalten, Item den trefflichen verdamlichen Schaden, So dis sehligmachende geboth Vbertretten Wirdt.* Incip. *Das Erste Höchste Vnd furnemste geboth* cet. Explic. *Vndt bleibet war. Melius est tibi soli relinqui. Quam mei iuris manere. Finis.* Rubro subscripti sunt a recentiore manu versiculi:

Hei quanto est melius tibi soli Christe relinqui,
Quam proprii juris velle manere sui.

CLXXVIII.

[Rep. II. fol. 50.]

Codex membranaceus saec. XII. initio et fine mutilus, in crassa membrana valde perspicue et accurate scriptus, in duas columnas divisus, lineis stilo ductis, inscriptionibus et litteris initialibus milto pictis, folia tenens 140. Insunt:

Homiliae ex variis Patrum Latinae ecclesiae Operibus collectae et per anni tempora digestae. Incip. *motuſque ab eiſ dicta ſunt* cet. Explic. [verbis ex homilia aliqua Bedae Ven.] *tanto ampliuſ ſitire . et ideo recte .....*

CLXXIX.

[Rep. II. fol. 72.]

Codex chartaceus saec. XV. exaratus, non admodum perspicue scriptus, scriptura a fol. 111. in duas columnas scissa, a quo folio alia manus pinxit, et rubrae sunt inscriptiones et subscriptiones. Folia sunt 193, quorum 1. 14. 108 — 110. 192. b. et 193. scriptura vacant. Continentur hoc codice [qui, ut in inferiore secundi folii margine legitur, olim fuit *liber doctoris Staniſlai pechina de Sweydnitz*] haec:

a) [a fol. 2. a — 75. a.] Aeneae Sylvii epistolarum collectio. Incip. [F] *Redericus dei gratia Romanorum imperator* cet. Explic. *attentus auditor eſto.*

b) [a fol. 75. a — 88. a.] Eiusdem historia de amore Lucretiae et Euriali. Incip. *Vrbem Senam vnde tibi et michi origo* cet. Explic. *plus aloes quam melles* (a manu correctr. *mellis*) *habet Valet* (sic) *ex wyenna.*

c) [a fol. 88. a — 91. b.] Duae Aeneae Sylvii epistolae. Sunt illae quae historiae de amore Lucretiae et Euriali in Codd. plerumque praeponuntur. Incip. *Zozimus Senensis conterraneus meus* cet. Explic. *mel ut olus Epicuri at pitagore legumen Ex wyenna VI. Kal. Iulias* MCCCC°LX .....

d) [a fol. 91. b — 107. b.] Eiusdem Tractatus de morali institutione principis adolescentis. Ita vocatur in subscriptione. Inscriptio haec est: *Tractatus Enee Silvii poete ad latiſlaum puellum regem Bohemie.* Incip. [S] *Ereniſſimo dno principi dno ladiſlao — Si quam virtuti operam* cet. Explic. *cupidiſſimum videatis Vale* cet.

e) [a fol. 111. a — 192. a.] Guidonis de Columna Historia Troiana. Incip. [L] *Icet quottidie vetera recentibus obruantur* cet. Explic. *eiuſdem prime indictionis feliciter Et sic est finis.* Subscriptio haec est: *Scriptum in universitate liptzk anno* 1460 *in die philippi et Jacobi apostolorum.* — Caeterum commemoravit hunc codicem *Pertzius*, Archiv. tom VI. pag. 213.

CLXXX.

[Rep. II. fol. 55.]

Codex membranaceus saec. XII. perspicue scriptus, initio mutilus, inscriptionibus et litteris initialibus milto pictis, lineis stilo ductis, notis passim ad marginem adscriptis. Foliis constat 116. Inest:

Anonymi Commentarius in Genesin. Incip. [a verbis expositionis cap. 1.] *animantium pedibuſ teratur. Congregationeſ aquarum appellantur maria uidelicet* cet. Explic. *leticia cum uultu tuo. delectationeſ in dextra tua. uſque in finem. deo gratiaſ. Amen.*

CLXXXI.

[Rep. II. fol. 56.]

Codex membranaceus saec. XI. initio et fine mutilus, ex parte [usque ad fol. 72. b.] crasso stilo scriptus, fortasse plurium librariorum opera, litteris initialibus atris rudi arte pictis, scriptura in duas columnas scissa, lineis stilo ductis, rarissimis notis marginalibus. Folia habet 104. Continet:

Anonymi Expositionis in psalmos fragmentum. Incip. a verbis expositionis psalm. 4. *quod monſtrauimus in illiſ. qui taliter ſignificati fuerint in frontibuſ ſuiſ quoſ uaſtator angeluſ non percuſſit.* cet. Explic. (ps. 69.) *abſtracta. eſt ab eiſ; et dorſum eorum semper incurua; hieronimuſ....*

Multum sequutus est auctor huius expositionis *Hieronymi* breviarium in psalterium, cum cuius verbis non uno loco consentit.

CLXXXII.

[Rep. II. fol. 33.]

Codex membranaceus saec. XIII. luculenter in crassa membrana scriptus, simplicibus litteris initialibus atris, lineis stilo ductis, scriptura in duas columnas divisa, folior. 22. Continet:

Fragmentum auctoris anonymi commentarii Latini in Psalmos. [Auctor nec est Cassiodorus, nec Hieronymus; sed quis fuerit, non adest in codice vestigium, unde colligere liceat. Fol. 20. a. in margine a manu saeculi XV. haec notata sunt: *Ex hoc dicto et pluribus aliis sicut patent legenti apparet quod haec expoſitio non ſit sti Auguſtini.*] Incip. [a verbis expositionis psalmi VI.] ... *daretur. Poteſt etiam hic pſalmus ad chſtum ex parte referri* cet. Explic. [in psalm. XXI.] *Et ſemen eorum hoc est imitatoreſ eorum vel certe opera que ipſi faciunt. A filiiſ hominum .....* Caeterum inter 6. et 7. excidit unum folium, quod a recentiore manu diserte notatum est in fine fol. 6. b. Nam leguntur ibi verba: *deeſt ſolium unum.*

CLXXXIII.

[Rep. II. fol. 62.]

Codex chartaceus saec. XV. perspicue scriptus in duabus columnis, litteris initialibus et inscriptionibus milto pictis, olim bibliothecae *Jacobi Thomasii* adscriptus, nam fol. 1. a. haec leguntur: *CIↃIↃCLXXXV. zu Leipzig aus M. Jacob Thomaſii Auction gekaufft.* Folia sunt 348, quorum 1. b. 2. b. et 348. scriptura vacant. Inest:

Expositio psalterii Germanica, facta per monachum quemdam ex ordine St. Francisci. Hunc auctorem fuisse, docent verba, quae a *Coelestino*, qui olim hunc librum possedit, scripta leguntur fol. 2. a: *Auslegung des Pſalters Fast lenger denn vor Zwei hundert Jahren, Durch einen Franciſcaner Münch, in Deudſcher sprach geſchrieben, Darob er von vielen papiſten angefochten worden, die fürgegeben haben, wie noch vom Babſt vnd tridentiſchen Concilio geschicht, Es ſei nicht gut, das die heilig Schrifft in die Deudſche, oder andere gemeine Landsprachen gebracht werde. Johannes Frid. Celeſtinus. D.* [Fortasse Jenensis Theologus.] *Anno CHRI* 1574. Alia manus fol. 2. b. haec scripsit: *Autor huius expoſitionis videtur in compendium contraxisse expoſitionem Nicolai de Lyra, quem et laudat in praefatione. Contuli apud utrumque, Pſ.* 50. *Deus Deo-*

rum Dominus. Quicunque haec scripsit, non male illud coniecit. Nam *Nicolaum de Lyra* in usum ab auctore illius expositionis vocatum esse, probabile est; certe ab auctore magni aestimatum esse docent verba praefationis, quae habentur fol. 4. b: *Man ſol auch wiſſen das ain hochgelerter maiſter der haiſet pruder nickla von leyer myner prüder orden diſe pedeutnusz des ſalters zu samen pracht hat wann er hebriſchen wol chan alſo hat er jn nach der Juden mainung leiplich ausgelegt vnd hat jn auch nach der heiligen ſchrifft der er ein maiſter iſt gaiſtlich pedeut.* — Codex incip. [post praefationem, fol. 3. a — 5. a, cuius initium est: *IN dem namen des ewigen* cet.] fol. 5. col. a: *(S)älig iſt der man, das iſt heilig iſt der man* cet. Explic. *frewden ewigleich loben. Amen. Deo gratias.* Tum a fol. 345. b. col. a — 347. b. sequuntur *Dy tituel vber den ſalter.*

CLXXXIV.

[Rep. II. 8. 152.]

Codex membranaceus, saec. XIV. in subtili membrana exaratus, scriptura in duas columnas divisa, inscriptionibus rubris, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris, notulis interdum inter lineas scriptis. Fuit hic codex olim *Joh. Chriſtophori Wagenseilii,* cuius emblema in priori libri operculo etiamnunc conspicitur. Folia sunt 128, quorum 77. b. 78. 79. et 80. a. scriptura vacant. Continetur:

a) [a fol. 1. a — 77. a.] COMPENDIUM THEOLOGIAE s. SUMMA EX LIBRO SENTENTIARUM CONTRACTA. Hic epitomator Lombardi anonymus in praefatione ita: *Igitur opuſ,* inquit, *ſubſequenſ aggredienſ in nomine ihu xi notulas marginales apponam aliquas. ut excepta* (sic) *clarius eluceſcat.* Post brevem praefationem opus ipsum incip. *Veteriſ ac noue legiſ continentiam* cet. Explic. *per graciam euaſerunt. Explicit.* — Pag. 80. b. accedunt *versiculi de mortibus apostolorum* [incip. *In cruce petrus obiit* cet.]

b) [a fol. 81. a — 128. b.] ANONYMI COMMENTARIUS IN SENTENTIAS. Titulus deest. Fol. 81. a. et b. index rubro pictus habetur. Incip. *Licet fragmenta sub menſa magiſtrorum quaerenti* cet. Explic. *noui reſurgent homines.*

CLXXXV.

[Rep. II. fol. 56. a.]

Codex membranaceus saec. XII. eleganter et perspicue exaratus, littera initiali, inscriptione et argumentis in margine milto, aliquoties tamen etiam a recentiore manu atro pictis, lineis stilo ductis, foliorum 26. Fuit olim hic codex S. AFRE. et deinde *Monasterii S. Vdalrici Augustae,* quae verba in superiore margine fol. 3. a. leguntur. Continetur:

ANONYMI EPITOMES EX SECUNDO LIBRO SENTENTIARUM FRAGMENTUM. Non recte librarius inscriptionem rubram hanc fecit: *INcipit liber sententiarum.* PRIMA. RERVM. ORIGO. & *cauſa omnium deus* cet. Explic. *quam boni exterminatio. S; non putetur hoc dominice ......*

VI.

MENOLOGIA. MARTYROLOGIA. LIBRI LITURGICI. STATUTA ECCLESIASTICA.

CLXXXVI.

[Rep. II. fol. 25.]

Codex membranaceus saeculi XI., rubris litteris initialibus simplici arte pictis, scriptura perspicua nec ineleganti in duas columnas divisa, lineis stilo ductis, folior. 171, quorum ultimum scriptura vacat. Continetur.

a) [a fol. 2. a. fol. 160. a.] MENOLOGII GRAECORUM FRAGMENTUM A MENSE MARTIO USQUE AD AUGUSTUM. Incipit a *certamine St. Martyriſ Eudociae Samaritani* et finitur *depositione zonae Mariae.* Initium est: *Μηνὶ μαρτ́ ᾱ. τῆς ἁγίας ὁσιομάρτυρος εὐδοκίας τῆς ἀπὸ Σαμαρειτῶν.* [Ita titulus rubro pictus.] *Αὕτη ἡ ἐξ ἡλιουπόλεως τῆς ἐπαρχίας λιβανησίας τῆς φοινίκης* cet. Finis: *καὶ τὰ ἀνοίξια τοῦ θείου ἐκείνου ναοῦ.* Ordo est is, qui in Menologio *Annib. Albani* habetur, sed textus mirum quanta diversitas.

b) [fol. 160. a — 168. b.] IOHANNIS DAMASCENI ORATIO [spuria, vid. ed. *Lequien.* tom I. pag. 583.] DE IIS, QUI IN FIDÉ DORMIERUNT; QUOMODO MISSIS ET ELEEMOSYNIS ET BENEFICENTIIS, QUAE PRO ILLIS FIUNT, ADIUVENTUR. Titulus rubro pictus hic est: *Τοῦ ἐν ἁγίοις πρὸ ἡμῶν ἰωάννου μονάχου καὶ πρεσβυτέρου τοῦ δαμασκινοῦ περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων, ὅπως αἱ ὑπὲρ αὐτῶν γινομέναι λειτουργίαι καὶ εὐποιΐαι. τούτοις τὰ μέγιστα ὀνήνησιν.* Inc. *Τὰ τῶν βρωμάτων ἡδέα καὶ τίμια προτιθέμενα* cet. Finis, qui ab ed. Lequien. admodum differt, hic est: *καὶ τῶν ἀγαθῶν τοῦ θεοῦ ἐμφορηθῆναι πάντας. ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. ᾧ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.* Subscriptio rubra: *Γέγραπται τὸ παρ ...... συνεξαρτὸν διὰ χειρὸς βασιλίου τοῦ ῥηγινοῦ ἐν ἔτει ϛφπ́* .... — Foll. 169. et 170. ab aliena manu ad Menologium Maii supplendum scriptae sunt *vitae et passiones Pausicaci et Irenes.* Caeterum vide quae in fine descriptionis sequentis codicis notavimus.

CLXXXVII.

[Rep. II. fol. 26.]

Codex membranaceus saeculi ut videtur XI., litteris initialibus simplici arte atro colore pictis, litteris perspicuis et cursivis, scriptura in duas columnas divisa, lineis stilo ductis, folior. 128, quorum tamen primum et ultimum aliena continent et a bibliopega adsuta sunt. Continetur:

Menologii Graecae ecclesiae fragmentum, mensis Decembris. Incipit a vita *S. Clementis papae Romani* et finit narratione de *S. Spyridone.* Initium [fol. 2. a.] hoc est: *Μηνὶ τῷ αὐτῷ* [sc. *Novembri*, nam novem priora folia continent quaedam ex hoc mense,] *κε: μαρτύριον τοῦ ἁγίου Κλήμεντος. πάπα ῥώμης κε ἐτο.* Ita inscriptio atro picta. Textus incipit: *Τρίτος τῆς ῥωμαίων* cet. Finis quis sit, difficile est dictu, quum ultima pagina adeo sit in litura, ut vix unum aut duo verba legere queas. — Ut *Godofr. Chn. Goetzius* in progr., quo *bibliothecam senatoriam aperiundam fore indicit*, pag. 25. adnotavit, hic et praecedens codex a. *Io. Philippo Kustnero* et *Io. Georgio Sibero*, senatoribus quondam Lipsiensibus, bibliothecae muneri dati sunt. Caeterum idem *Goetzius* l. l. pag. 24. utrumque codicem putat esse saec. X. vel IX., quod tamen vereor ut recte statuat.

CLXXXVIII.

[Rep. I. 4. 62.]

Codex membranaceus saec. XII. scriptus, longo usu pessime habitus, folior. 88. Continetur:

Fragmentum ex Menologiis Graecis per menses aliquot. Prima et ultima folia huius codicis adeo depravata sunt, ut verba initialia et finalia legere non potuerim.

Impositae sunt huic Codici litterae a *M. Herzogio* d. 30. Aug. 1709. scriptae et ad *M. Groſchuffenium*, eius olim possessorem, datae. Qui hanc epistolam scripsit adeo diligenter in hoc codice perscrutando versatus videtur, ut non possim non integra eius verba, quibus codex bene describitur, huc transscribere. „Codicem, ait Herzogius, Msstum remitto, serius, quod non nego, quia citius alia mihi remissionem non dederunt. Coniecturam de isto confeci, esse aliquod fragmentum ex Menologiis ecclesiae Graecae, liturgiam ipsius exhibens. Caput deest, sed ex subsequentibus apparet, quod in primis undecim foliis contineantur liturgiae, quas horis statis dum diurnis, dum nocturnis per mensem Septembrem observarunt, et forte adhuc observant Graecae ecclesiae addicti: September enim, quod mensis primus inter hodiernos Graecos adhuc sit, hoc ipse non ignorabis. Hinc fol. 4. pag. versa invenies: *στίχοι η τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου:* ordines in liturgia die huius mensis octavo, quo nativitas sanctissimae Deiparae celebratur. Fol. 6. pag. 1. *στίχοι ιδ. ἡ ὕψωσις τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ — — τοῦ σωτῆρος* cet. i. e. ordines liturgici die 14. quo elevatio vivificae crucis celebratur. Fol. 8. pag. versa habes ordines liturgicos in diem 24. Sept. *τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θεκλῆς.* Fol. 9. pag. 1. in diem 26. liturgias, quibus celebrabatur *ἡ μετάστασις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ — Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου.* Fol. 11. pagina versa inscriptio, quam ex reliquis ceu stipem collegi, haec est:

Η μὴν ὀκτώβρος ἔχει ἡμέρας λα. ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας- καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιγ.

Eandem inscriptionem prae se ferunt singula capita, qua nomen mensis, numerus dierum, denique numerus horarum in quas dies et nox dispescitur, deprehendetur. Stichi vero referunt numerum cuiuslibet diei, et quidem litteris Graecis. Deinde nominatur sanctus aut sancta aut alia festivitas, cui dies dicatus est. Tertio indicatur an vespertino tempore s. Vigiliis diem festam praecedentibus sint quaedam ex liturgiis observandae. Quarto quinam *στίχοι* s. ordines ex fragmentis psalmorum, et quotnam sint observandi horis diurnis. Subnectuntur his, si festum est solennius, quaedam *δοξολογίαι.* E. g. habeas festum circumcisionis, quod primo Januarii die celebratur.

Nom. festiv. *Στίχοι λ. ἡ ὀκταήμερος περιτομὴ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις — ἡμῶν Βασιλίου.*

Vigiliae. *Ἑσπέρα οὐ στιχολογεῖται* cet. Tunc subsequuntur *στίχοι* diurni.

Doxologia. *Ὁ θρόνῳ πυριμόρφῳ ἐν ὑψίστοις καθήμενος, σὺν πατρὶ τῷ ἀνάρχῳ καὶ τῷ θείῳ σὺν πνεύματι. Εὐδόκησας τεχθῆναι ἐν σαρκὶ ἐκ κόρης ἀπειράνδρου σου Μαρίας. διὰ τοῦτο καὶ περιετμήθης ὡς ἀμνὸς οκταήμερος. Δόξα τῇ παναγάθῳ σου βουλῇ. δόξα αὐτῇ ἐπιφανείᾳ σου* cet.

Haec sunt, quae exsculpere potui" cet. — Praeterea in exteriori libri operculo nomen legitur possessoris ut videtur: *Iean de Witt.*

CLXXXIX.

[Rep. II. 4. 144. a.]

Codex membranaceus saec. XIII. picturis et auratis pictisque litteris ubique splendidus, folior. 195, quorum 1. a. 2. b. 3. a. 4. b. 5. a. 6. b. 7. a. 8. b. 9. a. 10. b. 11. a. 12. b. 175. 194. b. et 195. scriptura vacant. Foll. 1. b — 12. a. picturae conspiciuntur de Jesu Christi vita, passione, resurrectione, in coelum ascensione, aliaeque ad historiam Novi Testamenti pertinentes. Continentur:

a) [fol. 13. a — 18. b.] Calendarium festorum, belle pictum. Incip. [caeruleis litteris] *Iam prima dies et septima fine minatur.* Explic. *Silucstri ppe.*

b) [fol. 19. a — 194. a.] Psalterium latinum. Ex versione vulgata. Ordo psalmorum non raro immutatus est, intermiscentur etiam aliena, v. c. *Mosaicae* illae *preces,* quae leguntur Deuter. cap. 32. [a fol. 158. b — 161. b.]; hymnus Ambrosianus *Te deum laudamus* [a fol. 163. a — 164. b.]; *symbolum Athanasianum* [a fol. 164. b — 166. b.] *Kyrie eleyson* [a fol. 166. b — 171. a.] et alia. — Caeterum incip. hoc psalterium *Beatus vir qui non abiit* cet. Explic. *piis supplicationibus consequantur. Qui uiuis.*

CXC.

[Rep. I. 4. 57.]

Codex membranaceus saec. X. elegantissime scriptus et ob nitorem cum scripturae, tum picturarum pretiosissimus, litteris initialibus auro, argento et variis coloribus distinctis, vocum compendiis fere nullis, foliorum 210, quorum 6. 7. a. et 210. vacua sunt. Opercula libri, plus illa digito crassiora, e ligno quercus ilicis confecta sunt, et in priori conspicitur emblema pretiosissimum et elegantissimum, sculptum ex ebo-

re, opus Byzantinum, Mariam repraesentans cum Jesu infantulo, qui dextra benedicit, sinistra litteras convolutas habet, in ulnis sedente. Et mater et filius capita cincti sunt nimbo aureo. Septemdecim vero paginae pictae sunt, et hae quidem: fol. 1. b. 2. a. 2. b. 3. a. 3. b. 4. a. 4. b. 5. a. 7. b. 8. a. 9. b. 10. a. 96. b. 97. a. 117. b. 118. a. et 135. b. — Contenta autem haec sunt:

a) [fol. 1. a — 5. b.] Liturgia latina. Titulus deest; sed in quibus haec liturgia scripta est foliis, sunt ea caeteris paulo maiora. Fol. 1. a. preces leguntur, quorum hoc est initium: [F]*ac queſo domine deuſ noſter intercedente beato pelagio martire tuo.* cet. Fol. 1. b. habetur imago Christi crucifixi et mortui, cum verbis: Annuat hoc agnus mundi pro peste peremptus. Ad dextram partem crucis Maria conspicitur, ad sinistram Joannes apostolus. Illi adscripta sunt verba: Fulgida stella maris pro cunctis posce misellis; huic: Et tu iunge preces cum uirgine uirgo Iohannes. Ad pedes Mariae praeterea leguntur verba: stella maris, et ad pedes Iohannis: Uirgo Iohannes. In media tabula habentur verba: In cruce XPE tua confige nocentia cuncta. Sequitur fol. 2. a. imago *S. Gregorii*, sedentis cum nimbo et in pulpito librum tenentis, in quo evoluto verba leguntur: Scribit Gregorius dictat quae SPS almus. Adest enim spiritus sanctus sub forma columbae, quae in aurem Sancti dictat dicenda et scribenda. Similis pictura e codice Bambergensi, qui homilias Gregorii M. in Ezechielem continet, conspicitur in libro *Iaeckii:* Viele Alphabete und ganze Schriftmuster vom VIII. bis zum XVI. Jahrhunderte, fasc. I. — Tum inde a fol. 2. b., quod folium nigro colore obductum litteras auratas habet, ipsa liturgia sequitur. Incip. a verbis DNS VOBISCVM cet. Explic. APOSTOLORUM AC MARTYRUM TUORUM. Sed videntur nonnulla desiderari. Omnia foll. praeter 5. b. egregie picturata sunt.

b) [fol. 7. b — 209.] Evangelia per anni circulum legenda. Titulus hic est: IN DEI NOMINE INCIPIVNT EVANGELIA PER ANNI CIRCVLVM LEGEDA ⁝ IN VIGIL. NATAL. DNI. SEQ. SCI. EV. SEC. MATH. Haec omnia in tabula caerulea litteris auratis scripta sunt et integram paginam complent. Fol. 8. a. incip. MATHE IN ILL TEMP. CVM ESSET cet. Haec verba integram paginam implentia in rubra tabula egregie ita picta sunt, ut littera C in voce CVM medium locum teneat ac caetera verba circumscripta sint. Initialia verba evangeliorum in natalibus Jesu, festo Paschatos et Pentecostes legendorum eadem ratione picta sunt. Omnino autem litterae initiales [quae tamen ab initio codicis longe splendidiores et maiores sunt quam sub finem] magna arte magnoque splendore pictae sunt, qua de caussa iis etiam, ut ex certis vestigiis apparet, obvolucrum additum erat [vid. foll. 97. a. et 132. a.] Fol. 209. b. liber explic. verbis: *Qui uero mala egerunt. in resurrectionem iudicii.*

CXCI.

[Rep. II. 4. 123.]

Codex membranaceus saec. XIV. perspicue exaratus, scriptura in duas columnas divisa, litteris initialibus, inscriptionibus et subscriptionibus milto pictis. Foliis constat 75. Continentur:

Evangelia per anni circulum legenda, in Germanicum sermonem ab anonymo auctore translata. Titulus minio pictus legitur fol. 1. a: *Hie hebent ſich an dev ewangilia alliv dev man liſt vberal in dem iar. vnd zwen paſſion.* Incip. *Cvm eſſet deſponſata mater ieſu Maria Ioſeph et cetera. Do vnſer frawe ſant Maria wart gemehelt Ioſep* cet. Explic. *Die gernne hörent daz gotes wort vnd in ez behaltent. ze hort.* — Tum sequitur haec subscriptio, quorum singuli versus alterna vice rubro et atro picta sunt:

Hie habent div ewangeli ein ende.
Got alle vnſer ſorge wende. Amen.
Swer an dem püch leſe da.
Der ſprech dem ſchreib ein. ave maria.
Daz im maria helffe auz aller ſeiner not
Vnd pei im ſei an ſeinem tod.
Got müzz ſein pflegen
vnd geb im alle zeit ſeinen ſegen.
vnd darzv ze lon.
dev himeliſchen thron.
Der daz püch haben ſchol.
Dem gan ich des himelreichs wol.
Der ſoll mir des nicht wennchen.
er ſol des schreibers Durch got offt gedenchen. Amen.

Der ewangeli ſint. iiij°. vnd vijtot. der langenn an die paſſion Ez hat geſchriben daz püch Stephan der Pfölnchouer. finiuit. anno dñi M°. CCC°. XXVII°. in vigilia ſancti Lurenti. — Caeterum mentionem huius codicis iam fecit *Goetzius* in progr., quo bibliothecam nostram publico usui aperiendam fore indixit (Lips. 1711.) pag. 30.

CXCII.

[Rep. II. 4. 125.]

Codex partim chartaceus, partim membranaceus saec. XIV., rubris inscriptionibus et litteris initialibus, satis perspicue scriptus in foliis 404, quorum 1. 2. et 404. b. scriptura vacant. Continentur:

Lectiones in festis et dominicis diebus per totum annum. Titulus non legitur usquam. Incip. *In vigilia penteccoſt. ad ves.* [Haec verba rubro colore sunt picta.] *Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda* cet. Explic. *operati ſunt iuſtitiam adepti ſunt permiſſionem.* — Post haec ab aliena, certe volubiliori manu eiusdem saeculi scripta est oratio brevis, quae incip. *Deus qui beatum* cet. Explic. *mercamur per dominum.* —

CXCIII.

[Rep. II. fol. 58. a.]

Codex membranaceus saec XI. scriptus, initio et fine mutilus litteris initialibus vario colore et inscriptionibus rubro pictis, lineis stilo ductis, crassae membranae, folior. 85, quorum 6. b. scriptura vacat. Continentur haec:

a) [fol. 1 — 2.] Fragmentum Legend. Matthaei apost. Incip. *...ſuper unumquemque noſtrum et inflammati ſumus* cet. Explic. *ut cum ipſiſ poſtmodum in eterna ſecula gaudere mereamus per eum qui uiuit* cet.

b) [fol. 3. a — 5. b.] Legenda de S. Michaele. Incip. *Memoriam beati michahelis archangeli* cet. Explic. *propter coſ qui hereditatem capiunt ſalutiſ* cet.

c) [fol. 5. b. — 6. a.] Berengarii episcopi Gerundensis [in Catalon. Hispan.] epistola de Sanctorum reliquiis a. D. M. LXXX. VII. ex Gerunda civitate in Coenobium

S. Afrae transmissis; it. de inventione corporis S. Martyris Narcissi. Haec minoribus litteris et manu recentiore scripta incip. *Anno dominice incarnat. M°. LXXX°. VII°. miſſuſ eſt quidam nuntiuſ* cet. Explic. *omnipotentem deum exorate.*

d) [fol. 7. a — 8. b.] LEGENDA DE S. MARTINO EPISCOPO. Titulus minio pictus: *In natalibus S. Martini epi.* Incip. *Igitur Martinus Sabaric pannoniarum oppido oriunduſ fuit* cet. Explic. *ut etiam auibuſ imperaret.*

e) [fol. 9. a — 21. b.] HOMILIA DE NATALIBUS CHRISTI SECUNDUM MATTHEUM. Incip. *Inquirendum eſt quid iſta ſit generatio de qua matheuſ dicit* cet. Explic. *ut deſcribantur mulierum genera* .... [excidit hic unum folium.]

f) [fol. 22. a — 85. b.] LEGENDA ET PASSIO APOSTOLORUM. Incip. *Licet plurima de apostolicis signis ſacra euangeliorum* cet. Explic. [sed finis deest] *non amitenſ ſuam dignitatem. Hic ergo homo xps ihs* ...... Vitae singulorum apostolorum hae sunt: a fol. 22. a. *Petri;* 31. a. *Pauli;* 34. a. *Iacobi fratris Christi;* 36. b. *Philippi;* 38. a. *Andreae;* 57. a. *Iacobi fratris Iohannis;* 61. a. *Iohannis;* 78. a. *Bartholomei.*

CXCIV.

[Rep. II. fol. 64.]

Codex membranaceus saec. XII. vergente exaratus, nitide et eleganter foliis 104 scriptus, crassarum membranarum, quarum octonae manipulum numero notatum efficiunt, inscriptionibus et litteris initialibus rubris, flavo caeruleoque distinctis, lineis atramento ductis, vocum compendiis non multis iisque vulgaribus. Ligatura lignea, cui rubrum corium obductum, prisca est et vestigiis bullarum catenaeque quondam additae insignis. Continentur haec:

a) [fol. 1. a.] ORDO IN COENA DOMINI. Incip. *Nos autem Kyrie* cet. Explic. *Calicem ſalutans etc.*

b) [fol. 1. b — 31. b.] DE VITA ET GESTIS ST. HENRICI II. IMPERATORIS LIBB. III. [vulgo *Adelboldo* tributi.] Inscriptio rubra: *Incipit liber. I. de uita & geſtis ſci heinrici imperatoris.* Incip. *Anno ab incarnatione dni. milleſimo primo. ab urbe autem* cet. Explic. *per eam reprobatur.* Legitur huius vitae tantum liber primus et secundus in *Canisii* lection. antiq. Tom. III. p. 2. pag. 27—34. (ed. *Basnag.*); tertius, quem noster codex habet, nondum typis descriptus videtur.

c) [fol. 31. b — 39. b.] VITA SANCTAE KUNEGUNDIS IMPERATRICIS. Ita titulus minio pictus. Incip. *Ex nobiliſſimo parentum magnorum uidelicet augustorum ſanguine duo immarceſcibiles* cet. Explic. *uidetur teſtificata. per xpm dnum n. am;* Legitur haec vita *ex variis MSS. et antiquis editionibus* apud *Bolland.* m. Mart. tom I. pag. 272—276.

d) [fol. 39. b — 55. a.] LIBER DE MIRACULIS SANCTAE KUNEGUNDIS. Ita ruber titulus. Incip. *Xpiane. religioni proficiens* cet. Explic. *parte ſue deuotionis. per dnum.* Haec vide, sed perfectiora, apud *Bolland.* l. l. pag. 276—78. Additur his: [fol. 55. a — 56. a.] REVELATIO CUIUSDAM PRESBYTERI. Incip. *Dnus erigit eliſos.* cet. Explic. *cum ſcis iſtis in regno meo. amen.* Haec non leguntur apud *Bolland.*

e) [fol. 56. a — 59. b.] BULLA INNOCENTII III. DE CANONIZATIONE S. KUNEGUNDIS. [Data 3. Nonas Apr. MCXCIX.] Inscriptio rubra: *Priuilegium Innocentii pp.* Incip. *Cum ſecundum euangelicam ueritatem* cet. Explic. *in tui ſemper unione uiuamus.* Additur *Officium missae de S. Henrico* [fol. 59. b — 60. b.] et *hymnus* ad leges veteris musices in usum ecclesiae Bambergensis. Bulla ista non legitur in *Magno Bullar. Roman. Luxemb.*, sed apud *Bolland.* l. l. pag. 281. sq.

f) [fol. 60. b — 100. a.] PASSIO S. KATHERINAE VIRGINIS. Incip. [prolog.] *Cum ſanctorum fortiu geſta ad memoriam poſterorum tranſcribimus* cet. Explic. *qua xps pro mundi redemptione ad paſſionem preparauit cui honor et laus* cet. Illa passio typis nondum est descripta. Intermixti sunt [fol. 61. b — 63. a. 64. a. et b. 65. b. 66. b. 68. a. 69. a. et b. 70. a — 71. a.] *hymni*, cum notis musicis vel potius neumatibus. Fol. 68. habetur pars homiliae *Gregorii M.*, quae legitur in ed. opp. Duac. tom. III. pag. 29. et incip. *Sepe nos ammoneo* cet.

g) [fol. 100. a — 104. a.] PASSIO S. BARNABAE APOSTOLI, similis illi Graecae, quam cum versione Latina Guil. Card. Sirleti ed. *Bolland.* Iun. t. II. p. 431. ss. Incip. *Ego iohannes qui et marcus famulus* cet. Explic. *cum imnis et laudibus mirifice collocatum eſt ad honorem et gloriam dni nri ihu xpi. qui uiuit* cet.

h) [fol. 104. a.] FRAGMENTUM TESTAMENTI BRUNONIS, Ducis Carinthiae, Praesulis Herbipolensis. Incip. *Ego bruno ordino de meo predio* cet. Explic. *eodem m̃ ad meam.* [cf. *Cave* script. eccles. pag. 521.]

i) [fol. 104. b.] *Miraculum choreae in villa colbizce (Kolbeke) regionis Saxonicae, ubi S. Magnus martyrium consummavit, ao. M°XXI°. ſub Henrico II. Imp.* Incip. [M]*iraculum inauditum quod euenit moderno tempore* cet. Explic. *herberti ſucceſſore uenerando.* — Caeterum commemoravit iam hunc codicem *Pertzius*, Archiv. tom. VI. pag. 208.

CXCV.

[Rep. II. fol. 58.]

Codex membranaceus, saec. XIII. in crassa membrana scriptus, scriptura in duas columnas scissa, inscriptionibus et litteris initialibus rubris, lineis stilo ductis. Fol. 1. a. leguntur verba: *Iſte liber eſt Sancti Mauricii in Altach inferiori.* [Haec verba repetuntur etiam fol. 2. b. et 5. a. additis tamen priore loco verbis: *et ſancti godehardi.*] Eod. fol. med. haec leguntur: *Reuerendo in xpo patri ac domino domino Ot. Venerabili propoſito in Reicherſperg Otto de albrechhaim ſuus dilectus ſeruitor ſalutem.* Denique eod. fol. extrem. habentur hi versus memoriales:

Moguntinenſis, Treuerenſis. Colonienſis,
Quilibet iſtorum ſit concellarius horum.
Et palatinus dapiter, dux portitor enſis,
Marichio propoſitus camerae, pincerna Bohemus,
Hy ſtatuunt dominum cunctis per ſecula ſummum.

Hoc codice, qui 213 foliis constat, haec continentur:

a) [Foll. 1. b. 2. col. a. 3. b. 4. a. et b. col. a.] CALENDARIUM SANCTORUM, inde a XVI. Kal. Sept., vel, ut fol. 3. b. vocatur, BREVIARIUM HUIUS LIBRI.

b) [fol. 2. a. col. b.] *Carmen in S. Iohannem.* Incip.

Ut queant laxis resonare fibris mira gestorum famuli tuorum cet. Explic. *ac futuri tempore fecli. Amen.*

c) [fol. 2. b. col. a.] *De sanctis apostolis petro et paulo.* Incip. *Aurea luce et decore rofeo* cet. Explic. *Sit trinitati femper.* Subscripti sunt hi versus:

Alma Christi quando fides
Mundo passim traditur
Et perlatos orbis fines
Igne flagrans floruit
Tunc elegit gratum sibi
Militem MAVRITIUM.

d) [fol. 4. b — 7. a.] *Passio S. Mammetis martyris.* Incip. *In diebus illis cum primum ab Aureliano tyranno per universum orbem persecutio miffa fuiffet* cet. Explic. *fepelierunt eum die quinto x. kl. augustarum in cefarea capadocie laudantef dnum & xpum eiuf cui eft honor* cet.

e) [fol. 7. a — 9. a.] *Passio S. Agapiti.* Incip. *Sub rege Antiocho pagano erat quidam puer* cet. Explic. *Et multi paganorum crediderunt in deum per famulum dei agapitum et per ihm xpm* cet.

f) [fol. 9. a — 12. b.] *Vita S. Magni.* Incip. *Quicunque confessus fuerit nomen filii dei* cet. Explic. *ad pedef illiuf pofuit. Paffuf eft autem beatiffimuf martir Magnuf XIIII. kl. Sept. regnante dno nro ihu xpo* cet.

g) [fol. 12. b — 14. a.] *Passio S. Symphoriani.* Incip. *Tempore illo sub Aureliano principe cum aduerfuf nomen xpianum perfecutionif dire procella detonaret* cet. Explic. *& in omnium uotorum plenitudine felix aperitur ingreffuf per ipfum dnum nrum* cet.

h) [fol. 14. a — 17. a.] *Passio S. Bartholomei apostoli.* Incip. *Indie tres esse ab hystoriografis afferuntur. Prima eft India* cet. Explic. *bene compofitif & bene ftabilitif migrauit ad dominum cui eft honor* cet.

i) [fol. 17. b — 18. b.] *Passio S. Genesii.* Incip. *Imperante Diocletiano cum ceffaffent per annof quattuor ecclefie* cet. Explic. *VIII. kl. Septembrif eodem diocletiano quarto confule regnante dno nro ihu xpo* cet.

k) [fol. 18. b — 19. b.] *Passio S. Alexandri.* Incip. *In diebus illis facto Alexandro xpiano sub maximiano imperatore. audienf maximianuf* cet. Explic. *paffuf autem eft beatiffimuf dei martyr alexander VII. kal. fept. fub maximiano imperatore regnante dno nro* cet.

l) [fol. 19. b — 34. a.] *Vita S. Augustini episcopi.* Incip. *Infpirante rerum omnium factore et gubernatore dno mei memor propofiti* cet. Explic. *& in futuro omnipotentis dei promiffis perfruar. AMEN.*

m) [fol. 34. a — b.] *Passio S. Sabinae virginis.* Incip. *In choro sanctarum martirum beata numeratur Sabina* cet. Explic. *iuxta aram uindiciani. in oppido uindinenfi.*

n) [fol. 34. b — 35. b.] *Passio S. Iohannis Baptistae.* Incip. *Quinto decimo anno Tyberii cefarif in quo quartuf erat pilati procurationif annuf* cet. Explic. *aurea tecta confurgent. Paffus eft autem beatuf Iohannef baptifta* cet.

o) [fol. 35. b — 36. a.] *Passio Sanctorum Felicis et Ianuarii.* Incip. *In diebus Diocletiani octies et maximiani septief confulum exiit edictum imperatorum* cet. Explic. *una cum clericif meif ad uictimam. qui permanef in eternum. cui eft* cet.

p) [fol. 36. b.] *Fragmentum hymni ecclesiastici, cum notis musicis.* Incip. *Gaude mater ecclefia noua frequentanf gaudia* cet. Explic. *virgo prodit gloriofa que . . . . .*

q) [fol. 37. a — 38. a.] *Passio duorum fratrum Victorini et Seuerini.* Incip. *Fuerunt duo fratres Victorinus et Seuerinus. Hi poft utriufque parentif obitum* cet. Explic. *in fuum territorium tranftulerunt et honorifica fepultura condiderunt nonaf feptembrif.*

r) [fol. 38. a — 45. b.] *Passio S. Adriani et aliorum martyrum.* Incip. *Factum est in secunda interrogatione tyranni maximiani ut ingrederentur* cet. Explic. *& abrenunciantes omnibus feculi huiuf feruierunt domino qui cum patre* cet.

s) [fol. 45. b — 47. a.] *Passio Felicis et Regulae.* Incip. *Multorum innumerabiliumque per orbem preciofa extitit in confpectu* cet. Explic. *Celebritas vero paffionis illorum colitur III. id. septembris* cet.

t) [fol. 47. a — 48. a.] *Passio S. Cornelii.* Incip. *Temporibus Decii Cefaris maxima perfecutio orta eft xpianif. & precepit deciuf* cet. Explic. *ubi hodie orationef eorum florent ad laudem et gloriam dni* cet.

u) [fol. 48. a — 49. a.] *Passio Cypriani episcopi.* Incip. *Tusco et Basso confulibus cartagine in fecretario paternuf proconful.* cet. Explic. *cum uoto et triumpho magno. in laude domini* cet.

v) [fol. 49. a — 50. b.] *De exaltatione S. Crucis.* Incip. *Tempore illo poftquam Conftantino augufto. contra maxentium tyrannum properante ad bellum* cet. Explic. *in fce crucis fignaculo. miraculorum plurima. donante dno nro* cet.

w) [fol. 50. b — 55. b.] *Passio S. Eufemiae virginis.* Incip. *Quinto perfecutionis anno Diocletiani imperatorif prifco proconfule in europo ciuitate calcedonie* cet. Explic. *complemus glorificamus deum patrem* cet.

x) [fol. 56. a — 57. a.] *Eiusdem Eufemiae miraculum.* Incip. *Eutices abbas et monachus xpm poft humanam affumptionem* cet. Explic. *Quod annuere dignetur. qui pro ea effudit fanguinem fuum dominuf* cet.

y) [fol. 57. b.] *Dedicatio capellae B. Mariae Helmgerspergae facta, cum reliquiis et indulgentiis.* Titulus ruber hic est: *Tertia* [sic] *Kalend. Augufti dedicata eft cappella beate Marie in Helmgerfperge. Anno dni M. CC. LXII.* Incip. *Cappella beate Marie uirginis in Helmgerfperge quondam a fco Godehardo* cet. Explic. *indulgentias. et adhuc dandas ratificauit.* — Notandum est, foll. 56. et 57. ab aliena manu eaque recentiore esse scripta. Videntur maxime propter ea, quae fol. 56. a — 57. a. leguntur, hoc loco interserta esse.

z) [fol. 56. a. col. b., quocum cohaeret 58. a — 65 b.] *Vita et passio S. Lantberti.* Praemittitur praefatio *Stephani tongrorum episcopi ad Herimannum archipraesulem*, usque ad fol. 58. b. col. a. Incip. *Cum cottidie aliorum explorari* cet. Passio ipsa incip. *Igitur gloriosus martir Lantpertus et eterno regi facerdof dile-*

ctiſſimuſ. inſigni ex proſapia cet. Explic. *curſum ſui agoniſ XV. kl. octob. regnante deo uiuo cet.*

aa) [fol. 65. b — 71. b.] *Passio S. Eustachii.* Incip. *In diebus Traiani imperatoriſ doemonum* (sic) *preualente ſallacia erat quidam magiſter militum.* cet. Explic. *impetrabunt que promiſſa ſunt ſanctiſ per gratiam dni* cet.

bb) [fol. 72. a — 79. b.] *Passio S. Tiemonis archiepiscopi.* Praefatio incip. *Gloriosam martyris clpi Tyemonis paſſionem uenerabiliter eccleſia ſuscipiat* cet. Opus ipsum incip. *Beatissimus igitur martyr et pontifex Tiemo ingenuis parentibus alto baioariorum* [sic] *genere oriundus* cet. Explic. *Paſſus eſt autem egregius xpi martyr quarta kalendas octobris adiuuante et coronante domino* cet.

cc) [fol. 80. a — 108. b.] De miraculis S. Mariae virginis. Incip. *Ad omnipotentis dei laudem cum ſepe recitantur miracula* cet. Explic. *oratorium feſtinus egreditur.*

dd) [fol. 108. b — 109. b.] *Ordo precum in festis nonnullorum Sanctorum canendarum,* cum neumatibus Incip. *En advenit ventura dies natalis sanctissimorum martyrum* cet. Explic. *qui contempſerunt mandata principum. Et cum.*

ee) [fol. 110. a — 115. a.] *De virtutibus et passione S. Matthaei.* Incip. *Erant duo magi zaroes et arfaxar apud ethyopas in civitate eorum magna* cet. Explic. *beati apostoli mathei. qui primuſ hebreo ſermone ſcripſit euangelium dni nri* cet.

ff) [fol. 115. a — 117. b.] *Historia passionis Thebeae legionis.* Post prologum (cuius hoc est initium: *Sanctorum passionem martyrum qui hunc diem* cet.) incip. *Tempore illo sub Maximiano qui romane rei publice cum diocletiano collega imperium tenuit* cet. Explic. *hodierna deuotione et laudibuſ frequentamuſ. regnante dno nro* cet.

gg) [fol. 117. b — 124. b.] *Meginfredi Parthenopolitani vita et passio Emmerammi episcopi.* Post prologum [cuius hoc est initium: *Sanctorum dicta que videntur ſimplicia* cet.] incip. *Est in Aquitanie partibus urbſ uirorum illuſtrium tituliſ celeberrima* cet. Explic. *ut ſi numerari deberent numerantiſ induſtriam premerent.*

hh) [fol. 124 b. — 128. a.] *Passio S. Mauricii sociorumque et miracula S. Mauricii.* Incip. *Diocletianus quondam romane rei publice princepſ cum ad imperium totius orbiſ* cet. Explic. *mente et ore deo debitas inceſſanter laudeſ reboant. cui eſt honor* cet.

ii) [fol. 128. b — 131. b.] *Duo sermones anonymi auctoris*, quorum alter [de contemptu mundi] incip. *Hodierna ſollempnitas frs kmi noſ admonet a preſentiſ vite amore diſiungi* cet., alter [in festum Mauricii martyris] incip. *Sacra hec hodierna ſollempnitaſ fratres kariſſimi nobis eſt amabiliter cum ſumma reuerentia excolenda* cet.

kk) [fol. 132. a. et b.] *Fragmentum hymni eccleſiaſtici, cum notis musicis.* Incip. ..... *nulliuſ per exemplum ſe ſacrauit deo o templum* cet. Explic. *deuſ filiuſ eſſe tuuſ.*

ll) [fol. 132. b — 136. b.] *Conversio S. Cypriani episcopi et passio illius sanctaeque Iustinae virginis.* Incip. *Inluminatio dni nri ihu xpi saluatoris de celo facta eſt. & completiſ uerbiſ prophetarum* cet. Explic. *accipiunt ſanitatem. eorum meritiſ glorificanteſ patrem* cet.

mm) [fol. 136. b — 142. b.] *Confessio S. Cypriani.* Incip. *Quicumque in xpi misteriis proficitiſ meaſ adtendite lacrimaſ* cet. Explic. *patre meo Euſebio. cui est multa gratia et merceſ apud deum qui liberauit me de morte eterna et deduxit ad ihm xpm* cet.

nn) [fol. 142. b — 145. b.] *Passio Sanctorum Cosmae et Damiani.* Incip. *Temporibus Diocletiani et Maximiani fuit quedam mulier in ciuitate egea* cet. Explic. *ad laudem nominis ſui preſtat fieri uſque in hodiernum diem. qui cum patre* cet.

oo) [fol. 145. b — 154. a.] *Passio S. Wenzezlai.* Incip. *Oportet nos fratres kariſſimi uitam et passionem ſci Wenzezlai martiris xpi fideliter conſiderare conſideratamque memoriiſ noſtriſ ſtudioſe commendare* cet. Explic. *Triumphauit vero glorioſuſ martyr quarta kalendaſ octobriſ cum auxilio ſummi regis celorum. qui cum patre* cet.

pp) [fol. 154. a — 156. a.] *In festivitate S. Michaelis archangeli.* Incip. *Memoriam beati Mychahelis archangeli toto orbe uenerandam. ipſiuſ et opere condita et et conſecrata* cet. Explic. *miſſi propter eoſ qui hereditatem capiunt ſalutiſ in xpo* cet.

qq) [fol. 156. a — 159. b.] *Vita S. Hieronymi Presbyteri.* Incip. *Hieronimus noster in oppido Hystrodoniſ quod a gothis versum & dalmatie quondam pannonieque confinium fuit* cet. Explic. *vite tempuſ impleuit anniſ. LXXXVIII. & menſibuſ ſex.*

rr) [fol. 160. a — 161. a.] *Miraculum S. Hieronymi Presb.* Incip. *Inpoſſibile eſt omnino et longum de iſto* cet. Explic. *Expleto etatiſ ſue anno. Nonageſimo primo. Imperii uero Onorii duodecimo. Imperante utique illo* cet.

ss) [fol. 161. b — 162. b.] *De translatione S. Stephani.* Incip. *Factum eſt cum eſſet reconditum corpus ſci Stephani primi martiriſ hieroſolimiſ in ſca ſyon* cet. Explic. *Sanitateſ autem et virtutes facte ſunt ſuper infirmos in diebus illiſ* cet.

tt) [fol. 163. a.] *Dedicatio capellae B. Mariae Helmgerſpergae facta.* Titulus ruber hic est: *Dedicatio Capelle S. Marie in latere chori.* Incip. *Anno ab incarnatione dni M? CC? L. III? Indictione XII. deo deuoto Abbate Hermanno impetrante ſed uenerabili Pataųien. epo. Berhtoldo permittente* cet. Explic. *ad maiorem deuotionem fidelium excitandam.*

uu) [fol. 163. b.] *Hymni ecclesiastici duo.* Alter incip. *Gaude uiſceribus mater in intimis felix eccleſia que sacra replicas* cet. Alter, non absolutus, incip. *O Ciuitas celeſtis manſio ſecura* cet. — Caeterum haec et quae sub litt. ss) et tt) recensuimus, ab aliena manu profecta sunt, eadem illa, quae foll. 56. et 57. scripsit.

vv) [fol. 164. a — 174. b.] *Vita et actus Corbiniani episcopi Frisingensis ecclesiae.* Incip. post prologum [cuius

hoc est initium: *Dum cupimus ad aedificationem audientium* cet.] his verbis: *Vindemiarum tempore dum quidam ei vindemiarum primiciaſ afferebant* cet. Explic. *opem confert iugiter ſanitatiſ. preſtante et miſerante dno* cet.

ww) [fol. 175. a — 181. a.] *Vita sanctorum confessorum et episcoporum Syri atque Hiventii.* Incip. *Celeſtis exorta prosperitaſ dulci relata ſacundia* cet. Explic. *ſancta oſſa eius quieſcentia uirtutibus ſlorent atque miraculiſ. preſtante domino* cet.

xx) [fol. 181. b — 183. b.] *Passio S. Fidis virginis.* Incip. *Sca igitur Fides Agennonensium ciuitate oriunda fuit* cet. Explic. *innumera celitus patrantur miraculorum inſignia preſtante domino* cet.

yy) [fol. 183. b — 194. b.] *Vita S. confessoris Magni conscripta a Theodoro.* Incip. *In tempore illo cum beatissimus Columbanuſ ſimul cum beato Gallo nepote ſuo* cet. Explic. *Celebratur autem ſollempnitaſ ſci Magni confeſſoris xpi VIII. id. Sept. ad laudem dni* cet.

zz) [fol. 195. a — 198. b.] *Vita S. Egidii confessoris.* Incip. *Scs igitur Egidius natione grecuſ ac preclariſ parentibus originem duxit* cet. Explic. *auxilientur nobiſ petimuſ tua ſca merita pater Egidi apud dominum* cet.

α) [fol. 198. b — 201. b.] *Vita vel passio S. Antonini.* Incip. *Quecunque de sanctorum martirum mirabilibus recitanda ſunt* cet. Explic. *Qui paſſuſ eſt apamia ciuitate ſub antonino imperatore cognomento pii IIII. Non. Septembris.*

β) [fol. 202. a — 211. b.] *Vita S. Leobae virginis.* Incip. *Scripturus uitam beate et uenerabiliſſime leobe uirginiſ* cet. Explic. *in hoc ſeculo honoriſ tribuit nobilitatem. cui est honor* cet.

γ) [fol. 211. b.] *Fragmentum hymni*, cum notis musicis. Incip. *Sicut roſa inter ſpinaſ illiſ addit ſpeciem* cet. Ultima huius fragmenti verba adeo sunt in litura, ut legi nequeant.

δ) [fol. 212 — 213.] *Fragmentum ex Legend. SS. et quidem e VII. et VI. Id. Iun.* Sunt haec aliena manu scripta. Incip. *Verum maturuſ et ſanctuſ* cet. Explic *uiolentuſ ualuit. ne qua* .....

CXCVI.

[Rep. II. fol. 59. a.]

Codex membranaceus saec. XIII. scriptus, inscriptionibus et litteris initialibus minio pictis, lineis stilo ductis, scriptura perspicua et elegante in duas columnas divisa. Hic liber, cuius margo incendio, ut videtur, tactus est, ita tamen ut nulla scripturae iactura sit facta, olim *Sancti Mauricii fuit in Altach inferiori*, ut fol. 1. a. legitur. Constat foll. 193. Continentur haec:

a) [fol. 1. a — 9. b.] *Passio S. Ceciliae et Sanctorum Tyburtii et Valeriani.* Post prologum [cuius initium est: *Humanas laudes et mortalium infulaſ* cet.] incip. *Beata et ſca Cecilia uirgo clariſſima abſconditum ſemper euangelium* cet. Explic. *exuberant ad memoriam ſce Cecilie uſque in hodiernum diem.*

b) [fol. 9. b — 11. a.] *Passio S. Longini.* Incip. *In diebus dni nri ihu xpi fuit quidam mileſ centurio.* cet. Explic. *glorificanſ dominum ſemper. Hec acta ſunt in capadocia X. Kl. Decemb. ſub preſide Octauio Regnante dno nro* cet.

c) [fol. 11. a — 14. a.] *Passio S. Clementis.* Incip. *Tertius Romane ecclesie preſuit eps clemens qui diſciplinam apoſtoli petri ſecutuſ* cet. Explic. *Paſſus eſt ſcs Clemens papa urbiſ rome ſub die nona Kl. Decembr.*

d) [fol. 14. a — 32. b.] *Vita S. Columbani abbatis auctore Iona*, cuius praefatio ad *Waldebertum et Bobolonem patres* incip. *Memini me ante hoc ferme triennium* cet. Vita ipsa fol. 16. a. incip. *Natus est ergo hic inter primordia fidei* cet. Explic. *regali adminiculo ac praeſidio foueret. litteraſ caſti* .... Manus antiqua adscripsit haec verba: *hic est magnus defectus.*

e) [fol. 33. a — 36. b.] *Passio S. Katerinae.* Fol. 33. a. in margine inferiori antiqua manus haec verba scripsit: *Iſta legenda eſt nimis detruncata.* Incip. *Tradunt Annales hystoric. quod conſtantinus* cet. Explic. *qua xps per redemptionem mundi ad paſſionem properauit, cui eſt lauſ* cet. Haec legenda picta est manu paullo recentiore, quam qua cetera hoc codice contenta scripta sunt. In eius fine qui illam scripsit, hos versus addidit:

Hunc tibi regina librum ſcripſi Katerina.
Nominor Vlricus. fac xpi ſim quod amicus amen.

f) [fol. 37. a — 43. a.] *Vita S. Anastasie et passio S. Chrysogoni.* Post prologum [cuius hoc est initium: *Si quis voluerit ſtudioſe perquirere* cet.] incip. *Pretextati illuſtriſſimi viri filiam Anaſtaſiam legimuſ* cet. Explic. *baſilicam fabricauit. conſummauit martirium in pace benedicenſ dominum qui regnat* cet.

g) [fol. 43. a — 44. a.] *Passio S. Petri Alexandrini episcopi.* Incip. *Natalis sancti Petri Alexandrini epiſcopi inter precipuoſ* cet. Explic. *fere cum clericiſ et laiciſ ſexcenti* [sic] *ſexaginta.*

h) [fol. 44. a — 45. a.] *De S. Lino papa.* Incip. *Sancti lini papae sacra ueneratio agitur hodierna die* cet. Explic. *martirem esse confeſſa alexandrum xpo credidit.*

i) [fol. 45. a — 45. b.] *De S. Gregorio papa.* Incip. *Gregorii denique Pape eximii inter ſanctorum ſollempnitateſ* cet. Explic. *intra quorum noſ conſortium et cetera.*

k) [fol. 45. b — 53. a.] *Vita et Passio S. Chrisantii et Dariae.* Post prologum [cuius hoc est initium: *Hystoriam priorum ſanctorum ad edificationem noſtram deus voluit peruenire* cet.] incip. *Polimius uir illuſtriſſimuſ alexandrine urbiſ honoratuſ & primuſ* cet. Explic. *et in gloria perpetue corone ſuſcepit.*

l) [fol. 53. a — 53. b.] *Passio S. Saturnini, Sennis et Sisinnii.* Incip. *Sanctorum diaconorum Saturnini martiriſ Senniſ & Siſinnii ipſo die ſollempnium* cet. Explic. *ſacrum corpuſ in eccleſia condigno honore ueneratur.*

m) [fol. 54. a — 68. b.] *Passio S. Andreae apostoli.* Post prologum [cuius hoc est initium: *Inclita ſanctorum apostolorum trophea nulli credo latere fidelium* cet.] incip.

Igitur post illum dominice ascensionis nobilem gloriosumque triumphum cet. Explic. *in ciuitate patras sub aegea proconsule pridie Kl. Decembr. regnante domino* cet.

n) [fol. 68. b — 74. b.] *Vita S. Soli ab Erminrico Levita scripta ad Gundramum.* Post prologum [cuius hoc est initium: *Dum ubique urbanitate ac munimento* cet.] incip. fol. 70. a. *In paganorum itaque multorum paganericis dum multos scenico more* cet. Explic. *tali sillogismo subiaceat.*

o) [fol. 75. a — 76. b.] *Passio S. Barbarae.* Incip. *Temporibus Imperatoris maximiani erat quidam satrapa* cet. Explic. *Martirisata est autem sancta Barbara in italia imperante maximiano augusto et preside martiano; apud nos uero regnante domino* cet.

p) [fol. 77. a — 80. a.] *Vita S. Nicetii episcopi.* Incip. [post prologum, cuius hoc est initium: *Si fides adhibetur relatoribus sacrorum operum* cet.] *Igitur sanctus Nicetius episcopus ab ipso ortus sui tempore* cet. Explic. *quod ibi sacramentum presumat exsoluere.*

q) [fol. 80. a — 89. b.] *Vita S. Nykolai episcopi et confessoris.* Post prologum [cuius initium hoc est: *Sicut omnis materies si ab imperito artifice constructa fuerit* cet.] incip. *Nikolaus itaque ex illustri prosapia ortus ciuis fuit patere urbis* cet. Explic. *& aucti benedictione remearunt ad propria magnificantes dominum nostrum* cet.

r) [fol. 89. b — 107. a.] *Alia vita eiusdem Sancti.* Incip. *Gloriosa quidem acta sanctorum quibus ab ortu natiuitatis sue* cet. Explic. *per merita et intercessionem beati Nycolai.*

s) [fol. 107. a.] *Vita S. Euticiani papae et martyris.* Incip. *Sci Euticiani pape annua dies agitur* cet. Explic. *aut colobio purpurato nulla ratione sepeliret.*

t) [fol. 107. a — 110. b.] *Vita S. Eucharii episcopi et confessoris.* Post prologum [cuius hoc est initium: *Quamvis beata vita sanctorum apud omnipotentem deum* cet.] incip. *Igitur postquam beatissimus Petrus apostolus antiocenam ecclesiam* cet. Explic. *ad meridianam plagam sita cum ymnis et piis lacrimis sepulture tradiderunt.*

u) [fol. 110. b — 111. a.] *Vita S. Valerii episcopi.* Incip. *Post cuius uenerabilem obitum scs Valerius in ministerium sacerdotale successit* cet. Explic. *corpora nec sepulcrum ab inuicem separaret.*

v) [fol. 111. a — 112. a.] *Vita S. Materni episcopi.* Incip. *Post discessum sci Valerii beatus Maternus pontificalem suscipiens apicem* cet. Explic. *et his potiora se percepisse letatur. Prestante domino* cet.

w) [fol. 112. a — 113. b.] *Vita S. Lupi episcopi et confessoris.* Post prologum [cuius hoc est initium: *Sanctorum gesta calamo pandere per Raphahelem archangelum docemur* cet.] incip. *Sanctus igitur Lupus parentibus inclitis ex parte sanguine regali* cet. Explic. *exspectans diem anastasis suscitandis a domino qui uiuit* cet. In media hac vita exciderunt folia, ut videtur, duo.

x) [fol. 113. b — 114. a.] *Passio Leocadiae virginis.* Incip. *In temporibus illis dum post corporeum saluatoris aduentum* cet. Explic. *in carcere loco confessionis orauit et suum spiritum domino commendauit qui uiuit* cet.

y) [fol. 114. b.] *Vita S. Melciadis papae.* Incip. *In sancti Melciadis pape festiuitate fratres letemur* cet. Explic. *per ecclesias dirigerentur.*

z) [fol. 114. b.] *Vita S. Damasi papae et confessoris.* Incip. *Sancti Damasi pape nobis memoria celebranda traditur* cet. Explic. *iuxta matrem et germanam suam.*

aa) [fol. 114. b — 116. a.] *Passio S. Luciae virginis et martyris.* Incip. *Cum per uniuersam prouinciam beatissime uirginis Agathe fama crebresceret* cet. Explic. *largiuntur omnibus et ingentibus sepulcrum eius per ihm xpm* cet.

bb) [fol. 116. a — 121. a.] *Vita S. Otiliae virginis.* Incip. *Temporibus Hilderici imperatoris erat quidam dux illustris nomine Adalricus* cet. Explic. *et ut ita dixerim uitam in melius mutauit id. decembris regnante domino nostro* cet.

cc) [fol. 121. a — 121. b.] *Passio S. Luceiae virginis.* Incip. *Luceia virgo domini Sermonialis ciuis urbica de territorio* cet. Explic. *qui eos in confessionem sui nominis uocare dignatus sit Qui uiuit et regnat cet.*

dd) [fol. 122. a — 124. a.] *De adventu eiusque caussis Ioannis patriarchae Indorum sub Callisto papa anno papatus eius quarto, qui est annus domini* MCXXII. Titulus minio pictus hic est: *De Aduentu Priarche yndorum sub Calisto pp. II.* Incip. *Temporibus antiquis consuetudo fuisse legitur rerum bonarum studia* cet. Explic. *eleuatis in celum manibus xpm equanimiter glorificabant.*

ee) [fol. 124. b — 125. b.] *Innocentii IV. Papae Bulla Canonisationis S. Stanizlai Cracoviensis episcopi et martyris.* Incip. *Olim a gentilium oculis tenebrarum detersa caligine* cet. Explic. *de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum asisii. XV. Kald. Septembris. Pontificatus nostri anno vndecimo.* — Legitur haec bulla in Magno Bullario Rom. [ed. Luxemb.] Tom. I. pag. 99. sq. Additae sunt *orationes*, quae incip. *Populum tuum queso omnipotens deus* cet. — Foll. 122 — 125. ceteris recentiora et splendidius scripta sunt.

ff) [fol. 126. a — 135. a.] *Passio S. Thomae apostoli.* Incip. *Beatum Thomam cum reliquis discipulis ad officium apostolatus electum* cet. Explic. *& factum est gaudium magnum inter fratres.*

gg) [fol. 135. a — 137. a.] *Vita et passio S. Victoriae virginis.* Incip. *Factum est ut illustris uir Aurelianus ad petitionem* cet. Explic. *Passa est autem a carnifice sacra uictoria decimo Kalendas Ianuarias cum laudibus xpi. cui est honor* cet.

hh) [fol. 137. a — 146. a.] *Vita et passio S. Eugeniae virginis et martyris.* Incip. *In diebus illis. septimo consolatu* [sic] *suo Commodus imperator direxit illustrissimum uirum Phylippum* cet. Explic. *His ita gestis deo patri omnipotenti laudes et gratias refe-*

ramuſ per dominum nostrum cet. [*Passio* incip. a fol. 143. b.]

ii) [fol. 146. a — 148. a.] *Descriptio qualiter Protomartiris Stephani brachium ad civitatem Bisonticam sit delatum tempore Theodosii minoris imperatoris.* Incip. *Anno dominice incarnationiſ ducenteſimo quadrageſimo tertio poſtquam diocletianuſ ſibique collega maximianuſ* cet. Explic. *de quibus uolenti ſcire inuenitur facile.*

kk) [fol. 148. a — 149. b.] *Qualiter brachium S. Stephani ſuratum et Danubio flumine proiectum mirabiliter ſit inventum.* Incip. *Memoriam ſecit mirabilium ſuorum miſericorſ & miſerator* cet. Explic. *gaudium magnum euocatiſ amiciſ dttulerat.*

ll) [fol. 149. b — 152. a.] *Miracula quaedam S. Stephani.* Singularum narrationum tituli: *De negociatore qui cecidit de monte* [fol. 149. b.] *De Lantperto Lingonensi proposito* [fol. 150. a.] *Relatio Gregorii Turonensis de beato Stephano* [fol. 150. b.] *De miraculo Bituricae ecclesiae facto* [fol. 151. a.] *Item aliud apud Burdegalensem actum urbem* [fol. 151. a.] *Item aliud auguſtuni actum in ecclesia Sci Stephani per meritum eiuſdem martyriſ.*

mm) [fol. 152. a. et b.] *Epistola Aviti presbyteri ad Walconium papam.* Incip. *Memoreſ eſſe noſ mei cupio & precor* cet. Explic. *tuti ex hoc quietique uiuetis. Gratia domini nostri* cet.

nn) [fol. 152. b — 157. b.] *Evodii liber miraculorum S. Stephani.* Post prologum [cuius hoc est initium: *Quoniam ſanctus Raphahel angelus noſ adhortari dignatur* cet.] haec verba minio picta leguntur: *Textuſ diuinorum operum que oſtenſa ſunt per beati protomartiriſ Stephani uenerabile meritum mandata quoque noticie fidelium ab euodio in ecclesia Vlali cuiuſ urbiſ pontificatum amminiſtrabat ſacerdoſ digniſſimuſ Aurelio tunc temporiſ auguſto apud ypponem dominice ſationiſ diſpenſatore conſtituto.* Opus ipsum incip. *Cum igitur nullus saltim rumor adhuc esse potuiſſet* cet. Explic. *Stephani primi teſtis xpi benedictione fauente diuinam maieſtatem poſſimuſ impetrare per dominum noſtrum* cet.

oo) [fol. 157. b — 167. b.] *De virtutibus S. Iohannis evangelistae et apostoli.* Incip. *Tempore illo ſancti apoſtoli domini et ſaluatoriſ nostri ceterique diſcipuli* cet. Explic. *Hic ſubito corporiſ ſomno requieſcit in pace per dominum nostrum* cet.

pp) [fol. 167. b. — 169. a.] *Passio S. Theogenis martyris.* Incip. *Cum multi martyres vicerunt aduerſarii uirtutem* cet. Explic. *Hec acta ſunt III. Kal. Ian. regnante domino nostro* cet.

qq) [fol. 169. a — 184. b.] *Vita S. Silvestri papae.* Post prologum [cuius hoc est initium: *Historiografus noster Euſebius cum hyſtoriam eccleſiaſticam ſcriberet* cet.] incip. *Sylveſter cum eſſet infantuluſ matre Luſta* cet. Explic. *id est Constantini ciuitaſ uſque in hodiernum diem.*

rr) [fol. 184. b — 185. b.] *Passio S. Columbae virginis.* Incip. *In diebus illis adueniens Aurelianus imperator de partibus orientiſ* cet. Explic. *Acta sunt autem hec apud ſenonaſ ciuitatem II. Kal. Ianuarias ſub aureliano imperatore regnante dno nro* cet. Subscriptus est versus: *Finis adest operis mercedem poſco laboris.*

ss) [fol. 186. a — 193. b.] *Vita S. Erminoldi primi abbatis in pruefuinge rethorico ſtilo conſcripta.* Ita titulus minio pictus. Scripta videtur haec vita circa ann. 1286. Post prologum [cuius hoc est initium: *Nouiſſime diebus iſtis in quibus proh dolor iuxta pſalmiſte querelam* cet.] incip. *Igitur cum apoſtolice predicationis in omnem terram ſonus exiſſet* cet. Explic. [sed deest finis] *orbitate pauperior. deuotionis tamen.* .....

CXCVII.

[Rep. II. 4. 131.]

Codex membranaceus saec. XIV. exaratus, scriptura in duas columnas divisa, litteris initialibus modo rubris modo caeruleis, inscriptionibus, quae tamen a fol. 26. omittuntur, milto pictis, folior. 57. Continentur:

Legenda de miraculis [sunt, ut ex numeris a manu antiqua adscriptis patet, CLXXXVII] S. Mariae, *in honorem partus B. Mariae ex variis chronicis conscripta a Monacho quodam Cellae Mariae.* Incip. *Ad honorem partus beatiſſime uirginis marie. quem ſolum peperit* cet. Explic. *quod elata cogitatio. omnia illa bona diſſoluit.* In fine libri rubro et caeruleo picti leguntur hi versus:

Finis adeſt operis mercedem poſco laboris
Divinum flamen opus iſtud compleat amen.
Finito libro ſit laus et gloria Chriſto.

Fol. 1. b. index singulorum miraculorum legitur, fol. 56. b. et 57. a. et b. prisca manus varias adscripsit notas.

CXCVIII.

[Rep. II. fol. 59. b.]

Liber chartaceus saec. XVIII. eleganter in foliis 71. (quorum 1. 2. 3. 4. 69. 70. et 71. scriptura vacant) ad exemplar vetusti codicis exaratus, rubris inscriptionibus et lineis circum scripturam cuiusque folii rubro circumductis. Paginae numeratae sunt 128. Continet:

Anonymi antiqui de vita S. Hedwigis quondam ducissae Slesiae. Incip. *Incipit prefatiuncula de vita sancta Hedwigis quondam duciſſe ſleſie.* [Haec rubro scripta sunt. Sequuntur atro scripta:] *Splendoris eterni genitor, lumenque indeficiens* cet. Explic. *viuit & regnat per cuncta ſecula ſeculorum, amen.* [Et rubro picta verba:] *Explicit legenda maior & minor de Sancta hedwigi* (sic) *anno domini millesimo trecentesimo consummata. Deo gracias amen.*

CXCIX.

[Rep. II. 4. 119.]

Codex membranaceus saec. XIII. ab initio et in fine mutilus, rubris inscriptionibus et litteris initialibus, argumentis ad marginem passim rubro notatis, numeris custodum loco manipulis octonorum foliorum additis, lineis stilo ductis, foliorum crassae membranae 42. Continetur:

Fragmentum tractatus anonymi de missa et ecclesia. *De missa* pertinet usque ad fol. 17. a., ubi incipit tractatus *de ecclesia.* Haec omnia certe magnam partem impressa sunt [codex etiam collatus est cum expresso exemplari et recentior manus non tantum quae sit lectionis diversitas, sed etiam

quae in impresso exempl. desiderentur, in margine notavit] apud *Melchior. Hittorpium* de divinis cathol. eccles. officiis, Par. 1610. pag. 1170. sqq., sed longe alio ordine. Incip. Codex ab iis verbis, quae leguntur l. l. pag. 1214. cap. 120. *Zachariaſ papa conſtituit, ne ſacerdoſ cum baculo ad altare iret.* Quae *de ecclesia* a fol. 17. a. leguntur, habentur l. l. pag. 1214. cap. 122. Explic. [quae ad finem codicis leguntur, nondum typis descripta videntur] *in peccatiſ expreſſit. Nocturnale.* [Et rubro picta verba:] *De matris laud.*

CC.

[Rep. II. fol. 60.]

Codex membranaceus saec. XII. exaratus, rubris litteris initialibus et inscriptionibus, lineis stilo ductis, vocum compendiis usitatissimis iisque non adeo multis. Folia habet 47. Continetur:

Fragmentum Ritualis cuiusdam. Incip. ..... *dit ſe eſſe diaconum et ſacerdotem. ſiue ut octo ſint ueſtimenta* cet. Explic. *Trinitatiſ opera in una carne tua.*

CCI.

[Rep. II. 4. 124.]

Codex membranaceus saec. XIII. rubris inscriptionibus et litteris initialibus, folior. 126. Continetur hoc libro, qui olim fuit *Monasterii S. Udalrici Aug^{ae},* ut fol. 1. a. legitur:

Fragmentum Ritualis cuiusdam. Incip. ..... *peccatorum contegitur. Hoc duplicatur* cet. Explic. *ſicut prius ſacrificare oblatam.* Ab initio habetur tractatus de vestibus clericorum, *de casula, mapula, dalmatica, rationali, anulo, baculo* cet. A fol. 60. b. habetur *opusculum de actione missarum, collectum ex verbis Cypriani, Ambrosii, Fulgentii* cet.

CCII.

[Rep. II. 4. 126.]

Codex membranaceus saec. XIV. rubris litteris initialibus et inscriptionibus ornatus, prisca ligatura bullis insignita. Foliis constat 244, quorum ultimum semivacuum est scriptura. Continetur:

Rituale et Lectionarium. Fol. 1. a. *Calendarium* praemittitur, quod eodem modo incipit, quo illud in Cod. CXXIX. sub. litt. *a. Ciſio Ianus epi* [ita hoc loco] *ſibi* cet. Fol. 2. a. post inscriptionem [*In nocte aduentus domini* cet.] opus incip. *DEus pacis ſanctificet vos per omnia* cet. Explic. *lumen glorie percipere mercamur per dominum.* Tum paucula quaedam leguntur a recentiore manu profecta *de ſancto bonifacio.*

CCIII.

[Rep. II. fol. 60. a.]

Codex membranaceus splendidissimus et elegantissimus, ligatura holoserica rubra et ora deaurata ornatus, saeculo XV. in laevissimis membranis exaratus, litteris initialibus auro et vario colore distinctis egregieque pictis, margine latissimo. Litterae tantae sunt, ut modo 17 lineae in plena pagina scriptae sint. Picturae (*Miniaturen*) apparent in foll. 3. a, quae est maxima, sed non satis bene habita, 7. b. 10. b. 13. a. 16. a. 18. a. 25. a. 27. a. 28. b. 29. b. 30. b. 31. b. 32. a. 34. a. [bis] 36. a. 39. a. 42. a. 56. a. 61. a. 62. a. 65. a. 67. a. 68. a. 69. b. 88. a. 100. b. 102. b. 105. b. 106. b. 107. b. 109. b. 111. b. 116. b. Manipulis denorum foliorum adscripti sunt custodes. Folia sunt 147, quorum 1. 2. et 147. b. scriptura vacant. A recentiore manu quaedam correcta vel suppleta sunt, cf. fol. 57. [a. et b.] et 59. a. — Continentur:

Orationes et Missale. Incip. fol. 3. a. *Miſſa de beata virgine. Int.* [Haec rubro picta sunt; sequuntur aurata verba:] VVLTVM TVVM: *Deprecabuntur omnes diuites* cet. Explic. *ſit te miſerante propiciabile. per xpum dnum noſtrum. Amen.* — A fol. 133. a. *symbolum Athanasianum,* a 136. a. *Missa* incipit. Caeterum fol. 1. a. recentiore manu scripta verba leguntur: *Presentato da Mons. Arciu^{uo} di S. Seuerina, à di 25. di Nouembre* 1583.

CCIV.

[Rep. II. 4. 135.]

Codex membranaceus saec. XV. perspicue scriptus, rubris litteris initialibus et inscriptionibus, folior. 42, quorum 42. b. scriptura vacat. Continentur:

Statuta sive Constitutiones Canonicorum Regularium Ordinis sancti Augustini Monasterii sancti Thomae in Lipczk dyocesis Merseburgensis. Ita titulus minio pictus. Sunt haec statuta in forma authentica. Incip. [a bulla *Iohannis episcopi Merſeb.*] *Inter cetera quibus ex ſuſcepti regiminis onere* cet. Explic. *sed etiam coram omnibus hominibus.* Tum sequitur fol. 41. b. et 42. a. *Iohannis Ep. Mers. confirmatio statutorum* Commemoravit hunc codicem, quem cum multis aliis bibliothecae nostrae MSS. inspexit, *Pertzius.* Vid. eius *Archiv.* tom. VI. pag. 208. cf. *Goetzii* progr., quo bibliothecam nostram aperiendam fore indixit, pag. 27. *Vogelius* in libro: *Fortsetzung der Leipzigischen Historiae*, qui manu scriptus in nostra Bibliotheca asservatur et de quo infra dicturi sumus, lib. V. fol. 10. b. haec de illis statutis retulit: — — „wie dieses aus ihren Statutis und Constitutionibus zur Gnüge zu ersehen ist. Das Original ist auf Pergament — geschrieben, und wie sie Ao. 1445. Johannes von Bosen, Bischoff zu Merseburg, bey damaliger Visitation, als Burchardus Probst in diesem Convent gewesen, revidiren und erneuern lassen, von Herrn *D.* Christian Benjamin Jacob, Vornehmen des Raths und Stadtrichter — Ao 1711. d. 5. Aug. auff die Bibliothec Eines Hochedeln und Hochw. Raths zu Leipzig geschenket worden.“

CCV.

[Rep. III. fol. 10. a.]

Codex chartaceus saec. XVIII. scriptus, folior. 46, quorum 1. b. et 46. scriptura vacant. Inscriptiones rubro pictae sunt. Continentur:

Statuta Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Monasterii S. Thomae in Liptzk. Sunt eadem illa, quae in antecedente Codice continentur, unde descripta sunt a *Vogelio*, auctore Annalium Lipsiensium.

CCVI.

[Rep. II. 4. 134.]

Codex chartaceus saec. XV. et XVI. folior. 110, quorum 1—3.

41. b. 42. 43. 59 — 61. 70. b. 71. b. 72 — 110. scriptura vacant. Inter foll. 46. et 47. et 56. et 57. scidulae in supplementum intersertae sunt, quae numeris 46. b. et 56. b. notavimus. Continentur:

a) STATUTA CAPITULI MISENENSIS ANNO MCCCCXCVIII. [cf. fol. 5. a.] COLLECTA ET A CANONICO QUODAM INEUNT. SAEC. XVI. AUCTA ET SUPPLETA. Haec leguntur a fol. 4. a — 41. a. Incip. *In nomine* etc. — *gloriam. Nos infrascripti Vdalrichius* cet. Explic. *de dignitatibus officiis et personatibus expressa.*

b) [fol. 44. a — 45. b.] PREPOSITURE MISNENS. REDDITUS. Ita titulus. Praescriptum legitur nomen: *Ernestus de Sleynitz.* Incip. *Habet allodium* cet. Explic. *et XXIIII talenta olei.*

c) [fol. 46. a — 53. b.] DE OBEDIENTIIS. Nomen praescriptum est: *Doctor haynis decanus.* Incip. *Habet XXXVIII* cet. Explic. *Diie Lehnfrawen.*

d) [fol. 54. a — 55. a.] DE SEPTEM MINORIBUS PRAEBENDIS IN ECCLESIA MISNENSI. Ita titulus. Incip. *De institutione* cet. Explic. *in solucione statutorum defalcantur.*

e) [fol. 55. b — 58. b.] DE CENSIBUS MINORUM PREBENDATORUM. Ita titulus. Incip. *Obedienciatum obediencie Kaytitz* cet. Explic. *Cristophorum de Rüdigdorffs.*

f) [fol. 62. a — 66. a.] STATUTA VICARIORUM INGENUAE ECCLES. MISNENS. Incip. *Ut et predicta* cet. Explic. *melius visum fuerit moderari.*

g) [fol. 66. b — 68. b.] STATUTA [*vicariorum*] PER DECANUM MISNENSEM DATA. Incip. *Primo omnium personae* cet. Explic. *vocabitur non negacionis.*

h) [fol. 69. a — 71. a.] CONSTITUTIONES ET CONSUETUDINES *eccles. Misnens., quas omnes persone eiusdem servare tenentur.* Ita titulus. Hic multa desunt. Incip. *Quamuis in sacro concilio Basiliensi* cet. Explic. 130 *Flor: Monetae Misnensis.* — Caeterum commoravit hunc codicem iam *Pertzius*, Archiv. tom. VI. pag. 212.

CCVII.

[Rep. II. 4. 148.]

Codex chartaceus saec. XV. satis eleganter exaratus, litteris initialibus aut rubris, aut atris rubro adpictis, inscriptionibus milto pictis, folior. 255, quorum 1. et 255. membranacea sunt, 6. autem cum 7. et 9. a. scriptura vacant. Continentur:

CANTIONES ECCLESIAE CATHEDRALIS MISNENSIS, CUM NOTIS MUSICIS. Incip. fol. 10. a. ab *Aleluia in vigilia sancte pasche.* Explic. fol. 253. b. *Ecce sacerdos magnus — eum dominus.* — In priori libri operculo haec leguntur diversis manibus scripta: *D. Nickel von Heynitz Archidyaconus. D. Benno von Heynitz Archidyaconus. — Eximius Dominus Georgius a Reinsperg Archidyaconus Nysicensis Dum esset cantor ecclesie Misnensis, hunc librum pro Cantore suis impensis conscribi fecit: Et post adeptam Cantoriam Michi paulo Snoffheym pro vno floreno reñ. fauorabiliter assignauit: Anno salutis* 1530. *Quem uolo post obitum meum semper penes Cantorem huius Ecclesie Misnensis manere debere.* Deinde haec sequuntur: *Dis Buch hab ich Heinrich von Heynitz, Senior vnd Scholasticus im Hohen Stifft Naumburgk und Thumherr zu Zeitzs cet. von meinem Vetter Doct. Benno von Heynitz, welcher meines Vatter Bruder ist gewesen, ererbet: Anno Christi* 1550.

CCVIII.

[Rep. II. 8. 144. c.]

Codex membranaceus saec. XV. egregie scriptus et picturatus, margine cuiusque folii aurata pictaque. Picturae ex historia Novi Testamenti petitae habentur in foll. 7. a. 15. a. 21. a. 27. b. 28. b. 29. b. 34. a. 36. b. 39. a. 43. a. 54. a. 75. a. 76. b. Hoc codice 78 folia complente continentur:

HEURES. Post Calendarium [fol. 1 — 6.] incip. fol. 7. a: *Secundum iohannem. In principio erat verbum* cet. Explic. *du filz et du saint esperit. Amen.*

VII.

THEOLOGI RECENTIORES.

CCIX.

[Rep. IV. fol. 51. b.]

Codex chartaceus saec. XV. duabus columnis scriptus, litteris initialibus vel rubris vel rubro colore pictis, folior. 216, quorum 154. b — 168. b. et 192 — 216. scriptura vacant. Fol. 1. a. haec in inferiore margine leguntur: *Ioan. Fichardi V. I. D. Ex haereditate Dn. Conradi Fichardi Canonici cet. Anno* 1547. Continentur:

a) [fol. 1. a — 154. a.] GWYLHELMUS CANCELLARIUS PARISIENSIS SUPER EPISTOLAS [sc. dominicales]. Ita titulus rubro pictus. Incip. *Hora est iam nos de sompno surgere* cet. Explic. *ornet se actionibus alicuius.* Tum sequitur subscriptio haec: *Expliciunt dicta Donn. Wyl. parisyens.* [Haec rubro picta sunt.] *Et sic est finis huius summe Epistolarum Compilate ac Collecte per Reuerendum dominum Gwilhelmum Epm parysiensem Doctorem Sacre pagine eximium. nec non Cancellarium. predignum, eiusdem studii Parisiensis* cet. *In vigi-*

lia Brigide virginis. Anno XV.to [i. e. 1415.] Quae sequuntur, rubro sunt picta: *Comparate per Caſparem organiſtum Ecclesie Beate Elyſabeth Wratisl. tunc temporis. Oremus pro invicem ut ſaluemur cet.*

b) [fol. 169. a — 180. b.] *Anonymi de dedicatione templi sermo.* Incip. *Egreſſus ihs perambulabat Iericho* cet. Explic. *ſuper hoc adducendis.*

c) [fol. 180. b — 191. b.] *Anonymi* tractatus, cuius titulus rubro pictus hic est: *De Cena domini Ihu xpi.* Incip. *Tercio anno imperii fecit Aſſuerus rex grande conuiuium* cet. Explic. *rege iij illo.*

CCX.

[Rep. IV. fol. 46. b.]

Codex chartaceus saec. XV. rubris inscriptionibus et litteris initialibus, folior. 366, quorum 1. b. 211. b. et 268. vacua sunt. Scripturam in duas columnas divisam habent foll. 139 — 209. et 269 — 366. Continentur haec:

a) [fol. 2. a — 138. b.] Jacobi Magni Ord. Fratrum Eremitarum S. Augustini Sophilogium. Post indicem [fol. 2. a — 3. b.] et dedicationem [quae simul libri ordinem et conspectum exhibet, fol. 3. b.] opus ipsum fol. 4. a. incip. *De quibuſdam inducentibus ad amorem ſapientie. Dicit ariſtoteles X. ethicorum quod homo ſapiens* cet. Explic. *perpetuo exilio detur. Inſuper .....* Mutilum est opus in fine.

b) [fol. 139. a. — 209. b.] Roderici Sancii de Arevalo speculum humanae vitae. Ab initio mutilum est opus. Incip. a verbis: .... *dum rem geſtam fideliter enarrant* cet. Explic. *tibi credito perducat ad vitam eternam.* Tum [fol. 208. b.] hi versus leguntur:

Edidit hoc lingue clariſſima norma latine
Excelſi ingenii vir Rodericus opus
Qui in roma angelica eſt cuſtos bene fidus in arce
Sub Pauli veneti nomine pontificis.
Claret in ytalici Sancotenſis episcopus auſis
Eloquii, id ſuperos gloria parta ſiī [sic].

Sequitur Registrum alphabeticum, cuius in fine rubro colore notatus legitur annus 1470.

c) [fol. 212. a — 267. b.] Guiberti de tornaw ord. min. paris. sermones ad clerum Parisinum. Incip. *Rogatus pluries ut ſermones quoſdam ad clerum pariſienſem* cet. Explic. *vitam finiuit Rog. ... de ſancto michael.*

d) [fol. 269. a — 364. b.] Johannis de turrecremata expositio psalterii. Titulus in fine demum legitur. Incip. [a dedicatione ad Pium II.] *Poſt humilem recommendationem ad pedum oſcula* cet. Explic. *ſum angelicus ſum humanus. omnis ſpiritus laudet dominum* AMEN. Subscriptio praeter titulum haec est: *Et finitum eſt IIda die menſis Iulii anno* M.CCCC.LXX. *in alma uniuerſitate lipcenſi etc.*

e) [fol. 364. b — 365. b.] Anonymi tractatus de octo turpitudinibus, *quas quandoque coniugales solent inter se habere ex diabolico instinctu generatas.* Incip. *Nota octo ſunt turpitudines* cet. Explic. *ſed abſque dubio in eternum dampnatur.* — Fol. 366. index legitur librorum sacrae scripturae.

CCXI.

[Rep. II. 8. 157. a.]

Codex chartaceus saec. XV. exeunte scriptus, rubris inscriptionibus, litteris initialibus rubris vel caeruleis, folior. 171, quorum 1. b. 73. b — 84. b. et 171. b. scriptura vacant. Hic codex, qui est ex libris societatis Teutonicae Lipsiensis anno 1827. bibliothecae nostrae illatis, continet haec:

a) [fol. 2. a — 73. a.] *Anonymi auctoris versio germanica libri* Bonaventurae, *cuius titulus est:* imago vitae. — Incip. *Ditz büchlein haiſſet die Innere betrachtung und haut gemacht der erwirdig maiſter vnd lerer bonaventura, nitt von aigem ſynn, ſunder uſſ der hailigen geſchrifft vnd uſſ der lerer ſprüch criſtenlichen vnd heiſſet es ymago vite* cet. Versio non plane absoluta est, sed desinit in verbis: *wolleſt du geben das unſer fröd voll werd ......*

b) [fol. 85. a — 171. a.] *Preces Germanicae singulis anni festis faciundae.* Incip. *Nun kompt das aller hochzeytlichiſt veſte der wunnſam Criſtag als die raine maget gepare der welt hayland* cet. Explic. *Allmuſen bys zu dem ewigen leben. Amen.* Subscriptio rubra haec est: *Deo gracias.* 1484. — Fol. 1. a. haec leguntur: *Item das buch iſt hainrich Karfft.* [Sic scribitur pro: *Krafft*, quod nomen in ora libri scriptum legitur.]

CCXII.

[Rep. II. 12. 166.]

Codex membranaceus saec. XV. exeunt. scriptus, minutissimae formae, inscriptionibus rubris, litteris initialibus vel vario colore auroque distinctis, vel minio pictis, folior. 104, quorum 104. b. scriptora vacat. Non tantum initium deest, sed etiam medio libro haud pauca exciderunt folia. Continentur:

Preces Germanicae. Incip. ....*es hertzen vnnd dancke dir deiner vetterlichen lieb* cet. Explic. *mit fleyſs hie auff erdenn Amenn.* — Est hic codex ex libris societatis Germanicae Lipsiensis, quae suam bibliothecam anno 1827. nostrae perquam liberaliter intulit.

CCXIII.

[Rep. II. 8. 157. b.]

Codex chartaceus saec. XVI. ineunt. scriptus, folior. 175, quorum 1. b. 168. b. 169. et 172. a — 175. a. scriptura vacant. Continentur haec:

a) [fol. 2. a — 158. a.] *Anonymi meditationes de passione Iesu Christi, Germanica lingua scriptae.* Incip. *Es ſpricht der helig wirdig ſüeſs lerer ſant bernhart daſs den menſchen nichſs nützerſs noch beſſers ſey* cet. Explic. *all ain ſprach reden zu dem helff vns got all amen.* Subscripta sunt haec verba: *von xpi gepurt MCCCCC in dem XI. jar han ich vrſula heckin diſs biechlin geſchriben.*

b) [fol. 158. b — 171. b.] *Variae patrum sententiae et precationes. Germanice.* Incip. *Der heilig ſanctus jeronimus ſpricht* cet. Explic. *vnd ſein mir laydt ſprich aue maria.* — Hic codex cum libris societatis Teutonicae Lipsiensis anno 1827. ad bibliothecam nostram accessit.

CCXIV.

[Rep. II. 8. 162.]

Codex chartaceus saec. XVI. exaratus, rubris litteris initialibus ornatus, folior. 221, quorum 13. b. 194—196. et 201. b—215. scriptura vacant. Continentur haec:

a) [fol. 1—212.a.] Mare magnum, *id est copia literarum ac privilegiorum ordinis fratrum S. Augustini, Minorum, Praedicatorum, Carmelitarum ac Servorum B. Mariae, per Fr. Nicol. Beslerium Norib. Augustinianum Eremitam collecta et propria eius manu descripta et indice copioso* [fol. 197. a—201. a.] *instructa.* Incip. *Sixtus episcopus ſeruus* cet. *Sacroſanctam Romanam ecclesiam ſub religionis habitu* cet. Explic. *eius ſe nouerit incifurum. Datum Rome* cet. Collectio iam finita est fol. 193. b. et post indicem [fol. 201. a.] legitur haec subscriptio: *Benedictus deus cum ſanctis ſuis. Finis apud S. Mariam de ppto de vrbe, die Sabbati. 28. menſis Martii anno domini* 1506. *Frater Nicolaus beſler augustinianus monachenſs.* Sed quae posthac sequuntur ab eodem Beslero scripta [fol. 202. a—212. a.], illa in supplementum operis addita videntur.

b) [fol. 216. a—221. a.] Fr. Nicol. Besleri vita *ab ipso scripta, pertinens usque ad ann.* 1525. Continet haec vita multa memorabilia ad historiam reformationis Lutheri pertinentia. Incip. [ab ultimo folio; nam bibliopega perverso ordine ultima huius codicis folia connexuit,] *Ego frater Nicolaus Beſlerius Auguſtinianus Eremita Nurnbergensis, Ingreſſus ſum ibidem ordinem* cet. Explic. *fideles, mei ut potuerunt adiutores.* — Caeterum Haltausius hunc codicem, quem ex auctione publica ann. 1730. emerat, bibliothecae nostrae dono dedit, et in priori libri operculo haec verba adscripsit: *Bibliothecae Senatoriae Lipsiensi gratae mentis ergo dedit Chriſtianus Gottlob Haltaus, Lipſ. Anno* 1731.

CCXV.

[Rep. IV. 8. 116.]

Codex chartaceus saec. XVI. folior. 319, quorum 1. b. 61. 62. 63. b. 140. b. 141. b. 171. b. 194. b. et 289. b. scriptura vacant. Inter foll. 193. et 194. interserta sunt haec typis descripta: *a*) Assertio doctrinae catholicae et orthodoxae ecclesiae Jesu Christi de sancta trinitate Deo uno, digesta ab *Alexandro Alesio*, Lips. 1564. *b*) *Andreae Freyhubii* disputatio de Deo essentia uno et in personis trino, Lips. 1569. *c*) *Zach. Schilteri* disput. de mediatore veteris et novi testamenti, Lips. 1570. *d*) *Alex. Alesii* disput. de iustitia Dei et iustitia hominis coram Deo ac de mediatore Christo, Lips. 1553. *e*) *Eiusd.* disput. II. de mediatore, Lips. 1553. — Manu vero scripta haec in illo codice continentur:

a) [fol. 1. a—193. a.] Alexandri Alesii *contra horrendas Serveti blasphemias disputationes IV.* [I. II. et III. Lips. 1554. IV. Ibid. 1555.] Incip. *Inter omnes conciliationes religionum* cet. Explic. *uictoria sine fine, Amen.*

b) [fol. 194. a—231. b.] Eiusdem *de mediatore disputatio tertia.* Lips. 1553. [Cf. supra sub litt. d.] Incip. *Tristis est Christi praedictio* cet. Explic. *nihil non molietur, ut hos abigat.*

c) [fol. 232. a—289. a.] Eiusdem *refutatio errorum, quos sparsit nuper Andreas Osiander in libro, cui titulum fecit: de unico mediatore Christo. Witebergae* 1552. Incip. *Editus est liber praeferens nomen* cet. Explic. *redeat in uiam Salutis.*

d) [fol. 290. a—319. b.] *Epistolae quaedam* Ioachimi Morlini *ad Andream Osiandrum et responsiones* 1551. Incip. *Gratiam et pacem per Christum. Meministi haud dubie* cet. Explic. *facies eorum ignominia, Amen. Ioachimus Mörlin D.*

CCXVI.

[Rep. III. fol. 19.]

Codex chartaceus saec. XVI. et XVII. folior. 205. Continentur:

a) *Imagines virorum doctorum saec. XVI. et XVII. ligno et aeri incisae.* Agglutinatae illis sunt scidulae, in quibus eruditi viri, clarissima saepe nomina, sententias scripserunt cum subscriptis nominibus suis, ita ut qui olim hunc librum possedit, ille eum amicorum fautorumque memoriae dedicasse videatur.

b) [fol. 4. a. et b.] Epistola Martini Lutheri autographa, qua Georgium Schnellium quemdam Consuli et Senatui Rothenburgico commendavit, de dat. 1533. XXVI. Ianuarii. Incip. *Gnade vnd fried in Chriſto — wiewol ich ewer W. frembd* cet. Explic. *Chriſtlich zu erzeigen hiemit Gott beſohlen Amen.*

CCXVII.

[Rep. IV. 8. 115. a.]

Codex chartaceus saec. XVI. folior. 94. Continentur:

Memorabilia dicta et facta Lutheri. Incip. (1) *De puteo Iesu cogitatio Dni M. L. Omnis ſupia mundi* cet. Explic. *Hinc redeunt uires artubus atque uigor.* — Fama est hunc librum Lutheri esse autographum. Sed qui obiter tantum illum inspexerit, videbit, eum, licet ad Lutheri tempus pertinentem, tamen ab ipso Luthero haud potuisse scribi. Etiam manus, quamquam est illius saeculi, tamen Lutheri vix haberi potest.

CCXVIII.

[Rep. IV. 8. 115.]

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, saec. XVII. elegantissimis litteris exaratus, splendida ligatura, quae argenteis clausuris insignis est. Foliis constat 377, quorum 1—4. 5. b. 6. 7. b. 8. 9. a. 10. b. 11. b. 20—22. 23. b. 24. a. 35. b. 36. b. 41. b. 42. b. 44. b. 45. a. 52. b. 53. b. 57. 58. b. 60. 61. b. 66. 70. b. 71. 72. b. 74. b. 75. b. 77. b. 78. b. 85. b—89. b. 90. b. 97. b—100. 101. b. 106. b. 113. b—116. b. 117. b. 118. 127—132. 133. b. 134. 138. b. 144. 145. 146. b. 161. 171. b. 172. b. 173. b. 182. 183. b. 184. 194. b. 196—204. et 219—377. scriptura vacant. Foll. 147—160. continent picturas aeri ab *Albrechto Duerero* incisas, quae historiam passionis et resurrectionis Jesu Christi repraesentant. Factae sunt prima et secunda ann. 1508., tertia usque ad nonam ann. 1512., decima 1511., undecima 1507., duodecima usque ad decimam quartam 1512. Fol. 5. Christum patientem et 7. S. Michaelem, qui draconem depugnat, repraesentant. Fol. 11. habetur imago Lutheri penna picta. Foliis denique 205

— 218. conspiciuntur imagines Christi et apostolorum aeri incisae, anonymi artificis. Continentur haec:

a) [fol. 9. b — 113. a.] Lutheri *Kleiner Catechismus, für die gemeinne Pfarrherrn vnnd Prediger. Sampt Christlichen Fragstückhen für die so zum Sacramennt gehn wöllen.*

b) [fol. 117. a — 126. b.] Eiusdem *Ein Travbüchlein für die Einnfeltigen Pfarrherren.* Incip. *So manches Lannd, so mancher Sitt* cet. Explic. *sonnder genädiglich in vnns bewarenn, durch Iesum Christum vnnseren Herren Amen.*

c) [fol. 133. a — 143. b.] Eiusdem *Tauf-Büechlein Verteutschet vnnd auffs new zugerichtet worden.* Incip. *Weil ich täglich sehe vnnd höre* cet. Explic. *Fride sey mit Dir. Antwort Amen.*

d) [fol. 146. a — 182. b.] Hieronymi Welleri *Passional. Wie man das Leiden vnsers Herrn Christi mit frücht bedennckhen, seiner Aufferstehung sich trösten vnnd das erste Gebott recht verstehn soll.* Incip. *Wann du das Leiden vnsers Herren Iesu* cet. Explic. *Versönung vnnd ewige Seeligkeit. Amen. Finis.* Tum subscripta leguntur haec verba: *Doct: Hieronymus Weller der gelerte Mann, hat disen Passional trucken lan. Aber jetzt mit meiner hendt, nachgeschriben vnnd volenndt. Caleb Luderer.*

e) [fol. 183. a — 194. a.] *Ein schöne Lehr vnnd Trostschrifft nach deß 90. Psalms vnnderricht, da der heilige Moses auch allso bettet: Herr lere vns bedenncken das wir sterben müssen, auff des wir klug werden. Welche ein Ieder armer Sünder ime von wort zue wort also nutz machen kahn.* Incip. *Allso hat Gott die Wellt geliebet* cet. Explic. *Es wirdt nicht an eivem derselbigen fehlen.* — Fol. 195. a. et b. leguntur quaedam, quae ad eum, qui olim hunc codicem possedit, pertinere videntur. Sunt autem haec: *In solcher Erkantnus, Bekanntnus vnnd anruffung des namen Iesu ist der Christliche vnnd Wolgeborn Herr, Herr Maximilian Freyherr zue Polheim vnnd Warttenberg, auff Ottenschlag, Röm. Kay. Mt. ꝛc. Rath, seliger zue Wien in seinnem Hause den 20. Apprilis Anno ꝛc. 70. abenndts. gar gelinnd, ruhig, vernünfftig vnnd gottseeliglich (wie er dann diese Trostschrifft auff einner Tafeln an seinnem Podagrischen bethe vor seinen augen hanngen gehabt, dieselbig täglich, stünndlich, ja an seinem sterbtag gar andächtiglich gelesen) in Christo entschlaffen, wissen vnnd zeugen viel fromme Christliche vnnd hohe Personen.* cet.

CCXIX.

[Rep. III. 4. 24. a.]

Codex chartaceus saec. XVI. aut XVII. ineunt. accurate scriptus, folior. 183, quorum 1. 28. b. 45. 67. b. 68. 69. b. 108. b. 143. b — 179. b. 182. b. et 183. scriptura vacant. Continentur haec:

a) [fol. 2. a — 27. b.] *Der Herren Doctoren zu Meissen bedencken vnd bekentnüs vom heiligen Nachtmal wieder die Caluinisten, ad Electorem Saxoniae.* Incip. .... *Ew. Churf. G. gnedist schreiben vnnd begeren* cet. Explic. *vnnd Nützliche Gnaden gesest sein mügen.*

b) [fol. 28. a — 44. b.] BEDENCKEN. *Der Theologen zu Braunschweigk, vonn Dem Nauen wittenbergischen Catechismo gestellett, Der gantzen Cristenheit zur Warnung aufsgegangenn. Anno Christi* 1571. [d. 30. April.] Ita titulus. Incip. *Gottes Gnade* cet. *Des Durchleuchtigen vnnd hochgebornen Fürstenschreiben, so an E. E. w. aufsgegangen* cet. Explic. *in diesen Kirchen gnediglich erhalten, Amen, Amen. Actum Brunsuigiae* cet. Tum sequuntur subscriptiones Theologorum.

c) [fol. 46. a — 67. a.] *Contio* [sic] *de Coena Domini habita Dresdae coram Electore Augusto a D. Martino Myro* 8. *April: Anno* 1574. Incip. *Man pflegt hin und wieder In allen Kirchen* cet. Explic. *vnd Gott vmb seinen heiligen geist anruffenn.*

d) [fol. 69. a — 108. a.] *Bekandtnüs Vom Heiligen Abendtmal Ihesu Christi aufs den wortten der einsatzung genommen mit welchem allein vnd anders nicht mann für Gottes angesichte, Hie vnd dort frölich erscheinen vnd bestehen magk. Allen guthertzigen Christen, sonderlich aber denen, so mit wiederwertiger Lehre angefochten werden, zum vnterricht vnd trost beschrieben, vnd kurtz vor seinem ende selbst vbersehenn, Durch Den Hochgelerten Herrnn Petrum Patienten* (sic) *der Heiligen schrifft Doctor.* Ita titulus. Incip. 1. *zum Erstenn Gleube ich von Hertzen vnd bekenne* cet. Explic. *erscheinen vnd bestehen mögen. Amen.*

e) [fol. 109. a — 119. a.] *D. Ioachimi Padeborgensis in confessione quam de Variis articulis habitam scripsit ad Illustrissimum Principem Augustum, Anno* 59. 15. *Febr.* Ita titulus. Est is locus ex illa confessione, qui agit de sacra coena. De eadem etiam *Lutheri* sententiae leguntur foll. 118. b. et 119. a. Incip. *Ich sag vnd bekenne, das ich nach der Christlichen Lehre glaube, Es sei bei dem Nachtmahl* cet. Explic. *vnd sambt andern dasselb empfehett, vnd mit neust.*

f) [fol. 119. b — 121. a.] *Illustrissimi principis Ludovici Reni Palatini Electoris monita, filio suo unico Duci Friderico manu propria scripta in sententioso libello.* Incip. *Lieber Sohn biss Gottfürchtig* cet. Explic. *kömbt ein unordentlich Leben.*

g) [fol. 121. b — 143. a.] *Balthasaris Sartorii S. Th. Doct. De sacramentali manducatione corporis Christi et sacramentali potu sanguinis ipsius in sacra coena domini, quae est medium inter corporalem et spiritualem manducationem.* [ann. MDCI.] Ita titulus. Incip. *Ich gleube vnd Bekenne mit dem alten Lehrer Irenaeo* cet. Explic. *Christlichen Kirchenn alhier auff erden.*

h) [fol. 180. a — 182. a.] *Propheceihung des Hocherleuchten Mannefs Gottes Iacob: Hartmann von Dürlach Sohnn* Anno 38. [i. e. 1538.] *gestellet.* Ita titulus. Incip. *Nachdem ich nun genugcksam von Carolo* V. cet. Explic. *Hartmannfs von Dürlach Sohn. Anno* 38.

CCXX.

[Rep. III. 4. 22.]

Codex chartaceus saec. XVI. folior. 171, quorum 1. b. 38. b. 69. b. 78. b. 79. 80. 128. 129. b. 138. b. 139. 140. b. 147. 148. b. 161. 162. b. et 168. b — 171. scriptura vacant. Continentur haec apographa:

Scripta quaedam piorum quorundam hominum de adiaphoricis certaminibus et haeresi Osiandrica. Ita titulus. Singula vero haec sunt:

a) [fol. 2. a — 6. a.] Confessio M. M. W. de Adiaphoris. Ita titulus. Incip. *Hoc tempore, quo Antichristus* cet. Explic. *oder sollen zum Teuffel faren.*

Codex membranaceus mutilus, in duas columnas divisus, saec. XII. folior. 75, quorum 13. b. et 43. b. vacant scriptura, 1. a. autem adeo est in litura, ut, quae ibi scripta sunt, legi vix queant, lineis stilo ductis, inscriptionibus modo rubro, modo atro, modo rubro caeruleoque coloribus alternantibus scriptis, litteris admodum perspicuis. Hoc codice pretiosissimo continetur:

Codicis Pseudo-Isidoriani pars tertia. Ordo eorum, quae in hoc codice habentur, hic est: *Fides a sancto niceno concilio — Sancta fides quam exposuerunt CL. consona voce qui constantinopolim congregati sunt — Tractatus calcidonensis concilii — Fidei confessio* [haec mutila est, ac desinit, folio deficiente, in verba: *quicumque nescire filium, dei ... quae pater sciat dixerit anathema sit. Quicumque....*] Tum sequuntur: *Excerpta quaedam ex synodalibus gestis sancti silvestri papae,* incip. *Temporibus sancti Silvestri pape* cet. Tum: *Epistola Athanasii Alexandrinorum episc. et omnium Aegyptiorum pontificum Marco Papae directa, ut eis Nicaeni synodi vera mitteret exemplaria quia eorum Arriani incenderent;* incip. *Ad vos pervenisse non dubitamus* cet. *Epistola synodica Athanasii et omnium Aegyptiorum pontificum de verae fidei regula pro qua persequebantur liberio papae directa;* incip. *Vestre beatissime paternitatis iura* cet. *Epistola beati Liberii papae Athanasio et universis Aegyptiorum episcopis directa, ut in recta fide contra omnes persistant haereticos;* incip. *Olim et ab initio* cet. *Epistola Athanasii et omnium Aegyptior. episcoporum Felici papae directa, qua suam suorumque sequatium intimant pro fide oppressionem postulantes eius summum ut decet suffragium;* incip. *Vestro sancto suggerimus episcopatui. Epistola Felicis et eius sancti concilii Athanasio et universis Aegyptiorum episcopis Thebaidorum et Libiorum. rescripta in qua consultationibus eorum quas super episcoporum persecutionibus et accusationibus direxerunt. canonice respondentur;* incip. *Sacram vestram synodicam* cet. *Ad quos supra eiusdem papae;* incip. *In confirmatione piissimorum* cet. *Epistola Liberii papae ad omnes generaliter episcopos ut nullus pro quibuslibet dum durare poterit perturbationibus suam relinquat ecclesiam nec quietem magis eligat quam pro populo sibi commisso laborare contendat;* incip. *Nihil est quod stare* cet.

Caetera, quae in hoc codice leguntur, omnia plane cum iis consentiunt, quae de ordine Codicis Pseudo-Isidoriani ex Ms. Vatic. 630. monuerunt *Ballerinii* fratres in *de vetustis canonum collectionibus dissertationum sylloge,* tom. I. pag. 549. inde a lin. 25. [a verbis: *Damasus Paulino. Per filium meum Vitalem* cet.] usque ad pag. 551. lin. 3. Desinit autem Codex in verba [ex epistola aliqua Leonis]: *hos ergo quicunque tales admissi sunt ab ecclesiasticis....*

CCXLII.

[Rep. II. fol. 9. a.]

Codex membranaceus saec. XIII. exaratus, folior. 310, litteris initialibus caeruleo et milto pictis, inscriptionibus rubro colore scriptis. Continet:

Decretum Gratiani cum glossis. Incip. [fol. 2. a.] *Humanum genus duobus regitur* cet. Explic. [fol. 310. a.] *nisi quod uiderit patrem facientem. Amen.*

In primo folio huius Codicis scriptum est Diploma *Friderici Ducis Saxoniae* ad Universitatem Lipsiensem, sed illud haud est integrum. In priori libri operculo scripta sunt haec: *Ego theodericus de buckinstorff utriusque iuris Doctor ac Ordinarius facultatis iuridice alme universitatis studii lipczensis recognosco per scripturam presentem manu mea propria conscriptam (?) quod librum presentem dedi atque legaui fundacioni mee quam fundaui cum XL florenis annui census pro uno studente iuxta formam vim atque tenorem testamenti mei vid. cum censibus supradictis atque aliis libris in test. meo specificatis Ad honorem et laudem omnipotentis Dei Anno Dni* 1479 *XXViij mensis aprilis.* In fine quoque libri haec leguntur: *Iste liber est Dni theoderici de Buckinstorf Ordinarii Lipczensis.*

CCXLIII.

[Rep. II. fol. 9. b.]

Codex membranaceus mutilus, saec. XIV. eleganter scriptus et insignibus in cuiusque libri initio picturis ornatus, in duas columnas divisus, adscriptis ad marginem glossis, litteris initialibus magna arte et opera pictis, inscriptionibus ac titulis milto scriptis. Folia habet 323. Continet:

Decretum Gratiani, cum glossis. Incip. [fol. 3. a, nam in duobus prioribus foliis, fol. 1. b. et 2. a. tabula egregie picta habetur, in qua *arbor consanguinitatis* picta est] *Humanum genus duobus regitur* cet. Explic. [rubro scriptis verbis partis III. dist. V. C. 2.] *Quid conferat spiritus sanctus in baptismate. quid in confirmatione. Rubr. ....* Hic illic a recentiore manu profectae glossae inveniuntur.

CCXLIV.

[Rep. II. fol. 9. c.]

Codex membranaceus, saec. XIV. folior. 301, externa facie libro proxime antecedenti simillimus, quamvis non plane *idem sit splendor.* Continentur:

a) Decretalium Gregorii IX. libb. V. cum glossis. Incip. [fol. 7. a. post inscriptionem: *(G) Regorius episcopus servus* cet.] *Rex pacificus pia miseratione disposuit* cet. Explic. [fol. 296. b.] *facere quis homagium compellatur. Explicit.* Fol. 296. b. inter glossarum lineam ultimam et penultimam interserta sunt haec: *Anno domini M. CCC XL primo.*

b) Foliis 297. et 298. habetur: Lectura Joannis Andreae super arbore consanguinitatis, a recentiore manu scripta.

c) Foliis ultimis leguntur: Rubricae Digestorum, Codi-

cis Justinianei, novem collationum authenticarum et Institutionum.

d) Folia 6 priora continent *titulos decretalium* recentiore manu scriptos et *fragmenta Codicis* et *decretalium* e diversis non admodum antiquis codicibus deprompta.

CCXLV.

[Rep. II. fol. 10.]

Codex membranaceus saec. XIV. in duas columnas divisus, folior. 373, quorum 9. caeteris dimidia parte minus est, scriptura quamquam non inelegante tamen minus sibi constante, picturis sub initium cuiusque libri non malis. Fuit hic codex olim Buxtorfianus. Continet:

Decretalium Constitutionum Gregorii IX. libr. V. cum glossis, *et antiquis et a recentiore manu profectis.* Post titulos et initia Decretalium foliis 1—3. scripta incip. fol. 4. a: [R]*Ex pacificus pia miseratione difpofuit* cet. Explic. *facere quis homagium compellatur.* Subscriptio milto picta haec est: *Expliciunt conftitutiones decretalium per dominum gregorium papam nonum edite.*

CCXLVI.

[Rep. II. 12. 165.]

Codex membranaceus saec. XIII. litteris minutissimis eleganter et accurate exaratus, rubris inscriptionibus, litteris initialibus rubris caeruleisque, notis a recentiore manu margini adscriptis. Fuit hic codex olim in bibliotheca *Io. Christoph. Wagenseilii*, cuius emblema in priore libri operculo conspicitur. Fol. 1. a. haec verba scripta sunt a manu saec. XV.: *Simon Stockel Spirii huc* [sic] *Emit libicellum Anno* (MCCCC?) *XLVIII IIII^{ta} Aprilis* . . . [caetera verba rasa sunt.] Fol. 2. a. haec leguntur: *Excellentiffimo Iurisconfultiffimoque Christophoro Herthufia° : Domino fuo obferuandiffimo maiori digno Acacius Huls: D.. XVIII. Calen: April: An° M.D.LXXIII.* Foliis constat hic codex 325, quorum 1. b. et 325. a. scriptura vacant. Folium 310. dimidia parte curtatum est, sed sine scripturae iactura. Continentur:

a) [fol. 3. a—6. b.] *Fragmenta epitomes ex decretalibus Gregorii IX.* admodum manca, quum aliquot folia exciderint. Incip. *appetimus. ut quietem aliis* cet. Explic. *in tales fententias fiue . . . fiue.*

b) [fol. 7. a—253. b.] Decretalium Gregorii IX. compilatio. Incip. *Rex pacificus pia miseratione* cet. Explic. *facere quis homagium compellatur.* Subscripta sunt haec: *S. Spira.*

c) [fol. 254. a—310. a.] *Explicatio vocum Hebraearum, Chaldaicarum et Graecarum alphabetico ordine digesta,* eadem illa, quae codicibus versionis Bibliorum vulgatae addi solet. Cf. v. c. Cod. CXIX. *a.*

d) [fol. 311. a—317. b.] *Rubricae titulorum Codicis, Institutionum et Pandectarum.* Incip. *De nouo codice faciendo.* Explic. *et conductoribus.*

e) [fol. 318. b—324. b.] *Tituli decretalium.* Incip. *Gregorius rex pacificus* cet. Explic. *De regulis iuris.* Subscripta sunt haec: *finis. S. Spira.*

Caeterum fol. 318. a. a recentiore manu profecta haec leguntur verba:

Ifta funt ad que poteftas electi et confirmati se extendit.
Unde uerfus.
Iudicat, Inuestit. confert. recipit quoque punit;
Ifta uero funt ad que fe extendit poteftas episcopi. Unde uerfus.
Ordino. depono. benedico. confecro. crifmo.

CCXLVII.

[Rep. II. 4. 117.]

Codex membranaceus saec. XIII. et XIV. a diversis librariis scriptus, in duas plerumque columnas divisa scriptura, litteris initialibus, inscriptionibus et subscriptionibus rubris, lineis plumbagine et atramento ductis. Foliis constat 52, quorum 13—16. et 49—52. chartacea sunt et scriptura vacant. Continentur:

a) [fol. 1. a—10. a.] Brocardica ignoti auctoris, praemisso tractatu de praesumtionibus. Incip. *De presumtionibus* [Haec rubra est inscriptio]. [H]*ic locus in iuditiif frequenf* cet. Explic. *C. VIIII. q. II. lugdunenfis.* — Procul dubio haec scripta sunt antequam colligerentur decretales Bernhardi Papiensis. Cohaerere videntur cum eo Petri Blesensis opere, cuius fragmenta *Lappenbergius* tom. VII. ephemeridum, quibus titulus: *Zeitfchrift für gefchichtliche Rechtswissenschaft*, laudavit. Caeterum nusquam in illis brocardicis provocatur ad ullam collectionem decretalium. — Caeterum fol. 10. a. col. b—10. b. adscripsit quidam *casus.*

b) [fol. 11. a—12. b.] Tractatus super decretum. Titulus: *Super decretum.* Incip. *Queritur cum fint hec verba* cet. Explic. *omnis fapientia eorum deuorata eft* [quae verba a recentiore manu scripta sunt].

c) [fol. 17. a.] Casus ignoti auctoris. Incip. *Inter militem et uiduam agebatur causa de donatione propter nupciaf.* cet. Explic. *iniuriam in causa criminali.* — Sequitur alia manu scripta:

d) [fol. 17. b—20. b.] Collectio casuum ignoti auctoris. Incip. *Quidam pro facinoribus fuif cum effet excommunicatus* cet. Explic. *affef fufficere afferuit.*

e) [fol. 21. a—30. a.] Collectio casuum ignoti auctoris, praecedente multo antiquior. Incip. *Ecclesie fubiecte monafterio predium quoddam fuerat legatum.* cet. Explic. *fratribus confentientibus commiffam.* Fol. 30. b. alia manus *casus* adscripsit.

f) [fol. 31. a—47. b.] Epitome ex decretalibus Gregorii IX. Inscriptio minio picta haec est: *Gregorii pape Noni. Incipiunt excerpta decretalium domini Gregorii.* Incip. *Quoniam romana ecclefia omnium ecclefiarum* cet. Explic. [epilogo, in quo auctor instituti sui rationem reddidit] *auctoritate propria prefumere uel etiam ufurpare.* Minio sunt picta verba subscriptionis: *Explicit opus. Petrus de Mergentheim scripfit.* Initio [fol. 31. a. col. b.] aliena manus haec notavit: *Anno D. M°. CCC°. XL°. VII°. ... Albertus plebanus fanctorum vdalrici et Afre qui legauit hunc librum pro dicto cenobio.*

g) [fol. 48. a. et b.] Duae epistolae, altera G. tit. S. Laurentii in lucina presbyt. Cardinalis Apost. sed.

LEGATI, QUA HENRICUM DUCEM BAVARIAE AD CONCORDIAM ET PACEM CUM REGE BOHEMIAE INEUNDAM ADHORTATUR; ALTERA EST EIUSDEM DUCIS RESPONSIO. Prior incip. *Quum ex officio nobis iniuncte legacionis incumbit animarum curam agere* cet. Explic. *patentes litteras intimetis.* Posterior incip. *Paternitatis vestre litteras per venerabiles patres* cet. Explic. *ad conferuacionem pace (?) roboretur.*

CCXLVIII.

[Rep. II. fol. 12.]

Codex membranaceus saec. XIV. folior. 377, quorum primum et ultimum scriptura vacant, constanter admodum et accurate scriptus, in duas columnas divisus, quondam Buxtorfianus [ut ex subscriptione aliqua patet, quae legitur in fine totius operis]. Continetur:

HENRICI DE SEGUSIA OSTIENSIS SUMMA SUPER DECRETALIBUS [SUMMA OSTIENSIS]. Titulus rubro pictus [fol. 1. a.] *Incipit lib. primuſ de ſumma trinitate. et ſide catholica.* Initium textus: ALPHA ET O: *unum in eſſentia. et trinum in perſonis. a quo omnes legislationeſ* cet. Explic. *Eidem gratias & laudes per infinita ſecla ſeclorum Amen.* Deinde leguntur haec: *Explicit ſumma ſuper decretalibus compilata a domino archiepiscopo ebredinenſi per magiſtrum Iohannem Walenſem* [a manu secunda super linea legitur: *ſcripta*] *de rotolano. Deo gratias.*

CCXLIX.

[Rep. II. fol. 14.]

Codex membranaceus maximam partem saec. XIV. satis eleganter scriptus, quamquam non ubique ab una eademque manu exaratus, in duas columnas divisus, initialibus litteris modo caeruleo modo rubro colore adpictis, vocum compendiis plurimis. Constat foliis 88, quorum 81. b. litteris vacat. Continentur:

a) [fol. 1. a — 37. b.] CONSTITUTIONES ET DISTINCTIONES PETRI DE SAMPSONA. Titulus milto pictus: *In nomine domini amen Incipiunt conſtituciones magiſtri petri de ſampsona.* Incip. *Sed numquid in hac compilatione multa ſunt* cet. Explic. *vilibuſ et ſuſpectis.* Subscriptio atro colore picta: *Explicunt* (sic) *diſtinctiones. petri de ſampſona.*

b) [fol. 38. a — 70. b.] BARTHOLOMAEI BRIXIENSIS [*qui vixit Gregorio IX. pontif. maximo*] SUMMULA QUAESTIONUM DOMINICALIUM ET VENERIALIUM. Titulus deest. Initium: *Ad honorem omnipotentis dei et ecclesie romane* cet. Finis: *in prima parte allegata.* Subscriptio nigro colore picta: *Expliciunt queſtiones bartholomei brixienſis. Scriptor ſum talis monstrat mea littera qualis.* [Foll. 70. b — 71. b. recentior manus notas adscripsit.]

c) [fol. 72. a — fol. 74. b.] ANONYMI TRACTATUS DE INTERDICTO [scriptus anno 1270.] Incip. [*A*]*d dirigendum* cet. Explic. *dona relaxentur.* [Tum sequitur brevis index capitulorum huius tractatus.]

d) [fol. 75. a — 81. a.] EPISTOLAE ET TRACTATUS MARTINI ET BONIFACII PONTIF. M. Tractatus, qui legitur foll. 80. b. et 81. a., siue auctoris nomine scriptus est. Incip. *Lex dei irreprehenſibilis* cet. Explic. *reddetur iuſtus iudex.*

e) [fol. 82. a — 88. a.] LIBELLUS QUI DICITUR ACTOR ET REUS. Incip. *Quidam litteras impetrauit* cet. Explic. *replicationibus ad preſens ſufficiat.* Subscriptio atro colore picta: *Explicit libellus qui dicitur actor et reus. Letus ſit ſcriptor. et liber crimine raptor.*

Fol. 88. b. 51 versus hexametri leguntur, auctoris anonymi. Incip. *Primo ſumma ſides ſtatuit* cet. Explic. *poſt regula iuris.*

CCL.

[Rep. II. fol. 11.]

Codex membranaceus in fine mutilus, in duas columnas divisus, saec. XV. (aut XIV. exeunt.) folior. 84, lineis plumbagine ductis, crebris vocum compendiis, rubris inscriptionibus, litteris initialibus modo milto modo caeruleo simplici arte pictis, notis et emendationibus paucis ad marginem adscriptis. Inest:

GUILIELMI DE MONTE LAUDUNO APPARATUS CONCILII VIENNENSIS. Titulus rubro pictus hic est: *Incipit Apparatus conſilii* (sic) *Viennenſis per dominum Guillelmum de monte lugdun. decretorum doctoris compilatus.* Sunt glossae in Clementinas. Post prooemium [fol. 1. a — 3. a.] incip. fol. 3. a: *Fidei catholice* cet. Explic. *ſi diligenti: maxime. cum videatur ......*

Fol. 1. a. haec a recentiore manu profecta verba leguntur: *Hunc librum dedit ecclesie padeburnensi Dominus Thidericus de Enſchede canonicus eiuſdem eccleſie.*

CCLI.

[Rep. II. 4. 142.]

Codex membranaceus saec. XV. ineunt. rubris plerumque inscriptionibus et litteris initialibus, scriptura [praeter foll. 27. b — 29. b. 33. 44. 60 — 83. b.] in duas columnas divisa, folior. 115. Continentur haec:

a) [fol. 2. a — 22. b.] LECTURA SUPER TEXTU ET GLOSSIS NOVELLARUM DECRETALIUM. Ita titulus ruber. Sunt *libri Sexti.* Incip. *Prouide. i. ad prouidentiam ſiue prouiſionem* cet. Explic. *inſi. glo. ſequentis.*

b) [fol. 23. a — 27. a. col. b.] QUAESTIONES SUPER NOVIS DECRETALIBUS. Ita titulus rubro colore pictus. Sunt *Quaeſtiones de decretalibus Innocentii IV.* [Cf. *Boehmeri* corp. iur. can. tom. II. append. pag. 351.] Incip. *Cum in multis. Sed numquid reo inſtante* cet. Explic. *ciuitatum excommunicatiſ pro ciuitatibus. Innocentius IIIIO.* Pertinet tantum usque ad lib. III. cap. 21. [*Boehmer.* l. l. pag. 356.]

c) [fol. 27. a. col. b — 29. a.] RUBRICAE PRIVILEGIORUM A DIVERSIS PONTIFICIBUS ORDINI MENDICANTIUM CONCESSORUM. In fine harum rubricarum haec verba leguntur: *Item collectio multarum gratiarum quaſ dominus papa Alexander cuius memoria in benedictione ſit confirmauit et renouauit quae a quibusdam dicitur Mare magnum. Est aliud mare magnum.*

d) [foll. 29. b. 33. a. et b. 43. b. et 44. a. et b., haec enim male a bibliopega disiuncta sunt,] ALIQUA NOTABILIA DE SECUNDO ET QUARTO LIBRO HUGONIS, QUI DICITUR DIDASCALICON. Ita titulus. Incip. *Musica ab aqua vocabulum ſumpſit* cet. Explic. *cui totus mundus exilium eſt. Ille mundo....* [excidit hic folium unum].

e) [fol. 30. a — 32. b.] ANONYMI LECTURA SUPER ARBORE CONSANGUINITATIS. Incip. *Antequam ad lectionem arboris ueniamus. uideamus* cet. Explic. *primi hominis uel etiam prothoplasii.* (sic) *Explicit.*

f) [fol. 34. a — 43 b., de fol. 33. a. et b. vid. sub litt. d.] TITULI DECRETALIUM A IOHANNE THEUTONICO COMPILATI. Ita titulus, qui tamen in fine demum subscriptus legitur. Ab initio haec leguntur: *Ad inueniendam unamquamque materiam in suo loco citato. de quo notatum est per totum librum decretorum. sed in diuersis locis scias quod tituli decretalium per ordinem positi sunt hi omnes et sub unoquoque titulo diuersa genera eiusdem materiae posita Et capitula in quibus glosa inuenitur sunt signata ut facilius ad manus haberi possit de quo quaeritur. Sed quia currendo pertransiui librum et ob hoc etiam minus prouide locaui materias sub titulis et forte aliquas omisi ideo relinquo spatia et ut transponatur et suppleantur et quaedam procarda sub adultero titulo collocaui ac quaestiones etiam prout in glosa per ordinem continentur.* Tum sequuntur rubricae ex decretalibus (ex compilatione III. ed. Anton. *Augustini* pag. 226. sqq.) cum citatis congruis ex Decreto. — Explic. *sed in alia re... debita. hic habemus tocius huius operis finem. Deo gratias.*

g) [fol. 45. a — 59. b., de foll. 43. b. et 44. a. et b. vid. sub litt. d.] VOCABULARIUS IURIS UTRIUSQUE. Incip. [*A*]*bbas in ecclesiis regularibus non debent admitti* cet. Explic. *inordinatis sollicitudinibus suffocatum. In. ...* [Desinit hic liber mutilus in explicatione vocis *praedicatio.*]

h) [fol. 60. a — 115. a.] EXPLICATIONES EVANGELIORUM SINGULIS FESTIS LEGENDORUM. Incip. a festo *St. Andreae.* Incip. *Rabi ui hitas.* [sic] *Io.* 1. cet. Explic. *ipso dicente beati pacifici.* [Fol. 115. b. adeo est in litura, ut paucissima tantum legi queant.] Quae a fol. 84. a. usque ad finem leguntur, paginis in duas columnas divisis scripta sunt.

CCLII — CCLIV.

[Rep. V. fol. 1. 2. 3.]

Codex chartaceus saeculi XV. tribus voluminibus absolutus, duabus columnis scriptus, inscriptionibus et litteris initialibus rubris. Primum volumen constat foliis 402, quorum 1 — 8. 401. b. et 402. scriptura vacant. Alterum volumen folia habet 236, quorum 1 — 10. et 223 — 236. vacua sunt. Tertium volumen 284 foliis absolvitur, quorum vacua sunt 1 — 8. et 267. b — 284. Continetur:

NICOLAI TUDISCI ARCHIEPISCOPI PANORMITANI LECTURA SUPER SECUNDO LIBRO DECRETALIUM. Singulis voluminibus haec insunt:

a) Vol. I. a titulo *de iudiciis* incip. et pertinet usque ad tit. *de confessis.* Incip. [lacero folio] .... *principium non exstiit in prohemio* cet. Explic. *Et per haec res satis plene et clare manet huius c. cet. Et cum laude et gloria dei finitus est iste liber et lectura primi voluminis p. per Iohannem de wienna. Anno M° CCCC° LVI°.* Tum sequitur haec subscriptio: *Istam lecturam comparauit Dominus Theodoricus de buckinstorff utriusque iuris doctor ac Ordinarius facultatis iuridice alme vniuersitatis studii lipczensis Anno Domini* 1475. *Et fuit finita feria 2ª post Michaelis Ad laudem Dei amen.* Similis, sed brevior subscriptio legitur Vol. III. fol. 267. a.

b) Vol. II. a titulo *de probationibus* incipit et pertinet usque ad tit. *de iureiurando.* Incip. *Hec Rubrica satis continuata fuit* cet. Explic. *ad veritatem habendam. XXX. q. v. indicantem et C. de test. nullum etc.*

c) Vol. III. a titulo *de exceptionibus* incipit et pertinet usque ad tit. ult. *de confirmatione utili vel inutili.* Incip. *Viso de iure actorum quo muniuntur* cet. Explic. *studentem in hac compilacione ad honorem istius Amen.* Tum haec verba subscripta leguntur: *Explicit lectura super 2° libro decretalium edita per Reuerendum patrem et dominum Nicolaum Abbatem monasterii beate marie de moniac. Scripta per me Iohannem .... uen de wienna Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto In Lipczk.* Tum sequitur subscriptio similis illius, quam sub litt. *a*) recensuimus.

CCLV.

[Rep. V. fol. 3. a.]

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, in fine mancus, litteris initialibus minio pictis, folior. 268, quorum 1 — 8. et 261 — 268. vacua sunt. Continetur:

NICOLAI TUDISCI ARCHIEPISCOPI PANORMITANI LECTURA SUPER TERTIO DECRETALIUM. Incip. [a tit. 1. *de vita et honestate clericorum*] *Redemptoris postulato suffragio ut ostendatur* cet. Explic. [tit. 30. *de decimis*] *mandauit primiciis solui non. ....*

CCLVI. et CCLVII.

[Rep. V. fol. 9. et 10.]

Codex chartaceus saec. XV. exaratus, duobus voluminibus absolutus, quorum alterum 349, alterum 294 foliis constat. In primo vacua sunt foll. 1 — 11. 43 — 47. et 343 — 349., in altero 1 — 8. et 287 — 294. Continetur:

NICOLAI TUDISCI ARCHIEPISCOPI PANORMITANI LECTURA SUPER DECRETALIBUS. Primum volumen continet lecturam super titt. *de postulat. praelat.* et *de electione.* Incip. *In nomine* cet. *Reipublice consulere quanto possumus* cet. Explic. *de institutionibus Amen.* Tum sequitur haec subscriptio: *Et sic est finis lecture domini Nicolai de Sicilia Archiepiscopi Panormitani decretorum doctoris famosissimi circa titulos de postulationibus prelatorum et de electione Collecte per ipsum in Vniversitate Studii senensis vbi kathedram rexit ordinariam Anno Domini Millesimo quadringentesimo vicesimo sexto.* — Alterum volumen pertinet a tit. *de officio iudicis delegati* usque ad tit. *de arbitris.* Incip. *Supra visum est in precedentibus rubricis* cet. Explic. *pretermittendum non est cum ... tribus sequuntur cet.* Subscripta sunt verba: *spes perennis solatium est laboris.* Ex iis, quae addita sunt, patet, hunc codicem olim fuisse *Theoderici de Buckinstorff.*

CCLVIII.

[Rep. V. fol. 4.]

Codex chartaceus saec. XV. exaratus, scriptura in duas columnas divisa, rubris litteris initialibus, folior. 358, quorum 335. et 356. b — 358. scriptura vacant. Continetur:

Antonii de Butrio Glossa et Lectura super tertio libro Decretalium. Incip. [a tit. *de vita et honestate clericorum*] .... *ffinito tractatu iudiciorum* cet. Explic. [tit. *ne clerici vel monachi saecularibus negotiis se immisceant*] *nec alias Ioan. Sit laus omnipotenti deo. Anthonius de Butrio composuit hanc glo. De quo gloriosus deus sit benedictus in secula seculorum Amen.*

CCLIX — CCLXIII.

[Rep. V. fol. 11. 12. 13. 14.a. et 14.b.]

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, rubris litteris initialibus, cum multis notis marginalibus. Constat quinque voluminibus, quibus continetur:

Anthonii de Butrio lectura super Decretalibus. Singula volumina ita habent:

a) Vol. I. foll. habet 318, quorum 1.b. 14. 177.b. 210.a. 213.b. 233.a. 266.b. 286.b. 317.b. et 318. vacua sunt. Huic volumini insunt:

α) [fol. 2. a — 301.b.] *Super primo, a titulo de translatione praelatorum usque ad finem.* Incip. *Viso de quibusdam modis* cet. Explic. *non statim differtur.*

β) [fol. 302. a — 315. a.] *Tractatus ad cap. Super litteris X. de rescriptis.* Incip. *Emanauit ad declaracionem* cet. Explic. *C. ne filius pro patre.*

γ) [fol. 315. b — 317. a.] *Tractatus ad cap. Dilecti. de arbitris.* Incip. *Illud est omissum* cet. Explic. *author debitum.*

b) Vol. II. constat 394 foliis, quorum 1.b. 14. 254. 308.b. 393.b. et 394. scriptura vacant. Continet *lecturam super secundo a tit. de plus petitionibus usque ad tit. de testibus.* Incip. *Quia plerumque in indiciis plus petitur* cet. Explic. *infra. l. furti.*

c) Vol. III. absolvitur 349 foliis, quorum 1.b. 14. et 346 — 349. scriptura vacant. Continet *lecturam super secundo usque ad titulum de ordine cognitionum.* Incip. *Liber secundus qui difficilis est* cet. Explic. *hec suffici autem.*

d) Vol. IV. foliorum est 370, quorum 1.b. 14. 201 — 205. 238.b — 241. 352.b. 369. et 370. scriptura vacant. Habet *lecturam super secundo a tit. de testibus cogendis usque ad finem.* Incip. *Quia officium testium* cet. Explic. *qualia uide ... laus omnipotenti deo Amen.*

e) Vol. V. continet in 424 foliis, quorum 1.b. 14. 89.a. 98.b. et 421.b — 424. vacua sunt, *lecturam super primo usque ad titulum de electione.* Incip. *Gregorius. hoc prohemium duobus modis principaliter diuiditur* cet. Explic. *de quo dic ut ibi dixi.*

CCLXIV. et CCLXV.

[Rep. V. fol. 15. et 16.]

Codex chartaceus saec. XV. exaratus, litteris initialibus rubris vel rubro adpictis, cum notis marginalibus non paucis. Constat duobus voluminibus, quibus continetur:

Joannis de Imola lectura super Clementinis. Singula volumina ita habent:

a) Vol. I. 270 foliis absolvitur, quorum 1 — 6. 17. et 18. 90.b. et 259 — 270. scriptura vacant. Pertinet usque ad tit. lib. III. 4. *de rebus ecclesiae non alienandis.* Incip. *Nomina nichil* [sic] *esse vna est omnium fere sententia* cet. Explic. *q. ij perpetua.*

b) Vol. II. constat 249 foliis, quorum 1 — 7.a. et 237 — 249. vacua sunt. Continet reliquam lecturam usque ad finem. Incip. *Monasteriorum, tam facit, quia primo perhibet* cet. Explic. *depositi l. bona fides. Et sic est finis clementinarum de quo gloriosus deus sit benedictus in secula seculorum Amen. Anno XL° octauo.* In posterioribus utriusque voluminis operculis quaedam leguntur, ex quibus hunc codicem patet olim fuisse *Theodorici de Buckinstorff.*

CCLXVI — CCLXVIII.

[Rep. V. fol. 5. 6. 7.]

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, tribus constans voluminibus, inscriptionibus et litteris initialibus atris, sed rubro adpictis. Primum volumen habet 421 folia, quorum 1. 241.b. 266.a. et 419 — 421. scriptura vacant. [Foll. 241. et 266. recentiora sunt.] Secundum volumen absolvitur 370 foliis, quorum 1 — 12. et 361.b — 370. vacua sunt. Tertium volumen foliorum est 332, quorum 1 — 8. 269 — 272. et 322. b — 332. scriptura vacant. Continetur:

Dominici de Sancto Geminiano Lectura super Sexto Decretalium. In singulis voluminibus haec leguntur:

a) Vol. I. pertinet usque ad tit. *de arbitris.* [Sexti lib. I.] Incip. *Quia glo. 1. siue recitacione est legenda* cet. Explic. *non poterit per eos citari etc. est finis primi libri dominici de sancto geminiano.* Rubra subscriptio haec est: *finis est lecture super primo libro sexti anno cet. XLVI°.* — In priore huius voluminis operculo haec leguntur verba: *Ego theodericus de Buckinstorff utriusque Juris doctor. Ordinarius facultatis iuridice alme vniuersitatis studii lipczensis recognosco per scripturam presentem, manu mea propria conscriptam, quod librum presentem dedi fundacioni mee atque legaui, quam fundaui cum XL. fl. annui census, pro vno studente, iuxta formam vim atque tenorem testamenti mei vna cum censibus supra dictis atque aliis libris in testamento meo specificatis Ad honorem et laudem optimi Dei amen. Anno Domini* 1479. *XXVIII. mensis aprilis.* Eadem etiam in anterioribus operculis Vol. II. et III. leguntur.

b) Vol. II. complectitur *libb. II. et III.* usque ad tit. *de regularibus.* Incip. *Humane concupiscentie vanitas* cet. Explic. *illo mortuo non successit in capittulum* [sic] *Io. an.* — Ab initio librarius hos versus adscripsit:

Desuper irradia [sic] *scribenti gracia dya*
Sis dux sis socia mera lux uera sophia.

c) Vol. III. haec leguntur:

α) [fol. 9. a — 268.b.] *Lib. III. a tit. de voto et voti redemtione, libb. IV. et V.* Incip. *allegat simile et deinde soluit dubium* cet. Explic. *vinclum est dissolutum sed inpar.* Tum litteris maioribus haec subscripta sunt verba: *Expliciunt recollecta composita per solempnem decretorum doctorem dominum Dominicum de sancto Geminiano secundum que legit in studio bononiensi Et rescripta in Studio lipczensi per Georgium niwicz sub Anno Domini M°. CCCC°. XLVII° completa sexta mensis maii cet. die.*

β) [fol. 273. a — 322. a.] *Repetitiones Nicolai Tudisci*

quatuor. Incip. *Episcopus et quidam rector ciuitatis* cet. Explic. *vel ſit ſtatutum iure priuilegium.* Tum sequitur haec subscriptio: *Compilata* [sic] *ſunt hc repeticiones per me Nicolaum de Cecilia Abbatem Maniconensem* [sic scriptum est pro: *Monacensem*] *Anno D. M. XXXV.* [sic] *In ciuitate Senarum.*

CCLXIX.

[Rep. II. 4. 141. a.]

Codex chartaceus saec. XIV. et XV. rubris inscriptionibus et litteris initialibus, scriptura a fol. 56—66. in duas columnas distincta, folior. 66, quorum 1. 38. b. 39. et 53. b—55. scriptura vacant. Continentur haec:

a) [fol. 2. a—9. b.] *Caſus in quibus quis ipſo iure eſt excommunicatus.* Ita titulus minio pictus. Recensentur casus 125. Incip. *Primum heretici qui aliter tenent de articulis ſidei* cet. Explic. *d'calis prouincialibus.*

b) [fol. 10. a—12. b.] *Institutio ſacerdotis cui commiſſum est miſſas celebrare et ſecundum apoſtolum offerre pro ſe et pro populo dona et ſacriſicia pro peccatis.* Incip. [S]*acerdos quilibet ſemper debet attendere officium* cet. Explic. *priusquam cenatum est.*

c) [fol. 13. a—38. a.] *Centilogium de censura excommunicationis.* Incip. *Censure eccleſiaſtice nomine intelligitur* cet. Explic. *Cupientes Centeſimus caſus eſt.* Subscriptus legitur numerus 1411.

d) [fol. 40. a—44. b.] *Bullae et decretales aliquot Pontiſicum de statu monachorum.* Sunt Innocentii III. Honorii III. [de ann. 1218.] Clementis.... et Innocentii III. Incip. *In generali ſummi* cet. Explic. *poſſit licentiam indulgere.*

e) [fol. 45. a—53. a.] *Acta a Georgio et Heinrico S. Aegidii in Nürnberg et Donawerd Abbatibus visitatoribus dioeces. Bamberg. August. et Eistet. in monasterio S. Udalrici et S. Nicolai dioeces. August. ann.* 1443. — Incip. *Nos Georius* [sic] *et Heinricus* cet. *legitime deputati ad monaſterium ſti Vdalrici* cet. Explic. *aliquatenus attributum.*

f) [fol. 56. a—60. a. col. a.] *Iohannis Andreae tractatus de sponsalibus et matrimonio.* Incip. *Ius civile habet libros iſtos* cet. Explic. *continetur ibidem Io. Andree.*

g) [fol. 60. a. col. b—66. b.] *Anonymi sermo de S. Spiritu.* Incip. *O qui bonus et ſuauis es domine* cet. Explic. *quem nobis concedat ſilius dei Amen.* — Quae sub litt. f. et g. recensuimus, caeteris antiquiora sunt.

CCLXX.

[Rep. V. fol. 8.]

Codex chartaceus saec. XV. modo volubili modo accurato stilo scriptus, nec ab una manu profectus, inscriptionibus rubris, cum notis marginalibus, folior. 544, quorum 1. a. 2—6. 18. a. 27. b. 34. b. 88—90. 219. 220. 224. 230. 248. b—252. 256. b. 277. b—286. 350. b—354. 374. 386. 401. 402. 419. b—424. 489. b. 490. 508. b. 509. 520. b. 530. 536. b. 540. a. 542. et 543. scriptura vacant. Fuit hic codex olim *Ioan. Fichardi V. I. D. Ex dono fratrum Kuehorniorum. Anno* 1554., ut fol. 7. a. legitur. Continentur haec:

a) [fol. 1. b.] Anonymi versus memoriales de titulis Decretalium libr. I—V. Incip. *Primo ſides ſtatuit* cet. Explic. *ſequitur post regula iuris.*

b) [fol. 7. a—350. a.] Augustini de Marzariis conclusiones super VI. Decretalium. Titulus hic est: *Incipiunt concluſioneſ clariſſimi utriusque Iuriſ doctoriſ domini auguſtini de marçariiſ* [sic] *nobiliſſimi.* Incip. *In glo. Si uero jura licet* cet. Explic. *immitto me theologis. Amen.*

c) [fol. 355. a—419.] Eiusdem super Clementinis, lib. I—III. *tit. de concessione praebendae et ecclesiae non vacantis.* Incip. *Cum illusio prima* cet. Explic. *porrigitur ad unum ... cet.*

d) [fol. 425. a—489. a.] Panormitanus super Clementinis. Incip. *Appellatione iuris venit ciuile* cet. Explic. *ſinalem quem tene menti. Et ſic eſt ſinis omnis glossue clementinarum cum declarationibus et ſuppletionibus facta per R. p. Nicholaum de tudeſchis archiepiſcopum panormitanum de ſicilia ſamoſiſſimum decretorum doctorem.*

e) [fol. 491. a—508. a.] Tractatus successionum ab intestato clarissimi doctoris D. Jeorii de Ambrosiis Bononiensis. Incip. *Non tam michi attribuo* cet. Explic. *tractatus anguſtia ſinienda eſt.*

f) [fol. 510. a—520. a.] [Anonymi tractatus iuris civilis. Incip. *permitte pro euidencia* cet. Explic. [lacero fol. 520.] *de noxa cum dixit diuus* cet.

g) [fol. 521. a—536. a. Anonymi lectura in c. Raynutius X. de testamentis. Incip. *Istud capitulum poteſt dupliciter diuidi* cet. Explic. *Et per ſideicommiſſum .... centurio.*

h) [fol. 537. a—539. b.] Anonymi tractatus iuris civilis. Incip. *Generis huius ter oppoſitiones* cet. Explic. *Quid autem ſi dixerit ....*

i) [fol. 540. b—541. b.] *Responsum: an communitas alicuius terrae possit sine peccato conducere Iudaeos ad publice in terra sua ſoenerandum.* Incip. *Et quidam nobiles predicatores* cet. Explic. *laudes perhennes* [sic] *ſuscipiat.*

k) [fol. 544. a. et b.] Bulla Calixti Papae *pro Praeposito, Decano et Capitulo Eccleſiae S. Iacobi Scotorum Erfurt., quod contractus de reditibus s. censibus pecuniariis venditis non sint ex bonis suis usurarii.*

CCLXXI.

[Rep. V. fol. 19.]

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, folior. 538, quorum 1—5. et 538. b. scriptura vacant. Continentur:

Pelegrini de Goch quaestiones in secundum librum Decretalium. Incip. *Rubrica de inditiis* cet. Explic. *quanto magis poterit legatus qui eſt ſuperior episcopo.* Subscripta sunt haec: *Et ſic eſt ſinis harum recollectarum ſuper toto ſecundo Decretalium, collectarum per Venerabilem virum Dominum Pelegrinum de Goch iuris Canonici doctorem eximium Anno Domini M°. CCCC°. XXXVII. in Studio Papienſi, Tandemque per dominum Thimonem Paſserin in Studio Lipczensi inceptarum. et per Georgium Czirgnicz usque ad ſinem ſideliter continuatarum, Anno Domini M°. CCCC°. XLIII. Durante discordia inter Euge-*

nium quondam Papam IIII^tum^ *et Felicem Quintum Electum et confirmatum in Concilio Basiliensi de quo laudetur deus qui est benedictus in seculorum secula Amen.*

CCLXXII — CCLXXV.

[Rep. V. 4. 28. 29. 30. et 31.]

Codex chartaceus saec. XV. negligenter et fugiente calamo scriptus, quatuor voluminibus absolutus, quorum primum 289, secundum 256, tertium 283 [horum ultimum semivacuum est scriptura], quartum 226 foliis constat. Vacua voluminis IV. folia sunt 130. b. 163 — 166. et 223. b — 226. Continentur:

a) [Vol. I. fol. 1 — Vol. IV. fol. 130. a.] Anonymi ICti Quaestiones super tit. Decret. Si certum petatur. Vol. I. incip. *Hic titulus habet difficilem et subtilem materiam* cet. Explic. *altera post Bartholomei.* — Vol. II. incip. *Rubrica dicta* cet. Explic. *non attenditur sed id quod. . . .* — Vol. III. incip. *Inspicitur nunc contemplacione* cet. Explic. *nunquam ut spero . . . exituram.* — Vol. IV. incip. *Restat unum* cet. Explic. [fol. 130 a.] *de istis propositionibus.* A fol. 113. b — 130. a. legitur: *Summarium totius tituli precedentis si certum petatur.* — Fol. 113. a. finitis quaestionibus haec verba subscripta leguntur: *Et ista L. finita. Lector ipse monachus* (?) *malo franco Egrotabat, Quare mihi commisit ut summarium tituli huius legerem Quod et feci. Ipse autem postea vita functus fuit et decessit penultima die decembris fuit dies lune circa horam vesperar. Anno XV*°. *Cuius anima in sancta pace in eternis sedibus requiescat Amen.*

b) [fol. 131. a — 162. b.] Anonymi lectura in Auth. *habita C. ne filius pro patre.* Incip. *Hec constitutio* cet. Explic. *in perpetuum calend.* Subscripta sunt haec: *Anno Domini M. CCCC*°. *LXXX*°. *2*^a^ *post laurencii In vniuersitate Liptzensi.*

c) [fol. 167. a — 223. a.] Anonymi Repetitio *C. sententiam sanguinis ne cler. vel mon.* Incip. *Clericus nec dictarum* cet. Explic. *et amen sanctorum Amen.* Subscripta sunt haec: *Finita in Achademia Liptzensi die veneris nona mensis septembris Anno domini cet. XC.*^mo^

CCLXXVI.

[Rep. V. 4. 32.]

Codex chartaceus saec. XV. fugiente calamo exaratus, folior. 250, quorum 1. 2. 36. a. 80. b. 81. a. 117. b — 120. b. et 149 — 152. scriptura vacant. Continetur: —

Anonymi Repetitio tit. Decretal. de iure iurando. Incip. *Cum percunctatus fuerim* cet. Explic. *ff. de pac.*

CCLXXVII.

[Rep. V. 4. 33.]

Codex chartaceus saec. XV. exaratus, folior. 303, quorum 63. b. 65. 66. a. 85. b. 135. b. 136. a. 238. 239. 263. b — 273. b. et 275. b — 303. scriptura vacant. Continentur:

a) [fol. 2. a — 237. b.] Angeli de Castro lectura super Decretalibus *a tit. de testibus cogendis usque ad tit. de appellationibus.* Incip. Rubrica de testibus cogendis. *Continuatur ista* cet. Explic. *ad hoc propositum allegatur iste textus. Sic est finis* cet. Subscripta sunt haec verba: *Finitus est iste secundus liber decretalium una cum scriptis his per Honestissimum* (?) *utriusque iuris doctorem clarissimum dominum angelum de castro ordinarium in jure canonico padue legentem XXII. die mensis Ianuarii que fuit ipsa dies vincentii Que quidem scripta collecta sunt per me Ioannem encishusen* (Enckhusen?) *de gottingin artium magistrum lipsiensem in decretisque baccalarium ibidem in uniuersitate paduana ab eodem domino angelo me ibidem pro tunc existente scholare in iure canonico. Laus deo. Anno domini M*° *CCCC*°. *LX*°.

b) [fol. 240. a — 263. a.] Anonymi declaratio arboris consanguinitatis. Incip. *Ista glosa habet tres partes* cet. Explic. *de success. edic.*

c) [fol. 274. a — 275. a.] Casus iuris canonici. Incip. *Quedam puella pro virgine tenta reputata* cet. Explic. *et non attingebat septimum mensem Igitur. . . . .*

CCLXXVIII.

[Rep. V. fol. 18.]

Codex chartaceus diversis manibus saec. XV. exeunte scriptus, folior. 423, quorum 1. (membran.) 2. b. 158. b — 160. a. 239 — 243. 272. b. 279. 284. a. 288. a. 295 — 303. 332. a. 370. b — 375. 408 — 411. 412. b. 416. b. 418. b — 420. et 421. b — 423. a. scriptura vacant. Continentur haec:

a) [fol. 2 — 158. a.] Lectura in quartum Decretalium per Joh. Winckel decretorum baccalarium. Incip. *In nomine* cet. *Lecturus quartum librum decretalium* cet. Explic. *triumphante per infinita seculorum secula Amen.* Subscripta sunt haec: *Finita et tradita est hec lectura quarti decretalium in alma vniuersitate studii lipczensis per Io. Winckel decretorum baccalarium In monasterio sancti thome. In scolis Iuristarum ibidem anno cet. LXXVIII*°. *die X*^ma^ *mensis Iulii.* Alia manus adscripsit haec: *Item Io. Mitz finiuit eundem sabbato post michaelis anno LXXIX*°. *in loco predicto. Cui lectioni Interfui In principio et in fine.* Haec fol. 157. b. Sequuntur fol. 158. a. additamenta quaedam.

b) [fol. 161. a — 171. b.] Lectura super arboribus consanguinitatis et affinitatis Johannis Andreae. Ita titulus. Incip. *[C]irca lecturam arboris diuersis olim diuersum modum* cet. Explic. *priuilegium fori in criminalibus causis.*

c) [fol. 172. a — 294. b.] Anonymi lectura circa Instituta. Incip. *Istud Rubrum Ist. diuiditur in tres partes* cet. Explic. *restitui igitur cet.*

d) [fol. 304. a — 370. a.] Lectura circa Decretalium titulos *de sequestratione possess. et fructuum, de probationibus, de testibus et attestationibus.* Incip. *Viso in precedenti* cet. Explic. *significauit et cetera.* Tum sequitur haec subscriptio: *Hoc caput fuit finitum in vigilia nativ. b. v. hora VII. mane per egregium virum Dn. Iohannem euernhufsenn decretorum doctorem dominum meum et ordinarium iuridice facultatis studii Lipczensis, sero autem eiusdem diei antedicti, hora quasi VII. cepit conqueri de dolore capitis et infirmitate. facta autem fuerunt omnia supra dicta feria 3. que fuit vigilia ut supra. Durabat autem hec Infirmitas (que a medicis dissenteria dicebatur) usque in diem do-*

minicum proxime fequentem, *In fero quafi in me° VI. et VII. hore ubi ultimum fue vite claufit diem. anno LXXIX°. cet.*

e) [fol. 376. a — 393. a.] P. Virgilii Maronis Bucolica. Incip. [T]*itere* [sic] *tu patule* cet. Explic. *venit hefperus ite capelle.* Subscripti sunt hi versus:

> *Paftor. arator. eques. paui. feui. fuperaui*
> *Capras. rura. hoftes. queqne labore graui*
> *De capris paftis. de rure fato. hofte fubacto*
> *Nec lac. nec fegetes. nec fpolia ulla tuli.*

f) [fol. 393. b — 407. b.] Maximiani Elegiarum liber. Incip. [Ae]*mula quid ceffas finem properare fenectus* cet. Explic. *Hac me defunctum vivere parte puto.* Subscripta sunt haec verba: *Explicit maximianus confcriptus in ftudio lipczenfi anno* 63. — Quae sub litt. e. et f. recensuimus, una eademque manu scripta sunt.

g) [fol. 412. a — 415. a.] Consilium iurisconsulti cuiusdam: *Wie Herr Frydrich von Schonenberg zu Gloachaw vff dem beftacktenn tage der vorhorunge vor denn durchlaucht. furftenn Herczogen zw fachffen pp. Kegin denn apt von Burgelgen fich habinn vnnd haldinn mag inn denn fachenn das Clofter Remffe belangende.*

h) [fol. 415. a — 416. a.] Waldemari ducis Anhalt. litterae, contra Georgium duc. Anhalt. fratrem suum de herciscendo patrimonio ad Ernestum Archiepiscopum Magdeburgensem scriptae.

i) [fol. 417. a — 418. a.] Tylonis episcopi Merseburgensis diplomata III. Primo loco sunt litterae salvi conductus Henrico Abbati Monasterii SS. Petri et Pauli Merseburg. datae, anno 1477., Germanico sermone scriptae. Quae secundum et tertium locum occupant diplomata, ad eumdem illum Abbatem pertinent.

CCLXXIX — CCLXXXII.

[Rep. IV. 4. 89. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. eleganter exaratus, quatuor voluminibus absolutus. Primum volumen habet 327 folia, quorum 1 — 4. 5. b. 6. b. 7. b. 320. b. et 324 — 327. scriptura vacant. Secundum constat foliis 445. quorum 1 — 3. 4. b. 436. et 442 — 445. vacua sunt. Tertium habet 379 foll., quorum 1. b. et 377 — 379. scriptura vacant. Quartum foliorum est 370, quorum 1 — 4. 5. b. 52. b. 102. b. et 335. b — 370. vacua sunt. Continentur:

a) [Vol. I. et II.] Remarques du R. P. Thomassin sur le Decret de Gratien. In titulo primi voluminis adscriptus legitur annus MDCLXVII. Vol. I. incip. fol. 8. a. *Nous parlerons de l'authorité du decret de Gratien* cet. Explic. *du consentement de l'Eglise.* A. fol. 321 — 323. legitur *Table des matieres.* — Vol. II. incip. *La premiere cause ou le premier cas eft tel* cet. Explic. *pour se tirer de difficultés.*

b) [Vol. III. et IV.] Remarques du R. P. Thomassin sur les Decretales. Vol. III. incip. *Dans l'explication que nous ferons des decretales* cet. Explic. *qui en le 2. des Decretales gregoriennes.* — Vol. II. incip. fol. 103. a. *Ce second liure n'est pas le plus beau des Decretales* cet. Explic. [fol. 329. b.] *eglifes font de cette nature.* A fol. 330 — 335. a. habetur *Table des matieres.* Praemittitur [fol. 6. a — 102. a.] *Preface sur le Droit Canon.*, quae in duas partes dividitur. *La premiere partie c'est d'examiner quelle authorité il a generallement dans toute l'eglise, et la seconde* [a fol. 53. a.] *de voir quelle est l'authorité du Droit Can. en France.* — Operculis horum voluminum impressa sunt insignia gentilitia Comitum *de Commin.*

CCLXXXIII — CCLXXXV.

[Rep. IV. 4. 89. b.]

Codex chartaceus saec. XVII. eleganter scriptus, tribus voluminibus constans. Primum habet 464 foll., quorum 1 — 4. 5. b. 6. b. et 461 — 464. vacua sunt; alterum 467 foll., quorum 1 — 4. 5. b. 442. b — 444. et 463 — 467. scriptura vacant; tertium 392 foll., quorum 1 — 4. 5. b. 6. b. 20. b. 295. b. 296. 320. et 360. b — 392. vacua sunt. Continentur:

a) [Vol. I — Vol. III. fol. 295. a.] Remarques sur les Conciles. Par le R. P. Thomassin. Vol. I. [Tom. I. part. 1.] — incip. *La compilation des Canons apostoliques* cet. Explic. *par ce concile et comme authentique.* — Vol. II. [Tom. I. part. 2.] incip. *Entre plusieurs questions* cet. Explic. *et en a faict sa compilation.* A fol. 445 — 462. habetur *Table des matieres.* — Vol. III. [Tom. II.] incip. [post indicem, fol. 7. a — 20. a.] fol. 21. a. *In principio statuendum est* cet. Explic. *s'est passé dans leurs provinces.*

b) [Vol. III. fol. 297. a — 319. b.] *Preuves que les papes ont presidé aux conciles oecumeniques. Par Thomassin.* Incip. *Les Heretiques pretendent* cet. Explic. *un nouveau concile pour en deliberer.*

c) [Vol. III. fol. 321. a — 360. a.] *De l'infaillibilité du Pape. Par Thomassin.* Incip. *Encore que plussieurs heresies ayent esté étouffées* cet. Explic. *que la persuasion qu'ils soient infaillibles.* — Operculis horum voluminum omnium impressa sunt insignia gentilitia Comitum *de Commin.*

IX.
CODICES IURIS GRAECI ET ROMANI.

CCLXXXVI.

[Rep. I. 4. 64.]

ΠΡΌΧΕΙΡΟΝ ΝΌΜΩΝ, ΤῸ ΛΕΓΌΜΕΝΟΝ Ἡ ἙΞΆΒΙΒΛΟΣ, Συναθροισθὲν πάντοθεν κατ' ἐκλογὴν καὶ κατ' ἐπιτομὴν, οὕτω συντεθὲν, παρὰ τοῦ πανσεβάστου νομοφύλακος καὶ κριτοῦ Θεσσαλονίκης, ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ τοῦ Ἁρμενοπούλου κριτῶν προκατάρχοντος. Epitome Juris Civilis quae legum prochiron et Hexabiblos inscribitur, authore Constantino Harmenopulo Nomophylace et iudice Thessalonicensi, iam primum in lucem aedita cura et studio Theodorici Adamaei Suallembergi. Pariis apud Christn. Wechelum M. D. XL.

In titulo libri scripta leguntur verba: *Haec Harmenopuli epitome ad exemplar regiae bibliothecae collata est et emendata a D. Iac. Cuiacio* 1561. Praeter varias lectiones adscriptae sunt etiam notae; sed ad quemnam Codicem bibliothecae regiae collatus hic liber sit, non indicatum vidi.

CCLXXXVII.

[Rep. I. 4. 65.]

Idem liber, variis lectionibus nonnullorum Codd. et adnotationibus ornatus a viro quodam docto, saec., ut videtur XVI. Codices collati quinam fuerint et quisnam illos contulerit, nusquam dictum video, nisi quod in pag. 425. ad marginem adscripta sunt verba: *Ita legitur in duobus exemplaribus bibliothecae Marcianae, Venetiis.*

CCLXXXVIII.

[Rep. I. 4. 66.]

Codex chartaceus saec. XIV. exaratus, rubris litteris initialibus et inscriptionibus. Si ex insignibus fabricae, quae in charta deprehenduntur, coniicere licet, hic codex medio saec. XIV. scriptus est; nam fol. 167. et alias illud signum conspicitur, quod *Fischerus* (*Versuch die Papierzeichen als Kennzeichen der Alterthumskunde anzuwenden*, in libro cui titulus: *Beschreibung einiger typographischen Seltenheiten* cet. *Nürnb.* 1801 — 1804.) ad annum 1358. refert. Constat autem illud signum duobus circulis, quibus crux transfixa est. Folia hic codex habet 210, quorum 1. a. 3. b. et 209. a. scriptura vacant. Asservatus olim est in bibliotheca *Gisberti Cuperi*, qui Constantinopoli missum accepit, tum vero inter libros Mss. *Uffenbachii*, cuius emblema etiam in fronte libri habetur. Hinc exstat huius libri descriptio a *Io. Henr. Maio* facta in *Catal. Bibl. Uffenbach.* part. II. num. XIV. pag. 521 — 534. Sed multis in locis falsa et manca illa est. Quam vero hic communicamus cum lectoribus nostris, est tota illa *Gustavi Ernesti Heimbachii* Lipsiensis, qui vir doctissimus mihique amicissimus magnam codicis partem in *Anecdotis* suis publicaturus totum codicem descripsit l. l. vol. I. cap. III. pag. XXXIII — XXXVIII. Continentur autem haec:

a) [fol. 1. b — 167. a.] Prochiron Basilii, Constantini, Leonis. Foll. 1 — 5. secunda manus occupavit. Habetur fol. 1. b. operis titulus: ἐκλογαὶ νόμων ἐν συντόμῳ γενόμεναι παρὰ λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφῶν βασιλέων ἀπὸ τῶν ἰνστιτούτων, τῶν διγέστων, τοῦ κώδικος, τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ Ῥούφου καὶ πινάλιον καὶ ῥοδίονος ἐπιδιορθώσεως τῶν φίλων. Praefatio incip. l. l. τὸν μέγαν καὶ φύσει ἀληθῆ. Desin. fol. 3. a. καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς φύσις τὴν ἀρχὴν εἴληφεν. Sequitur eadem manu possessoris subscriptio. Incip. σύμφωνα κατανοήσας cet. Explic. καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. Illud apparet, eum quem supra posui titulum male huc translatum esse ex codice, qui eclogam Leonis et Constantini, a Leunclavio editam, Rufi leges militares, librum de iure criminali (ποινάλιον), leges Rhodias complecteretur. Vid. *Heimbach.* de Basilicis p. 140 — 143. Caeterum nota, a fol. 6. a. primam calligraphi manum incipere. Series titulorum, quae fol. 208. a. reperitur, aliquantulum ab ea abhorret, quam *Carolus Wittius* ex libro Bieneriano in Musei Rhenani veteris tom. III. pag. 45 — 46. proposuit. Hi tituli in ipsius operis contextu maximam partem non commemorantur, ut proinde facile dictu non sit, a quo quisque loco titulus incipiat. In margine superiore tantum aliquando prima manu numeri titulorum notati sunt. Est autem haec eorum series:

τίτλος α'. περὶ συναινέσεως μνηστείας. Incip. fol. 6. a. μνηστεία ἐστὶ μνήμη cet. Explic. fol. 8. b. ἄδειαν καὶ λοιποῦ διαστρέψαι.

τίτλος β'. περὶ ἀῤῥαβώνων μνηστείας. Incip. fol. 8. b. ἐὰν ἀῤῥαβὼν ἐν οἱῳδήποτε cet. Explic. fol. 13. a. οὐ πρακτεύεται ἀπαίτησις.

τίτλος γ'. περὶ δωρεῶν μνηστείας. Incip. fol. 13. a. ἐὰν ἀνὴρ μὴ ὑποδεξάμενος cet. Explic. fol. 14. b. καταλιμπάνειν τινὶ τὸ πρᾶγμα.

τίτλος δ'. περὶ ὅρκου καὶ διαθέσεως γάμου. Incip. fol. 14. b. γάμος ἐστὶν, ἀνδρὸς. Explic. fol. 18. b. τῆς τοῦ χριστοῦ ἐκκλησίας.

τίτλος ε'. περὶ ἀθεμίτου γάμου. Incip. fol. 19. a. Οὐ .... ρωται ὁ γάμος θυγατρὸς. Explic. fol. 19. b. ἀλλὰ καὶ οἱ πρὸ τούτου τεχθέντες.

τίτλος ς'. περὶ ἀκριβείας γάμου. Incip. fol. 20. a. τοῖς κληρικοῖς ἐπιτέτραπται cet. Explic. fol. 20. b. καὶ ὀλίγην λαμβάνειν προγαμιαίαν δωρεάν.

τίτλος ζ'. περὶ προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ συγκαταβάσεως — [desunt aliquot litterae] τάγματος ἀπὸ τῆς ὀγδόης διατάξεως. Incip. fol. 20. b. ὁ ἀνὴρ τοὺς καρποὺς cet. Explic. fol. 30. b. καὶ τὴν ἐξ ἡμῶν ἀγανάκτησιν ὑποστήσεται.

τίτλος η'. περὶ κεκωλυμένων γάμων καὶ περὶ συγγενείας καὶ βαθμῶν. Incip. fol. 30. a. συνίσταται γάμος χριστιανῶν cet. Explic. fol. 47. b. καὶ ἀπαιτεῖται ἡ δαπάνη τῶν ἐπιτροπῶν τοιουτοτρόπως.

τίτλος θ'. περὶ δικαίου προικὸς. Incip. fol. 47. b. πᾶσα προὶξ ἡ διατετιμημένη cet. Explic. fol. 48. b. τὰ ἐκ τῶν προικιμαίων χρημάτων ἀγορασθέντα προικιμαῖα εἰσίν.

τίτλος ι'. περὶ ἐκδικήσεως προικὸς καὶ τῶν βαρῶν αὐτῆς. Incip. fol. 48. b. συνεστῶτος τοῦ γάμου ἐὰν ἡ προὶξ cet. Explic. fol. 51. b. ἀναλώσει αὐτά, τὸ πᾶν ἀπαιτεῖται.

τίτλος ια'. περὶ δωρεῶν μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Incip. fol. 51. b. μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς cet. Explic. fol. 52. b. οἱ χρεωφειλέται μεριζέσθωσαν.

τίτλος ιβ'. περὶ λύσεως γάμου καὶ τῶν αἰτιῶν αὐτοῦ. Incip. fol. 52. b. ἐπειδὴ πολλὰς ἐν τοῖς παλαιοῖς cet. ,Explic. fol. 57. b. ὡσαύτως καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρός.

τίτλος ιγ'. περὶ τῶν ἐν ζωῇ δωρεῶν. Incip. fol. 57. b. τῶν δωρεῶν αἱ μὲν cet. Explic. fol. 58. b. ἐν τῷ ὕφει καὶ ἐν τῇ ὑπογραφῇ αὐτῶν.

z) [fol. 434. b — 438. b.] *Informatio Helmstadiens. der von Germar. 1) quod nemo possessione feudi absque praevia sufficienti caussae cognitione et secuta sententia declaratoria sit privandus. 2) An confessio contraria publico instrumento noceat, vel renunciationem inferat, et minores quomodo restituantur in integrum.*

aa) [fol. 439. a — 456. b.] *Consilium Helmstadiensium vor die von Germar. 1) Utrum agnatus minorennis feudum per transactionem alienatum revocare in totum possit, vel saltem restitutionis beneficio partem suam recuperare. 2) Evictionis nomine quid praestandum et quod pretium attendendum. 3) Utrum minori consultius sit, revocatorium feudi in iudicium deducere, vel restitutionis beneficium, vel utrumque simul. 4) An et quatenus remedium legis 2. competat minori per transactionem tutorum enormiter laeso.*

bb) [fol. 457. a — 466. b.] *Hart. Pistoris examinatio harum quaestionum.*

cc) [fol. 467. a — 472. a.] *Rationes decidendi Witebergens. in caussa Ragwitz, ubi tractatur, an et quando alteri recte stipuletur. Item de condictione indebiti. Et quod usurae duplum sortis excedere nequeant.*

dd) [fol. 472. b — 475. b.] *Urthelsfrage: An donatio nepotibus caussa mortis facta valeat etiam absque numero quinque testium, et de probatione eiusmodi donationis, an per litteras probetur.*

ee) [fol. 476. a — 500. a.] *An in feudis emptitiis foeminae vel saltem filii ex foeminis descendentes succedant, et quando masculinum comprehendat foemininum. An concesso castro veniant etiam eius pertinentiae. Et an eiusmodi pertinentiae et bona . . . . feudalia praesumantur. Agnatus qualiter in feudo succedat et quid probare debeat. [Joh. Timaei consilium.]*

ff) [fol. 500. a — 530. b.] *Utrum creditor, qui in summam debitori mutuo datam loco mille florenorum dedit Cleinodium vix* 300 *florenor. an teneatur illud in eodem valore loco solutionis recipere. Utrum in fraudem usurarum ex falsa caussa promissum iure retineri possit. Debitor an possit debitum ab alio invito et ignorante creditore cessum compensare. Cedens an teneatur de evictione debiti cessi. Periculum depositi ad quem pertineat maxime, si depositarius est officiarius publicus. Sententia vel decretum contra fideiussores datum an noceat vel obliget principalem. Fideiussor negligens opponere exceptionem principali competentem non habet regressum. De remedio L. diffamar. et L. si contendat.*

gg) [fol. 530. b — 548. b.] *Quis actoris vel rei partes sustinere debeat. De exceptionibus quibusdam contra instrumentum debitori competentibus.*

CCCLXXXVIII.

[Rep. IV. 4. 91. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 709, quorum 1. b. 189. b. 190. et 693. b — 709. scriptura vacant. Continetur:

Consilium D. Ludolphi Schraderi *pro Imperatore* Maximiliano II. *contra Dominum Carolum et eius agnatos a Biberstein Barones, die Herschafftenn Mosskaw, Storckaw, Besskaw, Friedelandt vnnd Triebell belangende.* Incip. *Nach vleissiger vorlesunge und bewegunge überschickten Summarischen Berichts* cet. Explic. *nostra decisio superius facta et verissima et indubitata sit.*

CCCLXXXIX.

[Rep. VI. fol. 3.]

Codex chartaceus saec. XVI. scriptus, folior. 407, quorum 1. a. 406. b. et 407. b. scriptura vacant. Continentur:

Johannis de Breyttenpach Ordin. Fac. Jur. Lips. responsa informationes et decisiones, in caussis principum, civitatum et privatorum hominum datae. Incip. *Privata scriptura non facit fidem* cet. Explic. fol. 405. a. [nam 405. b. et 406. a. legitur index voluminis] *sacratissima, C. de donario.* — Fuit hic liber olim in bibliotheca *Christophori Zobelii*, cuius symbolum aeri incisum priori libri operculo agglutinatum est.

CCCXC.

[Rep. IV. fol. 12. b.]

Codex chartaceus saec. XVII. ineunte scriptus, folior. 298, quorum 1. b. 2. 243. b. 244. 245. b. 246. et 298. b. vacua sunt. Continentur:

a) [fol. 1. a — 243. a.] *Vnderschiedtliche Fragen sampt deren Beandttwortungen von Bündtnüssen.* Ita titulus. Auctor quis sit, non legitur. Incip. post propositas decem quaestiones [fol. 3.] fol. 4. a: *Anlangende die erste Frage seindt viel der Theologorum vnndt Politicorum* cet. Explic. *bey solchen Bündtnüss berathschlagungen nicht zu negligiren sey.*

b) [fol. 245. a — 298. a.] *Anonymi Consilium: An foederatus absque confoederati consensu cum hoste pacem inire possit.* Incip. *Wan in einem Bündtnüss der Vereinigungs Notull* cet. Explic. *O cives aequare potens.*

XIV.

CODICES MEDICI.

CCCXCI.

[Rep. I. fol. 36. a. a.]

Codex chartaceus saec. XVIII. perspicue scriptus, diversis lectionibus et emendationibus cum calamo tum plumbagine in margine notatis, folior. 407, quorum 48. b. 73. b. 105. b. 151. 152. 221. 222. 292. b. 314. 336. 337. 407. b. et 408. scriptura vacant. Codicem a Gallo quodam scriptum esse verisimillimum est, quum singulis manipulis duodenorum foliorum Gallico sermone numerus adscriptus sit (v. c. 20e *Cayer*, 21e *Cayer*), et charta Gallica sit, cuius fabricator *I. Cusson* nomen habuit. Hoc enim nomen cum lilio saepe in hoc codice legitur, v. c. foll. 221. 222. 337. et aliis. Foliis in inferiore margine adscripti sunt numeri, et singuli cuiusque paginae versus ita numerati sunt, ut quinto cuique versui numerus adscriptus sit. Continentur:

Aetii Amideni librorum medicinalium IX — XVI. Incip. [post inscriptionem: *ἈΡΧΗ ΤΟΥ͂ Θ ΤΟΥ͂ ἈΕΤΊΟΥ. Περὶ τῶν κατὰ τὸ στόμα τῆς κοιλίας παθῶν καὶ αὐτῆς τῆς κοιλίας, καὶ ἐντέρων: Περὶ καρδιακῶν*] *Ὅπως ἂν χρὴ θεραπεύειν τοὺς καρδιακοὺς λεγομένους* cet. Explic. *ὀποβαλσάμους ὀγγίας τρεῖς. Τέλος.*

CCCXCII.

[Rep. I. 8. 92.]

Codex chartaceus saec. XV. a librario non satis perito vitiose scriptus, inscriptionibus et litteris initialibus rubris rudi arte pictis. In emblemate, quod fronti libri affixum est, legitur nomen: *Augustus Pfeiffer SS. Theologiae Doctor.* Foliis constat 142; in fine tamen multa deperierunt. Continetur:

Anonymi *ἸΑΤΡΟΣΟΦΙΟΝ.* [Sunt collectanea medicinalia.] A folio 1. a — 11. b. legitur index operis, cui hic factus est titulus: *Ἀρχὴ σὺν θεῷ. πίναξ τοῦ ἰατροσοφίου.* Opus incip. fol. 11. b. ab hoc titulo: *Ἱστορία τοῦ ὑποκράτους* [sic] *περὶ τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων καὶ τῶν κατασκευῶν* cet. *Ὁ κόσμος οὕτως* [sic] *ἅπας συνέστηκεν ἐκ τεσσάρων στοιχείων. ἐκ πυρὸς.* cet. Explic. *φόβον θανάτου ἔχει; — τέλος: —*

CCCXCIII.

[Rep. II. 4. 141. aa.]

Codex membranaceus saec. XV. exaratus, inscriptionibus, aliquoties etiam litteris initialibus rubris, vocum compendiis permultis. Folia sunt 44, quorum ultimum recentiore manu exaratum est. Continetur:

Elbuchasem Elimithar tacuinum sanitatis. Latine ex Arabico. Titulus minio pictus hic est: *Tacuinum sanitatis in medicina ad narrandum sex res necessarias et in narratione iuuamenti ciborum et potuum indumentorum nocumenti ipsi et in remotione nocumentorum iuxta consilia meliorum ex antiquis composuit autem librum istum elbuchasem elimithar filius bahadim filii buccellam medici de baldach.* Incip. *Tacuinum sanitatis in medicina de sex rebus que sunt necessarie* cet. Explic. [fol. 43. b.] *cotidie. et ita fiat omni Anno. Hallero* auctore (Bibl. pract. I. 404.) hoc opus typis descriptum est Argentor. 1531. fol. Germanice factum a Mich. Herr, ibid. 1532. fol. Alii hoc opus, ut auctor Codd. B. Brit. catal., tribuunt Albucasi. Cf. *C. G. Kuehn* in *Additamentis ad elenchum medicorum veterum, a Io. Alb. Fabricio in biblioth. graec. Vol. XIII. p.* 17 — 456. *exhi-*

bitum. XXVII. pag. 5. sq., ubi etiam nostri codicis mentio facta est.

CCCXCIV.

[Rep. I. fol. 24. a.]

Codex membranaceus in Italia saec. XIV. scriptus, duabus columnis exaratus, inscriptionibus rubris, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris, lineis plumbagine ductis, notulis [maxime ab initio] a seriore manu margini adpictis. Folia habet 55, quae prisca manus numeris signavit, sed non tantum ab initio deperierunt aliquot folia, sed etiam inter foll. 1. et 2., 53. et 54. bina foll. exciderunt. Continetur:

Practica Rogerii. Titulus rubro pictus: ***Pratica*** [sic] ***magistri Rogerii.*** Inscriptio rubra primi capitis: ***Sequitur capitulum de mania et melencolia*** [sic.]. Exciderunt igitur quatuor priora capitula, vid. indic. operis, fol. 55. a. col. b. — Incip. codex: ***Post epi^am*** [i. e. ***epilepsiam***] ***sequitur de mania et melencolia. Ista autem desipiencia*** cet. Explic. ***Et hoc de opiatis sufficiant*** [sic.]. Subscriptio atro picta haec est: ***Explicit practica Magistri rogerii Anno domini*** M°CCC°XLIII. ***Die lune post festum b'i laurencii Ego simon Crespelet de dyoc. Archiepiscoptus*** [sic] ***renic. oriundus de regiteste villa domini ducis regitestiencis flandrencis et niuernencis sc'psi.***

CCCXIV.

[Rep. II. 4. 141.]

Codex chartaceus saec. XV. exaratus, litteris initialibus, inscriptionibus et subscriptionibus milto pictis, notis a recentiore manu hic illic margini adscriptis, folior. 128, quorum 1. et 120—128. scriptura vacant. Continetur:

Alberti Magni opus de secretis mulierum ab anonymo auctore in Germanicum sermonem translatum. Titulus non legitur [fol. 2. lin. 5. 19. et 20. auctor dicit, se acturum esse ***Von den Heimlichkeiten der frowen nach Naturlicher kunste sitten vnd nach artznye sitten***]. Fol. 118. conspectus et summarium libri exhibetur. Codex continet ***textum*** et ***glossam;*** ita enim sectiones eius inscribuntur. Incip. ***Dem Allerliebsten etc. Dis buch wirt geteylt in zwey stücke. Das Erst ist ein Vorrede*** cet. Explic. ***der vol Eren ist vnd der gewaltig got der mit gott dem Vatter lebt.*** Subscriptio rubro colore picta haec est: ***Completum vigilia Sancti Laurentzii Anno*** **lxxiii.**

XV.

CODICES PHILOSOPHICI.

CCCXCVI.

[Rep. IV. 4. 92.]

Codex chartaceus saec. XVII. exaratus, olim, ut ex emblemate prioris operculi patet, bibliothecae ***Joh. Christoph. Wagenseilii*** adscriptus, folior. 120. Continetur:

Joannis Bodini colloquium heptaplomeres de abditis rerum sublimium arcanis. Incip. fol. 2. a: ***Quod per literas a me petis, ut de mea peregrinatione ad te scribam*** cet. Explic. ***ne quis invitus Christum profiteri cogeretur.*** [Ab initio exponit auctor libri sui occasionem; nempe se Venetiis in notitiam Pauli Coronaei venisse, cuius domus, referta libris et veteribus monumentis, sacrarium Musarum ac virtutis habita sit. Eius viri se factum esse anagnosten et inter familiares adscitum fuisse. Tum sequuntur varii sermones et colloquia inter eruditos viros, etiam Judaeos, de rebus philosophicis et theologicis Coronaeo praesente et quasi praeside suam saepe sententiam subiiciente, habita.]

CCCXCVII.

[Rep. IV. 4. 96. c.]

Codex chartaceus saec. XVII. exaratus, cum multis figuris mathematicis, folior. 104, quorum 104. b. scriptura vacuum est. Continetur

Epitome mathematicae doctrinae praecipuarum partium compilata ab Huldricho Grossio ***Lipsiensi, Anno*** M.DC. XXVII. Ita titulus. Incip. ***Cum, ut praeclara sic sit pervera*** cet. Explic. ***omne monumentum obtinent.*** Auctor idem est ***Grossius,*** cuius munificentia bibliotheca nostra inde ab anno 1677. aucta est. Vid. ***Goetzii*** progr. pag. 10. ss.

CCCXCVIII.

[Rep. IV. 4. 96. b.]

Codex chartaceus saec. XVII. exaratus, cum figuris mathematicis, folior. 85, quorum 50. b. et 85. b. scriptura vacant. Continetur:

Isagoge astronomica Huldrichi Grossii, Lipsiensis. Anno m.dc.xxii. Ita titulus. Incip. ***Φιλομουσον omne genus studii capit*** cet. Explic. ***verus locus partis fortunae.*** De auctore vid. quae ad cod. CCCXCVII. diximus.

CCCXCIX.

[Rep. IV. 4. 96. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus 21 foliis, quorum 1. b. vacuum. Titulus hic est:

Libellus Geographiae et Astronomiae ***breviter atque succincte paucis capitulis explanatus per Huldreich***

Grofsen. Lipsiae anno M. DC. XXIII. Incip. *Explicaturi et propositari constitutionem nativam* cet. Explic. *seu civilem et noctem, dies ....* Desunt nonnulla. Est liber autographus auctoris, eiusdem illius, de quo diximus ad cod. CCCXCVII.

CCCC.

[Rep. III. 4. 30. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. foliorum 47, quorum 6. b. 7. a. 8. b. 27. b. 28. 31. b. 34. b. 35. 39. b. 40. b. 45. b. et 47. b. scriptura vacant, 46. et 47. autem caeteris altera fere parte maiora sunt. Continentur haec:

a) [fol. 1. a — 6. a.] *Anonymi* [*sacrorum antistitis pagi Sommerfeld prope Lipsiam*] *curriculum vitae Christophori Arnoldi,* procul dubio in usum laudationis pro sacra concione recitandae compositum. Titulus hic est: *Lebens-Lauff Chrifioph Arnolds, Gerichts-Schöppens in Sommerfeld d. 17. April* 1695. Incip. *So viel nun noch anlanget unfers verhoffentlich feelig verftorbenen Mit-Bruders Lebens-Lauff* cet. Explic. *nachdem er fein Alter gebracht auf* 45 *Jahr* 17 *Wochen.*

b) [fol. 7. b. et 8. a.] *Inscriptiones monumenti sepulcralis Christophori Arnoldi, Latine et Germanice,* a recentiore manu scriptae. Incip. *Agricola Coelicola* cet. Explic. *und der Schatten weiche.*

c) [fol. 9. a — 27. a.] *Einfältiges Bedencken Uber den Itzt neulich Im Augufto diefes* 1682*ften Iahrs gefehenen Cometen Darinnen Von deren Urfprung vnd Vrfach Ihrer fchweiffe Derer länge kürtze Vnd krümme, muhtmafslich Vnd vnvorgreifflich gehandelt wird befchrieben von Einem Einfältigen bauren zu Sommerfelt bey Leipzigk.* Ita titulus. Additur a manu eiusdem temporis: *Iohan* [a manu secunda superscriptum est nomen *Chrifioph*] *Arnolts des Iungern, Bauers zu Sommerfelt, eigene handt.* Hoc opusculum, ut ex eis, quae fol. 9. b. leguntur, apparet, senatui Lipsiensi dedicatum est. Incip. *Es hatt der Allmüchtige gott durch feine himlifche Weifsheitt* cet. Explic. *vnd geben Ein fehliges Ende.*

d) [fol. 29. a — 31. a.] *Excerptum e diario astronomico Christophori Arnoldi, quo de Mercurii congressu cum Sole* [d. 31. Octobr. 1690.] *refert.* Titulus hic est: *Abfchrifft aufs meinen Tage Buche* 1690. Incip. 31. *Octobris Freytag Früh nach* 4 *uhr* cet. Explic. *fo würde fich folches nicht begeben können. Chrifioph Arnolt.*

e) [fol. 32. a — 34. a.] *Eiusdem Arnoldi relatio de duobus pareliis d.* 26. *Februarii ann.* 1692. *observatis,* facta d. 28. Febr. eiusd. ann. Incip. *Hoch Edler Herr, wolgeneigter Patron vnd Mächtiger Förderer,* [quem intelligat, certe ex relatione ipsa non apparet] *Es fpielet die Natur in den Elementen* cet. Explic. *und ich verbleibe mit Gebet ein gehorfamer Unterthaner Chr. Arnold* cet.

f) [fol. 36. a — 39. a.] *Eiusdem narratio de eclipsi solis d.* 23. *Iunii ann.* 1693. *facta.* Titulus: *Die Sonnenfinfternifs den* 23. *Iuni* 1693. Incip. *Vormittage war es meift trübe* cet. Explic. *B ift mit bloffen Geficht zu fehen und fonft keiner.*

g) [fol. 40. a — 45. a.] *Merckwürdige Observation zweyer Finfternifse des Andern und Dritten Iupiter Möndgens in der Nacht zwifchen den* 1. *und* 2. *November Anno* 1693. *gehalten von Chrifioph Arnolden zu Sommerfeld.* Ita titulus. Incip. *Wenn man bey hellen Nächten* cet. Explic. *were wol was hievon zu erfahren.*

h) [foll. 46. et 47. a.] *Iohannis Abrahami Ihlii phaenomeni cujusdam obfervatio, ad amicos coelicolas perscripta.* Incip. *Alter Marius mirabilem fiellam vidifse videbar* cet. Explic. *fovet ac promovet.*

Hic *Chrifiophorus Arnoldus,* agricola pagi Sommerfeld prope Lipsiam siti, [natus d. 17. Dec. ann. 1650., mortuus d. 15. April. 1695. cf. huius cod. fol. 1. a. et 5. b.] clarus ille astronomus αὐτοδίδακτος est, cuius observationes astronomicae aliquot in *Actis eruditorum* leguntur, et liber typis descriptus aliquis hoc titulo exstat: *Göttliche Gnadenzeichen in einem Sonnenwunder vor Augen gestellt, Lipf.* 1692. 4. Senatus Lipsiensis ei, postquam congressum Mercurii cum Sole anno 1690. observaverat, non tantum transmisso dono liberalem se praestitit, sed etiam immunitatem a tributis concessit et effigiem eius in bibliotheca sua suspendendam curavit. Schröterus astronomus tres valles lunae Arnoldi nomine nuncupavit. — Caetera Arnoldi MSS. ab ipso legata sunt *Godofredo Kirchio* astronomo Lipsiensi, quocum familiaritate coniunctus erat. Vid. *Zedler. Universallexic.* Tom. II. pag. 1584.

CCCCI.

[Rep. IV. fol. 47.]

Codex chartacens saec. XVII. diversis manibus scriptus, folior. 48, quorum 1 — 4. 7. b. 8. 14. b. 32. a. 33. b. 38. b. 43. 44. et 46 — 48. scriptura vacant. Continentur haec:

a) [fol. 5. a — 19. a.] Fragmentum D. Hobs Angli de luce. Ita titulus. Incip. 1. *Imprimis manifestum est corpora omnia lucida videri* cet. Explic. *nugarum fortaffe fatis, vale.*

b) [fol. 20. a.] *Remarques sur le jugement rendu par Mr. Baluze et les R. P. Mabillon et Ruinart sur les titres qui prouuent incontestablement l'Origine de Geraut de la Tour Ier du nom.* Ita titulus. Incip. *Il n'est pas possible que l'on n'ait beaucoup* cet. Explic. *d'Alfred. Du* 20. 7bre 1695.

c) [fol. 20. a — 21. a.] *Obseruations sur les titres montrez a l'abbaye St. Germain touchant la maison de la Tour d'auuergne.* Ita titulus. Incip. *On a donné au public les titres* cet. Explic. *les titres que nous venons d'examiner.*

d) [fol. 21. a — 23. a.] *Reponse aux remarques faites contre les Titres nouvellement recouurez sur l'origine de la Maison de la Tour d'Auuergne.* Ita titulus. Incip. *Il a paru depuis peu dans le monde deux petits ecrits* cet. Explic. *de les rapporter, ny celle d'y repondre.*

e) [fol. 23. a — 24. a.] *Defense des Remarques et obseruations sur les titres montrez a l'abbaye de St. Germain des Prez touchant la Maison de la Tour d'Auuergne. Contre l'auteur anonyme de la Reponfe aux remarques etc.* Ita titulus. Incip. *Quand on lut la premiere fois les titres* cet. Explic. *aduersaires peu dignes de luy.*

f) [fol. 24. b.] *Lettres a Mr. le Comte de* ***. Ita titulus.

Incip. *Vous souhaittez de scauoir* cet. Explic. *de vous en dire dauantage. Vous en iugerez Mr. et je suis etc.*

g) [fol. 24. b — 25. b.] *Replique.* Ita titulus. Incip. *Il ne s'agit pas de scauoir* cet. Explic. *que de la fin de l'onzieme siécle.*

h) [fol. 26. a — 42. b.] Obseruationes in fragmentum quoddam de Luce Domini Hobes ad D. Saportem. Ita titulus. Incip. *Post quaedam praefata de occasione* cet. Explic. *nimis longum esset demonstrare.*

i) [fol. 45. a.] *Athanasii Kircheri epistola, Romae d. 12. Febr. 1675. scripta.* Ad quem data sit, non legitur. Memorabilis maxime eo est illa epistola, quod Kircherus de sua patria haec scribit: „Praeterea non parum miratus sum, Academicos vestros de meo natali solo dubitare posse. Italus sane non sum, neque Gallus, multo minus Hispanus; sed Germanus natione, patria Fuldensis, cuiusmodi gentis et ego innato mihi sinceritatis candore glorior: et opera mea ubique passim in fronte demonstrant et Tu uir eximie dum mecum Romae suaui necessitudinis nexu conuersabaris, ex idiotismo germanico nescire nequis. Si uero nonnullae nationes me suum esse uelint, tantum abest, ut iniuriam mihi faciant, ut potius de Homeri patriae inter ueteres exorta contentione summo me honoris titulo extollant. Verbo absoluam qualiscunque tandem sim, sum Germanus siue Scytha aut barbarus, nil moror; Dei sum cui soli seruio" cet.

CCCCII.

[Rep. IV. 4. 105.]

Codex chartaceus saec. XVII. exeunte scriptus, folior. 114, quorum 1. b. 3. 4. b. 88. b. 113. b. et 114. b. vacua sunt. Continentur:

Umbrae Politicae Christianae, *videlicet materiae status in epitomen compillatae,* [sic] *et ad generales regulas deductae; distinctae in decem sermonibus habitis cum quodam Principe a suo Ministro; sub umbra decem plantarum misticarum; oblectamentum studiosum incerti aucthoris* [sic]; *et ex quibusdam chartis tum Gallice tum Italice scriptis extractum et Latine traductum, ac nonnullis annotationibus illustratum: a* Francisco Christiano Lotharingo. Ita titulus. Fol. 2. legitur praefatio ad lectorem, fol. 4. a. *tabula seu Elenchus materiarum in hoc opusculo contentarum.* Ea tabula hos exhibet sermonum titulos: *De politica et eius differentiis. De legibus et legum varietate. De obligatione populi adversus leges et principem. De potentia supremorum et varietate monarcharum. De debito principis et obligatione erga populos suos. De consiliis, consiliariis ac ministris status. De tribunalibus ac iudicibus. De armis ad status defensionem. De bono regimine ac conservatione status. De educatione principis pueri.* — Fol. 5. a — 7. b. legitur introductio operis, quod ipsum fol. 7. b. his verbis incipit: *Politica Serenissime Princeps est nomen grecum* cet. Explic. *quam tue uirtutis sum habiturus.* —

XVI.

CODICES HISTORICI.

A.

CHRONOLOGIA. HISTORIA UNIVERSALIS ET ANTIQUA.

CCCCIII — CCCCIX.

[Rep. IV. fol. 4. 53. a.]

Codex chartaceus saec. XVI. exeunte vel. XVII. ineunte exaratus, constans VII voluminibus, luculenter et accurate scriptus, rubris inscriptionibus et argumentis in margine notatis. Omnia illa volumina, si primum excipias, manu ipsius auctoris scripta sunt; primum est in fol., reliqua sunt in formis quaternis. Continetur:

Leonhardi Krentzhaimii opus Chronologicum, ad Julianam computandi rationem ex mente Jos. Scaligeri efformatum et in X libros divisum. Volumen I. [s. lib. I.] foliis constat 329, quorum 328. et 329. scriptura vacant. Desinit hoc vol. in excidio gentis Judaicae. Incip. fol. 3. a. *Nemo exspectet a me prolixas* cet. Explic. *spacio complexi sumus.* — Vol. II. [s. libb. II. et III.] habet 447 folia, quorum 1. b. et 447. b. vacua sunt. Desinit cum imperio Momylli imperatoris. Incip. *Kal: Ianu:* COSS. *T. Flavius Aug: F. Caesar Domitianus II.* cet. Explic. *excisa est: Joan. Auentinus lib.* 2. — Vol. III. [s. lib. IV.] tenet 336 folia, quorum 1. b. et 336. b. scriptura vacant. Pertinet *ab interregno Imp. Rom. in occidente usque ad eius instaurationem per Carolum M. Francorum regem.* Ita enim titulus huius voluminis rubro pictus, fol. 1. a. Incip. *Kal. Ianu. COSS. Annus hic sine Coss. fuit* cet. Explic. *Consule Rom. dicto per Anasta-*

sium Imp. — Vol. IV. [s. lib. V.] absolvitur foliis 281, quorum 1. b. et 281. b. scriptura vacant. Pertinet usque ad mortem Henrici III. Imp. Incip. Imp. Caes. *Carolus Magnus P. f. perp. Aug.* cet. Explic. *Casparo Peucero, Medicinae Doctore.* — Vol. V. [s. libb. VI. et VII.] absolvitur 359 foliis, quorum 1. b. scriptura vacat. Enarrat res gestas ab anno Chr. 1057. usque ad 1272. Incip. [post inscriptionem] *Victor II. Pontifex Rom. Ratisbona* cet. Explic. *et regnavit ann.* 35. *Jovius.* — Vol. VI. [s. lib. VIII.] folior. est 321, quorum 1. b. 318. b. et 319. b — 321. vacua sunt. Pertinet ab anno 1273. usque ad finem imperii Romani in Oriente. Incip. *Kal. Januarii Indictio I. Cyclus* cet. Explic. *ruinam regni Turcici sequuturam.* — Vol. VII. [s. libb. IX. et X.] absolvitur foll. 559, quorum 1. b. 33. a. 48. b. 55. b. 58. b. 63. b. 70. b. 98. b. 183. a. 186. b. 199. b. 213. b. 235. a. 243 a. 267. a. 293. b. 298. b. 332. b. 366. a. 375. b. 377. a. 384. a. 388. b. 389. 390. b. 395. a. 402. b. 409. b. 412. b. 417. a. 427. a. 429. a. 434. a. 458. a. 474. a. 481. a. 514. b. 531. b. 532. b. 542. b. 544. b. 546. a. et 557 — 559. a. scriptura vacant. Pertinet hic tomus ab anno 1454. usque ad ann. 1595. Incip. *Hoc anno in die Purificationis D. Virginis* cet. Explic. *Ex literis Caschoviae datis die Octobris* 29. *Anno* 1596. — Auctor instituti sui rationem [Vol. I. fol. 3. a.] his verbis exposuit: „Nemo exspectet a me prolixas historiarum narrationes, aut conciones et disputationes chronologicas, quas ex aliis auctoribus, eo consilio scriptis petent, qui volent. Nos tantum numerationem annorum ab initio mundi, et temporum seriem ad nos usque deductam, cum praecipuorum eventuum brevissimis annotationibus contexemus, et addemus firmas nostrarum supputationum demonstrationes, petitas ex sacrae historiae narrationibus, et historicorum fide dignissimorum gravissimorumque testimoniis, consentiente etiam calculi astronomici et motuum coelestium certitudine“ cet. Mentionem huius operis Krentzhaimiani fecit iam *Goetzius* in programmate, quo bibliothecam nostram aperiendam fore indixit (Lips. 1711.) pag. 29., ubi haec leguntur: „Benevolum declaravit affectum (in bibliothecam nostram), vel cum in lecto haereret emortuali, Vir spectatae eruditionis et virtutis, *Leonhartus Baudisius*, ICtus excellens, ac Praetor huius urbis, quamdiu vixit, longe meritissimus, dum abavi sui, Leonharti Krentzheimii, quem, amicitia cum Peucero Pierioque contracta, apud Lignicenses Duces, quorum res ecclesiasticas summa cum dignitatis praecellentia moderabatur, maxime fatali odio oneravit, in temporum vero calculo formando experientissimum iudicavit arbitrum docta illa aetas, *Opus chronologicum autographum,* VII voluminibus eleganter compactum, at X libris distributum, scriniis nostris perquam liberaliter intulit. Chronologiam illud universalem ab origine mundi usque ad A. C. MDXCVI. deductam exhibet, cuius nucem quasi Germanica lingua ipse *Krentzheimius* Görlitii A. MDLXXVI. prodire voluit; multo uberiorem tamen Historiae tam Civilis quam Ecclesiasticae apparatum in hoc autographo offendas, unde plurima in rebus istius seculi, alibi haud facile obvia, nec ab ullo forte scriptorum consignata petere liceat.“ Caeterum volumini I. praemittitur [foll. 1. et 2.] a nepotibus Krentzheimii brevis vitae et fatorum eius descriptio, quacum conferenda est ipsius auctoris narratio de deiectione sua ob suspicionem Calvinismi, ad finem volum. ult. ad ann. 1593. Elogium Chronologiae Krentzheimianae vid. apud *Dresser.* Isagog. Part. I. praef.

CCCCX.

[Rep. VI. fol. 11.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 45, quorum 1. b — 9. a. 10. b. 11. a. 12. b. 13. a. 14. b. 15. a. 16. b. 17. a. 18. b. 19. a. 20. b. 21. a. et 22. b — 44. b. scriptura vacant. Continentur:

I. C. Pflaumii tabulae chronologicae *ab anno* 1618. *ad annum* 1652. Ita titulus, in quo etiam haec notata sunt: *Lipsiae Anno* 1665. Incip. *Turrianus cum Schlickio Comites* cet. Explic. *sequentibus mox PP. Cosati et Malines.* — Fol. 45. stemma cum explicatione habetur, quibus probatur, Alexandrum VII. Papam cum Mahomede IV. Imperatore Turcarum consanguinitate coniunctum esse. — Tabularum chronologicarum rubricae hae sunt: *Expeditiones - Conflictus - Obsidia - Conventus - Obitus - Varia.*

CCCCXI.

[Rep. IV. fol. 34]

Codex chartaceus saec. XVII. folior. 133, quorum 1. b. 3. b. 4. 6. b. 8. b. 10. b. 11. b. 13. b. 15. b. 17. b. 19. b. 21. b. 24. b. 25. 27. b. 30. b. 32. b. 34. b. 36. b. 37. 40. b. 42. b. 44. b. 47. b. 49. b. 51. b. 53. b. 55. b. 57. b. 59. b. 61. b. 62. b. 63. 64. b — 71. b. 73. b. 75. b. 77. b. 79. b. 81. b. 83. b. 85. b. 90. b. 93. b. 95. b. 97. b. 100. b. 102. b. 107. b. 109. b. 111. b. 113. b. 117. b. 118. a. 119. b. 121. b. 123. b. 124. a. 125. b. 126. et 127. b — 133. scriptura vacant. Continentur:

Nicolai Rittershusii *Genealogiae Imperatorum Regum, plerorumque ducum, Principum, Marchionum, Comitum, Baronum Europae. Ab anno MCCCC. ad annum MDCXLVIII.* Ita titulus, qui fol. 3. a. legitur. Incip. [fol. 5. b.] a *Philippo rege Hisp. nat. d.* 23. *Iunii* 1478. Desinit in genealogia Comitum *de la Garde* [fol. 127. a.]

CCCCXII.

[Rep. V. 4. 27.]

Codex chartaceus saec. XVII. folior. 712, quorum 1. b. 7. b — 9. 10. b. et 712. vacua sunt. Continentur:

Joh. Schefferi loci communes historici. *Coepti ann. MDCXXI.* Post indices, qui usque ad fol. 7. a. pertinent, opus ipsum fol. 10. a. incip. *Sententia est diversa Nazianzeni* cet. Explic. *supplicium ad paucissimos.*

CCCCXIII.

[Rep. II. 4. 129.]

Codex membranaceus saec. XIII. exeuntis, in fine mutilus, rubris inscriptionibus, subscriptionibus et litteris initialibus, folior. 74, quorum ultimum lacerum est. Inest:

Cronice libellus qui flores temporum nuncupatur. Ita rubra inscriptio ante prologum fol. 1. a. Est epitome ex libro Martini Minoritae, descripto in *Eccardi* Corp. hist. med. aev. tom. I. pag. 1551 — 1640. Pertinet codex fere usque ad ea, quae l. l. pag. 1611. med. leguntur. Prologi initio haec leguntur: *Marie uirginis indignus ego sacrista uel edituus ordinis fratrum minorum scire desiderans quibus temporibus quilibet sanctus uixerit super terram Cronicas diuersas et multas studiose perlegi. ex quibus omnibus ab inicio secli usque ad annum gracie. s. millesimum. CC^{m} XC^{m} michi soli aliq. breuiaui uerbis puerilibus. et interdum numero algorismi* — — *Secutus inter ueteres Orosium. et hysidorum*

ethimologiarum. Inter modernos fratrem martinum Romane curie penitentiarium de ordine fratrum predicatorum. Eodem prologo fol. 1. b. extr. et 2. a. ineunt. auctor se hanc chronicam continuaturum esse dicit *usque ad Regem Adolfum. Comitem de Naffawe. qui electus fuit in franchenfurt. fub anno dei M°. CC°. LXXXXII°. ut infra patebit. Et hoc quidem non ad ipforum Regum laudes uel gloriam annotaui. fed ad fanctorum eifdem contemporaneorum famam interminabilem et honorem. ut inter fpinas principum terrenorum celice rofe generofius pullulent. et nitidius excolantur paradyfiaca iugiter uirentia lilia beatorum Et ob hoc praefens opufculum flores temporum nuncupaui. In fecunda parte pofui omnium Romanorum pontificum tempora. ufque ad Nycolaum.* IIII.^{m} *ppm. qui primus de ordine fancti francifci papa fuit.* Prior illa pars, quam auctor in prologo significavit, incip. fol. 2. b. *Prima dies fecli eftimatur fuiffe dominica poft medium menfis martii* cet. Explic. fol. 50. b. *unanimiter eft electus.* [Subscript.] *Explicit. Cronica Romanorum Regum et Imperatorum.* Tum fol. 51. a. *Incip. tempus gracie. fiue etas fexta. In qua iam fumus. et durat ufque ad antychpm.* Ita titulus minio pictus. Incip. *Iefus xpus de uirgine Maria Bethlehem natus* cet. Explic. *primus abbas cluniacen . . . . Cui hademarus fucceffit. poft que . . . .* [in custode legitur *fanctus*]. Historia imperatorum pertinet in hoc codice usque ad electionem *Adolphi Nassaviensis.* De papis narratur usque ad annum 950. de *Agapito;* inter eos commemoratur *anno Domini* 854. *Mulier papa.* Commemoravit hunc codicem *Pertzius*, Archiv. tom. VI. pag. 210.

CCCCXIV.

[Rep. II. fol. 65.]

Codex membranaceus saec. XIII. luculenter et perspicue in crassa membrana scriptus, litteris initialibus rubris, maioribus rubro adpictis, lineis plumbagine ductis, argumentis notisque passim in margine scriptis, folior. 162. Manipulis octonorum foliorum adscripti sunt custodum loco rubri numeri. Continetur:

Conradi a Liechtenaw Abbatis Urspergensis Chronicon, a Proca Albanorum Rege usque ad annum MCXXVI. et quidem ad mortem Henrici V. Imp. — Incip. *Procas filuiuf filius auentini rex albanorum XX.*^{9} *regnauit annif uiginti quatuor Poft hec amuliuf* cet. Explic. *uixque uiui fufficerent ad curanda defungentium cadauera . . .* [quae verba habentur in ed. Argentor. 1609. pag. 207. lin. 30.] Incipit noster codex ab iis, quae in ed. Argentor. pag. 7. lin. 24. leguntur; et quae ab eo inde loco usque ad pag. 10. med. habentur, longe fusius exhibet in foll. 1. a — 7. b. Tum sequitur *Excerptum de vita Alexandri Magni* [fol. 8. a — 17. a.] et *de mirabilibus rebus quas Alexander vidisse dicitur* [fol. 17. a — 24. a.], quas nugas de industria omisit ed. Argentor., cf. pag. 10. med. ubi excerpta tantum illius historiae exhibentur. Sed a verbis *Anno ab urbe Roma condita quadringentesimo vicesimo secundo, qui est Alexandri Magni quintus* cet. et codex [fol. 24. a. lin. 23.] et ed. laud. [pag. 11. lin. 56.] accurate consentiunt. — Non recte igitur *Goetzius* in programmate, quo bibliothecam nostram publico usui dedicandam fore indixit, pag. 28. in codice nostro *Chronicon Schwartzahense* contineri scripsit, *pluraque* illud *et correctiora et meliora suggerere* dixit *Conradi Urspergensis Abbatis chronico, quod inde excerptum sit.* Multa sane sunt prolixiora in codice, quam in editione habentur, sed Schwartzahense chronicon in illo non contineri, iam *Pertzius* vidit, qui quum codices MSS. bibliothecae nostrae anno 1825. lustrasset, chronicon Ekkehardi Uraugiensis esse dixit in: *Archiv. der Gesellfchaft für ältere deutsche Geschichtskunde* tom. VI. pag. 208. ac sane consentit ille Ekkehardus certe cum multis, quae inde a fol. 103. b. extr. codicis nostri usque ad eius finem leguntur. — Restat denique ut lacuna codicis notetur. Quum enim inter foll. 126. et 127. unum folium exciderit, desiderantur illa, quae a verbis *et omni Francorum imperio* cet. [ed. Argentor. pag. 155. lin. 23.] usque ad verba *Recordatus itaque populi* [ed. laud. pag. 156. lin. 48.] leguntur.

CCCCXV.

[Rep. II. fol. 70. b.]

Codex chartaceus saec. XV. exaratus, scriptura in duas columnas scissa, pallido atramento ab initio usque ad finem pictus, litteris initialibus modo rubris modo caeruleis, modo simpliciter et rudi arte modo artificiose pictis varioque colore distinctis, inscriptionibus rubris cuique folio usque ad 129. additis, scriptura satis perspicua, nec tamen elegante. Folia sunt 150. Continetur:

Excerpta e (Vincentii Bellovacensis) Speculo historiali, a lib. IX. usque ad XVI. Incipit ab indice capitulorum libri IX. his verbis: *Nonus liber continet hiftoriam* cet. Opus ipsum fol. 1. b. col. a. incip. *De feptem difcipulis fancti iacobi* cet. Explic. *in vafe moritur. Sic et cogitationes claufe.* Tum subscripta sunt haec verba: *Expliciunt excerpta libri* 16 *fpeculi hiftorialis et quorumdam aliorum finita et completa per me Iohannem Nuffye fub anno incarnationis minori* 50 (i. e. 1450.) *dni nri ihū xpi filii dei viui qui fit benedictus in fecula Amen.* Denique subsequitur versus: *Finis adeft vere fic cum penna fcio nere.* — [Ligaturam huius Codicis, satis elegantem, Gallicam esse, ex charta libro a bibliopega adsuta colligi potest, quippe cuius signum lilia habet.]

CCCCXVI.

[Rep. II. fol. 66.]

Codex chartaceus saec. XV. rubris litteris initialibus, inscriptionibus et subscriptionibus, cum alio MS. antiquo collatus, ut ex variis lectionibus margini adscriptis apparet. Folia sunt 158, quorum 140. b. 152. b. 153. b — 158. b. scriptura vacant. Continentur haec:

a) [fol. 1. a — 140. a.] Guidonis de Columna historia Troiana. Titulus fol. 1. a. hic legitur: *Hiftoria troiana fiue de cafu troie, que multum eft utilis litteratis et maxime illis qui exercent legaciones principum et Dominorum.* Incip. [haec rubro picta:] *Prologus fuper hiftoria Troyana. compofitus per Guidonem de Columpna meffana in Sicilia Judicem.* [et atro picta verba:] *Licet cotidie uetera recentibus obruantur* cet. [opus ipsum fol. 2. a. a verbis exorditur: *In regno Theffalie de predictis fcilicet pertinenciis* cet.] Explic. *operis perfectionem laboraui. Factum eft autem iftud opus Anno dominice incarnationis Millefimo Ducentefimo* LXXXVII°. *eiufdem prime Indictionis feliciter.* Subscriptio atra, sed rubra initiali littera picta, haec est: *Ex-*

plicit historia troiana siue de casu troie que multum est vtilis litteratis personis, et maxime illis qui exercent legationes principum et dominorum Que quidem historia est scripta Sub Anno Dm M°CCCCLXj. Recentior manus subscripsit verba: *So dis buch deutsch were, Were es hupsch vnd fein.*

b) [fol. 141. a — 144. a.] NICOLAI IV. PONTIF. MAX. APPROBATIO TERTIAE REGULAE FRATRUM ET SORORUM TERTII ORDINIS A S. FRANCISCO INSTITUTAE. Inscriptio atro picta: *Sequitur Tercia regula Sci Francisci.* Incip. *Super montem catholice fidei* cet. Explic. *eius noverit se incursurum. Dat. Reate XV. kl. Sept.* cet. Legitur haec approbatio in *Magno Bullar. Rom. Luxemb.* Tom. I. pag. 159 — 161.

c) [fol. 144. b — 149. a.] SIXTI IV. PONTIF. MAX. CONCESSIO GRATIARUM ET PRIVILEGIORUM PRO ORDINIBUS S. DOMINICI ET F. FRANCISCI. Inscriptio: *Bulla Sixti ppe qrti.* Incip. *Sacri predicatorum et minorum fratrum ordines* Explic. *originales literae forent exhibite uel ostense. Nulli ergo* cet. cet. *Datum Rome* cet. Praecedit et sequitur commendatio huius bullae, eique transsumtae fides additur. Legitur haec bulla in *Magno Bullar. Rom. Luxemb.* Tom. I. pag. 418 — 421.

d) [fol. 149. b — 152. a.] COLLECTA DIVERSORUM PRIVILEGIORUM. Ita titulus. Sunt haec varia privilegia Fratribus Minoribus a *Gregorio IX. Martino X. Ioanne II. Clemente X. Urbano V.* et multis aliis concessa; bullae tamen non integrae exhibentur, sed per epitomen tantum. Sunt enim, ut inscriptionis verbis utar, *contracta ex registro apostolico per Reuerendum Magistrum marcum tunc acolitum et auditorem apostolice curie.* Incip. *Sanctissimus dominus noster papa Gregorius* cet. Explic. *in conuentu Bononye* (sic) *finis.*

e) [fol. 153. a.] NORMACIO PULCHRA ET FIDE DIGNA DE ROSARIO GLORIOSISSIME VIRGINIS MARIE. Ita titulus. Incip. *Inter cetera pietatis opera* cet. Explic. *quorundam ordinum liberali . . . . . .*

CCCCXVII.

[Rep. II. 4. 143.]

Codex membranaceus saec. XIV. multis figuris vario colore distinctis ornatus, sed non bene habitus, ita ut multae figurae multaque omnino folia in litura sint. Ligatura rubra est holoserica, margo aurata. Folia habet 115, quorum 111. b. 112. et 115. a. scriptura vacant. Fol. 113. a — 114. b. sedecim imperatorum in solio sedentium pictae sunt imagines: Cyri, Cambysis, Darii, Xerxis, trium Artaxerxium, Alexandri, Caesaris, Octaviani, Cleopatrae reginae virili habitu indutae et barbatae etc. Continetur:

HISTORIA ALEXANDRI MAGNI REGIS MACEDONIAE DE PROELIIS. Hoc certe titulo typis descriptus est hic liber Argentinae 1489. et iam antea. [vid. *Ebert.* sub. no. 411.] Titulus nostri codicis rubro pictus est hic: *Alexandri nobilissimi atque sapientissimi regis Macedoniae liber incipit.* Incip. a verbis: *Sapientissimi Nanq;* [hoc omittit ed. Arg.] *egyptii scientes mensuram terre* cet. Sicut in toto omnino textu, ita etiam in fine discrepat noster Cod. ab ed. laud. Finit etiam ita: *ut sepultum illi faceret in alexandria. Quod et factum est;* [quum ed. Argent. pag. penult. col. 2. lin. 22. legat: *ut in alexandria sibi sepulchrum aureum construeret*] tum sequitur annorum, quibus *Dionysius*, *Cleopatra*, *Iul. Caesar*, alii vixerint, computatio. Subscriptio rubra haec est: *Alexandri Nobilissimi atque Sapientissimi regis macedonie liber explicit.*

CCCCXVIII.

[Rep. IV. 4. 74.]

Codex chartaceus saec. XVII. exeunte satis accurate scriptus, folior. 127, quorum 1. 2. 13. b. 41. b. 82. b. 83. a. et 101 — 127. scriptura vacant. In altero libri operculo haec scripta sunt: *B. Schroder. Kost* 3 *mark.* — Continentur:

a) [fol. 3. a — 74. b.] ANONYMI ITALI HISTORIA BELLI GOTHICI *a Justiniano per Belisarium et Narsetem duces in Italia gesti. Ex Graecorum commentariis.* Incip. *Etsi longo iocundius mihi fuisset Italiae felicitatem quam clades referre* cet. Explic. *finisque fuit anni decimi octavi huius belli.*

b) [fol. 74. b — 100. b.] ANONYMI ITALI HISTORIA BELLORUM INTER ATHENIENSES ET LACEDAEMONIOS *et Thebanorum casus usque ad Epaminondam.* Incip. *Animaduerti nonnunquam o Angele te admirari solere* cet. Explic. *rursus ad Thebanos mirabili fortunae conuersione deuenit.*

B.

GERMANIA.

1.

HISTORIA UNIVERSAE GERMANIAE EIUSQUE CIVITATUM, IMPERATORUM, REGUM ET VIRORUM ILLUSTRIUM.

CCCCXIX.

[Rep. IV. fol. 39.]

Codex chartaceus saec. XVII. exeunt. in fine mutilus, folior. 172, quorum 1. b. scriptura vacuum est. Continetur:

Viti Ludovici a Seckendorf Descriptio Reipublicae Romano-Germanicae, oder Beſchreibung des Teutſchen Reichs-Staats. Ita titulus. Incip. *Alldieweil das Abſehen dieſer Beſchreibung einig und allein dahin gerichtet iſt* cet. Explic. *welche zu Zeiten der Apoſtel und der Jünger von den ......*

CCCCXX.

[Rep. V. 4. 38.]

Codex chartaceus saec. XVIII. scriptus, foliorum 512, quorum plurima vacant scriptura. Continetur:

M. C. A. Freybergi Germania. *Liber IV. Albis. Liber IV. sect. II. die Ober-Elbe.* Ita titulus. A fol. 448. a. legitur: *Liber IV. Sect. I. Die Nieder-Elbe.* — Omnia reliqua huius operis non pervenerunt in bibliothecam nostram.

CCCCXXI.

[Rep. II. fol. 70. a.]

Codex membranaceus saeculo XIV. vergente in duabus columnis scriptus, lineis atramento ductis, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris, inscriptionibus et subscriptionibus milto pictis, manipulis octonorum foliorum, quorum custodes circumcisione marginis magnam partem deperierunt. A fol. 36. a. col. a. scriptura mutatur. Folia sunt 102, quorum 1. a. 89. et 90. vacua sunt. Insunt haec:

a) [fol. 1. b — 36. a. col. a.] Witkindi chronicon Germanicum s. historia imperatorum, ab anno DCCCCXX. usque ad MCLXII. Hoc edidit ex hoc codice nostro, qui olim *Gerhardi a Maſtricht* fuit, *I. G. Eccardus* in Corp. Med. Aev. Tom. I. pag. 946 — 1006. hoc titulo: *Chronicae regiae ab Henrico aucupe usque ad captum a Friderico I. Imp. Mediolanum continuatae verſio vetus Germanica.* Incip. *Got des hemelz vn der erden. Dy den mynſchen lyez gewerden.* cet. Explic. *myth ſynen volchge na alle ſynne willen.* — Tum inter hoc Witkindi et sequens Pantaleonis chronicon, ita tamen ut ad Witkindianum pertinere videantur, rubro picti sunt illi versus, quos ab initio Guelferbyt. codicis chronici Pantaleonis legi *Struvius* monuit apud *Freher.* T. I. pag. 335., *Eccardus* vero T. I. pag. 1006. post Witkindi chronicon posuit: *versus. Circulus annorum poſt ſexaginta duorum. Mille cum centum fit. M. digammate iunctum. Hos uerſus olim Sibilla in capitolio mediolani conſcripſerat. ſed tunc primo ciues deuicta civitate conſideraverunt. numerum illum ab anno dominice incarnationis eſſe completum et duo gamma eſſe. F. primam litteram nominis Friderici imperatoris.* — Lubet huc transscribere, quae de hoc chronico *Eccardus* Tom. I. in recensu codd. sub no. XII. adnotavit. „Constituit illud chronicon, inquit, majorem partem Chronicae Regiae Coloniensis, atque inde excerptum atque in gratiam illustrium virorum *Gerhardi de Hamerſtein* et *Gerhardi de Landescron* in Germanicum sermonem translatum est a nescio quo *Witkindo* (ita enim se in praefatione rhythmica nominat) *Colonienſi*, ut ex stylo manifestum est. Historiam de caetero non secundum annos Christi, sed secundum annos Imperatorum nostrorum recenset, quibus Pontificum Romanorum ac Archiepiscoporum Coloniensium successiones addit. In aliquibus tamen rebus et verbis exponendis eum errasse confiteor. E. gr. Witichindum fratrem Reginae Mathildis confundit cum Witichindo Magno Saxonum Duce: Theophanonem Ottonis II. Imp. conjugem filiam Johannis Imp. CPtani vocat: Noricum *Normandien;* Alemanniam pro Suevia positam, saepius *Duytſchland* sive Germaniam vertit: Una vice Henrici Superbi Bavariae et Saxoniae Ducis uxorem *Mechtildem* appellat, cui tamen Gertrudis nomen erat." Praeterea conferendus est: *von der Hagen* und *Büſching* Litterar. Grundriss z. Gesch. der deutsch. Poesie, pag. 43. ss. Commemoravit hunc codicem etiam *Pertzius;* vid. eius *Archiv.* tom VI. pag. 209.

b) [fol. 36. a. col. b — 80. b. col. a.] Godofredi Monachi s. Pantaleonis chronicon. Latine. Incip. *Anno dominice incarn.* M.C.LXII. XI. [hic ultimus numerus rubro est pictus] *mediolanenſes longa obſidione* cet. Explic. *obiit dominus henricus Colonienſis Archiepiscopus.* Edidit hoc chronicon *Freherus* in Rer. Germ. Scriptor. [ed. III.] tom. I. pag. 335 — 404., sed passim ab edito illo [ad cod. Guelferbyt., vid. *Struv.* apud *Freher.* I. 335.] noster codex discrepat. Pertinet usque ad annum MCCXXXVII.

c) [fol. 81. a — 86. a. col. a.] *Anonymi auctoris* de Alexandro magno [Excerpta]. Ita titulus minio pictus. Incip. *Igitur Alexander anno ab urbe condita CCCCXXVI°.*

patri phylippo fucceffit cet. Explic. *Eo tempore demostenes et aristotiles famosi erant etc.*

d) [fol. 86. b. col. a — 88. a. col. b.] Quaedam de Carolo Magno, anonymi auctoris. Inscriptio rubra haec est: *Karolus magnus imperator confecratus eft anno regni fui. XXXIIII. ficque imperavit annis. XIIII. I^us.* Incip. *Anno dominice incarnationis. D^o. CCC^o. I.* cet. Explic. *pippinum praefecit aquitanie.*

e) [fol. 88. a. col. b — 88. b.] Anonymi quaedam de Ludovico I. Mutila haec sunt, quum finis desit. Inscriptio rubra: *Anni Ludewici I^us.* Incip. Anno dominice incarnationis DCCCXV. *ludewic^us Karoli magni fili^us* cet. Explic. *ludewicum poft fe regnantem et Karolum . . . . .*

f) [fol. 91. a — 102. b.] Varia carmina Germanica minora, amatoria et moralia, quorum omnium tam accurata descriptio legitur in *von der Hagen und Büfching* litterar. Grundriss zur Geschichte der deutsch. Poesie pag. 508 — 513., ut qui eorum notitiam sibi comparare volunt, illos ad l. l. ablegare possimus. Primum carmen incip. *Alle fcole is gar eyn wint* cet. Ultimum desinit in verba: *des keyfers neit enberne.* Ubi singula carmina aut fragmenta eorum iam typis descripta sint, accurate docetur l. l. — Illis carminibus insertum est:

g) [fol. 97. a. — 99. a.] Fragmentum carminis: Von Dietrichs und seiner Gesellen Kaempfen, de quo accurate agitur l. l. pag. 43. ss. Incip. *(D)es antwert (ort) eyme d' junge do* cet. Explic. *in is fan wildez fiygen kunt . . . . .*

CCCCXXII.

[Rep. II. 4. 129. a.]

Codex membranaceus saec. X. perspicue et eleganter exaratus, litteris initialibus vel rubris vel rubro adpictis, lineis stilo ductis, notulis paucissimis in margine adscriptis, octonorum foliorum manipulis. Hic codex, qui olim Altahensis bibliothecae fuit, [nam fol. 1. a. in margine superiore haec scripta leguntur: *Ifte lib' eft fci Mauritii in Altah*] foliis 50 constat, quorum 49. b. scriptura vacat. Foll. 47. 48., quae scriptura vacant, et 50. chartacea sunt. Continentur haec:

a) [fol. 1. a — 46. b.] Annales Francorum Fuldenses. Titulus nusquam legitur. Incip. DCC.XIIII. *Pippinuf filiuf anfgifi dux francorum poft mortem uuolfaldi ducif partem aufirie regebat* cet. Explic. *poft uictoriam illif celituf datam congreffi clamore magno.* Ad haec usque verba annales illi iam a *Frehero* [SS. rer. German. tom. I. pag. 1 — 55.] publicati sunt ad fidem *Welseriani* codicis, qui nostri apographum fuit. Auctiores prodierunt opera *Struvii* [SS. rer. German. tom. I. pag. 1 — 70.] et post alios nuperrime *Pertzii* [Monum. tom. I. pag. 337 — 415.], qui codices bibliothecae Caesareae Vindobonensis [histor. profan. num. 600. et 993.] et Schlettstadiensem eam in rem examinavit. — Noster codex anno 1728. ex auctione publica in bibliothecam *Io. Frid. Christii* professoris Halensis pervenit. Is complura inde loca observationibus instructa Noctibus suis Academicis ann. 1729. num. 15. 29. et 30. inserenda curavit, quibus etiam *Pertzius* se usum esse profitetur, qui vir doctissimus valde dolendum est quod, quum nesciret ubi nunc ille codex esset, in suos illum usus in edendis annalibus convertere non potuit. „Quodsi, *Pertzius* inquit l. l. tom. I. pag. 341., ipsum codicem evolvere licuisset, cum lectio eius saeculi noni rubiginem, nulla posterioris aevi medicina adhibita, sinceriorem quam codex tertius retinuisse videatur, eum praecipuum in quinta annalium parte ductorem agniturus fuissem." — Caeterum codex noster non integer est servatus, quare indicandae adhuc sunt tres eius lacunae. Prima est post verba [cod. fol. 23. b.] *in praefentia illiuf affidue uefce* [bantur] — *Struv.* pag. 28. lin. 44. *Pertz.* pag. 367. lin. 2. Hic exciderunt ea, quae ab his inde verbis leguntur usque ad haec verba: *atque Karlum ad dei uoluntatem* cet. *Struv.* pag. 34. lin. 29. *Pertz.* pag. 373. lin. 38. Altera est post verba [cod. fol. 31. b.] *a raftizo erat perlatuf* — *Struv.* pag. 40. lin. 38. *Pertz.* pag. 381. lin. 7. Ibi perierunt, quae ab his inde verbis habentur usque ad locum: *thefauroſ ecclefiarum* cet. *Struv.* pag. 53. lin. 1. *Pertz.* pag. 394. lin. 37. Tertiam lacunam, quae est post codicis fol. 41., antiqua manus in margine illius folii indicavit verbis: *deeft folium*, sed exciderunt duo folia. Finitur autem fol. 41. b. verbis: *per circuitum diftribuit* — *Struv.* pag. 65. lin. 47. *Pertz.* pag. 409. lin. 27. Pergitur in codice verbis: *poteftati reconciliatof fe fubdidere* cet., quae verba leguntur apud *Struv.* pag. 65. lin. 49. apud *Pertz.* pag. 411. lin. 9. — Denique quae in fine codici nostro desunt, paucissima illa sunt, quae apud *Pertzium* duodecim ultimis lineis descripta leguntur.

b) [fol. 49. a.] Anonymi excerpta e Pauli Diaconi de gestis Longobardorum lib. I. cap. VII. ss. Incip. HI PREFVERVNT GENTI WINILORVM. HOC EST LONGO*bardorum* cet. Explic. *quibuf regnauerat defunctuf eft.*

c) [fol. 50. a. et b.] Quaedam de gente Caroli M. ignoti auctoris, a recentiore manu profecta. Incip. *Karlmannus fub theodeberto fratre theoderici maior domus* cet. Explic. *imperatori Chuonrado feliciter conregnat.*

CCCCXXIII.

[Rep. III. fol. 12.]

Codex chartaceus saec. XVII. ineunt. [nam dedicatio ad *Carolum Rechlingerum* ita incipit *Magnifice Domine Carole Rechlingere,* ita ut litterae M.D.C. et I. ad annum, quo scriptum est opus, indicandum rubro pictae sint.] Folia habet 242, quorum 1. a. vacuum est, 1. b. vero imaginem *Georgii Tradelii Reip. Augustan. IC.* aeri incisam exhibet. Vacua sunt praeterea foll. 2. b. 3. b. et 190 — 242. Ad marginem notae sunt usque ad fol. 82. b. rubro, ab eo inde fol. atro scriptae. Continetur:

HISTORIA *Rerum memorabilium a Pontificibus et imperatoribus Romanis geftarum. Item De Antichrifto et ipsius signis ac prodigiis, quibus homines facilime* (sic) *in errorem et aeternam perniciem seducuntur. Teftimoniis Sacro Sanctae Scripturae, et orthodoxorum Scriptorum hiftoriis, nec non miraculis tam in caelo quam in terra factis, ad manifeftandos errores et veritatem salutiferam*

eruendam breviter adumbrata, et ante oculos quodammodo posita. per Nobilem et Cl. Virum Georgium Tradelium *V. I. Doctorem* cet. *olim ex multis historiographis Germanice congesta et a me* bernhardo Heupoldo, *scholae Annianae praeceptore in Latinum sermonem conversa.* Ita titulus in fol. 2. a. conscriptus, cuius margo ornata est variis figuris aeri incisis. Post *dedicationem* [vid. supra] et *praefationem* [fol. 4. a. et b.], quae incip. *Stupenda Dei miracula* cet., opus ipsum fol. 5. a. his verbis exorditur: *In principio creavit Deus caelum et terram* cet. Explic. *et vox audita, dicens: Vae Vae mundo.* Subscripti sunt hi versus:

PestIs In orbe VIget, VIget InVIDVs hostIs In orbe:
NI nos IoVa IVVas, nIL MagIs orbIs habet.
RoM. 8. Ist Gott fVr Vns VVer VVIL VVIDer Vns seIn?

Litterae maiores horum verborum rubro colore scriptae sunt.

CCCCXXIV.

[Rep. II. 12. 164.]

75. Samborius donat ordini Teutonico Meuam, cuius termini descripti sunt, 1276.
76. De praedio Vindlaucks, ex apographo male arato.
77. Priuilegii Lebonicensis antiqua versio, ex apographo, 1300.
78. Pacta Regiomontanis conferuntur 1299. ex apographo.
79. Locatio villae Milobancz Vladislauiensis dioecesis. 1299. ex vet. Scheda.
80. Joannis XXIV. forte Episcopi Pragensis circa A. 1307. ex autographo.
81. Henrici VII. Regis romanorum Priuilegium, quo confirmantur jura ordinis in Pomerania. 1311.
82. Archiepiscopi Gnesnensis protestatio, quod Culmensis episcopus non sit Gnesnensis iurisdictionis, 1310.
83. Lesco acceptis ab ordine Teutonico 180...... denariorum, Toruniensium, item amplius 120. pignoris loco tradit Michelouiam. Confer inferius diploma 91. A. 1304.
84. Henricus Conradus et Bonislaus duces Silesiae et domini Glogoviae cedunt possessionem Pomeraniae Valdemaro et Joanni marchionibus Brandenburgicis, 1310.
85. Vislauo dux Rugianorum cedit Voldemaro et Joanni iura districtus eius Pomeraniae, quem Teutonico ordini tradiderunt, et cesserunt 1310. dom. Palm.
86. Emptio Pomerelliae a Voldemaro Marchione Brandenburgensi, tutore Joannis, 1310.
87. Diploma innestiturae Joannis Brandenburgici super Marchia et Pomerania. 1231.
88. Venceslaus, rex Bohemiae, Vngariae et Poloniae, Ottuni Hermanno, Voldemaro, Marchionibus Brandenburgicis Pomeraniam cedit, pro aliis terris pignori datis, 1305.
89. Henricus Imp. confirmat venditionem Pomerelliae, 1310.
90. Molendinae ad riuulum Strys priuilegium fratribus in Oliua datum 1312. ex Scheda peruetusta, sed integrum non esse priuilegium adparet.
91. A Lescone duce Cuiauiae venditur Michelauia, 1317.
92. Friderico Vildeberchi Magistri Prussiae confirmatio diplomatis Mestuini, super predio Copitkowe, 1324.
93. Priuilegium Cnipouiae a Vernero datum A. 1327. ex apogr.
94. Priuilegium Betkino de Osten ob praedium collatum 1330. ex apographo. V. infra D. 117.
95. Priuilegium de Ottenhagen, 1332. ex apogr.
96. Verschreibung über Ludwichswalde 1332. ex apographo.
97. Carolus et Joannes Hungariae et Boemiae reges Casimirum cum magistro et ordine Teutonico de districtibus Culmen, Dobrin, Cuiauia, Pomerania, Thorum conciliant.
98. Grauamina episcopi Culmensis contra fratres de domo Teutonica circa forte 1339., cum responso fratrum. Ex autographo membranaceo.
99. Priuilegium de Eichualda et Lastadia datum Cnipouianis 1339. ex apogr.
100. Commendatoris in Tuchola priuilegium datum plebano in Peczans 1336. ex veteri Scheda.
101. Ludouici IV. Bauari Imp. constitutio, nè fideles imperii coram alio iudicio ecclesiastico vel seculari, quam imperiali ratione bonorum ab imperatore collatorum respondeant. Melchior Goldastus in statutis et rescriptis Imperialibus, Tomo II. f. 86. It. Reichs-Handlung f. 179.
102. Ludonicus Imperator comfirmat et donat ordini Teutonico, quicquid de Lithuania occupaturus esset. Ex veteri Scheda.
103. Priuilegium vrbis Lauemburg 1341. ex apographo.
104. Priuilegium villae Seligenfeld. 1342.
105. Priuilegium Oliuae datum ex peruetusta Scheda 1342. Deesse multa intelliget quiuis.
106. Rex Poloniae iuramento cedit iura in Pomeraniam, Cucauiam, Michelouiam, 1343.
107. Casimiri regis Poloniae litterae super conuentione supra dicta, 1343.
108. Casimirus rex Poloniae promittit opem ordini Teutonico, si a Ludouico rege Hungariae ob haereditatem Michelouiae et modo dictarum regionum impeterentur, 1343.
109. Palatini Calisiensis, Brescensis, Vladislauiensis, castellani item et iudices complures promittunt, se regem ad seruandam pacem adacturos, 1343.
110. Ciues Posnauienses, Calisienses, Vladislauienses et Brescenses idem promittunt, 1343.
111. Idem promittunt Castellanus et palatinus Cracouienses etc. 1343.
112. Idem Craconienses ciues, Sandomirienses, Sandecenses promittunt, 1343.
113. Priuilegium Starogardense, A. 1348. ex apographo.
114. Priuilegium Pucicense, A. 1348. ex apographo.

115. Conuentio inter Tusemirum et regem Poloniae de limitibus Cuiauiae et Pomerelliae, qvibus a Polonia dirimuntur, A. 1349. ex veteri Scheda.
116. Transsumptum priuilegii a Ludouico Bauaro dicti ob Lituaniam et Castrum Bauariam 1337. Vide quoque Dipl. 102. Hoc Transsumptum est editum in libello: Priuilegien, oder Freyheiten welche Römische Keyser und Könige den untern Obrigkeiten des H. Reichs mitgetheilet haben. Franckf. 1611. 8 p. 707.
117. Ludouici Marchionis Brandeburgici et Electoris litterae Betcino de Ostiis data 1349. Vid. supra D. 94.
118. Litterae eidem datae ab Brandenburg. Marchionibus 1350.
119. Eidem 1350.
120. Litterae Henrici Schenedecken, obersten Marschalks des Deutschen Ordens, ex apographo.
121. Leim zugraben frey um Tragheim herum, 1378. ex apogr. duobus.
122. Von der Schmidebrucke gelegen, zwischen der Thumbrucke, von der Koggenbrucke, 1379. ex apographis duobus.
123. Vber virtehalb morgen Landes bey der Stadt alten Freyheitten gelegen; ex apographo.
124. Von dreyen huben und funff morgen des bruchs jeenseid des Stadtgarten gelegen so man zeucht gen Brandenburg vnd von Kettelhoffe, 1377. ex apographo.
125. Von der Thumhern gebeude uffm Peters placz, 1378. ex apogr.
126. Reuers der Thumhern der gebaende halben vffm Peterplacz, 1378. ex apographo.
127. Vber Nitzenn Speicher stedte verschreibung 1381. ex apogr.
128. Priuilegii Memelensis restitutio 1365. ex veteri Scheda.
129. Priuilegium a Ludouico Romano Marchione Mornerorum familiae datum, 1363. e vetusta Scheda.
130. Caroli IIII. Imp. Literae, quibus confirmantur omnia priuilegia et iura Friderico II. aliisque Romanis Imperatoribus ac regibus, tum a sede Apostolica ordini concessa, 1354. Reichshandl. Goldasti, f. 172.
131. Transsumptio secunda data ao. 1385. d. 6. Aprilis, donationis XXVIII. funium pratorum factae 1299. d. 11. Mart.
132. Von dreyen zum Leemberge 1385. ex apographo.
133. Von funf morgen gelegen jenseit der Ziegelscheune, 1388. ex apogr.
134. Swantiboris et Buguslai ducum fedus cum ordine in decem annos ictum 1388. ex veteri Scheda.
135. Desir Briff spricht obir zwey thusent schok grosschin die der ordin geleyin hat. herrn Swantibor vnd Bugusla gebrudern herczogen czu Stetin vff V. yar czu beczalen.
136. Von sechczig huben bey dem Partschenn sehe gelegen im gebiette Barten, 1392. ex apographo.
137. De veteris cathedralis templi area, qvae Regio monte fuit, ex apographo, 1404.
138. Dis ist die vfrichtunge der reisse Im XIIII^{C} und sechsten Jore nach Circumcisionis. Winter reise nach Samayten 1406. ex Scheda, in qva concepta erant mandata.
139. Verschreibung uber den Anker. Ex apographis tribus, 1403.
140. Priuilegium Cniponiensibus datum 1405. ex apographo.
141. Priuilegium Grudentinum, 1404. ex apographo.
142. Bonifacii IX. indulgentiae Henrico Lunnie de Dantzig eiusqve uxori concessae 1398. ex autographo.
143. Joannis I. episcopi Pomesaniensis Litterae A. 1400. scriptae. Ex autographo.
144. Joannis Reualiensis Episcopi transsumptum Priuilegii Liuonici 1397. ex autographo.
145. Priuilegium de Calysio arce datum Henrico de Guntirsperga 1399. ex veteri Scheda.
146. Verschreibung der Speicher staedte Gericke Windborgk gegeben 1398. ex apogr.
147. Verschreibung uber vir huben vnd einen hocken zu Speicherdorff, 1409. ex apogr.
148. Von den neuen Schuzgarten, 1407. ex apographo.
149. Priuilegia Dobrinensium Culmensibus similia dantur 1409. Ex veteri Scheda.
150. Epistola ad ordinem Liuonicum scripta a Magistro 1410. Ex scheda veteri.
151. Saluus conductus a Vladislao rege nuncio cuidam datus 1411. ex autographo.
152. Citatio Alberti Comitis Schuarzeburgensis fideiussoribus Cruciferorum soluenda certa pecuniae summa, A. 1411. ex autographo.
153. De iis, quae Thoruniensi in agro, Veidae, inter Imperatorem et legatos ordinis sunt actitata 1413. Ex autographo.
154. Pronunciata per ducem Stolpensem In circa regis Swecie de inuasione noue marchie. Haec erant inscripta seqventi schedae 1413.
155. Scita summi Magistri de rebus ad pondera mensuras aliasue res commerciorum pertinentibus, 1412. Ex Scheda.
156. Inuectiua in Polonos ex veteri Scheda, in qua hic titulus extabat: Scripta domini Warmiensis pro verificatione indulgenciarum super predicacione crucis, qvod hodie eundem, quem prius sortiuntur effectum.
157. Joannis de Benhusen Commendatoris Brandeburgici Priuilegium Goldauensibus datum 1439. Ex autographo.
158. Eiusdem Priuilegium iisdem datum 1438. Ex autographo.
159. Excommunicatio Suantopolei, 1248.
160. Eugenii Pontificis bulla, qua confirmat conuentionem inter ordinem et ecclesiam Rigensem initam, 1431.
161. De caussa Rigensis archiepiscopatus, circa annum 1440. etc.
162. Fratris cuiusdam ex ordine Teutonico abiuratio, se iniurias et poenas suas non ulturum esse, s. a.
163. Sylvestri Archiepiscopi Rigensis gratiarum actio ad Nicolaum V. Pontificem Rom. 1448. ex veteri scheda.
164. [Hic numerus omissus est in codice et pergitur statim sequente numero.]
165. Nicolai V. Pontif. Rom. bulla de Archiepiscopo Rigensi a se constituto 1448. data cum Commissariorum decretis. Textui bullae, qui eam descripsit, haec verba praemisit: „Hanc bullam ego in veteri scheda inueni ita vt hic vides correctam. Nam cum Nicolaus archiepiscopatum Rigensem vni ex ordine Teutonico fratri tradidisset, hoc tamen cum interdicto ne qvid in Archiepiscopatu innouaretur: minus placuit ea res ordini, itaque priorem Eugenii bullam, hoc Nicolai interdicto non obstante, iisdem verbis conceptam ad Rigenses miserunt.“
166. Supplicatio ad Magistrum de pretio succini, ex veteri Scheda.

27 *

167. Priuilegia quaedam ordini data a Pontificibus, e veteri Scheda.
168. Confirmatio eiusdem sanctissimi in Christo patris nostri libertatum priuilegiorum et immunitatum imperialium et spiritualium Frederici secundi Imperatoris.
169. Bulla aequalitatis aut paritatis Indulgentiarum ordinis nostri et fratrum hospitalis Jherusolimitani ac fratrum milicie templi.
170. De theloneis priuilegium.
171. De Exaccionibus priui.
172. Friderici II. Imperatoris priuilegium Henrico de Hoenlohe concessum, Germanice, 1245. Ex veteri Scheda.
173. Eiusdem priuilegii particula latina, ex eadem Scheda.
174. Decreta quedam capituli ordinis, quae aut sub Paullo Rusdorffio, aut sub Conrado ab Erlicheshusa videntur lata, ex vet. Scheda.
175. Querela Magistratus Gedanensis ad Imperatorem Romanum de mota seditione aduersus Magistrum et Magistratum.
176. Beschuldigunge widder hinrich von Maltitz ap her icht czu prage welde widder den orden vorbrengen.
177. Dis sint die antwort die wir Gebitiger deutsches Ordens von Prusen Groffen Heinrich von Swarczburg gethon haben, ober syne beschuldigunge vnd czu sproch die er vns beschrebin gegeben hat von seynis bruder wegen Graff Albrechts.
178. Instructio quae data est legato ordinis.
179. Also hat gescreben der Lantmarschalk zu Lifflandt den Gebitiger czu Lifflandt.
180. Antwort unsers gnedigen hern hoemeisters bottschafft vf ire werbung gegeben.
181. Litterae ad Scultetum Nouae Marchiae. Ex autographo.
182. Aliae litterae ad eundem.
183. Procurator ordinis petit, vt prorogetur pronunciatio commissariorum.
184. Processus ordinis cum vidua equitis von Dalen interempti.
185. Lis ob legatum quoddam in Gedano.
186. Protestatio coram episcopo Sambiae Michaelis Sculteti in priuata quadam caussa.
187. Pro Informacione Domini Jo. Bap.
188. Memoriale domino Joanni Czapek supremo Capitaneo exercitus Bohemorum datum.
189. Inscriptum Schedae erat: Polonorum in placitis factis cum polonis in Swetcz.
190. Desse nachgeschreben haben sich vorschreben vor die hundert tusent Schog grosschen dem Konige tzu Polan vsczurichten. —

Sequuntur iam diplomatum apographa, quae ab eo, qui librum scripsit, numeris non consignata, litteris notavimus. Sunt haec:

a) Diploma Adalberonis Hammaburgensis Archiepiscopi, quo notum facit, qualiter et ipse et domina Ducissa Gertrudis et filius eius Henricus puer dux Saxonum una cum Alberto Marchione illustri Principe paludem Australem, sc. villis istis, Sandou, Ströbilinghausen, Ochtmünde, Hassbergen, conterminam aequa portione diviserunt, et ab omni tam nobilium, quam ministerialium seu ruricolarum appellatione liberam factam habitatoribus excolendam dederunt. Dat. Bremae, III. Non. Sept. 1142.

b) Lotharii III. Rom. Imp. Confirmatio donationis, quam Adelheida fundatrix ecclesiae, quae est in Walchinrith, ad sustentationem fratrum domino ibidem servientium fecerat. Ann. 1134. indict. XI. II. Id. April. [Vid. infr. sub litt. e.]

c) Lebonicense privilegium, ann. 1306. Ex autogr.

d) Litterae Liemari Archiepiscopi Bremensis de anathemate Gerhardi, filii Gerberti de Stumpenhusen. Ann. 1088.

e) Lotharii III. Rom. Imp. Confirmatio fundationis ecclesiae in Walkenrieth, quam Adelheida Beatae Mariae consecravit. Ann. 1132. [Vid. supr. sub litt. b.]

f) Friderici Imp. Rom. litterae, quibus notum facit, qualiter in usum Hamburgensis sive Bremensis ecclesiae paludes iuxta Bremam sitas, videlicet Wegerebroch, Brinckerebroch, Hulstingerbroch, quae prius absque cultura erant, inhabitari et coli concessit. Dat. Franckenevort, XVII. Kal. April. Indict. VI. ann. 1158.

Tom. II.

191. Litterae Merten Kempnachters, Obersten Marschalcks des Deutschen Ordens, dass Johann Kurringk in Königsbergk mit vorwissen des Ordens ein Stück Land verkaufft. Ann. 1388. Ex apographo.
192. De iugeribus Lebonicensium in Lipa. Ex apogr.
193. Gratia et executio venerabili Domino Francisco a Resel, decretorum Doctori, data a Martino quinto Papa ad Canonicatum et mediam praebendam in Ecclesia Tarbatensi, 1420. Ex autogr.
194. Epistola magistri prouincialis Liuoniae, 1421. ex autographo.
195. Von den virzig huben in den Walde Bubeinn im Cammerambt NaruiKethen gelegen. ex apographo.
196. Vorschreibung vber zwey hocken zu Aweeden 1415. ex apogr.
197. Litterae fidei, quas Henricus de Plauis misit ad Magistrum, 1421. ex autogr.
198. Litterae fidei a duce Silesiae Conrado Contnero data 1416. ex autogr.
199. Literae fidei publicae datae a Venzeslao Duce Crossiae, ex autographo.
200. Literae fidei datae a Duce Conrado seniore in Olsana Silesiae, 1416.
201. Literae fidei publicae a Duce Silesiae datae nuntio suo 1418. ex autographo.
202. Litterae, quibus Ordini Teutonico bellum indicitur a Szawistha Czerny, 1414. ex autographo.
203. Litterae Venceslai Ducis Crossiae, quibus fides publica nuncio datur, ex originali.
204. Litterae, quibus Bernardus dux Silesiae bellum indicit ordini 1414. ex autogr.
205. Citatio Magistri ad conuentionem cum rege Poloniae apud Regem Romanum 1419. ex veteri Scheda.
206. Dotatio ecclesiae Medenicensis in Samogethis, 1417. ex vet. Scheda.
207. De lite inter ordinem et Episcopum Vladislauiensem 1417. ex apographo male exarato.
208. De eadem. Ex apogr.
209. Epistola Sigismundi Imp. de concilio Basiliensi, Hussiti-

corum impressione in Prussiam et Marchiam etc. 1433. ex veteri Scheda.
210. Protestatio et appellatio procuratoris Ordinis aduersus sententiam Constantiensis Synodi pro Vladislauiensi Episcopo latam 1417. ex veteri Scheda.
211. Epistola ad Joannem Posnaniensem episcopum de certa pecuniae summa soluenda 1418. ex veteri Scheda.
212. Ordinis supplicatio ad Pontificem Rom., vt Vladislauiensis Episcopi cathedram intra Prussiam constituat aut Prussicas ecclesias a Vladislauiensis segreget, ex Scheda.
213. Vitoldi Epistola de episcopatu Medenecensi per Legatos Concilii Constantiensis instituto.
214. Priuilegium ecclesiae Czinger et parocho eius datum 1353. ex veteri Scheda.
215. Articuli a Polonis Elbingae contra ordinem Teutonicum per legatos exhibiti, 1420. ex veteri Scheda.
216. Sigismundi Imperatoris epistola de Polonorum aduersus Ordinem Teutonicum postulatis, 1422. ex veteri Scheda.
217. Dem erwirdigen Kuchmeister, Hohemeister deutsches ordens czu pruszen, vnserm geuatter vnd lieben andächtigen.
218. Epistola, quam Sigismundus Imp. per Conradum de Vnisberga misit ad Vladislaum regem, Vitaudum ducem de pace, 1421. e veteri Scheda.
219. Epistola Sigismundi Imp. ad Vitoudum, de eadem re 1421. ex eadem Scheda.
220. Litterae Przeuici ducis et domini Troppauiensis, quibus fidem publicam unciis suis praestat, 1417. ex autogr.
221. Memoriale procuratoris ordinis Theutonicorum, 1414. ex veteri Scheda.
222. Pacta inter Summum Magistrum et Episcopum Vladislauiensem inita.
223. Priuilegium super nouem iugeribus in Vocensi agro; ex veteri Scheda. 1414.
224. Sigismundi Imperatoris Romani Litterae ad Magistrum Summum, ne pacem cum Polonis faciat, 1422. ex veteri Scheda.
225. Litterae de eadem re; ex apogr.
226. Consilia de hac re, A. et B.
227. Acta ordinis German. cum papa. Ann. 1221.
228. Informatio Conradi Ludeking procuratoris Causarum.
229. Informatio ad utramque partem domini Ardicinii Advocati ordinis.
230. Sigismundi Imp. Litterae ad Nicolaum de Rybnitz, 1413. ex veteri scheda.
231. Brieff des Comthurs zu Königsberg an den Rath daselbst, Ann. 1428. Ex apogr.
232. Eugenii IIII. P. R. Epistola commendatitia ad Magistrum A. 1434. Ex autographo.
233. Eugenii IIII. P. R. Litterae commendatitiae ad Magistrum 1432. ex autographo.
234. Martini V. recommendatio pro Joanne Electo Pomezaniensi, 1427.
235. Absolutio Andreae Roberti presbyteri Wladislaviensis, 1436. ex autogr.
236. Acta ex concilio Basiliensi.
237. Eugenii P. R. IIII. Epistola de seqvestranda et custodienda pecunia pro unione Graecorum, 1438. ex autographo.
238. Ex apographo, eine verschreibung an Hans von Aweiden.
239. Von gebrauchung des Holczes so die Schipper an der Weisel vnd sonst wo Sie anlegen, haben moegen.
240. Von der Holczbrackerey, 1426. Ex apographo.
241. Von der Würtung, Schewne und Gebeude hinter dem Thume, vnd dasz man keine Strasze vber den Pregel haben soll, 1434. Ex apographo.
242. Von dem raum Zwischen der brucken vnd Augustin. Vicken Speicher vf die Lincke Seite hart am Pregel, so so man Zu S. Georgen gehet, 1439. Ex apographo.
243. Verschreibung der Speicher Stette Gericke Windborg, dem rathe gegeben 1425. Ex apographo.
244. Vladislai Regis Poloniae denunciatio, quod non a se, sed a cruciferis tractationes pacis irrite sunt factae, 1422.
245. Epistola Magistri ad Regem Angliae de Hanseaticis rebus, 1434. Ex duabus veteribus Schedis.
246. Magistri ordinis S. Joannis Litterae fidei publicae A°. 1433. ex autographo.
247. Magistratus Crossensis Epistola ad ordinem de vini aliqvot doliis a Joanne de Halla emptis nondum soluto pretio, 1423. ex autographo.
248. Testimonium Coloniensium ciuium Commendatorem Confluentiae pro fratre non fideiussisse. Ex autogr.
249. Litterae, qvibus respondetur inuitationi Pontificis ad Concilium Ferrariense, 1437. Ex Scheda originali.
250. Litterae publicae fidei a Magistro Joannitarum nuncio datae 1435. Ex autographo.
251. Martini V. litere ad Vitoldum S. Alexandrum, ne haereticis Bohemis auxilietur, ao. 1422. Ex veteri Scheda.
252. Procerum Poloniae epistola ad proceres Hungariae de negotiis qvibusdam conventionis, 1423. Ex veteri Scheda.
253. Vladislai epistola ad ducem Lithuaniae de pace ineunda et de Cruciferorum impressionibus 1431. ex veteri Scheda.
254. Saluus conductus a Vladislao Rege ordinis datus Legatis.
255. Pacis conuentio inter Regem Poloniae et Ducem Lithuaniae, 1430. Ex veteri Scheda.
256. Litterae plenae potentiae datae Syndico seu Procuratori ordinis.
257. Vladislai Regis epistola de Hussitarum impressione 1428. ex veteri Scheda.
258. Epistola, qua Cardinali Nauariensi ordo gratulatur de eminencia, et res ordinis commendat, 1427. Ex Scheda, in qua concepta epistola et correcta fuit.
259. Litterae ad Procuratorem ordinis de iudiciorum impedimentis, 1426. ex veteri Scheda.
260. Commendat Magister procuratori parochum Melusanum, 1426. ex Scheda, in qua Epistola primum concepta fuit.
261. Ad eundem procuratorem de variis rebus. Ex scheda simili.
262. Conuentio inter Duces Silesiae de haereditate, 1424. ex veteri Scheda.
263. Litterae ad praeceptores Liuoniae, e veteri Scheda, 1423.
264. Sigismundi Imperatoris mandatum ad duces Slesewici et Holsatiae de pace cum rege Daniae arbitro Rusdorfio ineunda, 1431. e Scheda veteri.
265. Epistola episcopi Curoniae ad Magistrum Liuoniae de controuersiis ordinis 1440. ex Scheda.
266. Epistola magistri Germaniae, qua priuilegium, quod praeceptori Tylensi concesserat, confirmatur.
267. Parochi Toruniensis epistola de aduentu suo Romam, et quid cum Papa egerit 1432. e Scheda.
268. Ad Magistrum Liuoniae de variis rebus mandata, 1422. ex ea Scheda, in qua conceptae litterae fuerunt.

269. Ad Liuoniae magistrum de Archiepiscopatus Rigensis rebus, 1425. ex Scheda, in qva concepta epistola erat.
270. Also hat der herczog czu pomern geschreben der Keiserlichen Maiestat. Dat. Treptow 1434.
271. Copia litterarum commendatoriam Cristburg et Gdanczk spectantium, czu Marienb. am donrstag nach diuisionis apostolorum (1433.)
272. et 273. Acta de pace inter Ord. Teuton. et Wladislaum regem Polon. facienda.
274 — 276. Epistolae, quibus res Ordinis Teutonici Papae commendantur.
277. Synodi Basiliensis literae, Ann. 1447. Ex Autographo.
278. Instructio legatorum ordinis ad Philippum Burgundiae ducem.
279. Philippi Burgundiae Ducis litterae.
280. Der Gaertner vf der Stadt Freiheit Vorschreibung, 1448. ex apographo.
281. Von der Gaertner Thamm. 1446.
282. Von der neuen handfesten vber den treil vnd den wonnenberg, auch vber die fischerey, 1445. ex apographo.
283. Eine Quittung, welche die Stadt dem Herrn hoemeister gegeben, 1445. ex apographo.
284. Von Gaertner thamm; ex apographo. 1446.
285. Litterae publicae fidei a Suitrigale nuntio suo datae 1448. ex autogr.
286. Lis iudicata inter Mag. Gen. Conradum ab Elichhusen et quendam Nobilem Germanum 1443. ex autogr.
287. Georgii Burg de Dona Literae fidei publicae datae nuncio cuidam suo, 1449.
288. Eugenii P. R. edicta de vacationis dignitatum fructibus aliisque, 1441. ex Scheda veteri male habita.
289. Testamentum Rosenhayni apud notarium publicum depositum, 1441. ex veteri Scheda.
290. Epistola Johannis de Hionad Woywoda Transiluani capitanei exercitus generalis ad Magnif. Dominum Nicolaum de Wylck Woywoda Transiluani fratrem, 1443. ex veteri Scheda.
291. Archiepiscopi Strigoniensis epistola de clade Polonorum a Turcis accepta, 1441. ex Scheda.
292. Abbatis Oliuensis et coloni cuiusdam Lis ad Magistratum delata 1444. ex veteri Scheda.
293. Limites Olivensis monasterii, ex veteri Scheda.
294. De eadem re; ex ead. Scheda.
295. Nicolai Papae bulla de pecunia in Prussia nomine denarii S^t. Petri et pro conuersione Graecorum collata.
296. Juramentum wie die sullen sweren dy der hollender pfund Geld in nemen sullem.
297. Also ist dem Vaithe czur Leippe geschrebin.
298. Sententia lata a Magistratu Gedanensi in lite Summi Magistri et Gosnino monetarii, 1444. ex autographo.
299. Articuli ducis de Olsen, nunc Episcopi, (haec inscripta erant veteri Schedae).
300. Epistola ad Elisabetham Alberti II. Imp. viduam et Sigismundi I. filiam, matrem Ladislai Regis Hungariae.
301. Abschrift aus einer alten Copia: Litterae Magistri Ord. Teuton.
302. Der Kneiphoefer Aussoehnung mit dem Orden, 1455. ex apographis duobus.
303. Litterae ad antecedentia pertinentes.
304. Conditiones pacis in ordinem et centuriones Starogardiensesque, 1456. ex Scheda veteri.
305. Nicolai V. Papae Romani Epistola 1450.
306. Priuilegium noui fori 1466. ex apogr.
307. Nicolai V. P. R. Epistola 1451. ex autographo.
308. Litterae Ordinis Teutonici ad Senatum Regimontanum.
309. Ex apographo: Verschreibung vber eine halbe hube in in der Roecke gelegen, 1459.
310. Verschreibung vber den Kretschem Zum Schönellies, ex apogr.
311. Pii P. Romani epistola ad Fredericum Imp. vt Regi Bohemiae persuadeat Prutenos cum Polonis conciliare. Ex veteri Scheda.
312. Vorschreibung vber die Wiese hinder den Hospital S. Georgen, ex apographo, 1455.
313. Verschreibung der frembden gaeste, so in der belagerung der stad Koenigsberg gewesen, 1455. ex apographo.
314. Eine Handschrift der frembden Kaufleute, so in kneiphoff belagert gewesen, 1455. ex apogr.
315. Litterae Joannis Bentym vicarii ecclesiae Warmiensis.
316. Ludonici Elect. Brandeb. donatio lacus alicuius, ex autogr. ao. 1361. forte.
317. Literae fidei publicae a Caminensi quodam episcopo datae 1451. ex autogr.
318. Litterae Elbingensis magistratus ad magistrum de reddendis captivis, A. 1460. ex autographo.
319. Episcopi Vladislauiensis litterae de conductitiis paludibus, 1466. ex veteri scheda.
320. Citatio Magistri summi in curiam ob lites cum ciuibus foederatis, 1452. ex veteri Scheda.
321. Citatio Magistri et ordinis ob lites cum Prussis foederatis, 1453. ex veteri Scheda.
322. Bestallung einiger Ritter vnd Knechte. 1456. ex vet. Scheda.
323. Pomerscheyn Praeceptor Austriae scribit ad Summum Magistrum de rebus ad ordinem in Germania spectantibus, 1450.
324. Praeceptoris Elbingensis relatio de rebus a se aduersus vrbes foederatas gestis, 1455. e Scheda veteri.
325. Litterae ad tribunos, quibus Mariae Castellum pignoris in locum̄ fuit traditum, 1456. e Scheda veteri.
326. Beuelunge met gegeben dem Kompthur zu Slochw vnd voithe czu Schnieweyn czu dem tage den men mit her Otten van Kittelitz vnd her Henrich von Maltiz van der Tanckawschen heide wegen czu meiszen wirt halden am Sontage nach Michaelis neest Komende Im LII. jar.
327. Notitiae quaedam ad antecedentia pertinentes.
228 — 331. Variae litterae ad res Ordinis Teutonici spectantes; ex annis 1454. et 1455.
332. Litterae perduellionis a Teutonicis auxiliis datae Magistro Ordinis. Ex autographo.
333. Ex autographo: Epistola Sixti IIII. 1481.
334. Epistola Sixti IIII. in qua constituit Stephanum Archiepiscopum Rigensem, transferens eum ab ecclesia Troiana. Ex autogr. 1480.
335. Verschreibung vber neue buden bey der alten Schulen [in Königsberg]; ex apographo, 1482.
336. Priuilegium des hospitals S. Anthonii; ex apographo, 1480.

337. Litterae Nicolai Episcopi Warmiensis, dat. Heilsberg, d. 20. Aug. 1470.
338. Nicolai Episcopi Warmiensis litterae de celebranda festiuitate ob pacem inter Imperatorem et Mathiam Hung. Reg. factam 1479. ex vet. Scheda.
339. Verschreibung der Brucken zwischen der langen gassen. 1491. ex apogr.
340. Verschreibung, uber der dergarten bey der polnischen Trencke herrn Hansen Sonneberg verschreben; ex apographo.
341. Protestatio Canonicorum Sambiensium super electione novi Episcopi, 1497. ex veteri Scheda.
342. Verschreibung uber den raum Hinder dem heil. Creutz da Loebenicht die Scheuren hat.
343. Jasperi Archiep. Rigensis indulgentia ob altare S. Georgii in aede S. Nicolai 1509. ex autographo.
344. Guntheri Episcopi Sambiensis diploma de eadem re; ex autogr.
345. Verschreibung über Simans Hoff, 1499. Ex apographo.
346. Decem von 56 Zinsz huben in Seligenfeld, 1499. Ex apographo.
347. Priuilegium xenodochii S. Antonii, 1502. ex apographo.
348. Von der neuen brucken vber den Pregel, 1506. ex apographo.
349. Anonymi [initium deest] litterae de morte Joannis Renwinckel, Episcopi Sambiensis.
350. Epistola Sixti IV. 1473. ex autographo.
351. Handueste vber das dorff Schoenflies. ex apographo.
352. Ein Wechsel den altstad vnd Kneiphoff gethan 1474. ex apogr.
353. Commendatio Episcopi Sambiensis procuratoris supremi ad Cardinalem quendam. Ex veteri Scheda.

DCCCLI.

[Rep. I. 4. 68. c.]

Codex membranaceus saec. XIV. in Italia scriptus, cum multis figuris mathematicis in margine pictis, inscriptionibus et subscriptionibus rubris, litteris initialibus modo caeruleis, modo miniatis, foliorum 61. Hoc libro, qui anno MDCCCXXXVII. a *Car. Guil. Aug. Schuberto* bibliothecae nostrae legatus est, continentur:

Euclidis elementorum libri XV. in Latinum sermonem conversi ab anonymo auctore. Incip. ***Punctus est illud cui parf non est*** cet. Explic. fol. 60. a. ***Residuum primum. Residuum secundum. et cetera.*** Tum sequitur rubra subscriptio haec: ***Vale Roginere. Quicumque nesciret tibi respondere utinam daret tibi vacuam albam.*** Fol. 60. a. et b. praeterea quaedam geometrica scripta sunt a manu recentiore.

DCCCLII.

[Rep. I. 4. 49.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus in 237. foliis, quorum 1. b. 2. b. 6 — 8. 14. b. 19. b. 20. 29. a. 31. b. 104. 105. et 212. a. scriptura vacant. Continetur:

Georgii Monachi et Syncelli Constantinopolitani Chronicon *ab orbe condito usque ad Constantinum Heraclii filium, descriptum e MSto Codice Bibliothecae Augustanae. Cum Emendationibus I. A. Bosii.* Ita titulus, in quo praeterea haec adnotata leguntur: ***Ex Bibliotheca C. Sagittarii, post I. A. Schmidii et P. Lyseri jun.*** — Incip. *Πολλοὶ τῶν ἔξω φιλόλογοι καὶ χρονογράφοι* cet. Explic. *ἀνόητα μελανοῦ ὅταν ὄφελος οὐδέν.* — Eruditus quidam initio libri haec notavit: „Georgii, non Syncelli, ut in hoc aliisque codicibus prave appellatur, sed Hamartoli Monachi Chronicon, ab illo, quod Georgii Syncelli nomine Goarus in Scriptoribus Historiae Byzantinae edidit, plane diversum, ab auctore ab initio rerum ad medium saeculum a Christo nato nonum, quo ipse vixit, deductum, in hoc autem non integro codice desinens in regno Constantini Heraclonae, seu medio saeculo VII. — Initium descripsit e suo codice Thomas Reinesius, reliqua alii et alii, Joannes Andreas Bose cum codice Augustano contulit magnam partem, cuius introductio in notitiam rerum publicarum orbis universi p. 755. sqq. conferri hoc de codice potest, item Fabricius, Bibliothecae Graecae T. VI. p. 154. et X. p. 641. ubi multa de auctore affert Leo Allatius et inter alia totam operis praefationem utroque sermone. Idem Allatius eodem loco chronicon hoc ab se Latinum factum ait eiusque edendi spem facit. Sed ea spes irrita fuit. — Bosius passim harum schedarum ad suum Cedreni codicem ablegat, in quo ait a se fuisse scripta, quae hic omissa fuerunt. Quaerendum, quid illo Cedreno factum sit. Videtur is in bibliotheca publica Jenensis Academiae haerere."

DCCCLIII.

[Rep. I. 4. 40. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 32, quorum 32. b. scriptura vacat. Continentur:

Anonymi ad lib. I. carm. Horatii lectiones erotematicae. Cum Calligraphia poetica. Incip. ***Certe, si πολύΐστωρ πολυΐστορα*** cet. Explic. ***Castorum nomine olim innotuit Paganis.***

DCCCLIV.

[Rep. I. 4. 40. b.]

Codex chartaceus saec. XVIII. scriptus, folior. 97, quorum 1. b. 75 — 81. et 91. b — 97. scriptura vacant. Continetur:

Anonymi Horatius in nummis. Incip. ***Horat. Epist. Lib. I. Epist. 2. vs. 22. Adversis immersabilis undis. Auf dem A. ist ein Scepter*** cet. Explic. [fol. 74. b.] ***Menestrier. fol. 37. Nom. 20.*** — A fol. 82. a — 91. a. legitur index operis.

DCCCLV.

[Rep. I. fol. 12. b.]

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, folior. 85, quorum 68. b. [caeteris illud tertia fere parte minus] scriptura vacat. Continentur:

Dec. Junii Juvenalis Satyrae. Multae adscriptae sunt notae marginales et interlineares. Incip. [S]***Emper ego auditor tantum nuncquamne*** [sic] ***reponam*** cet. Explic. ***Vt leti phaleris omnes et torquibus omnes.*** Praeterea subscripti sunt hi versus:

Cum iam folligeros pheton ftabulare caballos
Cepit et obfcuris trahitur nox atra tenebris.

DCCCLVI.

[Rep. I. fol. 13. a.]

Codex chartaceus saec. XVIII. scriptus, folior. 47. Donavit hunc librum bibliothecae nostrae vir clariss. ***Johannes Fridericus Palm,*** Schol. Nicol. Lips. Adi. II. d. 29. Jun. 1837. Cf. cod. seq. Continetur:

C. Plinii Caecilii Secundi Panegyricus *ex codice Patavino Monasterii S. Justinae descriptus.* Titulus hic est: *Exemplum Codicis manu exarati qui in Bibliotheca Monasterii S. Justinae* [aliena manus in margine adscripsit: *Patauii*] *asseruatur.* Incip. *Bene ac sapienter. p. c. maiores nostri* cet. Explic. *sed ut candidatum consulatus putem. deo gratias.* Hoc apographum per *Jo. Henr. Dav. Goebelium* transmissum *Christianus Gottlib. Schwarzius* se curae et humanitati *Jacobi Facciolati* debere dixit in edit. Panegyrici pag. 731. col. 2. Cf. ibid. Praefat. pag. 3. sq.

DCCCLVII.

[Rep. I. fol. 13. b.]

Codex chartaceus saec. XVIII. scriptus, folior. 40, quorum 1. a. et 40. b. scriptura vacant. Hunc librum bibliotheca nostra debet munificentiae viri clariss. *Johannis Friderici Palmii,* Schol. Nicol. Lips. Adi. II. qui eum cum antecedente d. 29. Jun. ann. 1837. donavit. Continetur:

C. Plinii Caecilii Secundi Panegyricus *ex codice Salisburgensi a Nicolao Schwebelio descriptus.* [Praemittitur *Plinii epistola lib. IX.* 40. quae incip. *Scribis. pergratas tibi fuisse* cet. Explic. *de nocte paruolum acquirunt. Vale.*] Incip. *Bene ac sapienter p. C. maiores instituerunt* cet. Explic. *sed ut candidatum consulatus putem.* Sedecim ultimas lineas codicis recentior manus adpinxit.] Hunc librum, quum Panegyricum Plinianum editurus esset, scribendum curavit *Christianus Gottlib. Schwarzius;* vid. eius edit. pag. 731. sq. Is codicis Salisburgensis perlustrandi describendique copiam gratia Archiepiscopi Salisburgensis et S. R. J. Principis, *Leopoldi Antonii Eleutherii* sibi factam esse dicit, conciliantibus *Francisco Josepho* et *Francisco Christophoro Herziis de Herzfeld,* consiliariis aulicis et antecessoribus Salisburgensibus. — Caeterum cf. *de Murr* Catalog. libror. compact. 1795.

DCCCLVIII.

[Rep. I. fol. 19. a.]

Codex membranaceus saec. XI. exaratus, anno MDCCCXXXVII. bibliothecae nostrae a *Car. Guil. Aug. Schuberto* legatus. Membranae crassae sunt, lineae stilo ductae, inscriptiones et litterae initiales milto pictae. Absolvitur hic codex 87 foliis, quorum ultimum a manu saec. XIV. ad consummandum opus scriptum est. Continentur:

Isidori Hispalensis originum libb. I — X. Ab initio desunt epistolae Isidori ad Braulionem et Braulionis ad Isidorum, quae temporis iniuria huic codici exciderunt. Incip. enim: .... *De constituendo autem episcopo tarraconensi non eam quam petisti sensi sententiam regis* cet. [Quae verba leguntur in *Lindemanni* Corp. Grammat. tom. III. pag. 10. ep. V. lin. 10.] Explic. *indagatores alatores pressores. Explicit liber decimus.* — Caeterum hic codex, quantum equidem vidi, lectiones satis bonas exhibet.

DCCCLIX.

[Rep. IV. 4. 28. a.]

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, inscriptionibus minio pictis, folior. 41, quorum 1. 41. [membranacea] 39. et 40. scriptura vacant. Hoc libro, qui, ut emblema anterioris operculi docet, olim in bibliotheca *Joh. Christophori Wagenseilii* fuit, continentur:

a) [fol. 2. a — 19. b.] Antonii Panormitae Hermaphroditus. Titulus miniatus hic est: *Antonij panormite poete doctorisque clarissimi libelli Elegi ad cosmum florentinum de prosapia Medicorum liber hermafroditi primus Incipit feliciter.* Incip. [*S*]*I uacat a patrii cura studioque senatus* cet. Explic. [epigrammate, quod in ed. Forbergii non legitur, *ad lenones et meretrices*] *Quod bene membratus hermafroditus adest.* Rubra subscriptio haec est: Hermafroditi *liber secundus et vltimus per d. A. panormitam Explicit.*

b) [fol. 10. b — 38. b.] Eiusdem Antonii Panormitae et aliorum poetarum Italorum carmina. Initium facit carmen, cui haec est inscriptio: *Pulex poeta de ortu et obitu Hermafroditi.* Incip. *Dum mea me genitrix* cet. [Vide de hoc carmine, quod in ed. *Forberg.* in appendice Hermaphrod. pag. 168. sqq. legitur, Bern. Monetae dissertat. adiect. tom. IV. Menagiorum.] Sequuntur haec carmina: α) [fol. 20. a.] *Antonii Panormitae* elegia ad Petrum Lunensem, cui respondet, quod bella nostri temporis scribere nolit, tametsi splendida illa sint. Legitur hoc carmen [quod incip. *Scilicet Etrurii sunt inclita gesta* cet.] tom. II. illustr. poett. Italor. pag. 112. et sq., apud *Forberg.* in append. pag. 191. sqq. β) [fol. 20. b.] *Eiusdem ad Guarinum Veronensem.* Incip. *Quantum romulide sanctum* cet. Vid. *Forberg.* ed. append. pag. 186. sq. γ) [fol. 21. a.] *Guarini ad Antonium Panorm.* Incip. *Musarum decus Anthoni* cet. Hoc carmen multis versibus auctius legitur in cod., quam exstat apud *Forberg.* append. pag. 187. δ) [fol. 21. b — 23. b.] *Panormitae ad Joannem Lamolam elegia,* quae incip. *Desine me placida* cet. Vid. Carm. poett. Italor. tom. II. pag. 113 — 116. *Forberg.* append. pag. 172 — 186. ε) [fol. 23. b.] *Eiusdem ad Marusium poetam Siculum.* Incip. *Angeline oculis dedit aurea* cet. ζ) [fol. 23. b.] *Eiusdem ad puerum dilectum.* Incip. *Quum nequeat nummos mittit* cet. Exstat hoc carmen in ed. *Forberg.* append. pag. 188., sed noster codex plures suppeditat versus. η) [fol. 24. a — 29. a.] *Varia poemata anonyma,* quibus etiam [fol. 26. b.] *epigramma Martialis* intersertum est. θ) [fol. 29. b — 35. a.] *Hieronymi Guarini Veronensis poemata nonnulla,* inter quae [fol. 31. a.] legitur carmen, cuius haec est inscriptio: *Fratris Gratiani Siculi ordinis praedicatorum. Responsio pro sanctimoniali.* ι) [fol. 35. a — 38. b.] *Jacobi Pisauri elegiae duae,* altera *ad Paulam,* altera ad *Antonium Panormitam.*

DCCCLX.

[Rep. IV. fol. 43. b.]

Codex chartaceus saec. XVII. exeunte scriptus, cum multis picturis monetas repraesentantibus, folior. 169, quorum 1. 2. 3. b. 4. a. 8. a. 11. a. 13. b. 14. a. 23. a. 24. a. 32. a. 33. a. 34. a. 39. a. 44. a. 50. a. 70. a. 77. a. 93. a. 94. a. 96. a. 97. a. 98. a. 99. a. 105. a — 110. a. 112. a. 113. 135. b. 136. b. 139. b. 140. b. 141. b — 145. b. 150. b. 153. b. 154. b. 160. a. et 167 — 169. vacua sunt. Continentur:

a) [fol. 3 — 134.] Sac. monetae Ebraeae Graecae et

ROMAN. RUDERA A HENRICO MEYERO COLLECTA. A fol. 114. a. legitur index operis.

b) [fol. 135 — 141. a.] *Exoticae Asiae Africae et Americae regnorum diversorum monetae.*

c) [fol. 146 — 154. a.] *Germaniae veteris monetae variae literatae et illiteratae hinc inde collectae.*

d) [fol. 155 — 160.] *Nummi Gothici et Longobardici.*

e) [fol. 161 — 166.] *Nummi Imperatorum Rom. Germanicorum.*

DCCCLXI.

[Rep. IV. 4. 97.]

Codex chartaceus saec. XVIII. scriptus, folior. 75, quorum 1. b. 38. 41. b — 44. 48. b. 49. 55 — 57. 59. 61. b. 62. 64. a. 65. et 67. b — 75. vacua sunt. Titulus hic est:

MANUSCRIPT POUR CONNOITRE LES MEDAILLES ET STATUES ANCIENNES FAIT PAR NICOLAS DE PORCIONARO *avec quattre des plus scavans et fameux antiquaires d'Italie. Naples Mars* 1713. [Fol. 50. a. habetur: *Auertimenti per conoscere l'antico dal moderno nelle medaglie di Bronzo;* fol. 58. a: *Per conoscere l'oro antico dal moderno;* fol. 60. a: *Per conoscere le medaglie false d'argento;* fol. 63. a: *Per conoscere le statue antiche.*] Codex incip. *Prezzo di medaglie* cet. Explic. *venduto quaranta scudi Romani.*

DCCCLXII.

[Rep. IV. fol. 48.]

Familiae Romanae in antiquis numismatibus, ab urbe condita ad tempora divi Augusti. Ex bibliotheca Fulvii Ursini, cum adiunctis Antonii Augustini CAROLUS PATIN. restituit, recognovit, auxit. Parisiis M. DC. LXIII.

Fuit hic liber olim *Henrici Meyeri Lips.*, ut in tabula aeri incisa, quae titulo adhaeret, legitur. Is in scidulis hic illic inter folia intersertis doctas adnotationes, quibus liber ille corrigitur vel suppletur, adscripsit.

DCCCLXIII.

[Rep. IV. 4. 101. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 68, quorum 33. b — 36. 41. b — 44. 56. b. et 66 — 68. vacua sunt. Continentur:

L. FRID. RAPPOLTI [Prof. Lips.] CARMINA GERMANICA ET LATINA. Sunt autographa auctoris. A fol. 1. a. leguntur *Αὐτοσχεδιάσματα lugubria in Funera;* a fol. 37. a. *Αὐτοσχεδιάσματα gratulatoria in nuptias;* a fol. 45. a. *Αὐτοσχεδιάσματα in honores novos;* a fol. 57. a. *Αὐτοσχεδιάσματα in disputantes etc.* Singulis carminibus adscripti sunt anni, quibus quaeque composita sunt. — Liber incip. *Divina nobis consulem Te virgula* cet. Explic. *ad principis curas probas.*

DCCCLXIV.

[Rep. IV. 4. 81. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. exaratus, folior. 257, quorum 257. b. scriptura vacat. Continentur:

a) [fol. 1. a — 99. b.] *Ragionamento di Carlo Quinto Imperatore à Rè Filippo suo figliuolo nella colig.ne dal Gouerno de suoi stati et Regni. Doue si contiene come si debbe gouernare, in tempo della Pace, et della Guerra.* Ita titulus. Fol. 1. b. haec adnotata leguntur: *Manuscriptum hoc Italicum plane diuersum est ab eo, quod Jo. Georg. Leib Germanice cum notis edidit Lipsiae 1714. in 8º.* Eodem fol. etiam possessoris nomen legitur: *Godofr. Paschke Reg. Bor. Halae* cIↄIↄccxxxII. *d.* XI. *Febr.* — Opus divisum est in duas partes [*Parte prima, del tempo della pace,* fol. 2. a.; *parte seconda, del tempo della guerra,* fol. 53. a.] et incip. *Jo mi sono risoluto figliuolo dilettissimo* cet. Explic. *et mea in pace ne ne restate. il fine.*

b) [fol. 100. a — 257. a.] *Anonymi Introduttione nella antica Republica Romana.* Foll. 100. et 101. legitur *Tauola.* Tum opus incip. *Due sono le cose, s'io non m'inganno sopra tutte le altre degne della notitia* cet. Explic. *è marauiglia se egli l'innalza, et la celebra sopra tutte le altre, et questo basti per l'introduttione dell' Antica Republica Romana.*

DCCCLXV.

[Rep. IV. 4. 101. c.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 11. Continetur:

CATALOGUS *librorum ad artium maxime necessariarum disciplinam pertinentium: Artis puta I. Bene latine loquendi II. Bene disserendi III. Bene dicendi IV. Bene vivendi V. Bene imperandi VI. Bene Episcopi opus faciendi, seu Christi oves pascendi VII. Bene prophetisandi seu S. Scripturam interpretandi. Quos libros editioni paratos habet* CASPAR SCIOPPIUS, *Claraevallis et Gonni Comes Imperatorum Regumque Consiliarius, et ad Pontifices, Imperatores, Reges, Principes et Respublicas Orator.* Ita titulus. Incip. *Henricus Wangenereck Jesuita Dillingae anno* 1636. cet. Explic. *ut et ex stylo.*

DCCCLXVI.

[Rep. IV. 4. 88. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. folior. 164, quorum plurima aversam paginam vacuam habent. Foll. 1 — 5. 7 — 10. et 153 — 163. tota vacant scriptura. Continentur:

IMAGINES, INSIGNIA, MANUS PRINCIPUM ILLUSTRIUMQUE VIRORUM ET HOMINUM ERUDITORUM. Ita habentur: manus Caroli Gustavi Regis Sueciae, de anno 1656. fol. 11. Friderici III. Daniae Regis, d. a. 1666. fol. 12. Coniugis eius Amaliae, d. a. 1665. fol. 13. Joannis Georgii Electoris Saxoniae, d. a. 1666. fol. 14. Uxoris eius Sibyllae, d. a. 1666. fol. 15. Friderici Wilhelmi Marchionis Brandenburgiae, d. a. 1667. fol. 16. Uxoris eius Ludovicae, d. a. 1666. fol. 17. Christiani ducis Saxoniae, d. a. 1665. fol. 18. Christianae Ducissae Saxoniae, d. a. 1665. fol. 19. Mauritii Ducis Saxoniae d. a. 1644. fol. 20. Mauritii Ducis Saxoniae, d. a. 1665. fol. 21. Dorotheae Mariae Ducissae Saxoniae, d. a. 1665. fol. 22. Ernesti Ducis Saxoniae, d. a. 1665. fol. 23. Joannis Ernesti Ducis Saxoniae, d. a. 1667. fol. 24. Christianae Elisabethae Ducissae Saxoniae, d. a. 1667. fol. 25. Bernhardi Ducis Saxoniae, d. a. 1666. fol. 26. Mariae Ducissae Saxoniae, d. a. 1666. fol. 27. Adolphi Wilhelmi Ducis Saxoniae, d. a. 1665. fol. 28. Antonii Ulrici Ducis Brunsvic. et Luneb. d. a. 1665. fol. 29. Joannis Adolphi Ducis et Augustae Ducissae Slesvic. et Holsat. d. a. 1647. fol. 30. Philippi Wilhelmi Comitis Palat. d. a. 1667. fol. 31. Sophiae Eleonorae Landgrav. Hass. d. a. 1665. fol. 32. Annae Mariae Marchionissae Brandenburg. d. a.

1665. fol. 33. Friderici Achillis ducis Wuertemberg. d. a. 1615. Eberhardi Ducis Wuertemberg. d. a. 1665. fol. 35. Elisabethae Mariae Ducissae Wuertemberg. d. a. 1666. fol. 36. Annae Johannae Ducissae Wuertemberg. d. a. 1665. fol. 37. Friderici Landgravii Hassiae, d. a. 1665. fol. 38. Cunegundae Julianae Landgraviae Hassiae, d. a. 1666. fol. 39. Christiani Albrechti Ducis Slesvic. d. a. 1665. fol. 40. Christiani Ducis Slesvic. d. a. 1665. fol. 41. Joachimi Ernesti Ducis Slesvic. d. a. 1665. fol. 42. Guentheri Ducis Slesvic. d. a. 1666. fol. 43. Mariae Elisabethae Ducissae Slesvic. viduae d. a. 1666. fol. 44. Philippi Ludovici Ducis Slesvic. d. a. 1665. fol. 45. Joannis Principis Anhalt. d. a. 1665. fol. 46. Emanuelis Principis Anhalt. d. a. 1665. fol. 47. Lebrechti Principis Anhalt. d. a. 1665. fol. 48. Friderici Principis Anhalt. d. a. 1666. fol. 49. Gustavi Adolphi Marchionis Badensis, d. a. 1642. fol. 50. Hermanni Egonis Comitis in Fuerstenberg, d. a. 1645. fol. 51. Guilielmi et Ernesti Egonis Comitum in Fuerstenberg, d. a. 1645. fol. 52. Joannis Ernesti Comitis de Nassau, d. a. 1645. fol. 53. Hermanni Ottonis Comitis Nassoviae, d. a. 1645. fol. 54. Ruedingeri Guentheri Comitis de Starkenberg, d. a. 1646. fol. 55. Caroli Comitis a Waldstein, s. a. fol. 56. a. Stephani Baronis a Sternberg, d. a. 1643. fol. 56. b. Wolffgangi Georgii Comitis ac Domini in Castell. d. a. 1621. fol. 57. Claudii Comitis de Collalto, d. a. 1645. fol. 58. Caroli Mauritii Comitis de Rasburgh. d. a. 1641. fol. 59. Balthasaris Baronis a Schrattenpach, d. a. 1621. fol. 60. a. Balthasaris Baronis a Zerotin, d. a. 1621. fol. 60. b. Joachimi et Andreae Liberor. Baron. a Kochticz et Lubliniecz. d. a. 1615. et 16. fol. 61. Sigismundi Friderici a Sinzendorff, d. a. 1644. fol. 62. Rudolphi a Sinzendorff, d. a. 1644. fol. 63. Philippi Comitis de Lippe, d. a. 1621. fol. 64. Wolffii Friderici de Pappenheim, Mareschalli Imperii haereditarii, d. a. 1616. fol. 65. Joannis Loseri Mareschalli Saxoniae haereditarii, s. a. fol. 66. — Tum sequuntur variorum Nobilium autographa cum pictis eorum insignibus. A fol. 90. sequuntur potissimum eruditorum hominum autographa et insignia gentilitia, v. c. Geo. Ad. Khevenhülleri d. a. 1614. fol. 96. b. Leonhardi Welseri, d. a. 1622. fol. 106. Joannis Crucigeri, d. a. 1622. fol. 164. Inter haec pauca tantum sunt celebrata nomina. Insignia gentilitia variis coloribus picta vel picturae habentur in foll. 6. 11. 34. 57. 60. 61. 64. 65. 68. 70. 71. 73. 79. 81. 82. 84. 86. 89 — 92. 94. 95. 97. 99. 101 — 108. et 110 — 137. — Agglutinata est huic libro in fine epistola aliqua *C. H. Radsiuilii* Principis et Campiductoris, anno 1628. scripta ad Senatum Lipsiensem, cui filium suum, mox in Academiam Lips. discessurum, commendat.

DCCCLXVII.

[Rep. IV. 4. 88. b.]

Codex chartaceus saec. XVI. scriptus, folior. 40, quorum aversae paginae plerumque scriptura vacant. Continentur:

Insignia gentilitia et symbola amicorum Hulderici Grossii. [Non est ille *Huldericus Grossius*, qui bibliothecam nostram insigniter locupletavit, is enim anno demum 1605. natus est, sed eius consanguineus, fortasse is, qui *fascibus consularibus Fribergae administratis celeber* dicitur a *Goetzio* in programm. quo bibliothecam nostram aperiendam fore indixit, pag. 11. In libro tamen nostro aliquoties vocatur *civis Lipsiensis*.] Liber, cuius prima pagina variis coloribus picta est, continet autographa et insignia gentilitia Bartholdi et Andreae Griebii fol. 4. et 5. Andreae Bresellii fol. 6. Petri Bisluphii fol. 7. Joannis Hornefferi fol. 8. Joannis Heberi fol. 9. Georgii Treptonis fol. 11. Friderici Rodii fol. 12. Martini Crusii fol. 13. Joannis Moritzii fol. 14. Joannis Georgii ab Osse fol. 15. Apollonii ab Ebeleben fol. 16. Gaudentii de Rechberg de Hohenrechberg et Thum, Domini in Augspurg et Aystett fol. 18. Caesaris a Breitenbach fol. 19. Petri Caesaris fol. 20. Longini Vitzthumb ab Ecksted fol. 21. Georgii Friderici ab Ebeleben fol. 22. Tobiae Huebneri fol. 23. a. Joannis Servilii fol. 23. b. Christophori Schellenbergii fol. 24. a. Adami Siberi fol. 24. b. Henrici Siberi fol. 25. Steinmetzii fol. 26. Valentini Schoneri fol. 27. Christophori Leuschneri fol. 28. et 29. Henningi Hamelii fol. 30. et 31. Joannis Sagittarii fol. 32. et 33. Victorini Strigelii fol. 34. Henrici Salmutii fol. 35. Andreae Freihubii fol. 36. Petri Helbornnii fol. 37. Joannis Pfaffingii fol. 38. Gregorii Bersmanni foll. 39. et 40. — Caeterum haec fere omnia ann. 1566. scripta sunt. Insignia gentilitia variis coloribus picta habentur in foll. 4. 5. 10 — 12. 16 — 20. 26 — 28. 31. 36. 37. et 39.

DCCCLXVIII.

[Rep. IV. 12. 88. c.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 366, quorum plurima vacua sunt. Continentur:

Symbola amicorum Hulderici Grossii, eiusdem illius, cuius munificentia bibliotheca nostra egregie adaucta est. Ab initio habetur stemma Grossianum ab anno 1340. cum brevi descriptione historica, fol. 3 — 8. Clariores viri, qui nomina sua huic libro intulerunt, sunt: Janussius Radsivill, Acad. Lips. Rector, de anno 1629. fol. 20. Fridericus dux Slesvic. Holsat. a. 1627. fol. 28. Andreas et Raphael Comites de Lesne, a. 1626. foll. 35. et 36. Nicolaus Andr. Gravius, Rector Academiae Juliae, a 1629. fol. 37. Joannes Burmeisterus, a. 1626. fol. 53. Henricus Hoepffnerus, a. 1622. fol. 56. Georgius Calixtus, a 1629. fol. 64. Polycarpus Lyserus, a. 1625. fol. 80. Joannes Quistorpius, a. 1626. fol. 225. —

DCCCLXIX.

[Rep. IV. 8. 110.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 358, quorum tam multa vacant, ut singula enumerare longum esset. Est hic liber:

Christiani Fabricii Stammbuch. Hic Fabricius est Henrici filius, Georgii illius Chemnic. nepos; eius insignia fol. 2. a. picta sunt adscriptis verbis: *Christianus Fabricius Lipsiensis Misnicus d.* 1. *Januarii anno* 1631. — Hoc libro autographa habentur cum principum [v. c. Augusti et Mauritii ducum Saxoniae, fol. 7. b. et 8. a. Friderici Guilielmi ducis Saxoniae, fol. 9. b. Christiani Marchionis Brandenburgici, fol. 11. a. Joh. Casimiri Com. Palat. fol. 13. a. et nonnullorum principum Anhaltinorum], tum eruditorum hominum [v. c. Polycarpi Lyseri, fol. 135. a. Joannis Hoepneri, fol. 136. a. Pauli Roeberi, fol. 139. a. Francisci Romani, fol. 144. a. Conradi Carpzovii, fol. 152. a. Christophori Preibisii, fol. 161. a. et aliorum].

DCCCLXX.

[Rep. IV. 8. 112. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 57, quorum plu-

rima vacant, ita ut singula enumerare longum esset. Hic liber est:

Joannis Jacobi Gryphii Stammbuch. In titulo, fol. 1. a., legitur annus: MDCI. Habentur hoc libro manus: Philippi Mornaei, fol. 19. a. Iusti Lipsii, fol. 20. a. Isaaci Casauboni, fol. 23. a. et aliorum, sed minus illustrium, virorum.

DCCCLXXI.

[Rep. IV. 8. 111.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 423, quorum plurima scriptura vacant. Hic liber est:

b) [fol. 79. a—109. a.] *Anzaigung was vnnd wie das alt Romisch kriegs Regiment gehalten, wie mans auch zu unser Zeit wiederumb anrichten möcht. Mit angehenckten historien was für Krieges Zug wider die Saracen aufs der Christenheit geschehen, alles auffs kurtzest durch Joannem Auentinum beschriben.* Ita titulus. Incip. *Wie wol vil, offt vnd genug vom Kriegfs Regiment vnd ordnung durch die alten Römischen* cet. Explic. *Gott wend es zum besten. Amen.* — Videtur hic codex ipsius Joannis Aventini autographum esse. Caeterum notandum est, a bibliopega perversum esse foliorum ordinem, quorum 49—56. ponenda erant inter 40. et 41.

DCCCCXVI.

[Rep. IV. fol. 36. d.]

Codex chartaceus saec. XVIII. ineunte scriptus, folior. 47, quorum 1. b. vacat scriptura. Donavit hunc codicem bibliothecae

nostrae d. 20. Oct. 1837. Dr. *Mauritius Seeburg*, Senator Lipsiensis. Fuit olim in bibliotheca *Kochii* Torgaviensis, Consiliarii aulici, cuius filius *Gustavus Kochius*, Senator Lipsiensis, illum *Seeburgio* d. 18. Febr. 1826. donaverat, ut legitur in ultima pagina. Continetur:

Marci Winckleri [hunc enim auctorem esse, ex iis patet, quae fol. 38. b. lin. 16. leguntur] Chronica Torgaviensis. Pertinet ab initiis huius urbis usque ad annum 1574. Titulus hic est: *Die Torgauifche Chronica. Aus einem Koftbaren gebundenen Buch abcopiret.* Incip. *Woher die Stadt Torgau den Nahmen habe, find viel und unterfchiedliche Meinungen* cet. Explic. *deines Fürften Blutt aus deinen Händen fodern. ich glaube etc. NB. Pauca desiderantur.*

DCCCCXVII.

[Rep. II. 4. 151. a. a.]

Codex chartaceus saec. XVI. exeunte scriptus, folior. 264, quorum 11. scriptura vacat. Fuit hic liber olim societatis Teutonicae Lipsiensis, quae anno 1827. libros suos bibliothecae nostrae liberaliter intulit. Continetur:

Ordendtliche vnd gründtliche befchreibung, Des grofsen Schieffen, mit dem Stahel oder Armbruft, Auch Anderer Kurtzweil mehr, fo gehalten Ift worden, Inn der Löblichen Churfürftlichen Stadt Zwickau, den 25. Augufti 1573. angefangen. Wie es ergangen, mit vormeldung der Schiefs Stadt, wie die Zugericht, vnd der Ehrlichen vorhaltung, der Schützen, die zu diefem Schiefsen kommen gewefen, etc. Reimweifs gefteldt vnd gefafst Durch defs Ertzhertzog Ferdinanden zu Öfterreich Prützfchmeifter, Benedickt Edlbeckh Siber. Ita titulus huius libri, qui praeter dedicationem ad Augustum Ducem Saxoniae [fol. 2—8.] totus oratione vincta compositus est. Foll. 9. et 10. leguntur versus ad lectorem. Fol. 12. a. incip. *Alfs man Zalt, Taufendt Fünfhundert Jar, vnd Drey vnd fiebentzigk fürwar* cet. Explic. *Vnd lang erhalt Ohne Zwifpaldt, Durch Jefus Nam Den Chriftlichen Stam, Amen.*

DCCCCXVIII—DCCCCXXII.

[Rep. VI. fol. 16. c.]

Codices chartacei quinque, saec. XVI. et XVII. scripti, quorum I. 330, II. 294, III. 336, IV. 333, V. 277 foliis absolvitur. Continentur:

Zeitungen. Vol. I. incip. d. 29. Aug. 1592. et desinit d. 2. Jun. 1594. Vol. II. incip. d. 27. Jun. 1609. et desinit d. 6. Jan. 1611. Vol. III. annum 1618. complectitur. Vol. IV. incip. d. 18. Jul. 1619. et desinit d. 12. Jan. 1620. Vol. V. pertinet a d. 11. Jan. 1623. usque ad d. 11. Jun. 1624.

DCCCCXXIII.

[Rep. III. 4. 25.]

Codex chartaceus saec. XVI. folior. 135, quorum 1. b. 60. a. 93. b. et 108. b — 135. scriptura vacant. Est:

Graff Peter Ernsts zu Mansfeldt Sigelbuch. Hic titulus priori libri operculo impressus est. Pertinet ab anno 1557. usque ad 1562. Scriptus est liber a *Christophoro Weyffefels*, ut fol. 1. a. legitur, cui sigillum Comitis absentis traditum erat. Incip. *Vff Dinftagk den* 15. *tagk Junii* cet. Explic. *In Ofterfeyertagen Anno* 1562.

DCCCCXXIV.

[Rep. IV. fol. 45.]

Codex chartaceus saec. XVIII. folior. 180, quorum 3—54. semivacua picturas continent. Caetera vacua sunt foll. 1. 2. 80. b. 106. b. 131. b. et 168—180. Continentur haec:

a) [fol. 55. a—106. a.] Anonymi Dichiarazione delle Figure et altre Curiosità di Turchia. Incip. *Non usano li Turchi mode differenti* cet. Explic. *che non mancano danari à chi pofsiede stati e Sudeliti.*

b) [fol. 107. a—167. b.] Antecedentis libri versio Germanica, cuius hic est titulus: *Erklährung über die Figuren und andere Türckifche Curiofitäten.* Incip. *Die veränderlichen Kleider-Trachten feynd bei den Türken nicht* cet. Explic. *auch keinen Mangel am Gelde haben werde.*

DCCCCXXV.

[Rep. II. fol. 105.]

Codex chartaceus saec. XVII. perspicue scriptus, folior. 42, quorum 1. et 40—42. b. scriptura vacant. Continetur:

Relatione del Serraglio del Gran S. Turcho in Constantinopoli. (*Di Henrico Sagittario*). Incip. *Il Serraglio dove habita Il Gran Sig. con tutta la sua imperial corte* cet. Explic. *li stramazzi sempre.*

DCCCCXXVI.

[Rep. IV. 4. 104.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 80. Continentur:

Nonnullae collectiones curiosae variarum materiarum ex diversis authoribus. Ita titulus. Est liber miscellaneus eruditi cuiusdam Itali, quo continentur carmina, historica, genealogica cet. cum Latino, tum Italico sermone scripta. Incip. *Adam in aetate* 130 *annorum* cet. Explic. [fol. 78. b.] *intra domesticum sanguinem bellare. Tac. in Agricola.* Foll. 79. et 80. index legitur.

DCCCCXXVII.

[Rep. IV. 4. 93. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, rubris inscriptionibus ornatus, folior. 280, quorum 1. b. et 272—280. scriptura vacant. Continetur:

Reinfried Grossens Turba Philosophorum. Anno M.DC.XXIV. Ita titulus. Incip. *Ein jedes rein und zartes ding* cet. Explic. *aus fein defs Theophrasti eigner handt gefchrieben.* 1.5.7.9. — Est liber alchymicus.

DCCCCXXVIII.

[Rep. IV. 4. 95.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 116, quorum 1. 2. 3. b. 4. b. 5. a. 6. b. et 101—116. vacua sunt. Continetur:

Der Feldtmarschalck des Herren Georgio Basta Graven von Huest. Ita titulus, qui fol. 6. a. legitur. Incip. *Der Feldtmarfchalch regieret einen gantzen Exercitum* cet. Explic. *Succurs hineinzubringen, gelegenheit finden.* Fol. 3. a. conspicitur imago *Georgii Bastae* aeri incisa. Ut fol. 5. b. legitur, hic liber est ex bibliotheca *Martini Friderici Seidelii* Consiliarii Brandenburgici. [Vid. de illo Geo. Basta, quae leguntur in *Ortelii* Chron. Ung. part. III. pag. 481.]

DCCCCXXIX.

[Rep. II. 4. 151. b.]

Codex chartaceus saec. XVII. accuratissime scriptus, folior. 267, quorum 1. b. 51. b. 52. 53. b. 137. b. 138. 139. b. 201. 202. 203. b. et 265. b — 267 scriptura vacant. Continetur:

ANONYMI TRAITÉ DE L'ART MILITAIRE. Incip. *L'art militaire est celuy qui donne les moyens d'attaquer l'ennemy* cet. Explic. *trop mal a propos dans les lieux des avantageux.* Divisum est opus in quatuor libros; primo est titulus: *De la fortification;* secundo [fol. 53. a.]: *Traité des sieges;* tertio [fol. 139. a.] *Traité de l'art de defendre les places;* quarto [fol. 203. a.] *Pratique des marches campemens et evolutions de armées Francoises.*

DCCCCXXX.

[Rep. IV. 4. 94.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, cum figuris mathematicis et architectonicis, folior. 60, quorum 1. b. 9. 21. b. 36. a. 43. a. 52. b. et 60. b. vacua sunt. Continetur:

HULDERICI GROSSII LIBER DE ARCHITECTURA MILITARI. Titulus est hic: *Huldreich Großens, von Leipzig, Fortification.* Incip. *Ein Vestung oder Schloſs zu erbawen* cet. Explic. *die man hernachens Hortten heiſset.* [Hic liber eiusdem illius *Grossii* autographus est, cuius beneficio bibliotheca nostra inde ab anno 1677. insigniter est adaucta. Vid. *Goetzii* progr. pag. 10. ss.]

DCCCCXXXI.

[Rep. IV. 8. 112. b.]

Codex chartaceus saec. XVII. exaratus, folior. 91, quorum 1. b. 12. b. 26. a. 27. a. 28. a. 43 — 46. 58 — 61. et 91. a. scriptura vacant. Inter foll. 83. et 84. intersertus est hic liber impressus: *Sinuum tangentium et secantium canon manualis accommodatus ad trigonometriam Bartholomaei Pitisci. Heidelb.* cIↄIↄcXIII. Quae manu scripta sunt, hunc titulum habent:

Kriegsbaw vnd Stücken des Geſchützes übung, aufgezeichnet von Huldreich Groſsen. Anno M.DC.XXXII. — Incip. *Etliche Regulen bey der Forfication* cet. Explic. □ *Radix quadrat.* — Hic liber ab eodem illo *Hulderico Grossio* scriptus est, de quo diximus in descriptione Codicis proxime antecedentis.

DCCCCXXXII.

[Rep. IV. fol. 51. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. folior. 13, quorum 1. b. 5. 10. b. et 11. scriptura vacant. Continentur:

Gladiatoriae dispositiones Huldrichi Groſsii Lipsiensis. Anno ... [1624.] Ita titulus, qui fol. 1. a. legitur. Alter, qui fol. 2. a. legitur, rubro ille pictus, hic est: *Etzliche Tabulae, darinn das gantze Fundament der Löblichen vnd Ritterlichen Fechtkunſt im einfachen Rappier deliniret vnd erwieſen wirdt; Componiret von Samuele Möllero.* Incip. *Recht und wol fechten iſt ein Kunſt* cet. Explic. *mit ſeines Dolchens ſchneiden könne.* — De auctore vid. quae dicta sunt ad Cod. DCCCCXXX.

DCCCCXXXIII.

[Rep. IV. 4. 96. d.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 173, quorum 1. b — 4. 35. b. 36. 44. b — 46. 90. 112. b. 113. b. 116. b. 121. b. 138. b. 139. b. 143. b. 148. b. 158. b. 160. b. 164. 166. b. et 170. vacua sunt. Titulus libri hic est:

HULDREICH GROSSENS SILBERRECHNUNG. LEIPZIG. ANNO M. DC. XXXV. Incip. *Die Silber werden nach der feinen marck* cet. Explic. *die Reichs Müntzordtnunge zulest.* De auctore vid. quae dicta sunt ad Cod. DCCCCXXX

DCCCCXXXIV.

[Rep. IV. 4. 96. e.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 112, quorum 1. b. 61. 62 b. et 112. b. vacua sunt. Titulus operis hic est:

HULDREICH GROSSENS *Beſchreibung des Seygerwergks und Zuſchläge in Berghütten. Leipzig. Anno* M.DC.XXXVII. Incip. *Behmische Kupffer als zu Entzendorff* cet. Explic. *drei Kübel Kohlen.* De auctore vid. quae supra diximus ad Cod. DCCCCXXX.

DCCCCXXXV.

[Rep. IV. 4. 87.]

Codex chartaceus saec. XVI. scriptus, folior. 268, quorum 2. 3. b. 13. b. 14. a. 262 — 265. et 268. a. vacua sunt. Continentur:

Constellationes hominum illustrium, eruditorum, artificum, feminarum illustrium et actionum. Narrata sunt etiam fata eorum memorabilia. Auctor huius libri anepigraphi quis sit, non legitur. Incip. *Deus est liberrimum agens, nec alligatus causis secundis* cet. Explic. *quo natus est percusserit.* Liber ita dispositus est, ut constellationes hominum unius eiusdemque ordinis componantur, de qua re habentur fol. 3. a: *Generalia huius libri capita.* Fol. 4. a — 13. a. legitur index hominum, de quorum stellis relatum est. Fol. 14. b — 15. b. habentur *Aphorismi astrologici.*

DCCCCXXXVI.

[Rep. IV. fol. 50.]

Codex chartaceus saec. XVII. accurate scriptus, multis cum figuris vario colore distinctis, folior. 32, quorum 1. 2. b. et 27 — 32. scriptura vacant. Continetur:

[*Anonymi*] *Meermuſchel und Schnecken, Aufs D. Conradi Geſneri Beſchreibung verzeichnet.* 1660. Ita titulus. Incip. *Concha Imbricata, Schuppmuſchel* cet. Explic. *Stachel- oder Purpurſchnecken gerechnet.*

DCCCCXXXVII.

[Rep. VI. 4. 36.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, folior. 34, quorum 1. b. vacuum est scriptura. Continetur:

Anonymi Curieuſes Roſs Artzney Büchlein vor allerley Mängel und Kranckheiten der Roſse, wie ſie genennet werden mögen. Incip. *Daſs ein Pferd auff* 20 oder 30 *Meilen* cet. Explic. *und wieder zu helffen.*

XXI.

DIPLOMATA.

In diplomatibus bibliothecae nostrae describendis aliam viam ingressi sumus, quam quae in codicum descriptione ineunda nobis videbatur. Exhibuimus enim integrum illorum textum; quod consilium tantum abest ut lectoribus improbatum iri existimemus, ut harum litterarum amatoribus grati quid fecisse nobis videamur. Textum multorum diplomatum exscripserat iam CHRISTIANUS GOTTLOB HALTAUSIUS, cuius apographa in bibliotheca nostra asservabantur. Sed quum ille non ubique ea cautione et industria, qua opus est in hoc negotio exsequendo, versatus esset, factum est, ut multa in apographis illis vitia deprehenderentur. Qua de caussa precibus adii collegam doctissimum, CURTIUM DE BOSE, bibliothecae nostrae Custodem, ut apographa illa cum originali textu compararet examinaretque diligentius. Quod negotium amicissimus ille vir ita suscepit, ut diplomata non tantum accuratissime reviseret, sed etiam notas textui adderet, et, quae ab HALTAUSIO nondum exscripta erant diplomata, ea exscriberet. Huic igitur viro debentur, quaecumque iam de diplomatibus nostris cum lectoribus communicantur.

I. 1097.

Privilegium Henrici Imperatoris Tertii super duos Mansus in Scarlop.

C. *In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis.* HEINRICUS *diuina ſauente Clementia Tercius Romanorum Imperator Augustus. Sicut imperatorie maieſtati contradicenti ſupplicium. Sic digne ſeruienti dignum debetur beneficium; Quod ſidele ſeruicium quia in* WIBERTO *nobis ſitum perſpeximus. petitionem ejus in petitionis effectum duximus. interpellante pro eo ſideli noſtro marchione Heinrico quem dileximus; Predium igitur quoddam. videlicet duos manſos ſitos in uilla* SCORLYP *in burcwart.* ZCOLIN. *et duos manſos in uirgultis adiacentibus. cum uniuerſis appenditiis. areis. aediſiciis. pratis. paſcuis. terris cultis et incultis. viis et inviis. aquis aquarumque decurſibus. molis. molendinis. piſcationibus. ſiluis. uenationibus. exitibus et reditibus. et cum omni utilitate quae in his eſt . cuidam militi nomine* VITIC *qro amore domini ſui ſidelis nostri predicti* WIBERTI *in proprietatem tradendo ſirmauimus . ſirmando tradidimus . Cuius donationis teſtem . cartam preſentem conſcribi iuſſimus . quam ut infra uideri poteſt . propria manu noſtra corroboratam . et ſigilli noſtri impreſſione inſignitam . preſentis et ſuture generationis notitie reliquimus.*

Signum Domni Heinrici Tercii Romanorum Imperatoris Augusti. (L. M.)

Humbertus Cancellarius vice Rothardi Archicancellarii recognoui. (L. S.)

Data . XVIII. Kl. Julii . Anno Dominice incarnacionis milleſimo nonageſimo VII. Indicione IIII. Regnante Heinrico Romanorum imperatore augusto. Anno XLI. regni . anno autem imperii . XIII.

Actum RATISPONE *in Chriſti nomine* FELICITER *. Amen.*

In membrana. Deest Sigillum. — Cfr. Ludewig, R. M. Tom. II. p. 179. No. V. — Schoettgen, vita Wipr. p. 3. cod. prob. — Schultes, Direct. Dipl. T. I. p. 210. —

II. 1166.

Johannes Episcopus Merseburgensis donacionem decimarum in Dobergast et Karlestorf et septem mansorum in stulpen, monast. Pygav. fact., confirmat. —

C. *In nomine ſancte et indiuidue trinitatis* JOHANNES *diuina diſponente clementia Merſeburgenſis Epiſcopus. Uniuerſis Criſti ſidelibus. Misericordia nobis et pax et caritas adinpleatur . Ad hoc a prouiſore omnium bonorum deo . eccleſiaſtice religionis nobis diſpenſatio credita eſt . ut religioſas diligamus perſonas . et bene placentes deo . religionem ſtudeamus modis omnibus propagare . Neque enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur . niſi ex radice caritatis procedens . a puritate religionis fuerit conſeruatus . Ea propter ad noticiam tam preſentium quam futurorum preſentis ſcripti pagina permanare congruum duximus . qualiter* HENRICUS *cenobii bigauigenſis abbas . ſeptem manſos cum ſex curiis in uilla* STULPEN *nuncupata . noſtre contradidit eccleſie . quatinus cenobio ſuo decimam quandam quam* DEDO *comes hominii iure a nobis ſuſceptam poſſederat . eodem annuente comite atque id ipſum attentius poſtulante . quadam concambii ratione traderemus. Quia igitur iuſtis poſtulationibus equum eſt facilem prebere conſenſum . manſos cum curiis annotatis . comiti iam dicto in beneficio conceſſimus . decimam uero qua in* KARLESDORF *et in* DOBERGAST *et in ipſo dominicali bigauie ubi duodecim ſcobrones dantur perſoluenda eſt . in uſus fratrum perpetuos memorati abbatis delegauimus . Uerum ut hec noſtra traditio in omnia tempora futura ſtabilis et inconuulſa permaneat . eandem privilegii noſtri atteſtatione . ſigilliqne impreſſione firmauimus . Si qua ergo inpoſterum eccleſiaſtica ſecularisue perſona contra hanc ſciens uenire preſumpſerit . ſemel ac ſecundo tercioque commonita . ſi reatum ſuum congrua ſatisfactione non correxerit . perpetuo anathemate ſeriatur . Huius rei teſtes ſunt.* LUDEUUICUS *Merſeburgenſis abbas.* UVERENHERUS *decanus maioris domus .* UUICHERTUS *ſcolaſticus .* WALTHERUS *custos. .* THEODERICUS *advocatus .* DEDO *Comes .* THEODERICUS SIGEBODO *et* FRIDERICUS *fratres miniſteriales regni.*

Data . anno . Dominice . Incarnationis M . C . LX . VI.

(L. S.) *Indictione . XIIII. Regnante Friderico Romanorum Imperatore Augusto.*

In membrana. Sigillum oblongum, optime conservatum, diplomati impressum, exprimit Johannem Episcopum nudo capite, habitu Episcopali sedentem, quique dextra manu pedum, sinistra volumen apertum tenet. — Cfr. Ludewig R. M. Tom. II. p. 196. No. XIII. ubi et sigillum aere impressum exstat. — Schoettgen, vita Wipr. p. 13. cod. prob. — Schultes, Direct. Dipl. T. II. p. 182. —

III. (1166?) *)

Abbas Pegaviensis Henricus instituit festum vndecim milium virginum et suum anniversarium.

C. *In nomine sancte et individue trinitatis . Heinricus Dei gratia Bigaugensis eclesie tam etsi Prouisor indignus uniuersis Christi fidelibus florere im perpetuum.*

Ad hoc pastores ecclesiarum diuina dispensante clemencia constituimur.quatinus religio diuina nobis illam pro posse promouentibus suis diatim proficiat incrementis . Nouerit igitur tam presentium quam futurorum dilectio . nos a fratribus nostris ut festum undecim milium uirginum cum duodecim cultu lectionum celebrarent . omni deuotione postulasse . Cuius rei facilis in tam salubri peticione aput ipsos fuerat assecutio . cum nihilominus omnium . ad idem festum celebrandum . talis obtentu patrocinii . concurreret deuocio. Quia vero largioris subsidii maioris indiget laboris sufferentia . constituimus ut iam dicti festi reuolutione annua . preter cibos cottidianos . illis certa procurentur solatia . Duos namque mansos in BORKEUUIZE *decem et septem solidos soluentes . quos iam fere penitus amissos . tam laboris quam rerum nostrarum multo requisitas esse constat inpendio . eorundem usibus delegauimus . Siquidem de uno eorundem mansorum in festi prenotati celebratione . nostre parentumque nostrorum saluti consulentes . ipsis . cibariis exquisitis seruiri statuimus . de altero vero anniuersario nostre deposicionis die . ob interminabile nostre recordationis memoriam . eosdem iterata caritatis exhibitione resocillatos uberius . letificari decreuimus. Ut autem hec nostre constitucionis pagina . stabilis et inconuulsa . succedentis temporis permaneat euo . sigilli nostri eam impressione firmauimus . Sed si forte quod absit aliqua ecclesiastica secularisue persona . eandem in aliquo attenuare seu mutare presumpserit . nisi resipuerit . perpetuo anathemate feriatur.*

In membrana. Sigillum Abbatis Henrici diplomati impressum, sed admodum fragile adest. Abbas capite nudo sedet, dextra tenens pedum, altera volumen . — Cfr. Schoettgen, vita Wipr. p. 15. cod. prob. — Schultes, Direct. Dipl. T. II. p. 101. —

*) Eadem fere scriptura, quae in dipl. antec. Johannis Ep. Merseb. —

IV. 1172.

Fragmentum Dipl. Imperatoris Friderici I. — (ob magnum testium numerum non inutile.) —

. . . . EUERHARDUS *Merseburgensis episcopus . et eidem ecclesie* HOGERUS *prepositus.* CRISTANUS *decanus.* EUERHARDUS *Camerarius.* LUDEWIG . LANTGRAUIUS *et filius eius* LUDEWIG. OTTO *marchio* DE BRANDENBURCH TEODERICUS *Comes de* WIRBENE . OTTO *Marchio de* MISNA . THEODERICUS *marchio.* DEDO *comes . et frater eius* HEINRICUS *comes.* VDELRICUS *filius ducis* BOEMIE . BURCHARDUS *burcgrauius* MAGDEBURGENSIS . HEINRICUS *prefectus de* LISNIK . HEINRICUS *prefectus de* ALDENBVRK. CUNRADUS *de* BOKESBERCH . RVPERTUS *de* VROBURCH . ADELBERTUS *et frater ejus* HEINRICUS *de* GRUNBACH . ERKENBERTUS *de* THEKVIZ. RADEBOTO *de* GRIPHINHAGEN . BURCHARDUS *de* GRIPHINBERCH . ADELBERTUS *de* ALDENBURCH . GUMPERTUS *et frater* HEINRICUS *de* COTSOWE . HEINRICUS *de* WIDA . SIGEFRIDUS *de* ALDENBURCH . TIEMO *de* COLEDIZ . HUGO *de* WARTA . BERNHARDUS RUFUS *et frater eius* HEINRICUS *de* TREBIZIN . FRIDERICUS *et* SIGEBOTO *de* GROVTSA . OTTO *et* TIEMO *de* LISNIK . *et alii quamplures. Ego* GODEFRIDUS *cancellarius vice* CHRISTIANI *Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognoui . — Acta sunt hec Anno dominice Incarnationis M . C . LXX . II. Indictione V. — Regnante domino* FRIDERICO *Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno Regni ejus XX . I. Imperii uero XVIIII. — Datum in aldenburch XII. Kal. augusti . feliciter Amen.*

Signum domini FRIDERICI *Romanorum Imperatoris inuictissimi.* (L. M.) (L. S.)

In membrana. — Sigillum eximiae magnitudinis membranae impressum intercidit. —

V. 1174.

Priuilegium Everhardi Merseburgensis Episcopi super decimam in Hilpertiz.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis . EUERHARDUS *Dei gratia Merseburgensis episcopus . Quoniam auctore Domino . pro pacis integritate . filiis ecclesie nobis commissis . pro posse ac nosse debemus et uolumus consulere . specialiter uero religionis intemerate sequacibus: hanc nostre sollicitudinis instantiam . Ad presentium et futurorum fidelium notitiam atque imitationem placuit propalare. Igitur non immemores beneficiorum nostri predecessoris bone memorie* ALBUWINI *episcopi . quibus* BIGAUGIENSIS *cenobii fratres . liberalitate quarundam decimarum . pro benedictionis irriguo donauit! nos etiam tam ob remedium anime nostre . tum propter voluntarium et frequens Domni Radbodonis Abbatis fratrumque eius seruitium . uillam ipsorum* HILPERTIZE . *cum uineis duabus adiacentibus . ab omni deinceps decimationum exactione relaxauimus . Qua relaxatione . quia fratrum eorumdem querimonie consulimus . qui quorumdam hactenus importunitate diu nimiumque grauati noscuntur . ne de cetero vel ab eis vel ab aliis gra-*

uentur precauentes !⁅pro eisdem decimis. HEINRICUM *qui et* KNVTH. *I. manso imbeneficiauimus . eo concedente . beneficiumque decime resignante . Ipsam ergo decimam libere nobis resignatam suscepimus ! et eandem . cum nostre Synodi fauore laudabili .* RIGAUGIENSI *ecclesie contulimus . episcopali sancientes auctoritate . ut quicquid a nobis vel a predecessoribus nostris ei collatum est . ratum et inuiolabile permaneat. Ne quis autem huius institutionis temerarius uiolator existat . traditionem nostram . episcopali banno . cum sigilli nostri impressione muniuimus . idoneis testibus adhibitis . quorum hec sunt nomina . In primis ego Euerhardus Dei gratia merseburgensis episcopus. Hogerus prepositus. Cristianus decanus . Walterus custos . Wibertus magister . Euerardus camerarius . Reimboldus capellanus . Petrus canonicus . Heinricus canonicus . Otto canonicus. — Ministeriales ecclesie. Ericus. Hardolfus . Werno. Alii liberi homines .* ALBERTUS *de* ALDENBURCH . RADBODO *de* GRIFENHAGEN . HEINRICUS *de* COCSOUHE *et alii plures . qui affuerunt . quorum fidei ac testimonio hec roboranda commissa sunt . Actum est hoc Anno ab incarnatione Domini . M . C . LXXIIIj.*

In membrana. Sigillum episcopale maximum impressum est ipsi diplomati, optime quidem conservatum. In eo sedet Episcopus cum tiara et infula, dextra tenens pedum, sinistra volumen. — Cfr. Ludewig, R. M. tom. II. pag. 198. No. XIV. — Schoettgen, vita Wipr. p. 16. cod. prob. — Leuckfeld, de bract. Merseb. p. 20. — Schultes, Direct. Dipl. T. II. p. 243. —

VI. 1181.

Confirmatio Friderici Imperatoris super compositione inter Ekelinum abbatem Pegav. et Fridericum militem de Groiz.

C. *In Nomine Sancte et indiuidue trinitatis* FRIDERICUS *diuina fauente clementia Romanorum Imperator augustus . Equitati et rationi censemus consentaneum . ut contractus . qui in nostra fuerint audientia . nostre auctoritatis pracmatica sanctione roborentur. Nouerint igitur omnes imperii fideles . tam presentis quam post future etatis . Hanc coram maiestate nostra ordinatam et completam esse compositionem super lite et controuersia multiplici . que inter* ECKELINUM *abbatem . fratres quoque monasterii* BIGAUGENSIS . *et* FRIDERICUM DE GROITS . *ministerialem nostrum . uertebatur . Abbas itaque uillam* HEINRICHSTORP *cum omni utilitate nobis resignauit . quam Fridericus de manu nostra recepit . nomine beneficii . Mansum quoque unum in* DROSECOWE . *et duos in* BUKUWIZ . *qui* REIMBODONIS *fuerunt . et ecclesiam* CLOBELOCHSTORPH *cum dote et denariis qui missales dicuntur . excepta decima eiusdem ville que ecclesiae in* LUZIC *attinet. Hec inquam omnia per abbatem et fratrum suorum consensum nobis resignata .* FRIDERICO *in beneficio concessimus . In recompensationem vero huius traditionis quicquid idem Fridericus iure proprietatis vel beneficii* BIGOWE *possidere videbatur . et omnia quae ibidem homines sui nomine beneficii ab eo tenebant . ab illis absoluta . libere prefato cenobio tradidit . preter beneficia* PILEGRIMI *et* CUNRADI . *quae illi de manu abbatis susceperunt . Porro in loco ubi idem* FRIDERICUS *molendinum fieri decreuerat . nullum deinceps ab aliquo fiet . Virgulta quoque pro quibus ipse et abbas litigabant . reddita sunt ecclesie.*

Hec autem omnia auctoritate nostra et consensu EUERHARDI *Merseburgensis episcopi . eidem monasterio sic confirmamus . ut nec a* FRIDERICO *nec a fratre . vel ab aliquo herede suo . hic contractus infringatur . Imperiali quoque auctoritate statuimus . ne tam abbas quam aduocatus aream . vel aliquam possessionem . in* BIGOWE *quemquam militum deincepf emere aut inhabitare permittant . Mercatores etiam areas vel curtes suas . non militibus sed mercatoribus . qui forensia iura exequantur . uendant . Vt igitur omnia predicta incommutabiliter conseruentur . presens inde scriptum. sigillo nostro insignitum . conscribi precepimus . statuentes . ut quicunque ipsum infringere attemptauerit . decem libras auri pro satisfactione componat . Huius rei testes sunt.* WICHMANNUS *Madheburgensis archiepiscopus .* HERMANNUS *Monasteriensis episcopus .* MARTINUS *Misnensis episcopus .* OTTO *Marchio missinensis .* THEODERICUS *Marchio de Landesberc . Comes* DEDO . HUGO *de Warta . et* THIMMO *de coldiz .* SIBODO *camerarius . et fratres sui* DE GROITS . SIFRIDUS *et* GERHARDUS *de aldenburc . et alii . quam plures.*

Signum domini FRIDERICI *Romanorum Imperatoris Inuictissimi.* (L. M.) (L. S.)

Ego GODEFRIDUS *Imperialis aulae cancellarius . uice Cristiani Moguntini archiepiscopi . et archicancellarii recognoui.*

Acta sunt hec . anno dominicae incarnationis . M.C.LXXXI. indictione XV. Regnante domno FRIDERICO . *Romanorum Imperatore . gloriosissimo . Anno regni eius . XXX. Imperii uero XXVIII. Datum in castro aldenburc Idus Nouembris.*

Sigillum satis conservatum, Imperatorem habet sedentem v. Heineccius, de vet. sig. tab. VIII. 3. — Cfr. Ludewig, R. M. Tom. II. p. 199. No. XV. ubi et sigillum aere expressum. — Buenau, vita Fridr. I. p. 432. — Schultes, Direct. Dipl. T. II. p. 272. —

VII. 1198.

Sententia Innocentii III. in causa inter episcopum Merseburgensem et Abbatem Pygaviensem, de exemtione huius monasterii.

INNOCENTIUS *episcopus seruus seruorum Dei . Dilectis filiis .* [a]). *Abbati et Conuentui de Pigauia . Salutem et apostolicam benedictionem . Cum tempore bone memorie . C.* [b]) *Pape . predecessoris nostri tu fili Abbas ad Romanam Curiam accessisses priuilegium et alia scripta meruisti a sede apostolica obtinere . et sicut a te accepimus . cum reuersus fuisses ad propria . priuilegium dictum et alia scripta in presentia fratrum tuorum et quorundam Canonicorum Mersburgensium qui in desensionem quorundam Monachorum illuc venerant . fecisti fideliter recitari . Quod*

intelligens Venerabilis frater noster . . Mersebur-gensis Episcopus nuntiauit et scripsit Imperatori te contra honorem Imperii ad Romanam Ecclesiam accessisse . et priuilegium in eius preiudicium impetrasse . Vnde motus Imperator Curiam tibi indixit . et priuilegium sibi presentari precepit . quod receptum noluit tibi postmodum resignare . et dum in hiis et aliis te per Episcopum grauari sentires appellatione interposita sedem apostolicam visitasti . a qua per nuntios commissionis litteris impetratis . partes Judices citauerunt . in causa ipsa iuxta formam mandati apostolici processuri . Verum dum hec agerentur . Venerabilis frater noster . . Magdeburgensis Archiepiscopus ad petitionem Episcopi memorati . de mandato Imperiali te ab officio beneficioque suspensum a monasterii amministratione remouit . et curam eius duobus militibus assignauit . vnde timens abbatie periculum prouenire cum et tibi periculum immineret . super controuersiis que inter te et Episcopum et quosdam Monachos uertebantur . arbitrium Archiepiscopi te promisisti fide in manibus eius hinc inde prestita seruaturum . Sicque factum est ut ipse Archiepiscopus adiunctis sibi tam Clericis quam Laicis . inter quos erat et Dapifer Imperialis sub certa forma arbitrium promulgauit . Post hec iterum Romam veniens . que facta fuerant eidem predecessori nostro diligenter exponere procurasti . cui et aduersario tuo . . Custodi Mersburgensi procuratori dicti episcopi nos ipsi cum essemus in minori officio constituti . et dilecti filii I. tituli Sancti Stephani in Celio monte . et I. tituli Sancte Prisce presbiteri Cardinales deputati fuimus auditores et tandem auditis que partes duxerant proponenda . sub certa forma de consensu partium causa commissa fuit Iudicibus delegatis . videlicet ut de omnibus diligenter inquirerent . excepto quod indagationem libertatis eiusdem monasterii cum duabus Capellis apostolice sedis examini per omnia reseruarent. Cum itaque Judices delegati partes ad suam presentiam auctoritate apostolica euocassent . memoratus episcopus delegatos ipsos suspectos sibi proposuit . et causas suspitionis multiplices assignauit . consequenter etiam eorum uolens iudicium declinare sedem apostolicam appellauit . Set reuersus postmodum coram eisdem sacramentum calumpnie prestitit . testes produxit . petitis dilationibus et obtentis . Ipsi ergo iudices procedentes in causa auditis utriusque partis rationibus . et plenius intellectis . gesta omnia Sigillorum suorum munimine roborata ad sedem apostolicam destinarunt . terminum partibus imponentes . quo recepture sententiam apostolico se conspectui personaliter presentarent . ad quem tu personaliter accedens . Episcopus pro se misit dilectos filios H. Mersburgensem Canonicum . et B. Sancti Nicolai Mersburgensis Scolasticum responsales . qui gesta que delegati transmiserant nec publicari debere dicebant nec fidem eis penitus adhibendam . cum et a suspectis iudicibus . et post appellationem legitime interpositam . recepta fuerint et descripta . parte tua contrarium postulante . presertim quia ut firmiter afferebat . nuntii memorati . personam standi iudicio non habebant . cum excommunicati essent . et Episcopo fuisset sub pena suspensionis iniunctum . ut ad causam agendam in propria persona veniret . quod cum non fecerit . penam suspensionis incurrit . quem predicti nuntii propter egritudinem et senectutem personaliter ad Romanam Ecclesiam non posse accedere proponebant alia que ipsis obiecta fuerant denegantes . qui pro ipso episcopo factum taliter proponebant . quod cum ab eo tanquam a tuo prelato Abbatiam et Sacerdotium percepisses . sicut fueras in iure confessus . propter prauam conuersationem tuam super multis enormitatibus . cepisti a Monachis conueniri . inter quos episcopus pacem et concordiam sepius reformauit . monens te ut ad frugem melioris vite transires . Cum autem fratres per ea que iugiter faciebas de tua emendatione nullatenus iam sperarent . contra te proposuerunt in sinodo de dilapidatione . quod res Monasterii pauperum usibus deputatas . uoluptuose consumeres . et pro defectu necessariorum religio ibi penitus deperiret . te etiam de Sacrilegio . Simonia aliisque multis criminibus impetebant . interdum coram episcopo quandoque in presentia Cardinalis . quem episcopus tamdiu sustinuit . quod Monachis denegare iustitiam dicebatur . Citatus exinde ab episcopo . nuntium misisti super omni grauamine quod tibi possit inferri . praesentiam — [per sententiam] *— Archiepiscopi prouocantem . Cum autem neque per te neque per nuntium ad Archiepiscopum accessisses . ipse Archiepiscopus appellationi tam generaliter facte in preiudicium ecclesie iudicauit nullatenus deferendum . Episcopus itaque habito prudentum consilio citatum denuo te ab officio beneficioque suspendit. . Interim superueniens dilectus filius noster . I. tituli Sancte Stephani in Celio monte presbiter Cardinalis . tunc apostolice sedis Legatus ad dictam abbatiam accessit . ut componeret inter te et Monachos memoratos . Set te in villis proximis latitante . et Magistro* VLRICO *allegante . dictus Cardinalis latam in te suspensionis sententiam confirmauit . Sic ergo latenter Romam ueniens . commissionis litteras ueritate tacita . et sub specie renouationis . priuilegium . quod nunquam ante habueras impetrasti . Cumque iudices delegati . Episcopo suspecti essent . et Monachis . a quibus nec unius diei poterant indutias obtinere . appellatione interposita . ab episcopi nuntiis statim cum priuilegium subreptitium legeretur . partes nuntios suos ad sedem apostolicam transmiserunt . de quorum assensu . causa tandem fuit aliis iudicibus sub certa forma commissa . sicut in commissionis litteris continetur . Set cum non omnes possent examinationi cause . propter nimiam distantiam interesse . dilectus filius . . Abbas de Goizoche . una cum venerabilibus fratribus nostris dicto Archiepiscopo . . Babbenbergensi et . . Misnensi Episcopis et quamplurimis ecclesiarum Prelatis . inter Episcopum . te . et Monachos pacem et concordiam reformauit . Iterum autem ad Romanam Ecclesiam latenter accedens . et proponens multa contra Monachos et Episcopum ! ad duos Judicum illorum ! quos superius episcopo diximus esse suspectos et a quibus nuper ipse Episcopus per nuntios appellauerat . commissorias litteras impetrasti . qui cum iustas exceptiones episcopi non admitterent quas in continenti probare volebat . sedem apostolicam appellauit . Sed ipsis in causa nichilominus procedentibus . inuitus accessit ad eos . timens ne sua iustitia deperiret . Cum autem post alia que Judices ipsi proprio motu fecerant terminum publicandis attestationibus prefixissent . venientibus partibus . unus tantum comparuit de iudicibus . cum alterius nuntio .*

qui nec habebat ad alios litteras nec cauere volebat . quod dominus suus! vices suas presenti Judici commisisset . Sicque factum est . quod solus . . Numburgensis Prepositus licet tribus sigillis appositis gesta descripserit . que fuerant ad sedem apostolicam destinata . unde dicebant fidem eis nullatenus adhibendam . et quia ipsum instrumentum relationis ipsorum Judicum . fuit in superficie uitiosum . et datum ab eo quem plurimis dicunt excommunicationis vinculis innodatum . verum premissa fere omnia pro episcopi parte proposita . tu veritate destitui firmiter asserebas . Quia vero memoratus episcopus eo quod iuramentum prestitit de calumpnia et a delegatis indutias postulauit et testes coram eis produxit . appellationi renuntiasse videtur . et eorum examini consensisse . Nos habito fratrum consilio in premissa incidenti questione interlocuti fuimus . quod deberent que coram predictis iudicibus gesta fuerant publicari . ut secundum tenorem ipsorum . nostra tandem sententia formaretur . tibi igitur et procuratoribus episcopi supradicti . venerabilem fratrem nostrum O. Hostiensem Episcopum . et dilectum filium . P. tituli Sancte Cecilie presbyterum Cardinalem . dedimus auditores . qui cum ea que fuerant hinc inde proposita et ostensa nobis et fratribus nostris fideliter retulissent . quia tam per confessiones quam per attestaciones legitime constitit . quod fide hinc inde data compromissum est in arbitrium Archiepiscopi memorati . et quorundam etiam aliorum . nos de consilio fratrum nostrorum ipsum arbitrium decernimus obseruandum . illis dumtaxat exceptis Capitulis . que contra libertatem ipsius monasterii et duarum Capellarum eiusdem in arbitrio sunt expressa . cum et si sponte volueris . de iure tamen nequiueris sine licentia Romani Pontificis renuntiare priuilegiis vel indulgentiis libertatis . que monasterium illud indicant ad ius et proprietatem Romane ecclesie pertinere . presertim cum in ultime commissionis litteris contineatur expressum . quod sepedictus predecessor noster super renuntiatione a te super priuilegio et aliis scriptis facta . nullum tibi vel successoribus tuis . aut etiam Monasterio . et duabus Capellis de Pigauia *. preiudicium voluit generari . Quia vero in eisdem litteris commissoriis patenter expressit . quod indagationem libertatis eiusdem Monasterii . cum duabus Capellis in eadem villa positis . apostolice sedis examini per omnia reseruauit . quicquid contra formam huius mandati a delegatis predictis actum est Reuocamus . et viribus omnino carere censemus . reseruantes eidem Episcopo liberam facultatem . ut contra libertatem ipsius Monasterii . ordine iudiciario ualeat experiri . Interim autem donec ipsa questio canonice terminetur . tu . et monasterium tuum non compellamini obedientiam eidem Episcopo exhibere . set in eo statu maneatis . in quo post impetratum Priuilegium . et ante datum arbitrium . dinoscimini extitisse . Quoniam ergo personales iniurie que precesserant per arbitrium sunt sopite . cum vos vicissim in pacis osculum receperitis . questiones tam super ablatorum restitutione . quam super subiectione . Monasterii . duximus committendas . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis et reuocationis infringere . vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attemptare presumpserit . indignationem omnipotentis Dei . et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum . Datum Romae apud Sanctum Petrum . iij . Idus Julii Pontificatus nostri Anno Primo.* c)

In membrana. — Bulla plumbea pendet in serico discolore, in eiusque anteriore facie capita Petri et Pauli Apostolorum, cum literis: S. PA. S. PE. In altera parte: INNOCENTIVS PP. III. — Cfr. Ludewig, R. M. T. II. p. 201. No. XVI. — Baluz. epp. Innocent. III. lib. I. ep. 317. — C. V. X. de arbitris. (I, 43.). — Mencken, S. R. G. II, 268. C. — Schoettgen, vita Wipr. p. 21. cod. prob. — Schultes, D. D. T. II. p. 393. —

a) Sigefridus. —

b) Coelestinus III. — † 8. Jan. 1198.

c) Innocentius III. (comes de Ségni) electus est post mortem Coelestini III. d. VIII. Jan. 1198. —

VIII. 1201.

Bulla libertatis super omnibus ecclesiae S. Petri in Monte Sereno bonis datis ac dandis.

Innocentius *episcopus seruus seruorum Dei . Dilectis filiis .* Waltero *Preposito Sancti Petri de Monte Sereno eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis . In perpetuum . Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium . ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet . aut robur quod absit sacre religionis infringat . Ea propter dilecti in domino filii uestris et dilecti filii Nobilis uiri . C . Marchionis Orientalis precibus inclinati . Ecclesiam* beati Petri de Monte sereno *in qua diuino mancipati estis obsequio . ad exemplar felicis recordationis .* Honorii *. Pape predecessoris nostri in ius et proprietatem ecclesie Romane recipimus . et presentis scripti priuilegio communimus . Inprimis siquidem statuentes . ut ordo canonicus qui secundum deum et beati Augustini regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur . perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur . Preterea quascumque possessiones . quecumque bona . inclite recordationis* Conradus *Marchio fundator eiusdem ecclesie . et* Otto . Theodericus *. et* Dedo *Marchiones eius filii eidem ecclesie contulerunt . cum ceteris que impresentiarum rationabiliter possidet . aut in futurum concessione pontificum . largitione Regum uel principum . oblatione fidelium . seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci . firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant . In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis . Locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis . Ecclesias in* Zurbeke *. in* Oimstrowe *. in* ylburch *. in* Numek . Lubechunx . Welperede . Wiltuwum . Wilzun *. et* Sconowe . *Vineas et Molendinum in* Witin . *Villas in* Naliz . Nobediz . Papendorp . Silikistorp . Braucowiz . Welpredhe . Wiltuiz . Sconowe . Wilciz . Colzowe . Cokire . Rochtendor . Pauendorp . Gordenewiz . Grabuwiz . Mil-

NEWIZ . et SORDUWIZ . *cum omnibus pertinentiis ſuis . Jus parrochiale in tredecem villis . ſicut bone memorie* DOCHERUS *Magdeburgenſis Archiepiſcopus veteri capelle veſtre que ſita eſt in aquilonali parte majoris eccleſie pia liberalitate conceſſit . ſtatuens ut habitatores villarum ipſarum in eadem Capella baptiſma et ſepulturam reciperent . et Prepoſitus ueſter qui pro tempore fuerit ipſius capelle curam haberet . ita tamen quod unus canonicorum de auctoritate prepoſiti predicaret populo . pueros baptizaret . uiſitaret infirmos . mortuos ſepeliret . et alia que ad ius parochiale pertinent . exerceret . cuius conceſſionem quatuor ſucceſſores ipſius poſtmodum confirmarunt . Cum autem generale interdictum terre fuerit . liceat uobis excluſis excommunicatis . et interdictis . clauſis ianuis . non pulſatis campanis . ſuppreſſa uoce . diuina officia celebrare . Criſma uero oleum ſanctum . conſecrationes altarium ſeu baſilicarum . ordinationes clericorum qui ad ſacros ordines fuerint promouendi . a dioceſano ſuſcipietis epiſcopo ſiquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem ſacroſancte Romane ſedis habuerit . et ea uobis uoluerit ſine prauitate qualibet exhibere . Alioquin liceat uobis quemcumque malueritis catholicum adire antiſtitem . gratiam et communionem apoſtolice. ſedis habentem . qui noſtra fretus auctoritate uobis quod poſtulatur impendat . Sepulturam quoque ipſius loci liber*[am] *eſſe decernimus . ut eorum deuotioni et extreme uoluntati qui ſe illic ſepeliri deliberauerint . niſi forte excommunicati vel interdicti ſint . nullus obſiſtat . Salua tamen iuſtitia illarum eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur . Baptiſmus autem tam in eccleſia Sancti Petri quam Capella predicta ſicut a quadraginta annis hactenus ſine contradictione cuiuslibet celebratus eſt . ita de cetero celebretur Obeunte uero te fili prepoſite uel tuorum quolibet ſucceſſorum . nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu uiolentia preponatur . niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars majoris et ſanioris conſilii ſecundum Deum et beati Auguſtini regulam prouiderint eligendum . Ad hec preſenti priuilegio prohibemus . ne contra id quod fuit ab eccleſie veſtre fundatore ſtatutum . et ab eiusdem eccleſie fundatione ſeruatum . aduocatia eius in feudum cuiquam conferatur . Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam Eccleſiam temere perturbare . aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere . minuere . ſeu quibuslibet uexationibus fatigare . ſed omnia integra conſeruentur . eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura . Salua ſedis apoſtolice auctoritate . et in parrochialibus eccleſiis quas habetis dioceſani Epiſcopi canonica iuſtitia . Ad indicium autem huius percepte a ſede apoſtolica libertatis biſantium auri . vel fertonem argenti . nobis noſtrisque ſucceſſoribus annis ſingulis perſoluetis . Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit ſecundo tertioue commonita . niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit . poteſtatis honorisque ſui dignitate careat . reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat . et a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei et domini redemptoris noſtri iheſu chriſti aliena fiat . atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat . Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri iheſu Chriſti . Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant . et apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant . Amen . Amen . Amen . —*

(L. M.) [a] (Formula: „*Bene valete*“ in monogr.) [b])

Ego Innocentius catholice eccleſie eps.
Ego Octauianus Hoſtiens . et Velletren. eps.
Ego Johannes Albanens. eps.
Ego Petruſ tt. S. Cecilie pbr. Card.
Ego Guido ſancte Marie trans tyberim pbr. Card.
Ego Hugo Pbr. Card. ſancti Martini tt. equitii.
Ego Cintherus tt. ſancti Laurentii in lucina pbr. Card.
Ego Soffredus tt. S. Praxedis pbr. Card.
Ego Bernardus ſancti Petri ad vincula pbr. Card. tt. Eudoxie.
Ego Johannes tt. Sancte Priſce pbr. Card.
Ego Cencius pbr. Card. ſanctorum Johannis et Pauli tt. pamachii.
Ego Gregorius tt. ſancti vitaliſ pbr. Card.
Ego Petrus. tt. S. Marcelli pbr. Card.
Ego Benedictuſ tt. S. Suſanne pbr. Card.
Ego Leo tt. ſancte crucis in jeruſalem pbr. Card.
Ego Gratianus ſanctorum Coſme et Damiani diac. Card.
Ego Gregoriuſ ſancti Georgii ad uelum aureum diacon. Card.
Ego Gregoriuſ ſancti Angeli diaconus Card.
Ego Hugo ſancti Euſtachii diac. Card.
Ego Matheuſ ſancti theodori diac. Card.
Ego Johanneſ ſancte Marie in Coſmidin diac. Card.

Datum laterani per manum BLASII *ſancte Romane eccleſie Subdiaconi et Notarii XII. Kal. Aprilis Indictione . V . Incarnationis dominice anno . M . CC . j . Pontificatus uero donni* INNOCENTII *pape . III . Anno Quinto .* [c])

In membrana. — Bulla plumbea, ut in dipl. anteced., appendet. — Cfr. Ludewig R. M. Tom. II. pag. 208. No. XVII. — Baluzius Epp. Innocent. III. lib. V. ep. 9. (II. 614.) — Dreyhaupt, Beschreibung des Saalkreises. Tom. II. p. 563. — (Cfr. pagg. 869. seqq.) — Schultes, l. l. p. 412. —

---

a) Cfr. Ciaconii vit. Pont. ab Oldoino prod. Tom. II. pag. 8. E. —

b) Mabillon, R. D. lib. II. cap. XIV. no. 10. (pag. 129.) — et lib. V. tab. 50. (p. 445.) — Heineccius de Sig. vet. Pars I. c. XII. (p. 145.). — Du Cange s. v. „bene valete“. —

c) Indictio V. est anni 1202, quod et quintum est pontif. Innoc. III. —

IX. 1218.

Trium episcoporum arbitrium in causa Monasterii Pigav. contra Marchionem Misnensem Theodericum.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis . ALBERTUS *dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus .* ENGILHARDUS *numburgenſis .* EKKEHARDUS *Merſeburgenſis .*

episcopi . omnibus Christi fidelibus . ad quos presens scriptum peruenerit salutem sempiternam . Quoniam ea que geruntur in tempore ab hominum memoria cum lapsu temporis elabuntur . nisi scripturarum permanentia fulciantur . expedit ut ea que rationabiliter gesta diuturniora speremus . scriptorum autentico solidemus . Modernorum igitur et posteritatis noticie . significamus . quod cum inter . T . misnensem Marchionem et orientalem . et . S . pigaviensem abbatem occasione terminorum eis communium iurium quorundam et dampnis ecclesie irrogatis . controuersia crebrius oriretur . nec facile sedabilis . ad plurium annorum curricula protenderetur . Illustris dominus noster Fri . *Romanorum Rex nobis dedit in mandatis . ut partibus conuocatis et causa hinc inde cognita ipsam iusto fine secundum sentenciam*[a]) *terminaremus . Nos itaque ad mandatum regium ad locum accedentes . partes conuocatas inuenimus composicionem adeo desiderantes . quod sponte se nostro arbitrio submiserunt . Nos quoque arbitrium assumpsimus sine preiudicio auctoritatis . a domino nostro Rege nobis omnimodis in tali negocio commisse . Sicque arbitrati sumus . quod Marchio predictos expediat et imposterum expeditam dimittat stratam transeuntem per* Grouiz *sine ipsius uille destructione aut eandem stratam circumducat . In* Groiz *non erit forum annone quod uulgo dicitur* cornmarct . *nec Moneta nec cambium . siue theloneum . hoc modo .*[b]) *Currus onerati vino vel pannis soluent de qualibet rota unum denarium . Alias currus quocunque oneratus . soluet tantum II denarios . Marchio nouum pontem destruet . nec deinceps ibi vel alicubi aliquem alium . in preiudicium abbatie faciet componi . In senioribus abbatie nichil iuris habebit . insuper marchio dabit abbati quingentas marcas in usus ecclesie conuertendas et illas persoluet a pascha primo venturo ad unum annum . Si vero infra talem terminum persoluere neglexerit . cum ipse cursus temporis esse sibi debeat monicio . ipse preter omnem excommunicabitur scitacionem . Si dissensio vel discordia qualiscunque orta fuerit inter homines marchionis et inter homines abbatie , et hoc acciderit infra septa villarum abbatie ad abbatem super eo iudicium deferetur . Ciuilis vero ubicunque fuerit orta si abbatie homines pulsabuntur . ab abbate iudicium requiretur . Officiati marchionis tam uillici quam bedelli in hominibus et bonis abbatie sibi nullum ius uendicabunt . Ex altera parte abbas* pigowe *pontes tracticios destruet alios preparando sicut antiquitus fuerunt . Strata per* Pigowe *transiens expedita erit a porta Marseburgense . ad portam que tendit* groiz *nec aliquo modo theloneì impedietur preter antiquum modum . Pons qui a pigowe uersus* groiz *productus ab hominibus abbatis preparabitur in locis sibi deputatis ab antiquo et a tali preparacione poncium abbas . et hospitale et parrochianus erunt omnimodis exepmti . Si dubium fuerit ortum super arbitrio a nobis cum simus arbitri . decisio talis dubii a nobis requiretur . Si ab alterutra parte arbitrium lesum dicatur . hoc nos tenebimus diiudicare . Preterea marchio et heredes ipsius et abbas suique successores nobis et nostris successoribus ad compositionis perseuerantiam perpetualiter tenebuntur iudicio nobis de ipsis quantum ad composicionis obseruanciam omnimodis permanente . Si uero unus ex nobis interesse nolit vel non possit . duo nostrum nichilominus de predictis iudicent . et iudicata secundum sententiam et ordinem iudiciarium exequantur . vt autem pretaxata omnia contra quamlibet calumpniam sint firmiora . super ipsis hanc paginam conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri . Testes qui interfuerunt . hii sunt .* Teodericus *prepositus de* monte sereno . Hademarus *canonicus de* nuenburc . Burkardus *majoris ecclesie canonicus in* Magdeburch . Hermannus *plebanus in* vfizenuels . Godefridus *plebanus in* Bizich . *Comes* heinricus *de* swarzburch . Gunzelinus *de* crozuch . Jaczo *de* salzwitele . Heinricus *senior de* chorun . Ditericus *rabil* . Lutolfus *de* Gutenberch . Reinbertus *de* horeburch . Albertus *de* falua . Albertus *dapifer de* burne . *Actum dominice Incarnacionis onno M CC XVIII . Pontificatus uero domini .* Honorii *Pape tercii . Anno III.*[c]) *Mense Augusto . Indictione septima . Quarto decimo kalendas Augusti .*

In membrana. — Sigilla tria ablata sunt. — Cfr. Ludewig l. l. p. 212. no. XVIII. — Schoettgen, l. l. p. 31. — Schultes, l. l. p. 233—35.

a) Ludewig R. M. Tom. II. p. 213. l. iusto fine tandem finitam. —
b) Ludewig l. l. p. 214. l. sive etiam. — Schoettgen, vita Wip. p. 32. cod. prob. —
c) Honorius III. (Cencio Savelli) electus anno 1216, d. XVIII. Julii. — Indictio anni 1218 est VI. —

X. 1239.

Literae episcopi Halberstadensis de cappella in minori Osterhusen.

L.[a]) *Miseracione diuina Halberstadensis ecclesie episcopus . Dilectis filiis abbati et collegio* Sychemensi *cum paterna caritate salutem in domino . Cum reuerendum ordinem Cysterciensem a benignitate sedis apostolice ob fauorem sue religionis in multis nouerimus priuilegiatum , tamen aliquando plenitudo indiget adiectione Ideo nos pro modulo nostre possibilitatis utilitati eiusdem paterna curamus intendere prouisione . Inde est quod nos pro honore gloriose virginis Marie et anime nostre remedio Insuper precibus Venerabilis fratris et coepiscopi nostri domini E . Merseburgensis inclinati , peticionem tuam fili abba et reuerende vniuersitatis tue pro officianda capella in* minori osterhusen *in grangia vestra constituta , duximus admittendam . ius spirituale ad nos respiciens monasterio* sychemensi *perpetua stabilitate donantes . nec uidentur iura sinodalia archidiaconi in hoc diminui cum predicta uilla omnino sit uiduata habitatore sola grangia monasterii manente . Si quis autem contra hanc nostram donationem uenire attemplauerit , indignationem dei omnipotentis et beate virginis Marie et sancti Stephani patroni nostri . et predicte capelle et nostram se nouerit incursurum . Testes huius donacionis sunt venerabilis dominus .* E . Merseburgensis episcopus . G. Sychemensis abbas . *et fratres sui .* H. *prior .* C. *supprior .* Vlricus . Conradus . Albertus *custos .*

Magister RICBERTUS *medicus noster* . A. *notarius noster* . *Milites nostri* . WERNERUS DE SUSELIZ . FRIDERICUS . BERNARDUS DE OLUENSTEDE . *Acta sunt hec anno dominice incarnacionis* . *M. CC. XXXIX. VII Idus Februarii* . *Pontificatus nostri anno quarto* . *Et ut hec donacio inconcussa permaneat , sigilli nostri appensione eam duximus muniendam* .

In membrana. — Sigillum pendet Episcopi rotundum, in literis, quae circum sunt, vitiatum. Sedet Episcopus mitratus, tenens dextra pedum, altera librum evolutum. Epigraphe: LVDOLFVS etc.

a) Ludolfus. —

XI. 1266. [a])

Albertus Thuringiae Lantgravius et Sax. dux etc. etc. confirmat ecclesiae Portensi VI. agros in pago villae OWERSTEDE. — *Dat. Ekkehardesberg anno domini MCCLXVI . in octava Mychahelis.*

In membrana. — Sigillum ablatum. — Impr. ap. Schoettgen, opusc. min. p. 264. seq.[b]) — (analecta Port. §. 9. VIII.) — Cfr. Bertuch, chron. Port. pag. 37. II. —

a) In tergo dipl. not. — Dieses Diploma hat der Chur-Sächs. Historiographus Knauth nicht besser zu nutzen gewusst, als dass er Bücher darein binden lassen: und da solches nebst andern von ihm nach seinem Tod zur Auction in Dressden a. 1743 kam, ward ich es gewahr, erstande solches, um es wieder zu reinigen und zu nutzen. — Solches hat auch Hr. Rect. Schöttgen a. 1743 in seine Analecta Monasterii Portensis p. 11. mit einrücken lassen, und mit wenig Worten auff die Fata dieser Urkunde daselbst gezielet. — M. Ge. Chr. Kreysig. —

b) In dipl. legg. — rationabiliter. — Owerstete. — emptio. — donatio. — inconwlsa. — Henricus de Schonenberg, milites, et alii etc.

XII. 1270.

Theodericus Episcopus Numburg. sanctimonialibus monasterii S. Stephani Cizensis donat proprietatem quatuor mansorum in Zwirtsowe.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis: THEODERICUS *dei gratia Nuenburgensis Episcopus* . *Omnibus in perpetuum* . *Voluitur tempus et est hominis vita breuis, propter quod ea que racionabiliter nunc aguntur cum tempore recederent tempore subito recedente, nisi scripture testimonium ea transferret ad noticiam futurorum* . *Ea propter ad noticiam tam presentium quam futurorum volumus peruenire, quod nos ad instanciam multiplicem honorabilis viri, domini* THEODERICI *prepositi, nec non domine*....... *Abbatisse, Tociusque Conuentus sanctimonialium beati Stephani Cycensis, quatuor mansos sitos in* ZWIRTSOWE, *nobis libere uacantes per uoluntariam resignationem Illustris principis patrui nostri dilecti* THEODERICI MARCHIONIS DE LANDESBERC, *cui eosdem mansos antea resignauerant* CONRADUS *eiusdem principis notarius, nec non* TICZEMANNUS *et* LUDOLPHUS, *milites, fratres eiusdem notarii, dicti* HEUESTRIT *quosque mansos prefati, prepositus et sanctimoniales per commutacionem quatuor mansorum sitorum in* NEZZE , *sue utiliter compararunt ecclesie, bonum in melius feliciter commutando* . *ipsos prelibatos quatuor mansos cum omni iure et utilitate quo iidem mansi ad nos et nostram pertinebant ecclesiam in proprium dedimus et donauimus sepedicte Ecclesie beati* STEPHANI *in* CYCE, *de tocius Capituli nostri uoluntate unanimi et consensu* . *iusto proprietatis tytulo perpetuo possidendos* . *Et ne de hac nostra donacione cuiquam in posterum dubietas oriatur, presentem literam desuper conscribi fecimus nostri sigilli munimine roboratam* . *Nos quoque M. Dei gracia prepositus* . *Th. Decanus* . *Totumque dicte Nuenburgensis Ecclesie Capitulum ad exprimendum consensum nostrum prenominate donacioni liberaliter accessisse, eandem literam sigillo quo Ecclesia nostra utitur similiter iussimus communiri* . *Actum et datum* ZANGENBERC *anno domini* . *M.CC.LXX. feria quinta ante diem beate Lucie virginis, Indictione* . *XIII. Pontificatus nostri anno* . *XXVI. coram testibus infra scriptis, domino* ENGILBERTO *Decano* . *domino* BERTOLDO *Custode*, THEODERICO DE NERERE . PETRO *nostro notario*, *Canonicis, Cycensibus, Magistro* VLRICO *de* ZCONSCH, *domino* JOHANNE *capellano nostro* . THEODERICO DE LOBENSTEIN *nostro notario, domino* GERHARDO DE LAPIDE . H. DE HOYKENWALDE . HEINRICO *et* GOD. DE HOGENIST, L. DE MOSIN, H. *et* TH. DE ECZELSTORF, *militibus, et aliis quampluribus clericis et laycis fide dignis.*

In membrana. — Sigillum Episcopi oblongum appendet integerrimum et sigillum Capituli Numburgensis rotundum, male seruatum. — Vid. infra dipl. de ao. 1297. — Cfr. Ludewig, R. M. I. I. p. 235. no. XXXIII. —

XIII. 1271.

Beringerus de Briseniz vendit Monasterio Portensi certa bona in Grutsene et alia in Dorndorf sita.

Uniuersis Christi fidelibus in perpetuum . *Dubium non est omnia omnino* . *que recto geruntur consilio* . *iure meritoque effectu et firmitate niti* . *sed uergente in senium seculi corruptela, ex fragilitate nostri temporis ad quos fines ipsius seculi deuenerunt* . *nostra sepe labitur et euacuatur memoria, et humanus frequenter deficit intellectus* . *Inde est quod retro acta negotia, semel decisa ac legittime diffinita, ne alicuius deinceps suspicionis uel dubitationis in ipsis residere possit occasio* . *patenti thomo, et fidelissimo scripture testimonio muniuntur* . *Propter quod Ego* BERINGERUS *Miles, dictus de* BRISENIZ . *littera presenti protestor* . *uniuersis ac omnibus significo, quod bona sita in uilla* GROVTSENE *dicta, montem vnum cum tribus vineis in eodem monte sitis cum orto humuli eiusdem montis* . *cum quinque areis* . *cum piscaria que durat et ducitur a uado uel loco qui dicitur* DIFESPHORTH . *usque ad uillam* STUDENIZ . *cum salicto et iugere ad ipsam piscariam pertinentibus* . *Insulam etiam et salictum situm sub* MONTE SY-

BOTONIS *ſic dicto . cum omni iure . prouentu . et utilitate vendidi . Anno Domini . M.CC.LXIIIj. in die beatorum apoſtolorum Petri et Pauli . Domino abbati et eccleſie* PORTENSI, *Cyſtercienſis ordinis, Nuenburgenſis dyoceſis . cum conſenſu et conniuentia heredum meorum pro centum, quinquaginta Marcis argenti . quas me fateor ab ipſa eccleſia recepiſſe . et ſuper dampnis que ex dilatione ſolutionis predicti argenti pertuli . ſecundum arbitrium diſcretorum uirorum . Domni,* GUNTHERI, DE BUNOWE . HEINRICI DE SCONENBERCH . *et* ALBERTI DE FLEMINGIN . *Militum . quos ex parte mea in arbitros aſſumpſeram . et* VOLRADI DE BOLZ, THEODERICI, DE LESTEN *militum, et* HEINRICI, DE ROSINHAIN . *quos eccleſia ſepedicta item in arbitros aſſumpſerat . Anno domini . M.CC.LXXI. in vigilia beate Marie Magdalene . ſumma decem Marcarum argenti michi ſatiſfactum eſſe . Anno autem domini . M.CC.LXVIIj. Item vendidi eccleſie ſepius memorate . ſex iugera ſita iuxta villam* DORINDORPH . *octo areas in eadem villa . et nouem vineas in monte veteri ſic dicto, et ipſum montem integrum cum frutectis et omni vtilitate nunc in eo apparente vel in ewm quomodolibet emerſura . pro octoginta tribus Marcis argenti . quas me fateor integraliter recepiſſe ſine dampno . Bona autem omnia ſupra dicta vtriusque emptionis optuli ſuper ſummum altare* PORTENSIS *eccleſie et contradidi et appropriaui cum omni iure . dominio . prouentu . et vtilitate . eidem eccleſie perpetuo poſſidenda . Ad huius rei teſtimonium, preſentem litteram, ſigillo meo, et ſigillo amicorum meorum,* DE BUNOWE, *ſigillari feci, ut ex hoc ſit viuax memoria et perhennis . Data* KANBURHC *Anno domini . M.CC.LXXI. pridie Kalendas Auguſti . Indictione, XIII. Huius rei teſtes ſunt . compoſitores amicabiles ſupra dicti .* FRIDERICUS, DE MUCHELE . PETRUS, DE NITSHITZ . OTTO, DE LUCHOWE . *et frater ipſius* HEINRICUS . THEODERICUS BATHSEN . HEINRICUS CURTHEFRUNT . *Milites .* ALBERTUS, DE RODE . HEINRICUS, DE HERINGIN . *et* ALBERTUS, DE SCUDIZC . *caſtellani in* RUTHLEIBISBERCH . WOLFERUS DE BIBERA . BERTOLDUS, DE HESILLERE . *et frater ſuus,* EKEHARDUS . GELFRADUS, DE LUCHOWE . *Milites .* HUGO, DE SCIDINCHEN . *Caſtellani in* HESILLERE . *et alii quamplures . Preterea fratres Portenſes . Dominus* REINHARDUS *abbas .* ALBERO *quondam abbas .* HEINRICUS, *de* BREN . EMUNDUS *cellerarius .* LUDEWICUS *cantor .* THEODERICUS *notarius abbatis Monachi ,* WERNHERUS . GOTHEFRIDUS . FRIDERICUS *conuerſi.*

In membrana. — Pependerunt duo sigilla, sed nunc desiderantur. — Cfr. Ludewig l. l. p. 236. No. XXXIV. — Bertuch, chronic. Port. p. 75. [Gruthene]. —

XIV. 1282.

Christani Episcopi Sambiensis Indulgentiae pro Monasterio Pygaviensi.

CRISTANUS *Dei gratia* SAMBIENSIS *epiſcopus omnibus chriſti fidelibus preſens ſcriptum intuentibus ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus . Licet is de cuius munere veni ut ſibi digne ac laudabiliter a ſuis fidelibus ſeruiatur de habundancia pietatis ſue que merita ſupplicum excedit et vota benefacientibus multo maiora retribuat quam valeant promereri, volentes tamen populum domino reddere acceptabilem, chriſti fideles ad complacendum ei quibusdam illectiuis muneribus indulgenciis ſcilicet et remiſſionibus inuitamus vt exinde reddantur diuine gracie apciores . Cupientes igitur ut* MONASTERIUM SANCTI JACOBI APOSTOLI *in* PYGAUIA *Merſeburgenſis dyoceſis ad romanam eccleſiam nullo medio pertinentis ordinis ſancti benedicti congruis honoribus frequentetur, omnibus chriſti fidelibus vere penitentibus et confeſſis qui ad idem monaſterium in feſtiuitate Jacobi apoſtoli et in dedicacione ipſius monaſterii ſingulis annis cauſa deuocionis acceſſerint, vel qui ad ipſum monaſterium manum porrexerint adiutricem quadraginta dies de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus . Datum in* OLDESLEIBIN . *Anno domini . M . CC . LXXXII. XIIIj. Kal. Auguſti . Anno Pontificatus noſtri . Vj.*

In membrana. — Sigillum dimidia parte consumtum, sistit Praesulem benedicentem, sinistra tenentem pedum. Epigr. del. — Cfr. Schoettgen, l. l. p. 34. —

XV. 1288.

Fridericus, marchio de Landesberg, donat ecclesiae in Langendorff mansum in pago Bolin.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Amen. FRIDERICUS *dei gratia* MARCHIO DE LANDESBERC *omnibuſ in perpetuum. Multitudo tractatuum uarietaſ temporum ſic humanam infirmat memoriam ut plerumque ea que geruntur in tempore in obliuioniſ cadant materiam niſi ſcripturarum teſtimonio et ſubſcriptione teſtium fuerint ſtabilita. Nouerint igitur tam preſentis quam futuri temporis ſucceſſores quod noſ unum Manſum ſitum in pago* BOLIN *ſolventem annuatim viginti et ſex Modioſ quem dominus* WIKNANDUS *miles de* SCHOENOWE *a nobiſ iuſto tytulo tenuit feodali quemque Dominus* JOHANNES *ſacerdos plebanus in* KOSELWIZ *nec non Soror* KUNIGUNDIS *eiuſ famula ob ſalutem et remedium animarum ſuarum ab eodem Domino* WIKNANDO *pro ſuis compararunt denariis ad eccleſiam in* LANGENDORF *pertinendum . poſt liberam Reſignationem ipſius Domini Wiknandi nobis factam precibus ſuis ſauorabiliter inclinati Dicte eccleſie ſiue Conuentui dominarum in* LANGENDORF *dedimus et tranſtulimus in eandem eccleſiam tytulo proprietatis perpetuo poſſidendum cum omni iure et utilitate ſeu prouentu qui exinde prouenit vel prouenire poterit in futuro . Nichil iuris nobis et heredibus noſtris in eodem Manſo ab hac hora in antea reſeruanteſ. Renuncianteſ nichilominus omni actioni nobis competenti et competiture omni excepcioni tam iuris quam facti omni conſuetudini tam generali quam ſpeciali omni auxilio iuris per quod dicta Donatio vel tranſlatio per nos facta de iure vel de facto poterit impugnari. Fructus quoque predicti Manſi ac omnis cenſus qui exinde prouenit ad eoſdem pertinebit uite tem-*

poribus eorundem Post mortem vero ipsorum Idem Mansus ad ecclesiam predictam siue conuentum in LANGENDORF *redibit integraliter prout in precedentibus plenius est expressum . Predicti siquidem Dominus* JOHANNES *et soror* KUNIGUNDIS *de Manso eodem statuerunt et ordinnauerunt vt eorum anniversarius cum tribus fertonibus in predicta Ecclesia Langendorf annis singulis sollempniter peragatur videlicet in anniversario Eiusdem Domini* JOHANNIS *cum dimidia Marca et similiter in anniversario Sororis dicte* KUNIGUNDIS *cum fertone Sanctimonialibus Ecclesie prefnte pro solatio et recreatione earundem corporis servicium faciendo. Vt autem hec hec nostra liberalis ac voluntaria Donatio vel translatio sepe dicti Mansi siti in pago Bolin Robur obtineat perpetue firmitatis presentem Litteram Desuper confectam prelibate Ecclesie siue conuentui in Langendorf in euidens predictorum omnium argumentum dari iussimus nostri Sigilli Munimine Roboratam . Actum et Datum* WIZENVELS *coram Testibus infra scriptis* HEINRICO CONRADO *et* ALBERTO *fratribus dictis* KNUT HEINRICO *de* SLATEBACH *et* HEINRICO *de* KYRCHDORF *Militibus .* HEINRICO *de* ZVEIME *et* LUDEWICO *de* WIRCHUSIN *nostris Notariis et aliis quampluribus fide dignis Anno Domini M.CC.LXXXVIII Indictione sexta decima.* [a])

In membrana. — Fila serica rubri et viridis coloris pendent, sigillum desideratur.

a) Indictionis numerus a. 1288. est I. et indictiones ad XV. tantum numerari nescivit Notarius. —

XVI. 1297.

Brunonis episcopi Nuenburgensis donatio $1\frac{1}{2}$ mansi in Stontsh, monast. Pygav. facta.

In nomine domini amen . BRUNO *dei gratia . Nuwenburgensis Episcopus omnibus in perpetuum. Cum hominum labilis sit memoria, ne ea que rite fiunt ab eisdem in obliuionem deueniant, perhennari solent obsequio litterarum . Ea propter ad notitiam tam presentium quam futurorum cupimus peruenire . Quod cum honorabilis dominus* CUNRADUS *Abbas Monasterii* PYGAUIENSIS *. pro viginti marcis et una, mansum et dimidium sitos in* STONTSH *. Soluentes annis singulis . triginta solidos Monete Pygauiensis . Et quadruplicis annone, duodecim modios pygauienses erga* ALBERTUM *dictum* ANTICHRISTUM *ciuem in pygauia, emisset iusto emptionis et uenditionis titulo interueniente . qui mansus et dimidius iure proprietatis ad nos et ad nostram pertinuit ecclesiam post uoluntariam resignationem dicti* ALBERTI *suorumque heredum, factam ad manus* THEODERICI *et* HEIDENRICI *fratrum* DE PUBSH, *a quibus in feodo tenuerunt, et post uoluntariam resignationem eorundem fratrum . et* GERDRUDIS *matris eorundem factam ad manus dominorum* HERMANNI *et* HENRICI BURCGRAUIORUM DE NOUO CASTRO *a quibus tenebant iure simili dicti fratres et deinde post resignationem eorundem burgrauiorum ad manus nostras factam . qui eodem iure predictum mansum et dimidium a nobis tenebant . et a nostra ecclesia supradicta . Nos ob reuerentiam dei et honorem beati Jacobi apostoli, ad deuotam quoque instantiam predicti domini abbatis iam dictum mansum et dimidium libere nobis vacantem propter voluntarias resignationes supradictas, cum omni iure et vtilitate que inde proueniunt vel in futurum prouenire poterunt, et aliis omnibus suis pertinentiis predicto domino abbati et suo Monasterio Pygauiensi in proprium damus et tradimus donatione legitima . de totius nostri Capituli vnanimi consensu perpetuo possidendum . Vt igitur hec nostra donatio robur contineat perpetue firmitatis, presentem literam super eo conscriptam, dari iussimus nostri sigilli robore communitam . Nos quoque* BRUNO *Dei gratia prepositus .* CUNEMUNDUS *Decanus . Totumque dicte Nuenburgensis ecclesie Capitulum . ad exprimendum consensum nostrum premisse donationi liberaliter accessisse . Sigillum nostre ecclesie presentibus similiter duximus apponendum . Acta sunt hec presentibus testibus infra scriptis . Domino* CRISTANO *Abbate Monasterii* SANCTI GEORII *in* NUENBURG. *Domino* FRIDERICO *Abbate* PUZAUIENSI *. Domino* HERMANNO *et Domino* HEINRICO *. fratribus* BURGRAUIIS DE NOVO CASTRO *. Domino* GEBEHARDO *. Domino* OTTONE *de* KOLDITZ *. et Domino* WALTHERO *Canonicis Cycensibus . Domino* HERMANNO *de* WILDINBORNE *. Domino* TICEMANNO *de* BUCKUITZ *et Domino* JOHANNI *de* HANINUELT *militibus . Domino* VLRICO *Plebano sancti Laurentii in pygauia . et Domino* PETRO *Plebano in* PROUIN, THEODERICO *et* HEIDINRICO DE PUBSH *laicis et aliis quam pluribus fide dignis. — Datum Anno Domini . M.CC.XC.VII. VIII. Idus Septembris . Indictione X. anno pontificatus nostri XIII.*

In membrana. — App. sigilla episcopi et capituli, quae et aere expressa exstant apud Ludewig l. l. p. 244. (no. XXXIX.). — Cfr. Glafey, Dec. Sig., c. V. sect. III. §. 9. et tab. XI, 41. — Schoettgen, vita Wipr. cod. prob. no. XIV.

XVII. 1300.

Ecclesia in BENERVLCH — [MEIERVELT] — Bonifacii VIII. nomine quadraginta dies indulgentiarum accipit. —

Vniversis sancte matris Ecclesie filiis ad quos presentes littere peruenerint Nos miseratione diuina RANUTIUS CALLARITANUS *.* ADMULFUS CONSANUS *(sic) Archiepiscopi,* MANFREDUS SANCTI MARCHI, NICOLAUS TORTIBULENSIS, ANTONIUS CENADIENSIS *episcopus . salutem in domino sempiternam . Splendor paterne glorie qui sua mundum illuminat, in effabili claritate pia uota fidelium de clementissima ipsius maiestate sperantium nunc precipue benigno fauore prosequitur cum deuo ta ipsorumhumilitas sanctorum meritis et precibus adiuuatur . Cupienes igitur ut Ecclesia sanctorum Petri et Pauli in* BENERVLCH — [MEIERVELT] — *Nuebhorgensis dyoc. congruis honoribus frequentetur et a christi fidelibus iugiter ueneretur . Omnibus uere penitentibus et confessis qui ad dictam Ecclesiam in singulis festiuitatibus seu diebus subscriptis, videlicet Natiuitatis domini nostri ihesu christi . Resurrectionis . Ascensionis et*

Pentecostes . in quatuor festiuitatibus beate Marie . scilicet . Natiuitatis . Purificationis . Annuntiationes et Assumptionis . In festo beatorum Petri et Pauli, sanctorum Johannis baptiste et Euangeliste, sancti michaelis archangeli sancte Marie Magdalene, sanctorum Nicolai, Martini . Georgii, Gregorii et Augustini, sanctarumque Margarete, Agnetis, Lucie, et Katerine virginum, et Omnium sanctorum, et Dedicacionis ipsius Ecclesie, ac per ipsarum festiuitatum Octauas, Causa deuotionis et spiritu humilitatis accesserint, seu qui ad fabricam luminaria uestimenta ornamenta libros, seu aliqua alia ipsi Ecclesie necessaria manus porrexerint, adiutrices, seu quicunque facultatum suarum legauerint, donauerint, miserint, seu etiam procurauerint Ecclesie prelibate . Nec non qui pbm (sic) *ipsius Ecclesie cum christi infirmos uisitantes associauerint . Nos de omnipotentis dei misericordia dulcissimeque Marie gracia et beatorum Petri et Pauli apostolorum meritis et auctoritate confisi, Quilibet nostrum xl. dies de iniunctis sibi penitentiis Dum modo dyrecta uoluntas ad id accesserit et consensus misericorditer in domino relaxamus . In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum . Datum* ROME *Anno domini . M . CCC. Pontificatus domini* BONIFACII *pape VIII. Anno VI.*[a])

Nos Bruno dei gratia Nuenburgensis Episcopus quia premissis assensimus sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Omnibus vere penitentibus et confessis Quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in domino similiter relaxantes . Datum anno domini M . CCC. Primo . Pridie Non . Maij . Pontificatus nostri anno XVj. —

In membrana. — Pependerunt VI sigilla. —

a) Bonifacius VIII. (Benedictus Caietan) electus est d. XXIV. Decbr. 1294.

XVIII. 1301.

Rudolphus, dux Saxoniae, confirmat donationem III. marcarum ex villis Cozwic et Lubin ecclesiae Prettin. factam. —

In nomine domini amen . Nos RODOLFUS *dei gratia Saxonie . Angarie . Westfalie . Dux . Comes in Bren . Recognoscimus tenore presencium publice protestantes . quod principaliter moti diuine retributionis intuitu ac deinceps sinceris et deuotis precibus* BERNERI *Ciuis nostri in* PRETIN *humiliter inclinati pro nostra nostrorumque progenitorum salute . ac remedio animarum proprietatem trium Marcarum ab omni seruitute liberam parochie seu Ecclesie in* PRETIN *contulimus liberaliter et perpetuo possidendam . et in hiis scriptis conferimus et donamus . cedentes omni juri quod nobis aut nostris successoribus in predictis tribus Marcis singulis annis plebano qui pro tempore fuerit . exsoluendis nunc aut in futuro posset competere quouis modo . Soluentur autem annuatim predicte tres Marce de tribus mansis sitis in campis villarum* COZWIC *et* LUBIN *ibidem incolis bene notis . Et quia ex donatione predicte proprietatis condicio prefate Ecclesie meliorata existit . Idcirco debet et merito diuinum ibidem seruitium aucmentari . Quam ob rem plebanus sepedicte Ecclesie singulis diebus de mane unam Missam in honore omnipotentis dei . eiusque matris Marie ac omnium Sanctorum faciet . pro salute animarum* BERNERI *predicti et* MARGARETE *vxoris sue qui predictam donacionem fieri procurauit . perpetuo decantari . Et quia Sigillum adhuc non habemus nostri dominii seu Ducatus . Idcirco Sigillo inclite domine* AGNETIS . *matris nostre vsi sumus in euidenciam huius facti . Testes autem predicte nostre donacionis sunt . Magr.* EKHARDUS *plebanus in Pretin . dominus* MARTINUS *Cappellanus noster .* HERMANNUS *Notarius noster . clerici . dominus* CONRADUS DE GLOBK . *dominus* CONRADUS DE BISEN . *dominus* THEODERICUS DE BREN *milites . et alii quam plures fide digni . Datum et actum in* PRETIN *Anno domini M . CCC primo in crastino Sancti Lamberti Episcopi.*

In membrana. — App. sigillum Agnetis, Ducissae Sax., Angar., Westph., et comitissae de Bren. — Cfr. Ludewig l. l. Tom. I. p. 241. et 244. — Fr. Zollmann, histor. Untersuchung des Sächs. ges. Haupt-Wappens. No. 10. (de ao. 1297). p. 28. —

XIX. 1304.

Consensus Rudolfi, Heinrici et Gerhardi de Trebere in venditionem quatuor mansorum et dimidii in villa Bennendorf, Monasterio Portensi exhibitus.

Nos . RUDOLFUS . HEINRICUS . GERHARDUS . *Fratres Marscalci dicti de* TREBERE *Recognoscimus lucide protestantes omnibus hanc litteram inspecturis, quod Patrueles nostri .* HEINRICUS . GERHARDUS . THEODERICUS . *dicti* DE GOZZERSTETE . *Venerabili Domino .* THEODERICO . *Abbati et suo Conuentui in* PORTA . *quatuor Mansos et Dimidium sitos in Pago Ville* BENNENDORF *cum omni iure et suis pertinentiis rite ac racionabiliter vendiderunt, Super qua vendicione facienda nos requisiti nostrum consensum et assensum addere decreuimus benigna ac libera voluntate . Ad huius igitur vendicionis et empcionis pactum euidencius ostendendum in perpetuum ac a nullo hominum deinceps infrigendum presentem paginam scribi fecimus et nostris sigillis communitam predicte* PORTENSI ECCLESIE *dignum duximus exhiberi . Datum et actum Anno . Domini . M . CCC . IIIj. In Capite Jeiunii . . Ego quoque* GERHARDUS *qui proprio sigillo careo sub sigillis predictorum Fratrum meorum meam exprimo voluntatem.*

In membrana. — Pendent sigilla Rudolphi et Heinrici de Trebra, forma triangulari. — Cfr. Ludewig l. l. Tom. II. p. 252. No. XLVII. — ubi leg. Maresc. de Bebere. De sigillo cf. E. P. Lepsius, die Ruinen der Rudelsburg. etc. Tab. IV. 5. — Bertuch, chron. Port., ed. Schamelii p. 78. (Lib. I. c. III.) —

XX. 1305.

Statutum Conradi abbatis Pygaviensis de missa dicenda ad altare Sancti Georgii.

In nomine Domini Amen . Nos CUNRADUS *Dei gratia Abbas .* HEYDINRICUS *prior , Totusque Conuentus Monasterii* PYGAUIENSIS *. Ad honorem dei omnipotentis . et profectum fidelium animarum . de communi voluntate . beneplacito et assensu . statuimus et ordinamus, ut quilibet monasterii nostri monachus, in ordine vicis sue, in ecclesia nostra videlicet sancti Jacobi, vnam missam cottidie . vel singulis diebus per annos singulos debeat perpetuo celebrare . nec licere debet alicui se subtrahere . ab officio dicte misse . Quam missam pro remedio anime domini .* TUTONIS *militis . nec non domine* JUTTE *coniugis sue dilecte felicis memorie . in altari sancti Georgii martiris . statuimus nichilominus cum deuocione debita celebrari . Qui uidelicet* TUTO *predictus donauit monasterio nostro predicto . quatuor mansos et dimidium sitos in .* WIRBIN *. soluentes annis singulis . septem marcas argenti . pro suorum remedio peccatorum . nostroque Conuentui . dictas septem marcas specialiter deputauit . ut conuentus noster predictus competenter et absque penuria . valeat sustentari . Pro quibus septem marcis . recipi debent sex talenta denariorum usualium . de ortis ultra pontem lapideum . prope ciuitatem nostram predictam sitis . de quibus ortis census beati Martini soluitur tria talenta et septem solidi . de allodio nostro antiquo tria talenta . minus quinque solidis recipi debent nomine pensionis. Que sex talenta ad mensam fratrum nostri conuentus . debent specialiter pertinere . nostrique monasterii cantor qui pro tempore fuerit . dicta talenta annis singulis colligere et recipere tenebitur . et fratrum nostri conuentus predicti usibus ut dictis fratribus vtilius uidebitur applicabit . Anniuersarius quoque domini* TUTONIS *predicti . nec non vxoris sue* JUTTE *maioribus vigiliis et missa sollempni . cum compulsacione signorum a nostris fratribus seu conuentu . fideliter ac deuote tenebitur obseruari . Predictas autem septem marcas argenti in* WIRBIN *. abbas nostri monasterii . qui pro tempore fuerit recipere tenebitur . in utilitatem nostri monasterii conuertendas . Vt autem predicta missa . nullatenus ab aliquo negligatur . de ipsa dicenda seu celebranda perpetuo in nostra ecclesia predicta , et in altari predicto . cottidie vel singulis diebus per annos singulos . singulariter omnes corporale praestitimus iuramentum . Addicimus insuper statuto nostro predicto . ut nullus monasterii nostri predicti monachus . debet habere de cetero . stallum in choro et locum uel uocem in Capitulo nostro . nisi prius de dicenda seu celebranda dicta missa in ordine vicis sue tactis sacrosanctis ewangeliis prestiterit corporaliter iuramentum . Predictum quoque statutum nostrum . ut robur obtineat perpetuum . sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum . Actum et datum* PIGAUIE *. Anno domini M.CCC.V. IIj. Idus Junii . Indictione IIj.*

In membrana. — Pendent duo sigilla e filis rubris sericis, abbatis oblongum, conventus rotundum. — Cfr. Ludewig, R. M. p. 262. No. L. mendose sub ao. 1308. — Schoettgen, vita Wipr. p. 38. cod. prob. —

XXI. 1311.

Fridericus, Thuring. Lantgr. etc., monasterio Pygav. reditus 2 marcarum in villa Storkewitz tradit. —

In nomine domini Amen . Nos FREDERICUS *dei gratia Thuringie Lantgrauius, Misnensis et Orientalis Marchio omnibus ad perpetuam rei noticiam Ne rerum Pie gestarum memoria pereat, perhennari solet obsequio literarum . Ea propter ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus pervenire, quod cum* ALBERTUS, HENRICUS, BARTHOLOMEUS, *et* ALBERTUS, *fratres dicti de* DROSCHWICZ, *duarum Marcarum redditus, sitos in Pago ville* STORKEWICZ, *quos a nobis in feudo tenuerunt, ad manus nostras voluntarie resignarent, nos ob reue*[re]*ntiam dei, et beati Jacobi apostoli, nec non ad deuotam instanciam fratrum predictorum, venerabilibus in christo, Abbati suoque Conventui Monasterii Pygauiensis, dictos redditus Jure proprietatis, dedimus et tradidimus perpetuo possidendos, Et ne Huiusmodi nostre donacionis gracia, ausibus detractiuis, aut detractorum morsibus, aliqualiter valeat obfuscari, presentem paginam sub attestacione testium infra scriptorum, nostri sigilli typario communitam, abbati suoque Conuentui prenotatis, perpetua contulimus pro cautela, Huius nostre donationis testes sunt, fideles nostri, dominus* OTTO DE BERGOWE, ALBERTUS KNUT, HENRICUS *de* CRISSOWE, THEODERICUS *de* CREMOWE *milites,* FRIDERICUS *de* WINECKE, *et plures alii fide digni, Actum et datum Pygauie Anno domini Millesimo Trecentesimo vndecimo, Pridie Kalendas Julij, Indictione nona.*

In membrana. — Sigillum pendet fere detritum. — Cfr. Ludewig l. l. Tom. II. p. 264. LI. et tab. adh. — Schoettgen, vita Wipr. cod. prob. No. XVI. —

XXII. 1323.

Statutum abbatis et conventus monasterii Pygaviensis de praebenda a Conrado, magistro pistorum, et Hermanno, molendinario, percipienda.

In nomine domini amen . Nichil firmum aut stabile tenetur, nisi scripture probabili testimonio roboretur, Inde est quod nos ALBERTUS *dei gratia abbas,* AL *prior Totusque conuentus Monasterii pygauiensis recognoscimus et tenore presentium protestamur, Quod cum comparassemus bona in* PRIZTAULWIG, CONRADUS *magister pistorum et* HERMANNUS *molendinarius noster dictus* SCHUNENMEISTER, *addiderunt XL marcas, pro duobus mansis eorundem bonorum IIIj marcis inde recipiendis in festo beati Martini episcopi annuatim, et coutendis ad tempora vite sue, Post decessum vero eorum ad anniuersarium cuiuslibet deseruiet una marca, dimidia uero marca de quolibet ad structuram monasterii conuertetur, et abbati de quolibet dimidia cedet marca, Insuper pro fideli seruitio eorundem, et pro prebenda eis prius data uolumus ut comedant et bibant probendam suam sicut nostris dominis ministratur, ubicunque*

uoluerint, vel in ſibi officiis deputatis, veſtes ſuas recipiant tempore quo recipiunt fratres noſtri, videlicet in paſcha duas ocreas quiuis eorum, et in feſto omnium ſanctorum ſimiliter duas, cum laneis caligis atque ſoccis, In feſto uero beati Jacobi duas camiſias et femoralia ſimili modo duo, Tunicas vero unius coloris recipiant in paſcha cum famulis noſtris, et in feſto beati archangeli Mychaelis, Item . Cum anniuerſarius CONRADI *agitur, anniuerſarius patris ſui* GOTFRIDI *et matris eius* BERCHTE *ſimiliter peragetur, Cum uero anniuerſarius* HERMANNI *agitur, anniuerſarius ſui patris* TH, *et matris eius* IRMENGARDIS *pariter peragetur, Ne autem hec ſtatuta noſtra in obliuionem deueniant, ſigillorum noſtrorum appenſione hanc paginam fecimus roborari, Teſtes omnium horum ſunt* AL *Prior,* JOHANNES TUCHIRN, HENRICUS *de* MUTSCHOWE, HENRICUS *de* CYCE, ACHILLES, H. DIUITIS, GOTSALCUS, HENRICUS *prepoſitus in* SCOLEN, VLRICUS *cappellanus,* SYMON . JOHANNES *cantor* . HARTMODUS, AL *de* GLINE, JOHANNES *prepoſitus s. ot,* PETRUS *de* ORLAMUNDE, JOHANNES *porzko,* JOHANNES *de* NUENBURG, TYLMANNUS, HENRICUS *de* SALUELT, HENRICUS ECKE, *et omnes fratres conuentus noſtri . Datum Anno domini M CCC XXIIj Indictione Vj. Epacta XII. Concurr. V.*

In membrana. — Sigillum abbatis abreptum, conventus vero salvum pendet. — Cfr. Ludewig l. l. Tom. II. p. 267. No. LV. et dipl. de ao. 1305. — Schoettgen, vita Wipr. p. 41. cod. prob. —

XXIII. 1337.

..... Episcopus ecclesiae Pragensis publicat Benedicti, Papae XII., confirmationem donationis sedecim marcarum diaconi cujusdam eccles. Prag., et sacristani, dicti Lupi de Praga, dictae ecclesiae factam. — [Avinion. X. Kl. Jan. pontif. anno primo.] — [a])

„*Actum et datum Prage Anno domini Milleſimo Trecenteſimo ſeptimo III. Kln. Decembris pontificatus noſtri Anno Triceſimo ſexto.*“ —

Fragmentum copiae Saec. XIV. — In membrana. —

---

a) Benedictus XII. [Jacobus Fournier] electus est d. XX. m. Decembr. 1334. —

XXIV. 1347.

Nomine Clementis VI. dantur indulgentiae XL. dierum pro ecclesia S. Michaelis in Crossen, Numburg. Dioc. —

...... maieſtate ſperancium in ſe tunc benig....... Eccleſia fundata in honore Beati Michahelis in CROSSEN *N........ uis honoribus frequentetur et a xpi fidelibus iugiter ueneretur Omnibus uere penitentibus et confeſſis qui ...... ſuorum patronorum . et in dedicatione eiusdem ac in aliis feſtis infraſcriptis uidelicet Natalis domini Circumciſionis Epiphanie paraſceues Paſche Aſcenſionis Pentecoſtes Corporis xpi Inuencionis et exaltacionis ſancte Crucis In omnibus feſtis Beate Marie virginis Sanctorum Johannis Baptiſte et Euangeliſte Beatorum Petri et Pauli ac omnium Apoſtolorum et euangeliſtarum . Sanctorumque ſtephani Laurencij Martini Nicholai Gregorii Auguſtini Ambroſii Jeronimi Benedicti . Sanctarum Marie Magdalene Katarine Margarete Cecilie lucie Agathe Agnetis Anne et Marthe . In comemoracione omnium Sanctorum et animarum et per octauas dictarum feſtiuitatum octauas habencium . ſingulisque diebus dominicis et ſabbatis cauſa deuocionis oracionis aut peregrinacionis acceſſerint . Seu qui Miſſis predicacionibus Matutinis veſperis aut aliis diuinis officiis ibidem interfuerint . Aut corpus xpi uel oleum ſacrum cum infirmis portentur ſecuti fuerint . Seu qui in ſerotina pulſacione campane ſecundum modum curie Romane genibus flexis ter Aue Maria dixerint . Nec non qui ad fabricam luminaria ornamenta aut queuis alia dicte Eccleſie neceſſaria manus porrexerint adiutrices . vel qui in eorum teſtamentis aut extra aurum argentum ueſtimentum . librum calicem aut aliquid aliud caritatiuum ſubſidium dicte Eccleſie . donauerint legauerint aut procurauerint . aut qui pro ſalubri ſtatu preſencium Inpetratoris dum uixerit et eius anima cum ab hac luce migrauerit et animabus omnium fidelium defunctorum pie deum exorauerint uel per alios exorari fecerint . Quocienſcunque quandocumque et ubicumque premiſſa uel aliquid premiſſorum deuote fecerint de omnipotentis dei miſericordia et Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi ſinguli noſtrum Quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis miſericorditer in domino relaxamus . Dummodo dioceſani uoluntas ad id acceſſerit et conſenſus . In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigillorum noſtrorum iuſſimus appenſione muniri . Datum Auinion . die Tercia . Menſis Januarii . Anno domini Milleſimo . CCC . XLVII. Et pontificatus domini Clementis pape VI. Anno Quinto.* [a])

Et nos WYTHEGO *dei gratia Epiſcopus Eccleſie Nuemburgenſis, Premiſſam indulgenciam in quantum nobis a Jure permittitur approbamus et in dei Nomine confirmamus . Et ſimiliter omnibus vere penitentibus et confeſſis qui aliquid premiſſorum deuote adinpleuerint de omnipotentis dei Miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi Quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitencijs miſericorditer in domino relaxamus . Datum Cyce Anno domini M . CCC . XLVII. feria quarta infra Octauas Penteceſtes.* —

In membrana. — Aderant VII. sigilla. — Litera initialis, de qua pars adhuc restat, variis coloribus depicta est. —

---

a) Clemens VI. (Petrus Rogerius) electus est d. VII. m. Maii 1342. —

XXV. 1365.

Sententia definitiva super supremo dominio oppidi Pegauiensis.

In nomine domini amen . Dudum ſanctiſſimus in chriſto pater ac dominus noſter dominus VRBANUS *diuina*

prouidentia papa Quintus, Pontificatus sui anno primo ad instanciam Venerabilis patris domini Gotschalci *Abbatis et Conuentus Monasterii Pigauiensis ordinis sancti Benedicti Merseburgensis diocesis ad sedem apostolicam ut dicitur nullo medio pertinentis Cum ipsi Abbas et Conuentus qvibus de consuetudine approbata hoc competebat servatis seruandis propter Iniurias et Violencias manifestas, et notorias ipsis et eorum Monasterio per .. Proconsulem .. Consules .. Scabinos Opidanos et vniuersitatem Opidi Pigauiensis illatas Contra eosdem .. Proconsulem .. Consules .. Scabinos Opidanos vniuersitatem et eorum in hac parte complices et eorum occasione inceperant cessare et cessabant a diuinis ac Cessacionem diuinorum in dicto opido posuerunt, parsque dictorum .. Abbatis et Conuentus ad prosequendam causam cessacionis predicte ad sedem apostolicam se prouocauerat, causam ipsam nec non causas uiolenciarum dampnorum et interesse ex predictis causis cessacionis dependentes, et emergentes, ac negocii principalis Venerabili et Circumspecto viro Domino* Petro de Sorcenaco *Legum doctori decano ecclesie sancti Felicis Tholosanensis diocesis Cappellano suo et palacii apostolici causarum Auditori audiendas decidendas et fine debito terminandas commisit Cum emergentibus incidentibus dependentibus et connexis Cuius quidem Commissionis vigore Idem Dominus* Petrus *Auditor in causa et causis huiusmodi debite procedens Ad instantiam* Magistri Lamberti de Orsoy *in Romana Curia et dictorum Dominorum Abbatis et Conuentus predicti Monasterii Procuratoris eorum nobis in Judicio comparentis et de mandato siue procuratorio suo pro dictis .. Abbate et Conuentu eidem domino* Petro *Auditori fidem legitime facientis supradictos .. Proconsulem .. Consules .. Scabinos Opidanos et Vniuersitatem dicti opidi Pigauiensis et eorum procuratores si qui essent in Romanam Curiam pro eisdem ad dicendum et opponendum quidquid dicere seu opponere vellent verbotenus aut in scriptis contra eandem Commissionem dicto domino Auditori factam in audiencia publica literarum dicti Domini pape citari mandauit et fecit ad certum terminum competentem In quo comparens in Judicio coram eodem Domino* Petro *Auditore Magister* Lambertus de Orsoy *procurator predictus dictorum .. Proconsulis Consulum Scabinorum opidanorum et vniuersitatis citatorum et non comparencium contumaciam accusauit ipsosque peciit contumaces reputari Et dictus Dominus* Petrus *Auditor prefatos .. Proconsulem .. Consules .. Scabinos .. Opidanos et Vniuersitatem non comparentes debite tamen expectatos reputans quoad actum huiusmodi prout erant merito contumaces ipsos et eorum quemlibet ad procedendum et procedi uidendum in causa seu causis huiusmodi prout esset racionis primo, et secundo simpliciter, ac tercio peremptorie et eciam quarto peremptorie exhabundanti ad maliciam conuincendam in prefata Audiencia citari mandauit et fecit ad certos terminos eciam peremptorie successiue cum dierum competentibus intervallis In quarum Citacionum singulis terminis huiusmodi Comparente in Judicio coram eodem domino* Petro *Auditore Magistro* Lamberto de Orsoy *procuratore predicto dictorumque .. Proconsulis .. Consulum .. Scabinorum Opidanorum et Vniuersitatis citatorum et non comparencium contumaciam accusante, et in eorum contumaciam ad probandam causam et causas hujusmodi fore ad predictam Curiam legitime deuolutas ac tractandas et finiendas in eadem Nonnullas Literas auctenticas Instrumenta publica aliaque Jura et munimenta exhibente, dictus vero dominus* Petrus *Auditor predictos Citatos non comparentes debite tamen expectatos in singulis terminis huiusmodi reputans quo ad dictos actus merito contumaces Ipsos eosdem prefato Magistro* Lamberto *procuratore instante ad dicendum et opponendum quidquid dicere seu opponere uellent verbaliter aut in scriptis contra huiusmodi producta in prefata Audiencia citari mandavit et fecit ad certum peremptorium terminum competentem In quo prefatus magister* Lambertus *procurator coram dicto domino* Petro *Auditore in Judicio comparens dictorum .. Proconsulis .. Consulum .. Scabinorum opidanorum et Vniuersitatis Citatorum non comparentium contumaciam accusauit Ipsosque peciit per dictum dominum* Petrum *Auditorem contumaces reputari Et dictus dominus Auditor reputans citatos predictos non comparentes debite tamen expectatos quo ad actum huiusmodi prout erant merito contumaces eosdem .. Proconsulem .. Consules .. Scabinos opidanos et vniuersitatem prefato magistro* lamberto *procuratore instante ad videndum et audiendum pronunciari, causam et causas huiusmodi fore ad Romanam Curiam legittime deuolutas tractandas et finiendas in eadem in Audiencia publica supradicta citari mandauit et fecit ad certum peremptorium terminum competentem In quo quidem termino comparuit in Judicio coram domino* Petro *Auditore predicto magister* Lambertus de Orsoy *procurator predictus dictorumque Proconsulis .. Consulum et aliorum citatorum non comparencium contumaciam accusauit Idemque Dominus* Petrus *Auditor reputans eosdem citatos non comparentes licet usque ad horam debitam expectatos quo ad dictum actum contumaces Ipsos omnes et singulos ad dandum et recipiendum libellum seu peticionem summariam in causa huiusmodi in dicta Audiencia citari mandauit et fecit ad certum consuetum et peremptorium terminum competentem Similem terminum ad diem et actum predictos prefato magistro* Lamberto *procuratori nichilominus statuendo, In quo comparens in iudicio coram eodem domino Auditore magister* Lambertus *procurator predictus dictorum .. Proconsulis .. Consulum et aliorum citatorum non comparencium contumaciam accusavit Ipsosque petiit per dictum dominum Auditorem contumaces reputari et in eorum contumaciam quendam libellum seu peticionem summariam in causa huiusmodi pro parte sua exhibuit sub hac forma Coram Vobis Venerabili Viro Domino* Petro de Sorcenaco *Legum Doctore domini nostri pape Cappellano et ipsius sacri palacii causarum et cause ac precibus infra scriptis ab eodem domino nostro papa Auditore specialiter deputato proponit procurator et nomine procuratorio Venerabilium et Religiosorum Virorum dominorum* Gotschalci *Abbatis et Conuentus Monasterii Pigauiensis ordinis sancti Benedicti Merseburgensis diocesis ad sedem apostolicam nullo medio pertinentis Et dicit quod licet ipse Abbas et sui predecessores fuissent a tanto tempore et per tantum tempus de cujus contrario memoria hominum non existit eciam de consuetudine prescripta et inconcusse obseruata in pacifica pos-*

ſeſſione vel quaſi omnium Jurium et Jurisdictionum tam quo ad legem Jurisdictionis quam Dioceſanam ac meri et mixti Imperii exercendi in opido Pigauienſi et eius ſuburbiis quo ad clerum et quo ad populum Eccleſieque et Monaſterium huiusmodi ab omni et omnimoda Jurisdictione et Poteſtate tam Principum et Dominorum temporalium quam eciam ſpiritualium aliorum eciam quo ad vtramque Legem predicti fuerunt et ſunt totaliter exempti et dicto domino .. Abbati qui fuit et eſt pro tempore ſolum et in ſolidum ſubditi et ſubiecti Tamen Nuper NICOLAUS JESNICZ Proconſul . NICOLAUS ROCCOV . HENRICUS STENGIL . HENRICUS SCHIDICZ . OTTO LYNDENOV . MATHIAS LYNDENOV . JOHANNES LYNDENOV . NICOLAUS MULICH . JOHANNES BERGOV . JOHANNES FLEGELHENZE . HENRICUS GRYMMIS . NICOLAUS KULE . PECZOLDUS LOSEN . NICOLAUS SLENHAIN . JOHANNES COCZKO . HERMANNUS GRUMME . JOHANNES LEYCZMAN . CONRADUS PELLIFEX . LAURENCIUS SLEMETEIG . CONRADUS GECZEWICZ . PETRUS DUBEN . HENRICUS LUCZYN . NICOLAUS GREBUWICZ . HENCZEL KOYNER, et HERMANNUS SLENHAIN Conſules Scabini Opidani et Vniuerſitas dicti opidi ſupremum dominium ac Juramentum fidelitatis conſuetum per eos dicto Abbati qui fuit et eſt pro tempore preſtare et confirmacionem .. Proconſulis et Conſulum et Juramenta exinde ſecuta, et preſtari conſueta et ſequenda, ac annuum cenſum dicti Opidi et ſuburbiorum eius ad Abbatem predictum pro tempore exiſtentem ſpectantes eidem Abbati preſtare temere doloſe et de facto recuſarunt licet legitime interpellati extiterint Ipſumque Abbatem dominio Juramento fidelitatis Confirmacione .. Proconſulis et Conſulum ac Juramento et annuo cenſu predictis temere, et indebite immemores ſue ſalutis ſpoliauerunt et ſpoliari mandauerunt de facto Et ſpoliacionem huiuſmodi eorum nomine factam ratam et gratam habuerunt et ſe habere dixerunt in dictorum dominorum Abbatis et Conuentus iniuriam dampnum preiudicium et grauamen propter que dicti domini Abbas et Conuentus ſeruatis ſeruandis iuribus de Ceſſacione diuinorum loquentibus et quibus hoc tam de priuilegio quam conſuetudine compeciit, et competit inceperunt ceſſare et ceſſant a diuinis, ac iter infra debitum tempus cum actis, et munimentis ad dictam ſedem ueniendi arripuerunt cauſam ceſſacionis ante dicte proſequendam, et cauſa ceſſacionis vobis domino Auditori eſt commiſſa Quare petit procurator predictus et procuratorio nomine dictorum dominorum Abbatis et Conuentus per vos dominum Auditorem et veſtram diffinitiuam ſentenciam pronunciari decerni et declarari ſpoliacionem predictam fuiſſe et eſſe temerariam illicitam et iniquam, ac de facto temere et inique ac indebite et iniuſte attemptatam et quatenus de facto proceſſit reuocandam fore et per vos reuocari Ipſosque .. Abbatem et Conuentum ad poſſeſſionem vel quaſi Supremi dominii Juramenti fidelitatis Confirmacionis .. Proconſulis et Conſulum ac Juramenta exinde ſecuta et ſequenda et annui cenſus predictorum et ad ſtatum ſuum priſtinum reducendos et reſtituendos ac reintegrandos fore et reduci reſtitui et reintegrari ac Ceſſacionem diuinorum predictam debite bene canonice et legittime fuiſſe et eſſe poſitam et ſeruatam Ipſosque .. Proconſulem .. Conſules Scabinos Opidanos et Vniuerſitatem penis in dictis iuribus contentis pro ſpoliacione preiudiciis dampnis iniuriis et grauaminibus predictis et intereſſe predictorum dominorum Abbatis et Conuentus maxime propter dictam Ceſſacionem diuinorum et eius occaſione proceſſa prouenien-cia et prouentura in poſterum Et eisdem Abbati et Conuentui applicandum dandum et ſoluendum et reſtituendum que omnia et ſingula danda ſoluenda et reſtituenda, ac ſatisfaciendum predictis Abbati et Conuentui ipſos .. Proconſulem .. Conſules Scabinos Opidanos et Vniuerſitatem preſatam petit et requirit dictus procurator per uos dominum Auditorem et ueſtram diffinitiuam ſentenciam condempnari ſeu incidiſſe et a Jure condempnatos fore declarari et in expenſis in huiusmodi cauſa factis, ac fructibus, et emolumentis ad dominium dicti opidi ſpectantibus perceptis et qui percipi potuerunt etiam condempnandos fore et condempnari Et alia in et ſuper premiſſis et quolibet premiſſorum fieri iuſticie complementum Et proteſtatur de fructibus et emolumentis percipiendis, et expenſis faciendis Et premiſſa ponit et petit dictus procurator tam coniunctim quam diuiſim nec non omni uia iure modo et forma quibus melius poteſt et debet Veſtrum officium humiliter implorando Saluo Jure et addendi etc. Quo quidem Libello ſic ut premittitur oblato Idem dominus PETRUS Auditor reputans eosdem Citatos non comparentes debite tamen expectatos, quo ad actum huiusmodi prout erant merito contumaces Ipſos ad reſpondendum dicto Libello et Litem ſuper eo conteſtandum nec non de calumpnia et ueritate dicenda iurandum et iurari uidendum in predicta Audiencia citari mandauit et fecit ad certum peremptorium terminum competentem inſtante magiſtro LAMBERTO procuratore predicto . Pendenteque termino huiusmodi Idem dominus PETRUS Auditor de Coauditorum ſuorum conſilio et aſſenſu cauſam huiusmodi pronunciauit fore ad Romanam Curiam predictam legittime deuolutam et apud eam tractari et finiri debere de iure, dictoque magiſtro LAMBERTO Procuratore inſtante prefatus dominus PETRUS Auditor in cauſa huiusmodi inhibuit ut eſt moris ne pendente cauſa huiusmodi coram eo, altera, parcium predictarum contra alteram aliquid in preiudicium litis pendencie et Jurisdictionis ſibi attribute innouare ſeu attemptare preſumeret . Et poſtmodum idem dominus PETRUS Auditor inſtante dicto magiſtro LAMBERTO Procuratore ſupradictos .. Proconſulem .. Conſules .. Scabinos Opidanos et Vniuerſitatem ad reſpondendum Libello predicto et litem ſuper eo conteſtandum ſub excommunicacionis pena et deinde ad dicendum cauſam rationabilem quare dicto libello reſpondere et litem ſuper eo conteſtari vel excommunicari non deberent in Audiencia ſupradicta citari mandauit et fecit ad certos peremtorios ſucceſſiue terminos cum dierum competentibus interuallis In quarum citacionum ſingulis terminis huiusmodi Comparens in Judicio coram eodem domino PETRO Auditore magiſter LAMBERTUS Procurator predictus dictorum Proconſulis Conſulum Scabinorum Opidanorum et Vniuerſitatis non comparencium contumaciam accuſauit ipſosque et eorum quemlibet peciit contumaces reputari Et eos in ſcriptis excommunicari Et tunc dictus dominus PETRUS Auditor Supradictos Proconſulem Scabinos et Opidanos citatos et non comparentes ſufficienter expectatos reputans quo ad actum huiusmodi prout erant exigente iusticia con-

tumaces ipsos in scriptis excommunicauit Productis itaque postmodum coram eodem domino Petro *Auditore pro parte dictorum Proconsulis . . Consulum Scabinorum Opidanorum et Vniuersitatis per magistros* Hermannum de Luckov . *et* Henricum de Bulleren *procuratores nonnullis procuracionum Instrumentis Idem dominus* Petrus *Auditor dictis* Hermanno *et* Henrico *procuratoribus instantibus supradictum magistrum* Lambertum *procuratorem ad dicendum et opponendum quidquid dicere seu opponere vellet contra Instrumenta procuracionum predicta per quendam dicti domini pape Cursorem citari mandauit et fecit ad certum peremptorium terminum competentem In quo comparentibus in Judicio coram prefato domino* Petro *Auditore Magistris* Lamberto de Orsoy *procuratore predicto et* Manfredo de Ferraria *in Romana Curia predicta et dictorum . . Proconsulis . . Consulum . . Scabinorum Opidanorum et Vniuersitatis procuratore substituto a prefatis Magistris* Hermanno de Luckov . *et* Henrico de Bulleren *procuratoribus predictis prout de procuracionibus et substitucione huiusmodi plene constat ex actis dicto Magistro* Lamberto *contra procuratoria huiusmodi verbo generaliter excipiente Prefatoque magistro* Manfredo *petente supradictos . . Proconsulem . . Consules . . Scabinos et Opidanos et alios dominos suos absolui offerenteque se paratum stare iuri et sancte matris ecclesie ac ipsius domini . . Auditoris mandatis obedire Et statim dictus dominus* Petrus *Auditor recepto ab eodem magistro* Manfredo *procuratore ad sancta dei Ewangelia primitus corporali Juramento de stando iuri et parendo mandatis ecclesie et suis eosdem . . Proconsulem . . Consules . . Scabinos Opidanos et alios in personam eiusdem magistri* Manfredi *et ipsum Magistrum* Manfredum *in personas dictorum Proconsulis Consulum et aliorum absoluit in forma ecclesie consueta Ipsosque et eorum quemlibet restituit communioni fidelium et ecclesiae unitati Qua quidem Absolucione sic impensa liteque in dicta causa per procuratores hinc inde legittime contestata ac de calumpnia et ueritate dicenda cum omnibus Capitulis in Calumpnie Juramento contentis super libello predicto et in tota causa huiusmodi prestitis iuramentis hinc inde . Idem dominus* Petrus *Auditor eisdem magistris* Lamberto *et* Manfredo *procuratoribus petentibus volentibus et consentientibus ad ponendum et articulandum ac poni et articulari videndum in causa predicta certum assignauit peremtorium terminum competentem In quo prefatus magister* Lambertus *procurator coram eodem domino* Petro *Auditore in Judicio comparens dicti Magistri* Manfredi *procuratoris non comparentis contumaciam accusauit ipsumque peciit per dictum dominum* Petrum *Auditorem contumacem reputari, et in eius contumaciam nonnullos Posiciones et articulos pro parte sua in causa huiusmodi exhibuit et produxit Et postmodum ad probandum eosdem articulos per eundem Magistrum* Lambertum *procuratorem quibusdam testibus affuturis productis ipsisque per eundem dominum* Petrum *Auditorem in via Juris receptis et Juratis ac diligenter examinatis eorumque dictis seu deposicionibus in scripturam redactis, formatisque et traditis in scriptis eciam nonnullis posicionibus et articulis per Magistrum* Manfredum *procuratorem predictum Idem dominus* Petrus *Auditor ipsis Magistris* Lamberto *et* Manfredo *procuratoribus ad respondendum dictis posicionibus in quantum posiciones et dicendum contra articulos antedictos in quantum articuli exisiebant certum duxit peremptorium terminum statuendum In quo quidem termino Comparentibus in iudicio coram domino* Petro *Auditore Magistris* Hermanno de Luckov . *citra substituti sui revocacionem ex parte una et* Lamberto de Orsoy *procuratoribus predictis ex altera et per quemlibet ipsorum procuratorum contra articulos alterius hinc inde factis et datis in scriptis certis excepcionibus et eciam factis et traditis in scriptis ad posiciones predictas hinc inde aliquibus responsionibus Sepedictus dominus* Petrus *Auditor eisdem procuratoribus presentibus, et eorum cuilibet ad declarandum et declarari videndum posiciones et articulos hinc inde in huiusmodi causa datos certum et peremptorium terminum competentem statuit et prefixit In quo Comparentibus in Judicio coram domino* Petro *Auditore predicto Magistris* Hermanno de Luckov . *citra tamen substituti sui revocacionem ex parte una et* Lamberto de Orsoy *procuratoribus supradictis ex altera dicto magistro* Lamberto *quasdam declaraciones posicionum et articulorum suorum in scriptis exhibente prefato vero magistro* Hermanno *posiciones et articulos partis sue uerbotenus declarante Idem dominus* Petrus *auditor eisdem procuratoribus presentibus volentibus et consencientibus ac eorum cuilibet ad dicendum et obiciendum quidquid dicere seu obicere vellent contra declaraciones huiusmodi hinc inde certum assignauit peremptorium terminum competentem In quo prefatus magister* Lambertus *procurator coram eodem domino* Petro *Auditore in Judicio Comparens dicti magistri* Hermanni *Procuratoris non comparentis contumaciam accusauit ipsumque peciit per eundem dominum Auditorem contumacem reputari Et dictus dominus* Petrus *Auditor reputans eundem magistrum* Hermannum *procuratorem debite tamen expectatum quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem Instante Magistro* Lamberto *procuratore predicto Magistros* Henricum de Bulleren *principalem procuratorem et* Manfredum *substitutum predictos ad producendum et produci videndum omnia et singula . Acta . Litteras . Instrumenta aliaque iura et munimenta quibus partes in causa huiusmodi vti uellent per certum ipsius domini pape Cursorem citari mandauit et fecit ad certum peremptorium terminum competentem similem terminum ad diem et actum predictos prefato magistro* Lamberto *procuratori presenti nichilominus statuendo, Dictoque termino sic pendente Idem dominus* Petrus de Sorcenaco *Auditor se ex certis causis a Romana Curia absentauit Et memoratus dominus noster papa ad supplicacionem procuratoris dictorum . . Abbatis et Conuentus commisit causam et causas huiusmodi resumendum in statu in quo coram prefato domino* Petro *Auditore remanserant ac audiendum decidendum et fine debito terminandum Nobis* Guillelmo de Gymello *Legum Doctori Canonico Narbonensi ipsius domini pape Cappellano ac predicti palatii apostolici causarum Auditori . cum omnibus emergentibus incidentibus dependentibus et connexis Cuius quidem Commissionis nobis facte uigore nos in causa et causis huiusmodi debite procedentes Ad instanciam magistri* Lamberti de Orsoy *Procuratoris predicti supradictum magistrum* Manfredum

ſubſtitutum ad dicendum et obiciendum uerbaliter aut in ſcriptis quicquid dicere ſeu obicere uellet contra Commiſſionem predictam nobis ſactam per quendam dicti domini pape Curſorem citari mandauimus et ſecimus ad certum terminum competentem In quo Comparentibus in Judicio coram nobis Magiſtris LAMBERTO *ex parte una et* MANFREDO *procuratoribus predictis ex altera . Dicto magiſtro* MANFREDO *contra Commiſſionem predictam nobis ut premittitur ſactam verbo et generaliter excipiente dicto uero magiſtro* LAMBERTO *illico contra excepciones easdem eciam uerbaliter replicante Ipſoque Magiſtro* LAMBERTO *inſtante ſupradictum magistrum* MANFREDUM *procuratorem ad reſumendum et reſumi videndum . cauſam et cauſas huiusmodi in ſtatu in quo ultimo coram dicto domino* PETRO *Auditore remanſerant vel cauſam racionabilem allegandum quare reſumi non deberent per certum dicti domini pape Curſorem citari mandauimus et ſecimus ad peremptoriam certam diem In qua preſatus Magiſter* LAMBERTUS *procurator coram nobis in Judicio comparens dicti magiſiri* MANFREDI *procuratoris citati non comparentis contumaciam accuſauit, ipſumque peciit per nos contumacem reputari, et in eius contumaciam cauſam et cauſas huiusmodi reſumi in ſtatu predicto, et pro reſumptis haberi, eamque pro parte ſua reſumpſit Et nos Reputantes preſatum Magiſirum* MANFREDUM *procuratorem quo ad actum huiusmodi contumacem in eius contumaciam cum predicto magiſiro* LAMBERTO *procuratore reſumente, et reſumi petente cauſam et cauſas huiusmodi reſumpſimus et habuimus pro reſumptis . Preſa oque magiſiro* LAMBERTO *procuratore inſtante Nos ſupradictum magiſirum* MANFREDUM *procuratorem ad producendum, et produci videndum omnia et ſingula . Acta . Litteras . Inſirumenta aliaque iura et munimenta quibus partes in cauſa huiusmodi vti intendebant per quendam dicti domini pape Curſorem citari mandauimus, et ſecimus ad certum peremptorium terminum competentem ſimilem terminum ad diem et actum predictos preſato magiſiro* LAMBERTO *procuratori nichilominus preſigendo In quo preſatus magiſier* LAMBERTUS *procurator coram nobis in indicio Comparens dicti magiſiri* MANFREDI *procuratoris non comparentis contumaciam accuſavit, et in eius contumaciam nonnulla iura in alia certa cauſa aliter per eum producta, et ad cauſam huiusmodi ſacientia, et dependencia ex eadem, et atteſiaciones teſiium pro parte ſua productorum in quantum pro dicta parte ſua et contra alteram ſaciebant et non aliter exhibuit et produxit de nouo Nosque preſatum magiſirum* MANFREDUM *citatum et non comparentem debite tamen expectatum reputantes quo ad actum huiusmodi merito contumacem ipſum ad dicendum, et obiciendum quidquid dicere ſeu obicere uellet contra huiusmodi producta per certum dicti domini pape Curſorem citari mandauimus et ſecimus ad certum terminum competentem In quo magiſier* LAMBERTUS *procurator predictus coram nobis in Judicio comparens preſati magiſiri* MANFREDI *procuratoris, non comparentis contumaciam accuſavit Et nos eundem magiſirum* MANFREDUM *procuratorem non Comparentem debite tamen expectatum reputantes quo ad actum huiusmodi . Prout erat exigente iuſiicia contumacem ipſum ad videndum admitti vel repelli Articulos in dicta cauſa datos inſiante magiſiro* LAMBERTO *procuratore predicto per quendam eiusdem domini pape Curſorem citari mandavimus et ſecimus ad certum peremptorium terminum competentem In quo Comparentibus in Judicio coram nobis Magiſiris* LAMBERTO DE ORSOY *ex parte vna, et* MANFREDO DE FERRARIA *procuratoribus predictis ex altera, dicto magiſiro* LAMBERTO *petente admitti articulos ſuos et partem ſuam ad probandum eoſdem in Curia et extra Preſato vero magiſiro* MANFREDO *procuratore cauſam huiusmodi ſuper admiſſiono vel repulſione articulorum predictorum in publicis Relacionibus poni per nos tum inſtanter poſtulante Cauſaque huiusmodi per nos in publicis relacionibus poſita fuit in ea per vtriuſque partis Aduocatos ſollempniter allegatum Et poſtmodum in termino ad uidendum admitti vel repelli Articulos predictos per nos preſixo dictis Articulis partis . . Abbatis et Conuentus per nos admiſſis Et poſtmodum nonnullis teſtibus ad probandum eoſdem coram nobis productis, et per nos in via iuris receptis et iuratis ac diligenter examinatis, eorumque dictis ſeu depoſicionibus in ſcripturam redactis Petitorioque in cauſa huiusmodi per dictum magiſtrum* LAMBERTUM *procuratorem ſuſpenſo et poſſeſſorio intentato Demum nos inſtante dicto magiſtro* LAMBERTO *procuratore ſupradictos Magiſtros* HENRICUM *et* MANFREDUM *procuratores ad concludendum et concludi videndum in cauſa predicta vel cauſam racionabilem allegandum quare in ea concludi non deberet per quendam dicti domini pape Curſorem citari mandauimus et ſecimus ad certum peremptorium terminum competentem ſimilem terminum ad idem preſato magiſtro* LAMBERTO *procuratori preſenti nichilominus ſtatuendo Quo quidem termino pendente magiſter* HENRICUS DE BULLEREN *procurator predictus quo ſupra nomine in Judicio Comparens coram nobis Magiſtrum* MANFREDUM DE FERRARIA *procuratorem predictum aliter per eum ſubſiitutum quantum potuit renocauit Nonnulloſque poſiciones et articulos ſormatos, ac Excepciones quare in huiusmodi cauſa concludi non deberet ut dicebat pro parto ſua exhibuit atque dedit Adueniente itaque termino ad concludendum per nos preſixo et Comparentibus in Judicio coram nobis Magiſiris* LAMBERTO DE ORSOY *ex parte vna et* HENRICO DE BULLEREN *procuratoribus predictis ex altera dicto magiſiro* LAMBERTO *procuratore magiſiri* MANFREDI *procuratoris non comparentis contumaciam accuſauit in eius contumaciam in cauſa huiusmodi concludi petente preſato vero magiſiro* HENRICO *dicente in dicta cauſa obſiantibus excepcionibus ſuis concludendum non eſſe Nos tandem poſt plures Altercaciones inter dictos procuratores habitas reputantes preſatos magiſiros* MANFREDUM *non comparentem et* HENRICUM DE BULLEREN *procuratores concludere recuſantem quo ad actum huiusmodi prout erat exigente iuſiicia contumaces in eius contumaciam cum predicto magiſiro* LAMBERTO *procuratore concludente, et per nos concludi petente in cauſa predicta concluſimus, et in cauſa habuimus mediante iuſiicia pro concluſo A qua concluſione fuit per dictum magiſirum* HENRICUM *ad ſedem apoſiolicam appellatum cui Appellacioni tamquam ſrinoli et inani minimo duximus deſerendum Demum inſiante dicto magiſiro* LAMBERTO *procuratore Nos ſupradictos magiſiros* HENRICUM DE BULLEREN *et* MANFREDUM *eius ſubſiitutum ad audiendum*

per nos in caufa huiusmodi diffinitiuam fentenciam ferri per quendam ex dicti domini pape Curforibus citari mandauimus et fecimus ad hanc diem inferius annotatam et terminum peremptorium competentem ad diem et Actum predictos prefato magiftro Lamberto *procuratori prefenti fimilem terminum prefigendo Hac igitur die Adueniente, et Comparentibus in Judicio coram nobis Magiftris* Lamberto de Orsoy *ex parte vna, et* Henrico de Bulleren *procuratoribus predictis ex altera dicto Magiftro* Lamberto *procuratore prefati Magiftri* Manfredi *procuratoris fubftituti non comparentis contumaciam accufante ipfumque per nos contumacem reputari et in eius contumaciam prefente dicto Magiftro* Henrico *fententiam diffinitiuam pro parte fua et contra alteram iuxta et fecundum libelli fui predicti conclufionem cum inftancia ferri poftulante dicto uero Magiftro* Henrico *dicente ad fentenciam ferendam procedendum non effe Et Nos* Guillelmus de Gymello *Auditor prefatus reputantes prefatum magiftrum* Manfredum *procuratorem fubftitutum non comparentem debite tamen expectatum quo ad actum huiusmodi prout erat exigente iufticia contumacem in eius contumaciam Vifis et diligenter infpectis omnibus et fingulis actis actitatis Litteris Inftrumentis aliisque iuribus et munimentis tam coram dicto domino* Petro *Auditore quam eciam coram nobis in caufa huiusmodi habitis et productis et Atteftacionibus predictis eifque cum matura deliberacione recenfitis Et facta fuper hiis omnibus et fingulis dominis Coauditoribus noftris predicti palacii plenaria relacione et fideli Nobisque et cum ipfis deliberacione prehabita diligenti Auditisque, et plenius intellectis omnibus hiis que partes predicte coram nobis proponere feu allegare voluerunt verbotenus et in fcriptis per ea que uidimus, et cognouimus et que nunc eciam cognofcimus et videmus Christi nomine inuocato pro tribunali fedentes et habentes pre oculis folum Deum de dominorum noftrorum Coauditorum confilio et affenfu in hiis fcriptis per hanc noftram fentenciam diffinitiuam pronunciamus declaramus, et decernimus fpoliacionem predictam fuiffe et effe temerariam illicitam et iniquam ac de facto temere indebite et inique attemptatam, et quatenus de facto proceffit reuocandam fore et reuocamus Ipfosque . . Abbatem et Conuentum ad poffeffionem vel quafi fupremi dominii Juramenti fidelitatis Confirmacionis Proconfulis et Confulum et iuramentorum inde fecutorum et annui Cenfus predictorum ad ftatum fuum priftinum reducendos reftituendos et reintegrandos fore, et reducimus reftituimus, et reintegramus, ac Ceffacionem diuinorum predictam debite bene canonice et legittime fuiffe et effe pofitam et feruatam Condempnantes nichilominus prefatos .. Proconfulem .. Confules .. Scabinos Opidanos et Vniuerfitatem in perfona eorum Procuratoris et dictum eorum Procuratorem in perfonas eorum in fructibus et Emolumentis ad dominium dicti Opidi fpectantibus perceptis a tempore mote litis et in expenfis in huiusmodi caufa legitime factis quarum expenfarum taxacionem nobis in pofterum referuamus Condempnacionem dampnorum, et intereffe uobis impofterum referuantes In quorum omnium teftimonium prefentes litteras huiusmodi noftram fentenciam continentes feu prefens publicum Inftrumentum per* Petrum Notarium *publicum noftrum et caufe huiusmodi Scribam infra fcriptum fcribi et publicari mandauimus et Sigilli noftri iuffimus Appenfione muniri . Lecta et in fcriptis promulgata et pronunciata fuit fupra fcripta diffinitiua fentencia per Nos* Guillelmum de Gymello *Auditorem prefatum Auinionenfem in palacio apoftolico fupradicto ubi Jura redduntur . nobis ibidem mane hora caufarum ad Jura reddendum in loco noftro folito pro tribunali fedentibus Sub Anno Natiuitatis domini Millefimo Trecentefimo Sexagefimo quinto Indictione tercia die Quinta Menfis Aprilis Pontificatus fanctiffimi in chrifto patris et domini noftri domini* Vrbani *diuina prouidencia pape Quinti Anno Tercio Prefentibus Difcretis Viris Magiftris* Gobino Johannis Manisse de Ranauilla . Nicolao Nose, *et* Benedicto Angeli *de fractis Notariis Publicis fcribisque noftris, et pluribus aliis ad premiffa Vocatis fpecialiter et Rogatis.*

(Not. Sign.) *Et ego* petrus de Bolonesio *Clericus Ambianenfis diocefis publicus apoftolica et Imperiali autoritate Notarius ac Venerabilis et Circumfpecti viri domini* Guillelmi de Gimello *Auditoris prefati et caufe huiusmodi coram eo Scriba predictus diffinitiue Sententie prolationi pronunciacioni et in fcriptis promulgacioni ac omnibus aliis et fingulis fuprafcriptis per dictum dominum* Guilelmum *Auditorem et coram eo factis et habitis una cum dictis teftibus prefens fui ipfaque omnia, et fingula fupra fcripta aliis occupatus negociis per alium fcribi feci et publicaui de ipfius domini Auditoris Mandato et auctoritate ac in hanc publicam formam redegi et una cum eiusdem domini Auditoris figilli appenfione prefentibus fignum meum confuetum appofui Rogatus et requifitus in teftimonium premiiſforum.*

In membrana. — Sigillum Guilielmi de Gymello oblongum, cerae rubrae impressum, ex sericis filis pendet optime conservatum. [S. Virgo cum puerulo stans sub propylaeo goth., infra Guilielmus adorans, habens in utroque latere insignia gentilitia.] Epigraphe: S. GVILLI. D. GIMELLO. SACRI. PALACII. AVDITORIS. — Cfr. Schoettgen, vita Wipr. p. 50. cod. prob. —

Nota: Ex copiali membranaceo tabularii Regii Dresd. quod acta publica Friderici Strenui et fratrum continet, haec adnotat Christianus Gottlob Haltaus: „Item Dominus assignavit et dedit ciuibus in Pygaw pecuniam quam Judei ibidem in festo Mich. proxime praeterito soluere debuerunt, et hoc *in subsidium litis in quo iam actu stant in Romana curia cum Abbate.* Datum An. 1364. die B. Seueri."

XXVI. 1366.

Sententia diffinitiva in causa super supremo dominio oppidi Pegaviensis inter abbatem et cives Pegavienses.

Urbanus *epifcopus feruus feruorum Dei Venerabilibus fratribus* . . Archiepiscopo Magdeburgensi *et* . . Episcopo

Brandeburgensi *ac dilecto filio* .. Decano ecclesie Sancti Agricoli Auinionensis, *Salutem et apostolicam benedictionem . Petitio dilectorum filiorum* Gotschalci Abbatis *et* Conuentus Monasterii Pigauiensis *ordinis sancti Benedicti Merseburgensis Diocesis nobis exhibita continebat quod licet* supremum dominium in Opido Pigauiensi *dicte diocesis ac emolumentorum ratione huiusmodi dominii prouenientium percepcio nec non Proconsulis et Consulum dicti Opidi dum ad Proconsulatus et Consulatuum officia de nouo assumuntur confirmacio ac iuramentorum per ipsos Proconsulem et Consules ac Scabinos et Notarios predicti Opidi prestandorum receptio, nec non eciam cuiusdam census annui viginti Marcharum argenti ipsis Abbati et Conuentui in dicto Opido, et eius suburbiis debiti perceptio ad dictos Abbatem et Conuentum pertinerent, prout pertinent, et tam ijdem* Gotschalcus *Abbas et Conuentus quam predecessores eorum fuissent, et tunc eciam existerent in pacifica possessione vel quasi supremi dominii percipiendi emolumenta, et Censum huiusmodi confirmandi Proconsulem et Consules et recipiendi iuramenta predicta, a tempore cuius contrarii memoria non existebat quia tamen Proconsul Consules Scabini et Vniuersitas dicti opidi eosdem Abbatem et Conuentum dominio et emolumentis predictis possessione seu quasi confirmandi Proconsules et Consules et recipiendi iuramenta predicta et etiam censu predicto contra iustitiam spoliarunt, et detinebant indebite spoliatos, ac fructus et emolumenta predicti supremi dominii et censum predictum perceperant, et percipiebant premissaque manifesta forent prefati Abbas et Conuentus uocatis omnibus et singulis qui uoluerunt debuerunt et potuerunt commode interesse deliberatione prehabita diligenti de cessando a diuinis prout ipsis Abbati et Conuentui tam ex speciali priuilegio eis a sede apostolica concesso, quam de antiqua et approbata et a tanto tempore cuius contrarii memoria non existit obseruata consuetudine licebat prefatos Proconsulem Consules Scabinos et Vniuersitatem requisierunt ut eisdem Abbati et Conuentui possessionem vel quasi predicti supremi dominii percipiendi emolumenta et censum confirmandi Proconsulem et Consules et percipiendi iuramenta predicta dimitterent, Et quia prefati Proconsul Consules Scabini, et Vniuersitas eosdem Abbatem et Conuentum super hoc audire contra iusticiam recusarunt, ijdem Abbas et Conuentus assignatis prius in publico Instrumento prefatis Proconsuli Consulibus Scabinis et Vniuersitati huiusmodi causis propter quas a diuinis cessare uolebant, cessarunt a diuinis, et per procuratorem ydoneum infra unius Mensis spatium, a tempore cessacionis huiusmodi cum munimentis et actis ad negotium ipsum spectantibus iter arripuerunt ad sedem veniendi predictam, Nosque causam huiusmodi que inter Abbatem et Conuentum ex parte vnu, ac Proconsulem Consules Scabinos et Vniuersitatem predictos super premissis et eorum occasione ex altera uertebatur ad dictorum Abbatis et Conuentus instantiam dilecto filio* Magistro Petro de Sorcenaco *Decano ecclesie sancti felicis de Caramanno Tholosanensis diocesis Capellano nostro et Auditori causarum palatii apostolici audiendam commisimus et fine debito terminandam qui ad instantiam* Magistri Lamberti de Orsoy *procuratoris dictorum Abbatis et Conuentus coram eo in iudicio comparentis premissis contra eosdem Proconsulem Consules Scabinos et Vniuersitatem dicti Opidi debitis et consuetis citationibus in audientia publica ut est moris in eorum contumaciam de consilio et assensu Coauditorum suorum dicti Palatii quibus super hijs relationem fecit fidelem dicto* Lamberto *presente pronunciavit causam huiusmodi fore ad Romanam Curiam legitime deuolutam, et apud eam tractari et finiri debere et ad ipsius* Lamberti *instantiam prefatos Proconsulem Consules Scabinos, et Vniuersitatem ad dandum et recipiendum libellum in causa huiusmodi in predicta Audientia citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem in quo dictus* Lambertus *coram eodem Auditore in iudicio comparens predictorum citatorum non comparentium contumaciam accusauit, et in eorum contumaciam quendam in causa huiusmodi pro parte sua dedit libellum, Postmodum vero dicto* Lamberto *et* Magistro Manfredo de Ferraria *substituto per* Magistrum Hermannum Lutkon *Procuratorem dictorum Proconsulis Consulum Scabinorum et Vniuersitatis prout idem* Hermannus *ad hoc ab eisdem Proconsule Consulibus et Scabinis et Vniuersitate sufficiens mandatum habebat coram eodem Auditore in iudicio comparentibus et per eos lite in causa huiusmodi legitime contestata ac de calumpnia, et de ueritate dicenda in ipsius Auditoris presentia prestitis iuramentis et traditis nonnullis positionibus et articulis in causa huiusmodi, et contra eosdem positiones et Articulos nonnullis exceptionibus hincinde datis in terminis eis ad hec datis, et deinde cum dictus* Petrus *Auditor se de dicta Curia absentasset, Nos causam huiusmodi dilecto filio Magistro* Guillermo de Gimello *Canonico Narbonensi Capellano nostro et Auditori causarum palatii predicti audiendam commisimus et fine debito terminandam qui ad instantiam dicti* Lamberti *coram eo in iudicio comparentis prefatum* Manfredum *ad producendum, et produci videndum omnia iura et munimenta quibus partes ipse uellent in huiusmodi causa uti per quendam Cursorem nostrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem, in quo dictus* Lambertus *coram eodem* Guillermo *Auditore in iudicio comparens predicti* Manfredi *non comparentis contumaciam acusauit et in eius contumaciam nonnullas litteras autenticas, instrumenta publica, ac alia iura et munimenta, quibus pro parte sua in causa huiusmodi voluit uti produxit, predictusque* Guillermus *Auditor ad dicti* Lamberti *instantiam prefatum* Manfredum *ad dicendum contra eadem producta quicquid uellet per quendam Cursorem nostrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem, in quo dictus* Lambertus *coram eodem* Guillermo *Auditore in iudicio comparens dicti* Manfredi *non comparentis contumaciam accusauit, prefatusque* Guillermus *Auditor ad dicti* Lamberti *instantiam* Magistrum Henricum de Bullerem *procuratorem dictorum Proconsulis Consulum Scabinorum et Vniuersitatis vna cum dicto* Hermanno *in solidum constitutum, ita quod non esset melior conditio occupantis, prout eidem* Guillermo *Auditori apud acta cause legitime constabat, dictis* Manfredo *et* Hermanno *tunc causam huiusmodi prosequi non curantibus, ad concludendum et concludi videndum in causa huiusmodi vel dicendum causam rationabilem quare [in] in ea concludi non deberet per quendam Cursorem*

noſtrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem, in quo Lamberto *et* Henrico *predictis coram eodem* Guillermo *Auditore in iudicio comparentibus ac* Lamberto *in cauſa huiusmodi concludi petente* Henrico *uero predictis in ea concludere recuſante nec cauſam aliquam rationabilem allegante quare in ea concludi non deberet, ſepedictus* Guillermus *Auditor reputans eundem* Henricum *quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem in eius contumaciam cum dicto* Lamberto *in cauſa huiusmodi concludente concluſit et habuit pro concluſo, et ad ipſius* Lamberti *inſtantiam predictum* Henricum *ad ſuam in cauſa huiusmodi diffinitiuam ſententiam audiendam per quendam curſorem nostrum citari fecit ad certam peremptoriam diem competentem, in qua* Lamberto *et* Henrico *predictis coram eodem* Guillermo *Auditore in iudicio comparentibus, dictoque* Lamberto *in cauſa huiusmodi ſententiam ferri petente, memoratus* Guillermus *Auditor uiſis et diligenter inſpectis omnibus et ſingulis actis actitatis habitis et productis in cauſa huiusmodi, ipſisque cum diligentia recenſitis et examinatis, ac facta ſuper hijs omnibus Coauditoribus ſuis dicti Palatii relatione plenaria et fideli de ipſorum Coauditorum conſilio et aſſenſu, per ſuam diffinitiuam ſententiam pronuntiauit decreuit et declarauit prout hec omnia in dicto libello petita fuerant, ſpoliationem predictam fuiſſe et eſſe temerariam illicitam et iniquam ac de facto temere indebite et inique attemptatam, et quatinus de facto proceſſit reuocandam fore, et eam reuocauit ipſoſque Abbatem et Conuentum ad poſſeſſionem uel quaſi ſupremi dominii iuramenti fidelitatis confirmationis Proconſulis et Conſulum ac iuramentorum inde ſecutorum et annui cenſus predictos ad ſtatum ſuum priſtinum reducendos reſtituendos et reintegrandos fore, et reduxit reſtituit, et reintegrauit, ac ceſſationem diuinorum predictam bene canonice et legitime fuiſſe et eſſe poſitam et ſeruatam condempnauitque nichilominus preſatos Proconſulem Conſulem et Scabinos ac Vniverſitatem in fructibus et emolumentis ad dominium dicti Opidi ſpectantibus perceptis, a tempore litis mote, et in expenſis in huiusmodi cauſa legitime factis, quarum expenſarum taxatione ſibi impoſterum reſeruata, a qua quidem ſententia pro parte dictorum Proconſulis Conſulum Scabinorum et Vniuerſitatis fuit ad ſedem appellatum predictam Nosque cauſam appellationis huiusmodi ab eadem ſententia interiecte Venerabili Fratri nostro* Bernardo Archiepiscopo Neapolitano *tunc Capellano nostro et Auditori Cauſarum Palatii predicti audiendam commiſimus et fine debito terminandam coram quo* Lamberto *et* Henrico *predictis in iudicio comparentibus et per quemlibet eorum quodam in huiusmodi cauſa pro parte ſua dato libello, et per eos lite in cauſa huiusmodi legitime conteſtata, ac de calumpnia et de ueritate dicenda, in ipſius* Bernardi *tunc Auditoris praeſentia praeſtitis iuramentis, ac traditis hincinde quibuſdam poſitionibus et articulis in cauſa huiusmodi et contra eoſdem poſitiones et articulos nonnullis excepcionibus utrinque datis in terminis eis ad ſingulos actus huiuſmodi peremptorie et ſucceſſiue per dictum* Bernardum *tunc Auditorem aſſignatis, et deinde per dictum* Henricum *et* Magistrum Andream de Ghoningen *ſubſtitutum per dictum* Lambertum *quotiens ipſum abeſſe contingeret prout idem* Lambertus *ad hoc ab eiſdem Abbate et Conuentu ſufficiens mandatum habebat, dicto* Lamberto *tunc abſente coram eodem* Bernardo *tunc Auditore in iudicio comparentes, traditis nonnullis litteris autenticis, ac aliis iuribus et munimentis quibus partes ipſe uolebant in huiusmodi cauſa uti et contra eadem producta quibuſdam exceptionibus utrinque datis in terminis ad hec datis, Demum preſatus* Bernardus *tunc Auditor ad dicti* Andree *inſtantiam predictum* Henricum *ad concludendum et concludi videndum in cauſa huiusmodi vel dicendum cauſam rationabilem, quare in ea concludi non deberet per quendam Curſorem nostrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem, in quo* Lamberto *et* Henrico *predictis coram eodem* Bernardo *tunc Auditore in iudicio comparentibus, ac* Lamberto *in cauſa huiusmodi concludi petente* Henrico *uero predictis in ea concludere recuſante, nec cauſam aliquam rationabilem allegante quare in ea concludi non deberet, ſepedictus* Bernardus *tunc Auditor reputans eundem* Henricum *quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem in eius contumaciam cum dicto* Lamberto *in cauſa huiusmodi concludente concluſit et habuit pro concluſo, Postmodum vero nos cauſam huiusmodi dilecto filio* Magistro Johanni Crozati *Decano eccleſie Beate Marie de Tutella* [a]) *Tiraſonenſis dioceſis Cappellano noſtro et Auditori cauſarum Palatii predicti, ex certis cauſis audiendam commiſimus et fine debito terminandam, qui ad inſtantiam dicti* Lamberti *coram eo in iudicio comparentis predictum* Henricum *ad ſuam in cauſa huiuſmodi diſſinitiuam ſententiam audiendam per quendam Curſorem noſtrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem, in qua* Lamberto, *et* Henrico *predictis coram eodem* Johanne *Auditore in iudicio comparentibus, dictoque* Lamberto *ſententiam huiusmodi fieri petente prenominatus* Johannes *Auditor uiſis et diligenter inſpectis omnibus et ſingulis actis actitatis habitis et productis in cauſa huiusmodi ipſiſque cum diligentia recenſitis, et examinatis, ac facta ſuper hijs omnibus Coauditoribus ſuis dicti Palatii relatione plenaria et fideli de ipſorum Coauditorum conſilio et aſſenſu per ſuam diſſinitiuam ſententiam pronunciauit decreuit et declarauit per* Guillermum *Auditorem preſatum in cauſa huiusmodi bene et legitime fuiſſe et eſſe proceſſum pronunciatum ſententiatum et diſſinitum ipſiuſque ſententiam confirmandam fore, et confirmauit eam, et pro parte Proconſulis Conſulum Scabinorum et Vniuerſitatis predictorum ab ipſa ſententia male et perperam fuiſſe et eſſe appellatum, ipſoſque in dampnis et intereſſe que quidem dampna occaſione ceſſationis a diuinis ijdem Abbas et Conuentus paſſi erant ac fructibus et emolumentis ad dominium dicti Opidi ſpectantibus perceptis, nec non in expenſis pro parte dictorum Abbatis et Conuentus factis in cauſa huiusmodi, a tempore dicte late ſententie condempnandos fore et condempnauit ipſarum expenſarum taxatione ſibi impoſterum reſeruata a qua quidem ſententia pro parte dictorum Proconſulis Conſulum Scabinorum et Vniuerſitatis fuit ad ſedem appellatum predictam . Nosque cauſam appellationis huiusmodi ab eadem ſententia dicti* Johannis *Auditoris interiecte dilecto Filio* Magistro Petro Flandrini *Capellano noſtro et Auditori cauſarum Palatii ſupradicti au-*

diendam commisimus et fine debito terminandam coram quo Lamberto *et* Henrico *procuratoribus predictis in iudicio comparentibus et per eorum quemlibet quodam in causa huiusmodi pro parte sua dato libello, ac per eos lite in causa huiusmodi legitime contestata, ac de calumpnia, et de ueritate dicenda in ipsius* Petri Flandrini *Auditoris presentia prestitis iuramentis, traditisque per eos nonnullis positionibus et articulis in causa huiusmodi et contra eosdem positiones et articulos quibusdam exceptionibus utrinque datis ac productis nonnullis litteris autenticis, ac alijs iuribus et munimentis quibus partes ipse uolebant in huiusmodi causa uti et contra eandem producta, quibusdam exceptionibus hincinde datis in terminis eis ad singulos actus huiusmodi per dictum* Petrum Flandrini *Auditorem peremptorie et successiue assignatis, Demum predictus* Petrus Flandrini *Auditor ad predicti* Lamberti *instantiam, prefatum* Henricum *ad concludendum, et concludi uidendum in causa huiusmodi vel dicendum causam rationabilem quare in ea concludi non deberet per quendam Cursorem nostrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem, in quo* Lamberto *et* Henrico *predictis coram eodem* Petro Flandrini *Auditore in iudicio comparentibus ac* Lamberto *in causa huiusmodi concludi petente* Henrico *vero predictis in ea concludere recusante nec causam aliquam rationabilem allegante quare in ea concludi non deberet, sepedictus* Petrus Flandrini *Auditor reputans eundem* Henricum *quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem in eius contumaciam cum dicto* Lamberto *in causa huiusmodi concludente conclusit et habuit pro concluso, et ad ipsius* Lamberti *instantiam prefatum* Henricum *ad suam in causa huiusmodi diffinitiuam sententiam audiendam per quendam Cursorem nostrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem, in qua* Lamberto *et* Henrico *predictis coram eodem* Petro Flandrini *Auditore in iudicio comparentibus ipsoque* Lamberto *sententiam huiusmodi ferri petente, prenominatus* Petrus Flandrini *Auditor uisis et diligenter inspectis omnibus et singulis actis actitatis habitis et productis in causa huiusmodi, ipsisque cum diligentia recensitis, et examinatis, ac facta super hijs omnibus Coauditoribus suis dicti Palatii relatione plenaria et fideli de ipsorum Coauditorum consilio, et assensu per suam diffinitiuam sententiam pronunciauit decreuit et declarauit per dictum* Johannem Crozati *Auditorem predictum in causa huiusmodi bene et legitime fuisse et esse processum sententiatum et diffinitum, eiusque sententiam confirmandam fore, et confirmauit, ac pro parte Proconsulis Consulum, Scabinorum et Vniuersitatis predictorum male perperam et inique fuisse et esse appellatum, ipsosque Proconsulem Consules Scabinos et Vniuersitatem in fructibus et emolumentis ex dictis supremo dominio, et anno censu et prouentibus perceptis, nec non in expensis pro parte dictorum Abbatis et Conuentus in huiusmodi causa factis a tempore dicte late sententie condempnandos fore et condempnauit, ipsarum expensarum taxatione sibi inposterum reseruata, et subsequenter* Guillermus *cui nos commisimus ut etiam expensas coram dicto* Johanne *Auditore factas taxaret coram se in Centum et Viginti et coram dicto* Johanne *Auditore in Quadraginta ac* Petrus *Auditores predicti coram se factas expensas huiusmodi in Triginta florenis auri in contumaciam dicti* Henrici *de mandato eorumdem* Guillermi *et* Petri *Auditorum ad instantiam predicti* Lamberti *per quosdam Cursores nostros ad uidendum taxari expensas huiusmodi ad certos terminos peremptorios competentes successiue citari et non curantis comparere, eodem* Lamberto *coram eisdem* Guillermo *et* Petro *Auditoribus in dictis terminis successiue in iudicio comparente et predicti* Henrici *non comparentis contumaciam accusante et in eius contumaciam expensas ipsas taxari petente successiue prouidis moderationibus taxarunt predicti* Lamberti *super eisdem expensis iuramentis secutis, prout in instrumentis publicis inde confectis dictorum* Guillermi *et* Johannis *ac* Petri Flandrini *Auditorum sigillis munitis dicitur plenis contineri Nos itaque ipsorum Abbatis et Conuentus supplicationibus inclinati que super hijs a* Guillermo *et* Johanne *tunc, ac* Petro Flandrini *Auditoribus supradictis prouide facta sunt rata habentes et grata discretioni nostre per apostolica scripta mandamus, quatinus nos vel duo aut unus nostrum per nos vel alium seu alios premissa executioni debite demandantes dictasque sententias ubi et quando expedire, videritis auctoritate nostra solenniter publicantes predictos Abbatem et Conuentum vel eorum procuratorem ipsorum nomine ad possessionem vel quasi supremi dominii recipiendi iuramenta fidelitatis predicta, confirmandi Proconsulem et Consules, et etiam census predicti amotis exinde dictis Proconsule Consulibus Scabinis et Vniuersitate eadem auctoritate restituatis, et reintegretis. ipsosque restitutos et reintegratos defendatis, facientes, sibi de fructibus, et emolumentis ad dictum dominium spectantibus et censu predicto integre responderi, et de predictis dampnis et interesse ac fructibus perceptis et emolumentis et florenorum summis pro dictis expensis iuxta predictorum instrumentorum earundem condempnationum et taxationum tenores plenam et debitam satisfactionem impendi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Auinione VII. Kl. Aprilis Pontificatus nostri Anno Quarto.*[b])

Dup[ta]

B. Francisci. *B. a Raynardi.*

In tergo: *Bonus de Canaliorum.*

In membrana. — Plumbea bulla Vrbani V. pendet in filo cannabis. — Cfr. Ludewig, R. M. T. II. p. 317. No. LXXXII. sed ad annum 1393. — Schoettgen, vita Wipr. no. XXI. cod. prob. —

Nota: Extat aliud adhuc exemplar bullae Vrbani V. ejusdem per omnia tenoris et ad verbum respondens, sed non tam luculenter scripta, quae et multas offert rasuras et emendationes. —

a) al. exempl. h. B. habet: Tudella. —

b) Vrbanus papa V., [Guil. de Grimoard], electus m. Septbr. 1362., proclamatus d. 31. Octbr. et coronatus d. 6. Novbr. —

XXVII. 1370.

Heinricus Kursener hereditate relinquit villam suam in Smirendorff Hermanno Humel. —

Ich Heinrich Kürsener *am markt purger ze* Babemberg *vnd alle mein erben vnd nachkomen . Veriehen vnd tüne kunt öffenlichen an disem brif . Daz wir* Hermann *dem* Humel *von* Smirendorf . Gerdruden *seiner elichen wirtein vnd allen iren erben . zu rehter erbeschefte gelazen haben . ewichlichen . nach Erbes reht . als Bawr erbes reht vnd gewonheit ist . Vnsern Hofe ze* Smirendorf *gelegen da si manig iar auf gesezzen seine . vnd noch sitzen . vnd fürbaz ewichlich besitzen schülen . vnd alles daz daz dar zu gehört in dorfe . vnd ze velde . grozz vnd kleyne . besücht vnd vnbesücht . Also . daz si vns . vnd allen vnsern nachkomen . davon alle iar . geben vnnd reychen schülen Jerlich vnd ewiger gülte . Sechs phunt haller . genger vnd genemer Landes werung . Vnd einen Scheffel gutes Rokkenkorns one geverde Babemberger mazes . Sechzehen kes . Ein halb phunt Eyer . vnd Sechs vasenaht hüner . Vnd gewönlich frone vnd dinst . Vnd diselben Gülte schulen si vns alle iar reychen . igleichs zu seiner zeit in dem iar . als gewonheit ist . Vnd daz obgenant Gute schol in . an der selben Jerlichen gulte . fürbaz niht höher gesteyget werden . one geverde . Vnd dez alles zu einem ewigen vrchunde geben . wir in disen offene brif . bevestent vnd besigelt mit meins vorbenanten Heinrich kürseners anhangendem Insigel . Vnd hat* Herman kürsener *. in der Langen gassen . der Jünger mein vetter . sein Insigel zu einer merern zewchnüsse . auch daran gehangen . Daz geschach an sant Vrbans tag . Da man zalt von Christes geburt . Drewzehen hundert iar vnd in dem Sibenzigstem iar.*

In membrana. — Sigillum Henrici desideratur, superest Hermanni in cera viridi impressum, in quo avis (aquila?).

XXVIII. 1376.

Lampertus, episcopus Bambergensis, Petrum Fosse, ad capellam in Sletum praesentatum, instituit.

Lampertus *dei gracia* Episcopus Bambergensis *Deuoto in christo dilecto .. Plebano in* Schelbitz [s. Schesbitz] *seu vices eius gerenti Salutem in domino sempiternam . Ad Cappellam Sancti Johannis in* Kirchensletum, *vacantem ex morte quondam* Heinrici Vorchemi *nouissimi Cappellani eiusdem dilectum nobis in christo* Petrum *dictum* fosse *Vicarium altaris beate Marie Magdalene in Capitulo Ecclesie Bambergensis, ad instanciam dilecti nobis in christo* Heinrici Zolner, *dicti de Sletum, ad quem Jus presentandi pertinere dinoscitur, pro Cappellano perpetuo recepimus presentatum, quem ad eandem Cappellam pro Cappellano perpetuo instituimus, ac eciam inuestiuimus nec non inuestimus presentibus de eadem, Deuocioni igitur tue committimus, et mandamus, quatenus eundem* Petrum *in Possessionem dicte Cappelle in* Sletum *auctoritate nostra ordinaria studeas ducere corporalem, faciendo sibi de fructibus redditibus prouentibus obuencionibus emolumentis et pertinenciis vniuersis ad dictam Cappellam spectantibus, ab hijs quorum interest, plenarie responderi, Adhibitis circa premissa sollempnitatibus debitis et consuetis. Datum Bamberg feria quinta post Dominicam Palmarum Anno Domini M CCC LXX sexto.*

In membrana. — Sigillum parvum rotundum, cerae rubrae impressum pendet. Circum: secretu . lamperti . epi . bamberge.

XXIX. 1379.

Marchionis Misnensis sententia in causa inter abbatem Pegaviensem et civitatem. —

In tergo: *Dilectissimo in xpo filio nro Friderico Auguſto Duci Saxonie Pnpi Regio Polonie et Electorali ejusdem Saxonie.*

In membrana. — Sigillum ablatum est. —

a) Benedictus XIII. — (Petrus Franciscus Orsini) — electus est d. XXIX. m. Maij anno 1724, et coronatus d. IV. m. Jnnij.

LXXIX. Sine loco et anno.

Reuerendes in xpo honorabilibus viris archiepiſcopis, et epiſcopis, praepoſitis . plebanis . viceplebanis ad quoſcunque lator preſencium peruenerit cum ſigillo noſtro et litteris noſtris cum debita reuerentia orationes in xpo deuotas . Diſcretionj veſtre omni qua poſſumus humilitate et deuocione ſupplicamus . Henricus *dei gracia ſummus prepoſitus in* scehre *atque conuentus quatinus noſtrum negocium dignemini exaudire . Quia vero eccleſia noſtra et edificia per incendium ſunt deuaſtata . Igitur pro nobis ſaluti paterne ueſtre miſericorditer intendatis.*

In membrana. — Saec. XIV. —

LXXX. Sine loco et anno.

Venerabili in xpo patri ac domino domino Bertoldo *abbati Monaſterij* vallis S. Georgij *Cyſtercienſis ordinis*

Soror MECHTILDIS *dicta Abbatiſſa Sanctimonialium* SANCTE CRUCIS *prope* GOTHA *predicti ordinis oraciones in xpo cum obediencia debita ac deuota fratrem conuerſum noſtrum confeſſum exhibitorem preſencium propter rebellionis ſue in obedienciam, vel propter exceſſus ſui vel criminis notam vel maculam paternitati veſtre venerande corrigendum dirigimus Petentes exaffectu Quatinus ipſum emittere aut alias ſecundum diſciplinam ordinis ſecum agere curetis, vt emendatus obediat, vel ut diſcipline ſue correctio ipſum coherceat et refrenet, vel vt pena ſua condigna ceteris pateat in exemplum, dei et iuſticie ob reſpectum, vel ordinis ob amorem.*

Vel ſi ſimpliciter emittitur ſic ſcribatur premiſſa Salutacione vt ſupra fratrem . . . talem conuerſum noſtrum profeſſum paternitati veſtre tranſmittimus Petentes ſtudioſe Quatinus ipſum propter deum et ordinem ac noſtre peticionis intuitu in veſtro conuentu ſeruare velitis ad annum Quia ad preſens nobiſcum ſtare non poteſt Salua Monaſtica diſciplina In eo nobis complacenciam facietis gratuito remerendam.

In charta. — Saec. XV. —

LXXXI. Sine loco et anno.

Literae Senatus Hallensis, quibus commendat Senatui Lips. uxorem DONATI KORFFERI, quae Lipsiae erat sororis defunctae hereditatem receptura. —

In membrana. — Saec. XV. et vernac. ling. scriptum.

LXXXII. Sine loco et anno.

WENZESLAUS Romanorum Rex etc. etc. — notum fecit, quod JOHANNES Marchio Brandenburgensis et Lusatiae et dux Gorlicensis altare beatae Mariae et S. S. Philippi et Jacobi apostolorum atque Georgii martyris in ecclesia Pragensi denova erexerit et fundaverit et pro usibus Capellani census quosdam in villis GOGLAW, maiori et minori, BOCKOW, LYNDEBERG et BAGANCZ dederit et donaverit.

In membrana. — Fragmentum copiae Saec. XV. —

Exstant praeterea in scriniis bibliothecae nostrae folia quaedam Calendarii ecclesiastici in usum chori ecclesiae cathedralis Misnensis, quorum duo priora iam typis descripta sunt in libro: *Bericht der Deutschen Gesellschaft zu Leipzig auf das Jahr* 1837. num. VI. pag. 47. sqq. — Tertium, quod in eodem libro ann. 1838. publicatur, continet dies anniversarios a d. XV. usque ad d. XXVIII. mens. Januarii.

CODICES HEBRAICI AC SYRIACI

ADIECTIS ALIQUOT SLAVICIS

DESCRIPTI

A

FRANCISCO DELITZSCHIO.

CODICES HEBRAICI.

I.

[B. II. fol. 1.]

חומש עם הפטרות והמגלות׃

Cod. Wagenseilianus membranaceus, in fol. maj. (foll. 230.), charactere partim quadrato germanico-*tamico*, partim rotundoso *rashiano* exaratus, cujus una pars Pentateuchum (inde a Gen. 1, 21.) cum paraphrasi et Onkelosi et Hierosolymitana ac commentario Salomonis Isaaki, altera quinque *Megilot* (Rut, Canticum, Eccl., Thren., Ester — 1, 12.) continet; nam in principio et fine codicis folia aliquot interciderunt. Est enim aetate usuque, uti apparet, contritus assiduo, hominum scilicet spurcorum atque vehementium, ac proinde maculosus passimque concerptus atque obliteratus. Nomen scribae, quo se identidem in notis sua manu adspersis appellat, est ***Makir*** (ר' מכיר אני מכיר הכותב, מכיר הכ', veluti f. 60. b. 61. a.), vel, ut in fine Pentateuchi (204, b.) scriptum legitur, plenius: מכיר בר' קרשביא. Conjicio certis de causis, quae legentibus postmodo sponte occurrent, eum in Gallia degisse, aetate post Salomonem Isaaki fere tertia.*) Huc facit etiam quodammodo, quod Jo. Christoph. Wagenseilius hunc codicem a Judaeis Metensibus extorsit, magna illis asseveratione confirmantibus, eum, ut sit ipsis traditum, ex bibliotheca ipsius Salomonis Isaaki Metas quondam esse translatum. Unaquaeque codicis pagina binas in partes divisa est, superiorem, cujus columna media textum sacrum, dextra commentarium Rashianum, sinistra Targum Onkelosi exhibet; inferiorem, quae commentarii pentateuchici continuationem, Aftharas (אפטרן) notasque Isaaki, quibus illustrentur, repraesentat. At sicut totus liber multa cum licentia sine magna elegantiae cura scriptus est, sic etiam hic ordo varie crebris locis est permutatus. Paraphrasis Hierosolymitana, nondum, ut deinceps fieri solitum est, bipartita, disperse addita est, sine signis diacriticis, literis minusculis instar commentarii scripta; quatuor capita, quae Deuteronomium inchoant, aucta sunt etiam ***Masorarum*** additamentis, parvae in latere, magnae in ora libri suprema. Textus biblicus vocalibus, accentibus ceterisque punctis ac lineolis (*Ga'ja, Rafe*) distinctus est notisque marginalibus atque etiam emendationibus sine nota factis critice castigatus. Comparatur in margine magna codicum praestantissimorum copia, quos, dudum nunc perditos, oculis suis inspexit Makir. Variae lectiones plerumque in definienda aut plena aut defectiva scriptione, interdum etiam in vocabulis, literis, vocalibus recte ponendis versantur. Commemoratione dignus est apparatus criticus, quo scriba usus est. Enumerabo igitur brevi omnia librorum signa, ex quibus scripturas variantes congessit; 1) ***Codex R. Gerson*** (מה״ג) 3. b. 21. b. innumerisque praeterea locis. 2) ***Codex R. Mëiri***, qui aetate scribae nondum mortuus erat (ס׳ מ״ר יצ״ו, 22. b.), punctis instructus (נקוד 90. a. 115. b.), atque iterum iterumque emendatus (מוגה 49. a. מוגה מחדש 52. b.). 3) ***Codex Perez*** (ס׳ פרץ) 42. b. et saepius. 4) ***Codex Josefi Thob-Elem*** (ס׳ יוס׳ טוב עלם) 31. a. 5) ***Codex Menahemi mi-Juani*** (Joigny, ut videtur) 25. b. (ס׳ מנ׳ מיואני). 6) ***Masora magna*** (absolute המסורה הגדולה 129. b.), quam scripsit ***Rabenu Gerson*** cognomento Lumen Exilii (מסור׳ הגדולה שכתב רבנו גרשם מאור הגולה, 35. a. 45. b.) sua manu (בידו 76. a. 92. a.), alphabetice illam digestam signaque memorialia (סימנים), uti et ***Menahemiana***, continentem (47. b. 157. a. 158. a. 162. a.). 7) ***Masora altera*** (absolute מסורה אחרת, 62. b.) ***Menahemi de Joigny*** (מסור׳ שכ׳ רב׳ מנח׳ מיוו׳), dispositione par atque aequalis (61. a. 76. b.), at scriptura textuali a ***Gersoniana*** saepe valde dissentiens (62. a.). Utraque Masora, et ***Metensis*** et ***Juanensis***, erat in manu scribae (שתי המסו׳ שהיו בידי, 145. a. 146. b. 148. a. 154. a.). Masora (absolute, sine dispositoris nomine) ubique ad varietatem lectionis vel confirmandam vel labefactandam confertur, semperque textus ***masoreticus*** a textu exemplarium optimorum discernitur. Hinc ad varias lectiones ex codicibus collectas accedunt formulae: לא נמסר, נמסר, הגו׳ מבחוץ, המסורת, במסורת, בלא מסורת; מסורת, quae sexcenties iterantur, atque etiam ad scriptionem paraphrasis Onkelosianae definiendam adhibentur (65. a.). 8) ***Codex hispanicus,*** vel collective ***codices hispanici*** (ספרי אספמיא, 81. a. 92. a.), et prae ceteris תרגום אספמיי (= נוסח, העתקה) h. e. exemplar codicis hebraici, quod simul paraphrasin aramaicam comprehendebat, eaque de causa tum ad textum sacrum critice illustrandum tum ad paraphrasin emendandam (170. b.) adhibetur. 9) Targum Babylonicum (minime Onkelosi, cui aliquo abhinc tempore hoc nomen commentitium tributum est), h. e., codex hebraico-aramaicus, ex Babylonia allatus (unde et ***Hilelai*** ille, non a ***Hilele*** nescio quo, ut multi somniarunt, sed ab urbe ***Hella,*** in ruinis antiquae Babylonis exstructae, nominatus), תרגום בבלי (32. b.) vel absolute בבלי (42. b.). 10) ***Codex***, ex quo ipse ***Makir*** transscripsit (ס׳ שהעתקתי ממנו, 33. a. 57. a. 58. a.), quem interdum etiam nominat ס׳ שלנו, et ***Targum***, ex quo transtulit (תרגום שהע׳ ממ׳ 63. b.), inde probe discernendum, quod textum et hebraicum et aramaicum exhibebat (67. a.), uti ex nota hacce facile perspicitur: בתרגום שהעתקתי ממנו מצאתי בעברי יאת ובתרגום ית יתבא (67. b.). 11) Praeterea saepius recurrunt formulae: א׳ (איזה) ס׳ (ספר זקן) 26. b. 96, a.; ש׳ ס׳ (שאר ספרים) 22. b.; כ״ז תרגום ספרים 26. b.; ס׳ מדויקים, כל הס׳ מדו׳, ס׳ מוגה 33. b.; תרגום ישן מוגה, ישן, 42. b. 49. b. 117. a. יש ספרים 129. b. additaeque sunt etiam glossae aliquot ex commentariis ***R. Chananel*** (84. b.) et ***Tanchuma*** (125. b.) collectae. Operae pretium me facturum esse arbitror, si specimen aliquod lectionum ad marginem hujus vetusti codicis adscriptarum subjiciam.

*) Filius esse videtur *Berekiae Naqdan* (auctoris *Misle Shualim*), qui habet cognomen קרשביה.

Gen. 4, 23. הַאְזֵנָה. Codex Mëiri: הַאֲזִינָה, plene.

- 6, 20. לְהַחֲיוֹת. Sic Codex hispan. Vulgo: לְהַחֲיֹת, defective.
- 7, 24. fin. לית כאן פסק.
- 7, 2. טהורה ult. In Targume, unde transscripsi: טהרה, defective.
- 27, 13. בְּקָלִי. Cod. Mëiri: בְּקָלִי, def.; Codd. hisp. et Gersoni: בקולי, plene.
- 27, 30. Mëiri: יָצָא. Cod. hispan. יצא, defective.
- 27, 31. Mëiri et Hispan.: יָקֻם. Gersoni: יקום, plene.
- 27, 33. Gersoni et Hispan.: אֵפוֹ. Reliqui libri: אֵפוֹא, plene.
- 27, 43. Mëiri et Cod. vetustus: בְּקֹלִי. Reliqui libri: בְּקוֹלִי, plene.
- 28, 15. Mëiri et Cod. hisp. וַהֲשִׁבֹתִיךָ, defective.
- 28, 20. Mëiri: הֹלֵךְ, defective.
- 29, 3. Mëiri: לִמְקֹמָהּ, def. Gersoni: לִמְקוֹמָהּ, plene.
- 30, 20. Menahem de Joigny, non assentiente Masora: זְבֻלֵנִי. Cod. hispan. ceterique libri: זבלני, id quod confirmat Masora: ט' כת' כן (h. e. *novies* sic scribitur).
- 30, 32. Mëiri: נָקֹד, sicuti et בָּרֹד (31, 10.). Gersoni, manu secunda, utrumque plene.
- 30, 33. Gersoni et Cod. hisp.: תָבוֹא. Mëiri et Cod. hisp. alius: תָבֹא, def.
- 30, 38. לִשְׁתּוֹת. Sic Mëiri, Hispan. ceterique libri. Cod. vetustus: לִשְׁתֹּת, def.
- 30, 43. וּשְׁפָחוֹת. Sic Mëiri, Hispan. ceterique libri. Menahem: שְׁפָחֹת.
- 31, 2. שִׁלְשֹׁם. Cod. hispan.: שִׁלְשׁוֹם, correcto vocabulo.
- 31, 7. הֶחֱלִף. Sic Mëiri et Cod. hispan.
- 31, 9. אֲבִיכֶם. Sic in libris nostris et, manu secunda, in Cod. hispan. Masora: ב' בנקבות (bis feminine). Gersoni: אֲבִיכֶן, forma muliebri.
- 31, 10. בַּחֲלֹם. Meiri: בַּחֲלוֹם, defective.
- 31, 18. לָבוֹא. Sic Cod. hisp., et Gersoni ex emendatione. Cod. vetustus: לָבֹא, repugnante Masora.
- 31, 27. וּבְשִׁרִים. Sic Mëiri et Hisp., defectiva syllaba prima nominis.
- 31, 30. הָלֹךְ. Mëiri et Hispan.: הָלוֹךְ, negante Masora.
- 31, 31. בְּנוֹתֶיךָ. Sic Hisp. Mëiri: בְּנֹתֶיךָ, defective.
- 31, 33. אָמָהֹת. Sic defective Mëiri et Hisp.
- 31, 36. וּמַה־חַטָּאתִי. Sic, omissa copula, omnes hispan. Codd. et Mëiri, in quo *Vau* obliteratum est. Gersoni: ומה.
- 31, 47. סַהֲדוּתָא. Mëiri: שָׂהֲדוּתָא. At in *Masora magna* hoc voc. non enumeratur inter ea, quae per *Sin* scribuntur et per *Samek* leguntur; quapropter *Samek* retinuimus.
- 32, 9. לִפְלֵיטָה. Sic Mëiri. Hispan.: לִפְלֵיטָה
- 32, 13. הֵיטֵב. Sic Mëiri ceterique libri. Gersoni: הֵיטֵיב, deleto tamen *Iud* altero.
- 32, 15. רְחֵלִים. Mëiri: רְחֵילִים, uti et מֵינִיקוֹת (32, 16.).
- 32, 19. שְׁלוּחָה. Sic Mëiri. Ceteri libri: שְׁלֻחָה.
- 32, 26. Mëiri: יָכוֹל, plene.
- 34, 25. בִּהְיוֹתָם. Sic Targ. hisp. Vulgo: בִּהְיֹתָם.
- 35, 12. לְאַבְרָהָם וּלְיִצְחָק. In ceteris libris, Hispan. aliquot et Cod. valde accurato: וּלְיִצְחָק. At Masora: לית כת' וו (Non scriptum est *Vav.*). Et revera omissum est in Cod. Josefi Thob-Elem, et in Libro, ex quo transscripsi.

Paraphrasis Onkelosi, sicut textus biblicus, vocalibus, et, quod perraro invenitur, accentibus*) ornata est. Commentario Rashiano adjecit Makir (תוספת = ת' מני מכיר הברתם 11, b.) *Hagahot R. Shemajae*, nepotis, ni fallor, Trecassini ejusque discipuli (14, b. הגהות הרב צרוני 158, a. 185, a.). Has animadversiones (21, b. 23. a. 58, a. 66, b. 69, b. 75, b. signum: בבל"ט) Makir ex commentario Shemajae autographo (שמעיה בב' מכתיבת ידו בבל"ט 21, b. בפירושי אשר מידי 134, a.) exquisitas commentario Salomonis, quem hic codex multo impressis exemplaribus exhibet pleniorem atque integriorem, inseruit. De codice hoc Makiri, qui praeter haec, quae descripsimus, f. 204, b. hypomnema egregium *de ordine Barajtarum***) repraesentat, multa ac mira exstant veluti delirantium somnia. *Car. Friedr. Bahrdtius* in Observ. criticis hoc codice vinci opinatur eos, qui „Judaeorum in describendis Bibliis diligentiam et religionem ita extulerunt, ut ea sola sufficere videretur ad explodendos criticorum conatus.“ *Olav. Gerh. Tychsen* (Tentamen p. 148.) eum „propter horridos literarum ductus et descriptoris lapsus ingentes“ a puero exercitii caussa scriptum esse existimat. Plura, in his ridicula commenta, de hoc et sequenti codice scripsere *Le Long*, Bibl. Sacra, App. II. p. 300.; *Gottfr. Christ. Goetz*, Programma, quo anno 1711. Bibl. Senatoriam aperiendam indixit p. 20.; *Wolf*, Bibl. Hebr. II. p. 324.; *Benjamin Kennicott*, Dissert. Gener. Cod. 600.

II.

[B. II. fol. 12]

חומש עם ההפטרות והמגילות וספרי אמ"ת

Codex membranaceus, orientalis, in fol. minori, foll. constans 204, vetus, integer pulcherrimusque, quem, ex Italia allatum (fol. 204. b. *Visto per mi Fra Lurgida da Bologna* 1602. *Visto per mi Dominico Carretto* 1618.), Jo. Christ. Wagenseilius una cum libris manusc. *Bëer Gola* et *Misle Sandabar* de Judaeo indocto Niclasburgi in Moravia emit, uti ipse narrat in *Epistola de Hydraspide sua.* Comprehendit hic codex biblicus, quem in manibus Karaitae orientalis olim fuisse nonnulli conjecerunt (*Monatliche Unterredungen* 1691. p. 276.), Pentateuchum et Haltharas singulis sabatis festisque diebus anniversariis recitandas, quas insequuntur quinque Volumina (*Megilot*), Tilim, Misle et liber Jobi. Qui libri omnes vocalibus, punctis accentibusque instructi sunt; a latere textus posita est Masora minima, *literalem* dico, infra autem et supra textum adscripta est Masora *verbalis*, interdum *γεωμετρικῶς* figurata, quae in enumerandis locis, quibus vocabulum textuale hac illave forma reperiatur, versari eosque locos versiculis mnemonicis iisque aramaicis complecti solet. Initia singulorum librorum pentateuchicorum singularumque Megilarum, more *orientali*, auro, pigmento imagunculisque ornata sunt. Praeterea multa in hoc codice occurrunt singularia et ab occidentalium codicum

*) J. Bern. de-Rossi, qui in catalogo suo tantummodo Paraphrases „*cum punctis*“ enumerat, explicatius loqui debebat. Targum *accentuatum*, cujus accentus ab accentibus hebraici textus disjuncti ac diversi sunt, exstat etiamnunc in Cod. prophetas complectente ac Masoris instructo, quem Bibl. Jenensis asservat.

**) סימן לידע סדר הברייתות איזהו במכילתי ואיזו בתורת כהנים ואיזו בספרי ואיזו בברייתא דר' חייא ור' אושעיא רבה.

consuetudine plane diversa, veluti librorum אמ״ת (*Job*, Misle, Tilim), exceptis particulis prosaicis, metrica scriptio, qua unusquisque versus unam lineam implet et bina in hemistichia dispertitus est.*) Quae scriptio cum regulis codicum biblicorum scribendorum (*Hilkot Sofrim*) aperte contraria sit, considerandum est, hunc codicem, uti omnes punctatos hemisticeque scriptos non in usum synagogalem, sed privatum conscriptum esse. Ita in Pentateucho nulla est majorum minorumque sectionum per *Pe* et *Samek* distinctio, sed initio cujusvis *Parasae* appositum est signum פרש׳. Criticam Codd. biblicorum Bibl. Senatoriae et Paulinae Lipsiensium jam instituit *Carol. Fried. Bahrdt* (Vita ejus a Pottio scripta p. 287.), in *Observationibus criticis* circa lectionem Codd. Mscr. Hebraeorum, Lipsiae 1770. 8. (comp. et Le Long l. l.; Goetz. in Programmate; Wolf II. p. 314.; Kennicott Diss. Gen. cod. 599. Tychsen §. 8., qui de codd. pictoratis perquam inepte sentit). Character, quo cod. noster scriptus est, quadratus est ille, qui *Ketab Asurit* (*Surit*) dicitur, non rotundosus ille, sed angulosus literisque exemplarium optimorum typis exscriptorum nil inferior. In fine duobus in foliis membranaceis (201. 202.) addita est *Megilta d'Antiochos*, sermone aramaico, partim punctis perperite distincta, partim iis destituta. Cujus hocce est initium: הֲוָה בְּיוֹמֵי אַנְטִיוֹכוֹס מַלְכָּא דִי יָוָן מֶלֶךְ רַב וְתַקִּיף הֲוָה וְתַקִּיף בְּשָׁלְטָנוּתֵיהּ וְכָל מַלְכַיָּא יִשְׁתַּמְעוּן לֵיהּ הוּא כְבַשׁ מְדִינָן סַגִּיאָן וּמַלְכִין תַּקִּיפִין וְאַצְדִּי בִּירָנְיָתְהוֹן וְהֵיכְלֵיהוֹן אוֹקִיד בְּנוּרָא וְגֻבְרֵיהוֹן בְּאֱסוּר אֲסַר : Finit his verbis: על כן בני ישראל ליומא הנא בכל גלותהון נטרין יומיא אלין יקרין להון יומי חדו משתיין ותמניא יומיא לירחא דכסלו ועד תמניא לא שדרין מנהון די בבית מקדשין כהניא ולואי החשמונאי קיימי עליהון ועל בני בניהון עד עלמא. Hinc consequuntur in f. 203. quinque cantilenae praelusoriae (*Reshujot*): 1) אדירים אל נאדר; 2) בראשית שם האל; 3) מלך אין בלתו; 4) יקר האל אהבבה; 5) אל נורא ואדיר יצר עוז לדודים, quorum quartâ, stilo lapidari, uti et ceterae, h. e. *piutico* compacta, *ἀκροστιχικῶς* nomen Jehudae exprimitur. In fol. extremo recens adjecto scriptae sunt eulogiae (*Berakot*) in legendis Parasis legis Haphtharisque prophetarum inter Judaeos ubique usitatae.

III.

[B. H. fol. 4.]

פ י ר ו ש ר״ ש י.

Cod. Wagenseilianus (Tela p. 419.), membranaceus, forma longe maxima ac paene quadrata et cubitali (foll. 140.), ternis quaque in pagina columnis scriptus, pretiosus ille propter vetustatem, sed mutilus, laceratus atque excisis picturis, quarum una 9, b. relicta est, omni splendore manu proterva privatus. Errat tamen magnopere Wagenseilius, qui, cum codices alios nimii faciat, non majus huic pretium statuit, quam „quo membrana fere apud nos venderetur." Magis etiam mirum est, ipsum Wagenseilium nescivisse, quot qualesque Salomonis Isaaki commentarios codex hic complecteretur. Etenim hanc falsam de eo habuit opinionem, exstare hoc in codice excerptas ex Rashii commentariis explicationes in omnes Hafthnrot, quae secundum ordinem librorum biblicorum, non illum, quo in synagogis praeleguntur, hic dispositae deprehendantur: in quam opinionem, ridiculam profecto ac mere commentitiam, adduxit *Goetzium* in Programmate, *Christian. Fried. Boernerum* (Le Long, Bibl. Sacr. I. p. 300.), *Jo. Christoph. Wolfium* (Bibl. Hebr. I. p. 1066.). Alios errores, qui hoc de codice late sparsi fusique sunt, praetereo; sufficiat, commentarios commentariorumque fragmenta, quae continet, religiose recensuisse. Inchoat codicem statim ab initio mutilatum 1) pars commentarii in *pentateuchum*, a Deuter. 26, 12. usque ad finem. Subjecta est clausula: סיימתי לד״י בירחצי חזק, cujus media vocabula, nisi diem XIV. m. Martii indicent, non intelligo. Sequitur 2) comm. in librum *Josuae* completus ac perfectus, addita formula: סליק ספר יהושע; 3) *Judicum*, ab initio usque ad 5, 28.; 4) *Regum*, inde ab 1 Reg. 7, 25. usque ad finem, ubi haec subscriptio exstat: סליק ספר מלכים ואתחיל ספר ירמיה הפטרת פנחס; 5) *Jeremia*, usque ad 7, 18; 6) *Ezechiël*, inde a 16, 56. usque ad finem; 7) *Jesaia*, plenus atque integer, quo ad finem perducto adduntur notulae quaedam *Mar-Josefi* (מימוקי מר יוסף) et appendicis loco (תוספת) animadversiones nonnullae, מהר״ל insignitae (81. a. b.). 8) *Dodekapropheton* (*Terêsar*), cujus solummodo particula quaedam, Hos. 1, 1 — 7, 16., conservata est. Hoc excipiunt 9) *Psalmi*, a 55, 14. usque ad extremum, sub quo haec leguntur: סליק ספר תלים שבחות לדוד ברוך ובריכים. 10) *Job*, qui liber non habet subjecta alia, quae alibi non exstent (Wolf. l. l.), nisi haec: הסליק ספר איוב מלפינו מבהמות ארץ דרשו רבותינו מפרדה שמצניעת ומשתנת ומעין השמים ותחכמנו זה תרנגול שמפייס ואחר כך בועל בעיריבין (Job. 35, 11. cf. b. Erubin f. 100, b.). Quam clausulam consequitur notissima in *Canticum Canticorum* praefatio. 11) *Shir ha-Shirim* et *Qohelet*, integra enarratione illustrata, 12) *Misle*, usque ad 2, 15. In libris propheticis tituli Haftharum superscripti sunt, id quod complures decepit, ut has solas hoc in codice explicatas putarent. Dignus autem est hic codex, et propter religionem literarumque rashianarum elegantiam, qua exaratus est, et propter vetustatem, quae seculum decimum quartum sine dubitatione attingit, ut, quantumvis misere dilaceratus sit, tamen in editione critica Commentariorum Rashianorum, quos crebris locis variantes exhibet, ea qua par est diligentia adhibeatur.

IV.

[B. H. fol. 5.]

סדר מועד מס׳ רב אלפסי.

Cod. Wagenseil. membranaceus, forma ingenti (foll. 64.), splendidus, tersus rubrisque initialibus decoratus, at mutilus in limine nullaque vel inscriptione vel subscriptione insignitus, qui operis *Alfasi*, quae est Talmudis et Babylonici et Hierosolymitani epitome, has partes exhibet: 1) fin. Cod. *Erubin*; 2) Masikta *Pesahim*; 3) Hilkot *Joma* (Jom ha-Kipurim); 4) *Suka*; 5) *Beça* (*Jom Thob*); 6) *Ta'anit*; 7) *Rosh ha-Shana*; 8) *Megila*; 9) *Moëd Qathan*. Alfasii textum charactere quadrato volubili ac rotundo exaratum cingunt undique commentarii, literis, quae dicuntur, rabinicis scripti. His in commentariis, quorum unus est brevior, alter amplissimus, innumeris locis laudantur *Rashi*, scriptores *Toseftarum* eorumque aequales in Gallia et Germania degentes, *Abraham ben-David* (ראב״ד),

*) In Cod. Dresdensi (N. 442., cum Masora magna, mire figurata), quem idem Bahrdtius descripsit (De inclyto bibliothecae electoralis Dresdensis Cod. Bibl. hebr. manuscripto Prolusio, Lips. 1767.) libri poëtici eorumque paraphrasis singulos versus continuo insequens eodem modo disposita comparent. Scriba est *Eliezer Samuëli*, cognomento סופר נהרין (= נהרין׳ ס׳ ad s. f. קצרין, אבנן; ידען, פשרן, Berakot f. 34. a.), quod insulsissimas conjecturas procreavit. Vide tamen clausulam Cod. VI.

Mose mi-Qozi (סמ״ג, חמשי מקיצי), *Mordekai Hileli* (ר׳ רב מרדכי), *Baruk Samuëli* (ס״ה, *Sefer ha-Chokma*), *Samuël Meiri* (ספ״ט), *Menahem* (מהר״מ), *Zerachia* (המאורי, *Sefer ha-Zaba*), *Mose Nachmani* (*Torat ha-Adam*), *Jonatan* (נימוקי יהונתן הכהן), multique alii. Foll. 41. 42. excerpta majora repraesentant, ex *Salomonis Isaaki* commentariis, *Teshubot* variorum ad Rosh ha-Shana pertinentibus, *Nimuke Aseri* (הרא״ש), *Maimonide* (cujus *Ha-Maimuni* in commentariis saepenumero excerpitur) aliisque facta. Suspicor, hunc codicem in Germania seculo decimo quinto vel sexto exaratum esse. Wagenseilius notas, quae textum circumsepiunt, unum commentarium esse putat, oculis scilicet captus (Wolf. III. p. 516., ubi supple Cod. de Rossi 134.), eumque ineditum conjicit, quo jure, nescio, quia mihi non licuit, ullam editionem praeter Cracoviensem (Voll. III., 1597.) comparare.

V.

[B. H. fol. 6.]

ספר מצות הגדול לרבינו משה בן יעקב מקוצי.

Cod. membranaceus (foll. 405.), pretiosus ac perantiquus, „volumen," ut Wagenseilius scripsit, „ingens, spissum, supra modum elegans, et cui simile si quis ducentis thaleris mihi comparaverit, meum gratis auferet" (Wolf. I. p. 828.), auctore *Mose Kotzensi*, qui c. annum 1236. in Hispania commoratus est (pr. affirm. 3. negat. 112.) et hoc opus, uti auctor *Sha'are Zion* et *Gedalia* tradunt, a. 1282. absolvit. Initium codicis caret indice praeceptorum ajentium (מצות רמ״ח עשה), quorum a primo usque ad CCXLI. catalogus excidit; reliquis omnibus ne hilum defit. In fine index integer praeceptorum negantium additus est. Imperantia praecepta corpus, ut ita dicam, libri constituunt, literis quadratis aterrimis in membrana albissima exaratum; prohibitoria (ספר מצות לא תעשה), charactere rashiano scripta, superiorem inferioremque marginem occupant. „De hujus libri praestantia," pergit Wagenseilius, „quod satis est, dici non potest. Judaei inaestimabilem praedicarunt." Nos ne volumus quidem multa de hoc grandi opere verba facere, siquidem in literis Judaeorum juridicis notissimum est saepiusque etiam typis exscriptum. Primam et rarissimam editionem, quae sine anni locique signo prodiit, descripsit B. de-Rossi in Annalibus Sec. XV. Typograph. p. 122.; aliam Soncini excusam 14$\frac{88}{89}$. p. 61. Codices manuscripti exstant non pauci, in his *Escurialiensis* (qui a. 1267. scriptus esse dicitur, per errorem, ut apparet, Rodriguez de Castro I. p. 163.) et *Rossiani* n. 93. (scr. Novembr. 1285.); 1211. (sec. XIV.); 1063. (a. 1445.); 790. (a. 1462.). In fine codicis nostri, si recte conjicio, in

נשלם ספר המצות
כאשר על לוחות הברית
שבח לדר מעונים
אשר תמיד עלינו קמים ונבנים
ולא יהיו עוד ידינו רפיונים
ומהרה תשפיל ארמונים
ואז נשוב לנוה קדשך ששים ושמחים גדונים גדונים
לפניך אדוני האדונים
ואיש על נחלתו יהיה חונים
אמן כן תעשה לנו אשר משלם לך נקנים :

Illustrationes (*Hagahot*), quae textum libri in particulas distributum statim excipiunt, in classes has distribui possunt: 1) Hagahot *Meiri Rothenburgensis* et *Perez*, qui cum additamento שיה״ה nominatur; 2) Hagahot shel-Rabi *Jona*; 3) Ha-

Germania scripti, addita est haec calligraphi clausula: אני משה הסופר בה״ר פריגרס הכהן כתבתי זה ספר המצות עשה וסיימתי אותם יום ו׳ ה׳ ימים לחדש אדר שנת קנ״ט לאלף השישי ובשם שזכני השם לסיימם כך יזכני לקיימם אמן אמן אמן סלה סלה סלה :, unde vides, *Mosen ben-Perigoras*, librarium, scriptionem hujus libri ineunte *Martio* anni 1399. ad finem perduxisse.

VI.

[B. H. fol. 9.]

ס׳ מצות הקטן לר׳ יצחק מקורביל.

עמודי גולה נקרא סמ״ק של רבי יצחק בר׳ רבינו יוסף מקורביל והוא קיצור מספר סמ״ג מכל דינים הנהוגים עתה בזמן הזה ומסודר בסדר שבעה ימי השבוע ועל שבעה עמודי עולם (quam inscriptionem ex impresso exemplari, ut videtur, codici manus Wagenseilii adjecit), Cod. membranaceus, in fol. latiori, plane integer (nam quae in praemisso indice exciderunt, fol. 3. a. manus secunda supplevit), literis quadratis egregie scriptus, foll. constans 80., quorum unumquodque binis paginis columnas quaternas exhibet, ex Bibliotheca Wagens., qui hunc codicem allegat in *Telis* p. 580. Concinnavit hoc opus, quod סמ״ק, utpote libri majoris Mosis Kotzensis compendium, appellatur, rogatu popularium permotus, *Isaak Corbelensis*, pietatis doctrinaeque laude inter Judaeos clarissimus. Qui cum ao. 1277. (uti in Bodlej. 288. Rossi 803. anni exstat notatio) hoc opus absolvisset, literis ad synagogas Galliae missis (quae supersunt in Codd. Ross. 571. 803. 961. 1222. et in ed. Const.) gentiles suos exhortatus est, ut hoc opus ad repetendam per singulas hebdomades legem aptissimum quam plurima in exempla describerent: id quod certatim fecerunt, praesertim cum *Mëir Rothenburgensis* et *Perez*, auctoris, qui ao. 1280. obiit, aequales, suas operi observationes et correctiones addidissent. Hinc factum est, ut permulti ejus libri codices iique magnopere inter sese dissidentes ad nostra usque tempora pervenirent, veluti septem in Oppenheimeriana, septemdecim in Rossiana*), inter quos nullus eorum, quibus librarius annum scriptionis subjecit, nostro, quoad scio, est antiquior. Codex enim noster exaratus est anno 1305., tribus decenniis post opus ab auctore confectum, uti ex clausula in fine adjecta intelligitur: אתן שבח לבורים ראשי אשר זכני לסיים זה הספר בחמשה עשר באב ביום שני באלף הששי וגבורותיו של קוני אגלגל ואגדלו אסלסל יומם ולילה אשר סייעני לסיים הספר הזה בשנת הס״ה לפרט ואתן שבח לאלהינא דיהיב לנא אוריתיה יהיון אשר כתבתי זה הספר לר׳ יעקב מהו״רן השם יזכיהו ובר׳. Ipse liber Isaaki hoc poematio finitur, quod, ut videtur, Isaaki est, qui et singulos dies, in quos liber divisus est, versiculis distinxit:

שבח לאלהי הצבאות . . . .
אשר בו אנשים ונשים מצות . . . .
והנה היא מפורש ומסודים נאה בסימנים .
והיא יגאלינו מטענים . . . .
ועיצבנו ירבה לאין אונים . . . .
ולא נהיה עוד לאויבינו מכודנים . . . .
ויהיו כולם אליך פונים . . . .
ושם נעבדך ביראה ובכל זמנים . . . .
ונהללך בתושבחות וברננים . . . .

*) Cod. 87. (anni fere 1350.); 172. (1381.); 189. (c. 1440.); 246.; 416. (1423., cum oratione Manassis hebraica); 542. (1384.); 571. (1337.); 583.; 756. (1406.); 803. (1404.); 811.; 858.; 933.; 961. (ante 1327.); 1286.; 1330. (anni 1387.).

gahot ex libro *Baruki,* qui fol. 80. a. discipulus R. *Abba* dicitur, desumtae; 4) Hagahot nescio cujus, qui f. 37. d. *Samuelem Arvernum* magistrum suum nominat; 5) Hagahot Anonymorum, ex *Maimuni, Rab Alfes,* libro rituali majori *Mosis Kotzensis* ejusque glossis interlinearibus (גליון בסמג), ex *Masiktot gedolot* (מ״ג) et *Halakot gedolot* (ה״ג) excerptae. Praeterea in illustrationibus libri hicce crebro citantur: 1) מבחר פנינים, f. 4. a. גם במבחר הפנינים כת' משל בא עלות. In cod. ex praeda Turcica redemto, a quo noster saepissime magnoque opere deflectit: כאשר אמר בעל המוסר במגלות וכו': 2) Tosefot, speciatim תוס' משנץ (דשנץ, דשנין, *Sens*); 3) פי' קונטרסין, h. e., codicilli doctoris Trecassini, ex quibus saepe multumque correctis concinnatus est deinceps eius commentarius, *Isaaki* Menahot f. 32. a. v. 6.; = קונטרסים Gittin f. 28. b.); 4) ס' התרומה; 5) סדר של ר' יוסף טוב עלם (*Bonenfant*); 6) סדר רבינו משה (סדר הר״ם); 7) תשובות הגאונים; 8) ס' ערוך; 9) אבי עזרי; 10) מחזור ויטרי, liber ritualis, qui cantilenas aliquot adhuc incognitas, et inprimis liturgiae leges ac regulas continet; 11) תשובות הרי (Isaaki majoris); 12) מגלת סתרים דרבינו נסים גאון (ad §. 229.); 13) הפרים (in formula בהדא דירא); 14) שמושי רבה; 15) תקון שטרות. Inter Rabinos, ad quorum autoritatem saepenumero provocatur, praeter eos, qui in vulgus noti sunt (רש״י, ריצב״א, רי״בא, רשב״ם, הר״ט, ר״ת, ר״י) hos nominandos puto: 1) ר' אליאב כהן הצרפתי ממו״צא (*Meaux*); 2) רבותינו מאיירא (*Evreux*, cf. *Josefi Kolon*, Vota §. 160.), ex quibus *Isaak, Mose,* ejus frater *Salomo* (c. 5000.) et *Samuel* saepissime commemorantur; 3) ר' אשר מלוניל (*Lunel*); 4) ר' אליעזר ממי״ץ (*Metz*); 5) ר' יעקב דאורלינש (*Orleans*); 6) יחיאל פריוסק ejusque filius, qui in Palaestinam profectus est, ex cujus quodam libro typus libelli repudii affertur; 7) ר' שמשון ור' אליעזר משנ״ץ (*Sens*); 8) ר' יעקב מוורדון (*Verdun*); 9) ר' יצחק מקלצ״ן (*Chalons?*) f. 16. a.; 10) ר' יחיאל מפ״ריש (*Paris*); 11) ר' טוביה מבא״יונא (*Bayonne*); 12) ר' שמשון מפלו״רא (*Fleury*); 13) ר' יעקב סין טוב (*Saint-Thob*); 14) ר' שמעיה בן אליעזר. Propter argumenti similitudinem non possum hoc loco silentio praeterire codicem mscr., quem cum Bibliotheca Senatoria emere nollet, Jo. Georg. Abichtius, professor Vitebergensis, sibi paravit (Wolf. IV. p. 756.), *Sefer Sinai* dico, cujus auctorem et scribam diserte significat subscriptio: סליק ספר סיני שייסד ה״ר אברהם אח של ה״ר מאיר הגדול בן ה״ר ברוך ויען קרא אותו סיני שסיני בגימטריא ענוה ולוקט אותו מעמוד עולם: אני הסופר אשר ברבי דוד ז״צל כתבתי זה הספר להחבר ר' אביגדור בה״ר אליעזר ז״צל וסיימתי אותו ביום ו' קל״א לפרט ה' באב המקום יזכינו להגות בו הוא ובניו ובני בניו עד סוף כל הדורות אמן סלה: Comprehendit hic liber observationes rituales et juridicas, numero 1469, quarum quaelibet incipit voce: מצאתי. Opus universum hos in tractatus distributum est: 1) הלכות שבת; 2) ה' נדה; 3) ה' חלה; 4) ה' ע״ז; 5) ה' יין נסך; 6) ה' טריפות; 7) ה' תפלין; 8) ה' שחיטה; 9) ה' ספ' ת'; 10) ה' נטילת ידים; 11) ה' איסור והיתר; 12) ספר מצות, compendium τοῦ סמ״ג Mosis Kotzensis; 13) קצת מסימני אבי העזרי (v. Wolf. III. p. 11. et *Sifte Jeshenim*); 14) תשובות מה״ם (*Menahemi*, vel, ut Wagnero videtur, *Mëiri Rothenburg*). Annexus est libellus ritualis de variis *licitis* et *vetitis* ad oeconomiam spectantibus, excerptus ex libro cujusdam עזריא, triginta sex capitibus constans, sed violente decurtatus. Hanc libri plane ignoti descriptionem, ex qua Wolf. III. p. 669. IV. p. 756. supplere poteris, acceptam refero chartis Wagnerianis, quas codici Ungeriano infra describendo adjeci.

VII.

[B. II. fol. 3.]

מ ח ז ו ר י.

Cod. membranaceus, pictoratus, vastae molis, uncialibus literis elegantissime scriptus, qui *Qerobot* diebus festis (*Pesah, Shebuot, Rosh-ha-Shana, Jom-Kipur, Sukot*) recitari solitas, adjectis etiam *Selihot* et *Hosianot*, continet, foll. complectens 366., ornatus literis, quae dicuntur, florentibus (f. 88. a. 248. a. 329. a.), portentosisque figuris atque icunculis, quae partim calamo sunt adumbratae (28. a. 67. b. 128. a. 142. b. 159. a. 160. a. 270. a. 280. a. 281. a. 285. b. 301. b. 303. b. 326. a. 340. a.), partim pigmentis variis ac vivis coloratae (144. a. 191. b. 192. a.). Harum picturarum, quae mediae aetatis superstitionem barbaram redolent, nonnullae, veluti octo de signis zodiaci in precatione *Thal* (7, b. sqq.), pueri, ut videtur, petulantia excisae sunt. Interdum ex infimo quoque codicis margine membrana resecta est, ad *Mezuzot* vel phylacteria, ut suspicor, exaranda, scriptura tamen semper illaesa. In principio unum folium duove, *Jocer* et *Zulat* primi *Paschae* diei exhibentia, deficiunt, quae sua manu *Wagenseilius* supplevit; in medio libro inter אזהרת ראשית et אקדמות (102. 103.) unum folium, in canticis primi diei *Rosh-ha-Shana* plura folia, quae *Shaharit* continebant, exciderunt. Collatis accurate libris ritualibus excusis, codicem nostrum a ritu *germanico* nonnisi ordine cantilenarum nonnunquam paullum deflectere cognovi. Intellexi etiam, cum praeter variarum lectionum uberrimam copiam fere nil rari necdum typis exscripti continere, nisi haec *aramaica* carmina, quae ad summum ejus pretium constituendum sufficiunt: 1) רשות להפטרה בתרגום דר' שמואל הכתבי (?) (27. a. b.), prologus aramaicus ad Hafthara primo die *Sukot* recitandae paraphrasin, sine vocalibus ac punctis, cum acrosticho שמואל חזן hisce versibus ordiens:

אָתא והדנא ברבוא   וקדושתא בריבבתא
בְּריך לית לכל ברייתא   סבום גונדי גונדתא
גְּלי עמיקי ומסתרתא   שבינתך לית דידע דוכתא
דְּילמהוי בהוותא   עין כל יציר לא רשיתא׃

*) Usque ad init. millenarii VI. permansit mos, VII. die Paschatis et festo *Shebuot* (ad exitum ex Aegypto lationemque legis celebranda) recitare aramaicam paraphrasin Parashae solemnis, uti perspicitur ex Mahazor. mss., atque etiam Haftharae, h. e. die I. Shebuot Ezech. I., die II. precationem Habacuci (cf. Tosafot, Megila f. 24. a.), ex translatione *Jonatani Uzieli*, quae additamentis ex Agada desumtis locupletari solebat (Isaaki, Taanit f. 23. a.). Ea de causa Jonatani in unaquaque Introductione Haftharae aramaicae honorifica fit mentio, veluti in *Jecib Pitgum* (quod, sicut *Aqdamut*, introductio ad Parasham aram., etiam abrogata Targumi recitatione retentum est) atque etiam in fine tertiae Introductionis, quae etiam in Mahazore membranaceo, scr. 5050. (in bibl. *Heimanni Josefi Michaelis*, viri mirifice literati) inscribitur: רשות למפטיר דרבינו יצחק מדנפיר. Initium hujus carminis, quod in Cod. nostro deest, acrostichice illius יצחק insigniti itemque aramaice scripti, hocce est: אֲלימי כען דמנכון כוזו, ועלימי בדילכון פזיז, בְּדיל כוואה קְהליך מטרדין מסתן, et finis: בדו פריש יהונתן, בניב גהלין קבל הלין דקם קבלין. Auctor hujus Introductionis (uti Heimannus me edocuit) est *Isaak mi-Dompierre*, Samuelis filius, Simchae Victoriacensis (auctoris Mahazor Vitry) nepos. Mater ejus erat filia *R. Meiri*, qui filiam Isaaki Trecassini duxerat, et soror *R. Samuelis bar-Meir* (רשב״ם), *R. Jakobi* (רבינו תם), et *R. Isaaki bar-Meir* (ריב״ם). Cetera hujus Isaaki Dompetrani nomina sunt: ר״י הזקן, ר״י בעל התוספות (quo nomine ab *Isaako minori bar-Abraham*, abbrev. ריצב״א, ר״י, discernitur). Ejus filius, *R. Elchanan*, pater *R. Samuelis*, ao. 4944. martyrium suscepit.

In fine hujus carminis scriptum est initium alius prologi: שריען כמה דפריש יהונתן בר עוזיאל יבדי הזה : השית אחד מרבינו יצחק מרנפירא זצ״ל. Inter poëmata *pentecostalia* occurrunt ac tanquam lucent cantica grandia ac sublimia *Mëiri ben-Isaak*, cognomento *Chazan*, quorum altero paraphrasis *decalogi* (לשירתי דבירא), altero paraphrasis hymni ad mare cantati (שירתא דימא) carminibus magnificentissimis amplificantur (f. 103. a — 115. a. 115. a — 121. a.). Cantici primi exordium (*Reshût*) est carmen *Aqdamut*, solum illud typis exscriptum nostroque in codice nonnisi inde a *Vav* nominis acrostici וּבמישׁם conservatum, quod excipitur paraphrasi *hierosolymitana* Exod. XIX., 1 — 25., annexo carmine *Arkin*, quo, uti constat, Moses in coelos ingressus honorificeque a Deo atque angelis exceptus describitur, et Exod. 20, 1., subjecto carmine אַרְעָא רַקְדָּא שְׁמַיָּא זַעְיר, quo legislatio sinaitica celebratur. Hinc deinceps sequuntur decem praecepta, praefixo versu biblico aramaice a paraphrasta converso eoque carmine aramaico a poeta illustrato, quo argumentum praecepti vel interpretatione explicatur vel exemplo ex historia petito confirmatur, veluti secundi, exemplo *Chananiae, Misael et Azariae,* qui imperatis tyranni repugnantes fidemque suam cantilena amoebea, graeci apocryphi simillima, confitentes introducuntur; sexti, exemplo *Joabi*, filii *Zerujae.**) Epilogum, quo haec decem carmina, mira arte concinnata, finiuntur, constituit Exod. XX. 15 — 23. *Alterius* cantici, quod *Shirta de-Jama* inscribi possit, prologus est carmen:

אֵילָו

פִּתְמִי גִּי מִי ··· חֲגֵי נִשָּׂא רֵשׁ מִי
גְּדִילֵי שְׁמַיָּא וְשׁ מִי ··· דִּילְהָא כָּלֵי · מִי
הֲדַר גִּיבִי אֵל מִי ··· וְשִׁלְטֹם בְּבָלֵי הוּא מִי
וְגִיר סַפְקֵי סַב מִי ··· חֲדָא לְרִבּוֹן קְמִי

quod exhibet acrostichon: מאיר בירבי יצחק חזק ואמץ. Sequitur Ex. 13, 21., annexis carminibus: אית הורתא ודוגמא et

אֲבוּהָן דִּבְשְׁמַיָּא גַּבְּרִין
בְּרִי בּוּכְרִי קְרִין
גַּלְפֵי גְּשׁרִין שַׁרְיָן
דְּלִיק קְטִין גִּיזְרִין

Exod. 13, 22., subjecto c. אֱלָהָא תַּקִּיפָא רַבָּא, 14, 30. consequente itidem paraphrasi aramaica ac poëtica.

Hoc exordio concluso, ipsa *Shira* insequitur, quae rursus, contexta cum aramaicis carminibus aramaica paraphrasi, egregie exornatur atque illuminatur. Epilogum efficit *Midras* de quatuor sanctis noctibus (h. e. creationis, revelationis Abrahamo factae, aegyptiacae ante emigrationem, novissimae, qua *Messias* de coelo ad judicium habendum descendet), inchoans his verbis grandisonis: אַרְבַּע לֵילָוָן כְּתִיבִין בְּסֵפֶר דּוּכְרָנַיָּא. Haec fere est eorum carminum artificiose compositorum oeconomia, quibus quidem nescio an quidquam humani aramaico sermone unquam scriptum sit elegantius atque excelsius. De externo codicis nostri pretio haec scripsit Wagenseilius: „sumtibus totius alicujus coetus scriptus est; nec enim minorem mercedem scriba, quam thaleros *centum* retulit, membrana vix *triginta* thaleris parabilis erat.“ Subscriptio nomen scribae sine temporis locique notatione exhibet: יעקב בה״ר יהודה סופר חזק.**) Exaratus est, nisi cetera vestigia me decipiunt, seculo decimo quinto, in Germania australi cisrhenana.

*) Hoc carmen, quo sextum praeceptum exemplo Joabi depingitur, germanice vertit *Zunzius* in Anatectis (Geiger III. 1. p. 40 ss.).

**) Tegmento libri intrinsecus inscriptum est *μνημόσυνον*, quod Josefo Meiri Neostadiensi Furthae ao. 1687. sepulto scripsit Josef Zalmani Señor.

VIII.

[B. II. fol. 2.]

ס ל י ח ו ת·

Cod. Wagens. membranaceus, integer, et, si folia triginta quatuor in fine (f. 148 — 182.) excisa et ceram de candelis synagogae crebro in eum destillatam exceperis, illaesus (foll. 182.), qui locupletissimam precationum poenitentialium, quae quotannis recitari solent, collectionem, adscriptis in margine supplementis ac glossematis, continet. Inter Selihot 240., quas exhibet, cum libros decem excusos, quibus Selihot insunt, conferrem (Francof. a. M. 1763. 4.; ad ritum Littuanorum Amst. 1806.; *Wsedlkowy* 1824. 4.; Rödelheim 1833. 8.; ad ritum Bohemiae, Moraviae, Hungariae et Silesiae, Viennae 1833. 8.; Poloniae magnae et parvae, ib. 1833.; *Wsedlkowy* 1834. 4.; Sulsbaci, ad ritum Posniae, *Horodni* finitimarumque regionum 1835. 4.; *Seder Tefila,* apud Uri Feibesh Amst. 1681. 4.; *Tefilat Israël,* auctore Jacobo, Rabino Lissano, Rödelheim 1833. 8.), quadraginta novem invenire non potui, quae vel sunt perrarae vel typis plane nondum exscriptae (n. 19. 26. 30. 33. 37. 38. 47. 51. 52. 54. 56. 63. 65. 66. 67. 81. 83. 88. 90. 99. 100. 101. 102. 109. 113. 114. 154. 156. 160. 161. 162. 174. 179. 180. 181. 182. 188. 189. 192. 193. 194. 198. 200. 203. 204. 210. 211. 214. 215. 218. 220. 221. 225. 231. 233. 234. 235. 237. 239.), de quibus singulis complura invenies in libro *Zunzii* de genere poëmatum, quod *Selihot* dicitur. Praefixi sunt indices tres, quorum alter *Selihot* secundum ritum *Landshutensem*, tertius secundum *Bohemicum* dispositas repraesentat. Usa est quondam hoc codice *Landshutensis* in Bavaria synagoga. Postea Judaeis tota regione expulsis *Neostadiensis* in Palatinatu oppidi synagoga eum sibi vindicavit, exeunte seculo decimo sexto, id quod ex notula f. 113. b. 114. a. adscripta colligi potest: „Scriptum die hebdomadis tertio, tertio mensis *Tisri*, ao. 1605., hic *Neostadii* apud *Weiden* in Palatinatu. Ao. 1604., secundo *Lag be-'Omer* incendium factum est Neostadii, quo tres Judaeorum domus, sex Christianorum conflagraverunt.“ Ibidem catalogum precationum ad ritum Neostadiensem (מנהג ק״ק נייא שטאט בפפאלץ) dispositum confecit codicique membranis oblongis inscriptum adjecit Isaak Pragensis, Librarius, ao. 1663., uti docet ejus subsignatio. Neostadio codex in pagum *Ottensoss* delatus est, ao. 1688., uti docet suspirium anonymi hebraico-germanice primo in folio consignatum.

IX.

[B. II. fol. 8.]

א ו ר ח ח י י ם·

Cod. Wagens. membranaceus, literis rashianis majusculis s. semirabinicis scriptus, foliis quondam constans 231., quorum nunc aliquot medio ex libro evulsa deficiunt; inferiorem marginem mures arroserunt, attamen sine scripturae detrimento. Continet primam partem operis illius quadripartiti (*Orah Chajim, Jore De'a, Eben Ezer, Choshen Mishpath*), quod *Arba Thurim* vel vulgari dicendi consuetudine *Arba Shulchan Aruk* nominatur, et rituales Judaeorum leges ac constitutiones accu-

-ratissime examinatas atque illustratas quasi uno corpore comprehendit, auctore *Jakob Aseri,*)* non *Josefo Karo*, uti Wolfius tetro errore caecatus affirmat. Hoc enim doctore, disciplinae arcani dedito, multo est codex noster antiquior, ut facile quisque videt, quamvis nulla in eo exstet temporis locive, quo scriptus sit, notatio. Initiales ejus literae modo rubrae, modo nigrae, virides vel caeruleae pampinis frondescunt, foliis virent, floribus vestitae aliisque insignibus atque ornamentis vermiculatae sunt; interdum etiam auro coruscant (f. 14. b.), et figuras hominum aliarumque animantium chimaerae similium repraesentant. Adjectae sunt scribae ejusdem manu הלכות דעות להרמב״ם ז״ל (224. b. usque ad finem), ex opere ingenti *Jad Chazaqa* exscriptae, in quo tractatum secundum libri primi partis primae constituunt. De *Orah Chajim* seorsim Mantuae 1476. impresso v. *de Rossi* de Typogr. Hebraeo-Ferrariensi p. XXI. ed. Erl.; de eodem 1485. in Lusitania edito Ejusd. de Typogr. origin. ac primitiis p. 29. ed. Erl. De septem aliis totius operis *Arba Thurim* editionibus v. Annales Hebraeo-Typographicos 1501—1540. De Sabionetensi et antiquissimis in universum: Annales Sabionet. p. 11. s. ed. Erl. Bibliotheca Rossiana asservat codicem, quatuor Ordines complectentem, quem ao. 1459. Ferrarae scripsit *Isaak Zarah ben-Zerakia* (Catal. Cod. 64.) aliumque bombycinum, qui, sicut noster, nonnisi primum Ordinem, *Orah Chajim*, exhibet (ib. 1325.). Codex noster, si non seculo decimo quarto, certe decimo quinto exaratus est.

X.

[B. II. fol. 7.]

י ו ר ה ד ע ה׃

Cod. Wagens. membranaceus (foll. 170.), integer atque incolumis, literis *rashianis* majoribus scriptus, quae quidem atramenti, ut videtur, vitio passim palluerunt, quatuor in paginis (65. b—67. a.) literis florentibus belleque marginatis decoratus, complectens partem alteram operis triti ac celebrati *Arba Thurim, Jore De'a* inscriptam, auctore, uti jam diximus, *Jakobo Aseri,* patris clarissimi filio clarissimo. De tempore, quo codex hic scriptus est, clausula in fine subjecta omnem tollit dubitationem: אני שלמה בר׳ דוד כתבתי זה ספר יורה דעה להה״ר משה בן הה״ר אליקי׳ וסיימ׳ אותו בכ״ד ימים לחדש אב בשנת קע״ב (כ״ל קע״ב = 1412) והש׳ יאיר עיניו במאור תורתו ללמוד בתוכו היא ובניו ובני בניו עד יבא ישועת אריאל ובא לציון גואל בריך רחמן לית בה׃. De *Jore De'a* seorsim Ferrarae 1476. excuso v. de Rossi de Typogr. Hebraeo-Ferr. p. 11. Erl., de eodem Cracoviae 1530. edito: Annales 1501—1540.

XI.

[B. II. fol. 15.]

ס׳ שערי אורה וס׳ מערכת האלהות׃

Cod. Wagens. chartaceus (foll. 125.), quem exaravit charactere polonico-rabinico *Isaak bar-Mordekai ha-Kohen*, cognomine *Lankusch* (לנקוש), Cracoviensis (מקראק), ao. 1558. Hinc nactus est eum codicem quidam *Matatja de Lakrut,* suisque eum prooemiis et glossematis locupletavit, quae quidem ab ipso Matatja adscripta esse non sine caussa conjicio.

1) שערי אורה (f. 1—84.), Isagoge in theologiam kabalisticam (quae interdum et ס׳ אורה inscripta est, teste *Azulai* II. f. 4. b.; velut Cod. Plantavit. unus apud Wolf. II. p. 1257. Medicei duo, quos describit *Biscioni* Bibl. hebr. Flor. p. 283. 299. Codd. de Rossi duo 916. 1228.), scripta ab Josefo Gecatilia (de cujus aetate c. 1300. docte exposuit de Rossi ad Cod. 110.), cum praefatione et commentariis marginalibus *Matatjae ben-Salomo de Lakrut* (דלאקרוט), patre *Josefi de Lakrut,* qui hunc ipsum Gecatiliae librum cum patris annotationibus edidit Cracov. 1600. 4. (Wolf. III. p. 414.). In prooemio, in quo de ordine Sefirarum et Emanatione (אצילות) agit, *Matatja* ait, se his in commentariis fructus studiorum suorum kabalisticorum, quibus, dum in Italia c. a. 1550. vitam extorrem ageret, incubuerit, condidisse operamque dedisse, ut tropos de rebus corporeis desumtos, quibus Gecatilia ad instituendos Kabalae tirones usus fuerit, explanaret librumque ejus contra errores legentium muniret. Excusus est hic Matatjae commentarius iterum cum textu ipso, charactere quadrato expresso, Offenbaci 1715. 4. (Wolf. III. p. 391.).

2) מערכת האלהות (f. 85—125. b.), auctore non nominato*), cum *Matatjae ben-Salomo de Lakrut* praefatione, qua de Kabalae in theoreticam et practicam divisione, de libri in V. *Maarakot* et V. *She'arim* partitione ejusque octo utilitatibus agit. Adscriptus est ejusdem Matatjae commentarius marginalis, quem, ab amicis rogatus, ex libris antiquis magistrorumque traditione composuit. Liber *Ma'areket,* qui in disciplina arcani versatur et quindecim constat sectionibus, aliorum commentariis auctus, prodiit Mantov. 1558. Ferrarae, in charta coerulea, item 1558.; Francof. 1691., multisque in bibliothecis latet. De auctore libri Matatja in prooemio, „Fugit," inquit, „nos nomen auctoris, nisi quod ex ipso libro apparet, eum doctrinam a *Rabi Sheshet*, discipulo summi *Mosis Nachmani* accepisse, unde verisimile fit, nomen ejus esse R. *Perez* (h. e. *Perez Isaaki Kohen* Gerundensis 1241.), siquidem in libro *Pelah Rimon* per abbreviaturam ר״ף ejus fit mentio." Nomen ejus ipsius *Perez ben-Isaak* in fronte gerunt Cod. Vatic. 265. (Catal. p. 228.), et Oppenheimeriani duo (Cat. f. 13.). Alii librum ab *Azariël Sagi-Nehor* confectum esse ajunt (Rossi de Typogr. Ferrar. ad a. 1558.), cujus nomen inscriptum est Codici Vatic. 211. De commentario Matatjae silent bibliographi, etiam Jo. Christoph. Wolfius I. p. 995. (cf. III. p. 955.), ubi codicem nostrum commemorat.

XII.

[B. II. fol. 10.]

מורה נבוכים וגנת אגוזי׃

Cod. chartaceus Wagenseil. (Sotha p. 71.) in fol. minori, foliis constans 277., literis rabinicis occidentalibus exaratus, qui libros scriptionesque complures comprehendit, quas sigillatim recensebimus:

1) מדרשות, collectio interpretationum nonnullarum recens concinnatarum super quosdam Sacrae Scripturae locos (f. 1. b—4. a.).

2) מאמר מ״נ להרמב״ם, *More Nebukim* s. Doctor Perplexorum (דלאלה אלחאירין) Maimonideus (5—123. b.), tripartitus ille atque illaesus (ס׳ א׳ חלק ראשון 5—49. a. ח׳ שני 49. b—88. b. ח׳ שלישי 89. b—123. b.). Praefixum est hoc epigramma:

---

*) In proemio libri (quod etiam Cod. IX. exhibet) auctor scribit: מסקנת א״א הרא״ש ז״ל (h. e. אדוני אבי הרב אשר זצ״ל).

*) Anonymi sunt etiam Codd. de Rossi 1163. 361. 1073. cum duobus commentariis, uno anonymo; altero *Minchat Jehuda* inscripto (quem separatim exhibet Cod. 1225.), auctore quodam *Juda Chajat.*

בכל נפש אם בין תבין   דברי ספר שלפניך
מראות אלהים תחזה בם   תתן טעם אל נפשך
אך אם תחטא בינתם   תשים סכין אל לועך

In ipso textu illustrationis ergo addita sunt excerpta aliquot ex *Midras Chazit*, *Midras Qohelet*, *Pirqe Eliezer*, *Pesiqta*; in margine adscriptae sunt glossae, citata (ex חבור על תחית המתים ס׳ עולם קטן, גנת אגוז, הנקדת יה״), variae denique lectiones.

3) גנת אגוז (124. a — 245. a.), opus mysticum, ad interiores et penetrales literas pertinens, quae in arcanis investigandis laborant, auctore *Josefo Gecatilia*, uti docet praescriptio: אני יוסף הקטן ב״ר אברהם גקטילה זצ״ל הדר בקצה קשטילה במדינה אשר בקצה הגבול (Wolf. III. p. 398.). Excusus est hic liber *semel* Hanoviae apud *Hans Jakob Hene* 1615. fol., quae editio cum perrara sit, ex codice nostro argumentum libri hujus, qui magni vel in historia grammaticae ponderis est, apponemus. I. חלק השמות, mysteria nominum. 1) שער ההויה, de nominibus יה, אהיה, יהוה, Dei essentiam docentibus. 2) שער הכנוי, de nomm. אל, אלוה, אלהים, Dei qualitates significantibus. 3) שער ההיכל, de nom. אדני, Tetragrammati ineffabilis tanquam templo. 4) שער השם, de nom. שדי ejusque cum המיוחד שם necessitudine. 5) שער הצבאות, de nom. יהוה צבאות, quod est Dei, utpote qui mundi universitatem regit. II. חלק כ״ב אותיות היסודיות, mysteria literarum ordinem mundi ejusque actiones ac motus delineantium, pars pro literarum multitudine multipartita. III. שער הנקוד, mysteria punctorum, quae sunt unitatis, structurae, motuum simulacra ac sensionis motionisque literarum interpretes. Haec pars seorsim edita est Cracov. 1648. 4. 1) שער היסוד, mysteria trium punctorum fundamentalium חֹלֶם, חִלֶק, שׁוּרֻק. 2) שער הבנין, mysteria trium specierum punctationis, quae *aedificium* indicant, h. e. צֵרֵי, סֶגֹּל, שְׁבָא. 3) שער התנועה, mysteria punctorum פַּתָּח et קָמָץ, motus systolen et diastolen repraesentantium. 4) שער היחוד, mysteria unitatis verae et post quam fundamentum aliud non datur, ac qualitatum fundamentalium et verarum (היחוד האמתי, non האמצעי Wolf. III. p. 390.).

4) ס״ד עשר ספירות (246. a — 249. b.), tractatus item ex vetere codice descriptus, ut adnotata docet lectionis varietas (249. a. marg.), auctore, ut videtur, eodem Josef Gecatilia.

5) דרשות וחדושים (250. a — 277. b.), homiliae *hebraicae*, et aliae scriptiunculae in unum collectae, quas deinceps enumerabimus: 1) דרשה קטנה; 2) דרשה לחג השבועות; 3) ד׳ לחג הסכות; 4) ד׳ לחנוכה; 5) ד׳ לפורים; 6) ד׳ לראש השנה; 7) ד׳ ליום הכפורים; 8) דרשה, ex locis talmudicis concinnata, et regulas vitae paritatisque per legem postulatae tractans, — ad unam omnes anonymae. 9) דרשה לר׳ האי גאון, homilia clarissimi illius *Haji Gaon*, de resurrectione mortuorum rebusque novissimis (263. a. b.). 10) דין חבוט הקבר, capitulum ex libello *Shaalot R. Eliezer*, cujus cetera capitula n. 16. 19. 20. harum miscellarum exhibent. 11) ספר גן עדן, scriptiuncula de paradiso (264. a.). 12) תורת האדם לרב נחמן (264. b. sqq.), compendium disciplinae moralis, et de eo, quod prudentiae ac decentiae conveniens est, ex opere majori Mosis Nachmani (Cod. de Rossi 869. Exc. Venet. 1595. 1599. Constant. 1519.). 13) דברים המטשטשים את האדם (268. a.), sententiarum series, quarum auctor esse dicitur: הרב מאבל״א (?). 14) ד׳ מעשים טובים על יסורי צדיק וטוב הרשע (ib.). 15) פרקי ר׳ יצחק בר פרנך, de quorum auctore (ר׳ פרנך, Moëd qathan 9. a.) nondum quidquam relatum legi (ib.). 16) שאלות ר׳ אליעזר (218. infra). 17) מלחמות בית מגוג ומשיח בן יוסף ומשיח בן דוד (269 sqq.). 18) ס׳ זרובבל (*Zunz*, Gottesd. Vortr. p. 140.), 270. b. s. 19) סדר גן עדן. 20) יצירת הולד, scriptiones insulsitate sua notissimae. 21) שאלת התלמידים לרבם, *agadae* talmudicae, quas aliquot *Peraqim* recens scripti et *midrasici* insequuntur. Haec satis sunto de hac συναγωγῇ scriptionum absurdarum mire confusa ac perturbata. Adjecit his miscellis Wagenseilius folia aliquot picta, quae ex pentateucho plane putrido et peminoso excissa servavit.

XIII.

[B. II. fol. 20.]

פירושים להרמב״ן.

Cod. membranaceus, laevigata in membrana charactere *rashiano* majore scriptus, praestantissimus *omnibusque* numeris absolutus (corrige Wolf. I. p. 879.), qui duos Mosis Nachmani Gerundensis commentarios continet. Auctor eorum medio seculo decimo tertio floruit; anno enim 1267, facto voto de suscipiendo in terram Israëlis itinere, Hierosolymam pervenit. Constat codex foliis 373, ex quibus 328. complectuntur:

1) חדושים בפירושי התורה (חדושי התורה, quae est ipsius commentarii inscriptio), adnotationes in quinque libros Pentateuchi, quorum primum Nachmani ס׳ היצירה, secundum ס׳ הגאולה, tertium ס׳ תורת כהנים, quartum ס׳ הפקודים, quintum ס׳ משנה תורה; quae nomina, innovata potissimum, multos errores pepererunt (Wolf. IV. p. 921.). Qua de causa Nachmani hunc commentarium, quem codex noster integrum, non decurtatum exhibet, *Chidushim* nominaverit et quo eum consilio atque animo scripserit, apparet ex prologo rhythmico haud vendibili oratione composito, in quo ait: אשים למאור פני נרות המנורה הטהורה · פירושי רש״י ז״ל עטרת צבי וצפירת תפארה · מיבחר בנימוסי מקרא ומשנה וגמרא · לו משפט הבכורה · בדבריו אהגה באהבתם אשגה ועמהם יהיה לנו משא ומתן דרישה וחקירה · בפשטיו ובדרשיו ובכל אגדה בצורה · אשר בפירושיו זכורה · ועם ר׳ אברהם אבן־עזרא · יש לנו תוכחת מגלה ואהבה מסותרה וכו׳

2) פירוש על ס׳ איוב (329. b — 373. a.), quem cum Novellis in Pentateuchum exhibet etiam Cod. de Rossi 794. Excusus est in Bibl. Rabinicis Venetis 1517. et Amstelaed. 1724. Ad Job. 30, 1. *Misle ha-Qadmoni* hocce modo citatur: על כן יאמר בספר משלי הקדמוני · שאלו לאיוב מה מצאת רע מכל הבא עליך · אמר שמחת אויב לרעתי: Subjecta est in calce operis haec scribae clausula: אני אליעזר ב״ר יחיאל הלפן ז״צל כתבתי זה הספר הנקרא הרמב״ן ז״ל למורי החבר ר׳ נתנאל רפאל טלבות ז״צל וסיימתיו יום הפרשה ויגש שנת ה״ל לפרט (1475.) וכו׳. De nomine טרבות v. Wolf I. p. 928. III. p. 857.

XIV.

[B. II. 4. 32.]

ביאורים על רש״י.

Cod. chartaceus, in 4° (foll. 90.), in principio, in fine, quin et medio mutilus, quem testem citat *Wagenseilius* ad Sotham p. 41. (*in nostris Annotationibus Ms. super R. Salomonis Comment. in Legem*), Wolfius autem (III. p. 1397.) inter commentarios in Pentateuchum anonymos enumerat. Quis est autem, quin animadvertat, vel primo adspectu, hoc Ms. commentarium esse in Salomonis Isaaki Trecassini commentarium pentateuchicum, eumque uberrimum ac gemarico seu dialectico dicendi genere conscriptum? Pervolutavi igitur supercommentarios commentarii Rashiani, quotquot bibliotheca Senatoria possidet, in his Perush *Eliae Mizrahi* (Venet. 1527. fol.), Gur Arje *Judae Löb ben-Obadia*, qui plurima ex fontibus Eliae et

Salomonis Luriae hausit (Pragae 1678. fol.), Diqduqe Rashi *Jakobi Mercariae*, qui commentarium Elianum excerpsit (Riva de Trento 1560. 4.), ac tandem inveni, hoc Ms. *Natanis ben-Simson Spirae* Germani (בה״רן) ex urbe Grodno (הראדנה) in Lituania oriundi *Biurim 'al-Rashi* exhibere, neque diversum esse ab harum illustrationum editione Veneta, quae hac prodiit inscriptione: ביאורים על האשל הגדול רש״י ז״ל מה שחבר הרב המובהק הגאון מוהר״ר נתן מקק הראדנה גדולה נ״ע (Venet. 1583. 4.). Hoc ex glossis germanicis, quae, uti in Ms., etiam in ed. Veneta passim admixtae sunt, illico intellexi. Verum Ms., mutilatum illud et a compluribus ocyus confusum, excusi commentarii nonnisi fragmenta exhibet, quae, cum illo collata, infra ponam:

1) צו ויקרא, Ms. fol. 1 — 6. = ed. Ven. f. 92 — 99. a.
2) מצורע usque ad אחרי מות med. Ms. f. 7 — 25. = ed. V. f. 99. a — 108. a. linea fere 22.
3) קדושין med. — מיתה med. Ms. f. 26 — 73. = ed. V. f. 110. a. lin. 8 — 148. b. lin. 20.
4) אתחנן med. Ms. f. 74 — 75. = ed. V. f. 156. b. lin. 20 — 158. a. lin. 30.
5) אתחנן fin. — תצא Ms. f. 76 — 86. = ed. V. f. 157. b. adnot. lin. 7. — 170. b. lin. 33.
6) תבא — וזאת הברכה med. Ms. f. 87 — 90. = ed. V. f. 170. b. — 170. a. lin. 13.

Haec sex fragmenta, quae codex noster continet, ab excuso exemplari tantopere et tam crebris locis discrepant, ut ex illo fluere minime potuerint. Neque dici potest, codice commentarium, qui Venetiae emissus est, *depravatum ac corruptum* repraesentari; siquidem variae lectiones, quae in margine adnotatae sunt (נ״א), et fontes in ipso textu nominati, quos Veneta editio silentio praetermittit (veluti גליון 28. b. 31. a. 32. b. ...) demonstrant, codicis scriptorem et criticum et literatum fuisse. Huc accedit, quod *Isaak Natani*, Spirae filius, 1586. Lublini librum, *Imre Shefer* insignitum, edidit, cujus in prooemio, uti locus excerptus apud Wolfium (III. p. 856.) docet, *Biurim* seu Illustrationes biennio ante editas (scilicet Venet. 1583.) suppositas, adulterinas et ab impiis puerilibusque hominibus patris sui nomine, quo plus opus ipsorum auctoritatis ac pretii haberet, fraudulente, veluti cornicem penna pavonina, decoratas esse dicit. Haec si vera sunt, nihil plane in illis Biurim Venetis Natani Grodnensi debetur, atque Ms. nostrum commentarii falsi ac subjecti exemplar censendum est, uti et Cod. Oppenheimerianus (foll. constans 260. 4.); sin minus (poterunt enim illa ab *Isaako ben-Natan* propter invidiam ex anteoccupatione ortam conficta esse), codex noster commentarius genuinus est, quem, teste Sabatai (ש״ס sub titulo: *Imre Shefer*), filius Veneta editione emendatiorem corruptelisque purgatam biennio post ex patris autographo foras dedit. Qua de re facillime dijudicare poterunt ii, quibus libri *Imre Shefer* inspiciendi potestas est.

XV.

[B. H. 8. 41.]

פירושים לר׳ ישעיה׃

Cod. membranaceus pervetus, in 8° maj., in principio mutilus (siquidem in fine Parasae *Noah* incipit), constans foll. 281., quorum unum concerptum est. Titulum nescio quis recens a scribae aetate hocce modo supplevit: נימוקי חומש ופירוש נביאים תלים ואיוב לרבינו ישעיה זצוקל, male intellecto vulgari illo scribendi compendio זצ״קל (זִכְרוֹן צַדִּיק וְקָדוֹשׁ לִבְרָכָה). Antiquitatem codicis, qui sine dubitatione *Parisino*, anno 1297. scripto, vetustate nisi superior, certe par est, ex tabula venditionis testibus confirmata et calci ejus inscripta intelligimus. Namque in hac legitur, quendam Samuëlem ben-Jehuda (הפריסי, nescio an Parisiensem) Volsinii ad lacum Volsiniensem (Bolsena, lago di Bolsena) hunc codicem Isaako ben-Kalonymos vendidisse, anno p. M. C. 5070. h. e. p. Chr. 1310. Deinde, ut eodem in fol. 281. b. adscriptum est, eum Venetiis emit quidam David ben-Mose Cracoviensis. Ad calcem commentarii in Prophetas minores aliud *Shethar Mekira* legitur, ex quo apparet, anno p. Chr. 1592. hunc codicem una cum libris his: *Machberet Menahem (ben-Saruq)*, *Hasagot Dunas ben-Librat**) et *Sefer Niçahon*, pretio quatuor aureorum Polonorum venditum esse a quodam *Isaak ben-Jequtiël* cuidam *Juda Löb ben-Mose* Eleutheropolitano. Paullo post hic codex in possessionem venit *Jo. Chr. Wagenseilii*, qui ejus mentionem fecit in *Telis* (Conf. C. L. p. 225. 392. 531.). Tandem cum ceteris libris msc. Wagens. a Senatu Lips. aere redemtus est (Götzii Programma p. 21.), ubi nemini adhuc utilitatis fructum praebuisset, nisi *Jo. Georg. Abicht*, P. P., particulam ejus e tenebris erutam edidisset, hoc titulo: „פירוש יהושע לרבי ישעיה, h. e. R. Esaiae Commentarius in Josuam, quem ex Codice Ms. Bibliothecae Senatus Lipsiensis descriptum et versione ac notis illustratum, praeside J. G. Abicht, die 24 Dec. a. 1712. eruditorum examini subjicit Jo. Adam Steinmetz, Lipsiae." Commentarios in Judices et Samuelem Jesaianos, non integros tamen, sed contractos ac breves (קיצור) in Biblia magna recepit (1549.) *Dan. Bomberg*; quo praeeunte, iterum iterumque in Bibl. Venetis seq., Basileensibus, Amstelodamensibus recusi sunt. De editione observationum pentateuchicarum a semet ipso adornata loquitur *Azulai* (Va'ad f. 31. b.). Nuper eas editas esse refert De-Rossi ad cod. 195.

Jesaia ille, horum commentariorum auctor, cujus nomen omnes ad unum codices nudum ac simplex sine cognomento praebent, quisnam sit quandoque vixerit, dudum solertissime evicit *Bernardus de Rossi* (ad cod. 195. 393. 470.). Jesaia non cognomentatus, qui in libris ritualibus ac juridicis saepenumero commemoratur, est ille *Jesaia*, qui exeunte sec. XII. floruit et modo, ut a minori discernatur, הראשון, modo honoris atque antiquitatis ergo הגאון nuncupatur. Hujus gener, *Elia*, pater est *Jesaiae minoris* (האחרון), qui decurrente seculo XIII. floruit vulgoque per compendium ריב״א (*R. Jesaia ben-Elia*) nominatur. Jesaiae Tranensi *majori* dudum hos commentarios attribuit David Conforti (Qore ha-Dorot f. 15. a.). Etiam Azulai in altera parte operis *Shem ha-Gedolim* commentarium pentateuchicum a Jesaia *majori* profectum ait, quamvis ceteroqui personas eorumque scripta confundat. Codex noster quot qualesque commentarios comprehendat, inscriptio recentior, quam supra attulimus, significat. Librarium vero nullos praeterea ejus auctoris commentarios novisse, elucet ex clausula, quam f. 281. a. subjecit: נשלם פירוש איוב וכל מה שפירש רבי ישעיה מנקרא (sic) זצ״ל. Exstant tamen Codd., in quibus additus est commentarius in *Ezram* (quem profert Azaria in *Meor Enajim* f. 83. b. cf. 127. a.), veluti Masianus, Anslarianus, Oppenheim. Commentarius Jesaiae in *quinque* Volumina

---

*) Hos libros possidet Bibl. Leidensis (v. relationem *J. Dernburgii*, Geiger III. p. 277 ss.) et Parmensis (De-Rossi, Cod. 132.).

et *Danielem,* teste Bernardo de-Rossi, in Angelica Romana delitescit.

Aetatem Jesaiae definire jam quodammodo poteris, si aetatem codicis nostri cum aetate auctorum, quos Jesaia laudat, *duodecimo* seculo non inferiorum, comparaveris. In commentario pentateuchico, non sine causa נימוקי חומש inscripto, qui eo multo discrepat a ceteris, quod non *perpetuus,* sed rhapsodicus est, *midrasico*que, ut ita dicam, more locis *Gemarae, Barajtarum, Seder Olam* (f. 5. a. cf. ad Jos. f. 19. a.) se applicat, quavis in pagina laudatur המורה, intelligiturque *Salomo Isaaki*, qui in ceteris commentariis ר' שלמה vel vulgari compendio רש״י nominatur. Ibidem f. 12. a. ad auctoritatem *Rabenu Tam*, qui est Salomonis nepos, provocatur. Haec *Nimuqe Chumush*, sive ex Jesaiae ore sive aliunde accepta, in ordinem redegit quidam Zedekia, qui propterea semet ipsum המעתיק appellare solet. Idem Jesaianas animadversiones suis additamentis locupletavit, quae partim ipsum auctorem habent (f. 8. b.), partim ex traditione Rabinorum *Francorum* (רבני צרפת, צרפתים f. 3. b. 9. b.), *Abrahami Kohen* (בשם ר' אברהם כהן צדק ז״ל f. 3. b.) et *Mosis Kohen* (בשם ר' משה כהן צדק זצ״ל f. 7. a.) fluxerunt. In fine addita est haec clausula: הסילו להו נימוקי חמשה חומשי תורה אשר העתקו מפי הרב הגאון רבי ישעיה זצ״ל. In commentario ad Mikam *Juda Chajug'* et *Ibn-'Ganah* (184. a.) commemorantur, in Psalmis itemtidem *David Qimchi*, velut f. 218. a. 221. b. Commentarii in prophetas, Psalmos et Jobum, tenues illi ac perquam jejuni, in verbali sensu quam brevissime ad modum fere Minellii proponendo ac difficilioribus vocabulis formisque grammatice explicandis versantur, hebraica vocabula sexcenties *italice* (בלע״ז) transferuntur, testimonia interpretum aliorum rarissime allegantur, si Trecassinum exceperis, cujus ex commentariis Jesaia, etiam ubi diserte non profitetur, plurima mutuatus est.

Commemorari autem oportet, Jesaiam hos commentarios imperfectos reliquisse. Commentarius in *priores* Prophetas, quemadmodum in codice et de-Rossiano 393. et Masiano, quantumvis integerrimis, sic etiam in nostro desinit in primi libri *Melukim* initio (cap. 7. v. 14.). In codice de-Rossiano cetera ex comm. *Rashiano* suppleta sunt; nostro autem in codice nil additur nisi epigramma:

פרי צדיק ינובב חכמה · ויוציא אור מתעלומה :
עד כה ויט יורדי דומה · נפשי בגן עדן שומה :

quo, nisi prorsus fallor, significatur, auctorem, immaturo interitu ereptum, opus suum ad finem perducere non potuisse. Neque Jesaia commentarium in *posteriores* prophetas perfecit; absoluta enim interpretatione Nahum. 3, 11. librarius adnotat: מכאן ואילך מפירוש אשר העתק מפיר' אברהם בר מאיר אבן עזרא (a Nah. 3, 12. — Mal. fin.), quae verba etiam in Cod. de-Rossiano 393. leguntur, addita, uti et in Masiano et Anslariano (quem ipse Guil. Anslarius male intellexit, Catal. p. 36.) hac hypographe: „Exposui eum ego *Abraham ben-Meir ibn-Ezra* 4917., initio *Thebet* in urbe Rhodi. Dicit descriptor libri hujus: Ego *Josef ben-Jakob de Modoyl* (ממודויל) descripsi illum ex autographo auctoris, ejusque verbis nonnulla addidi, quae ipse, dum eum componebat, mihi exposuerat" etc. At commentario Ibn-Ezrae, quo Jesaianus suppletus est, cum eo, qui in excusis exemplaribus exstat, plane nulla est similitudo. Est igitur ex Ibn-Ezrae *ore* ac *traditione* elaboratus. Additamenta commentarii Ibn-Ezriani cum iis, quae cod. de-Rossi 470. exhibet (veluti Zak. 9, 9.) verbatim congruunt; sunt igitur a *Jakobo de Modoyl*, vel id quod propter differentiam a cod. 393. verisimilius est, ab alio quodam profecta. In fine prophetiarum *Malaki* adscripta est haec doxologia:

נשלם פי' מלאכי   ברוך שחזק בתי
שבחי ותהילתי   ואמץ ימיני
לאל יוצר גופי   וסמך קילבירסי
ונשמה שם בקרבי   בנלבלא עלא

In glossis codici adscriptis eoque non multo recentioribus praeter Ibn-Ezrae et Isaaki explanationes saepenumero *Ibn-Bileam*, grammatici satis incogniti, testimonia producuntur, quapropter locos, quibus ejus fit mentio, collegi: f. 64. a. (ad הַשְּׂבִיר Jes. 7, 4.); 72. a. (ad כַּר Jes. 16, 1.); 73. a. (ad בָּרִיר Jes. 16, 6.); 109. b. (לֹא Jes. 63, 19.); 112. b. (נְפוּחַ Jer. 1, 13.); 143. b. (הַמַּטֶּה Ez. 7, 10.); 147. b. (לוֹ Ez. 14, 14.); 148. b. (לוֹ Ez. 16, 15.); 149. a. (בְּשׁוֹחֲקָה Ez. 16, 29.); 149. b. (זִמָּה Ez. 16, 43.); 152. b. (בְּדָמְךָ Ez. 19, 10.); 154. a. (אַח Ez. 21, 15.); 162. a. (בָּהוּרֵי אָוֶן Ez. 30, 17.). In glossis libri Josuae marginalibus adducuntur saepius *Josef Kara* (יוסף קרא, *ben-Simeon,* Samuelis Mëiri familiaris, v. *Zunz,* G. V. 398. a.) et *Gecatilia* (משה כהן).

XVI.

[B. II. 4. 42.]

קיצור פירוש התורה מהרמב״ן

Cod. membranaceus Wagens., in forma 4° minori (foll. 63.), literis quadratis scriptus nitidissime rubrisque initialibus ornatus, at mutilus atque etiam imagunculis in singulorum librorum pentateuchicorum fronte pictis a homine bardo ac barbaro privatus, commentarios in Pentateuchum continens, quorum initium usque ad *Parasam* Toldot extremam desecatum est, sine omni nominis autoris significatione. At qui affluentem librorum copiam, qua auctor usus est, consideraverit, *Midras Rabot, Midras Nehunia ben-Ha-Qana, Midras Simeon bar-Johai* (18. d.), *Sifri, Hekalot, Jecira, Pirke Eliezer ha-Gadol, Mekilta, Jelamdenu, Tanchuma, Sefer Tagi* (78. d.), *Tosafot* librosque praeterea plurimos, deinde qui concluserit, auctorem hunc, qui *Musam Maimuni* (הרב), passim laudato ejus *More Nebukim* (מ״נ), modo laudat (12. a. 25. a. 27. a.), modo refellit (6 sqq. 8. c.), qui *Salomonem Isaaki* docte emendat et *Ibn-Ezram* sagaciter eludit (14. a. 18. c. 44. c.), qui linguam arabicam (5. a. 74. a.) et graecam (16. a. 36. b.) apte comparat, obscurum hominem esse non posse, qui denique orationis facilitatem ac volubilitatem ac miram philosophiae, traditionis rabinicae, kabalae, grammaticae copulationem ac concretionem fuerit intuitus, is facile intelliget, Hispanum hujus operis esse auctorem eumque Gerundensem *Mose Nachmani,* qui suum in Legem commentarium ao. 1268. absolvit. Codici autem nostro plenum atque integrum Mosis Nachmani commentarium inesse non posse, ex parvitate ejus facile conjici potest. Est igitur compendiolum vel anthologia ex auctoris חידושים בפירושי התורה collecta, qualem multi codices, veluti de Ross. 118. 290. 508. 1072., cum diserte non profiteantur, exhibent. Solo in Cod. de Ross. 494. haec exstat epigraphe: „Finiti sunt V. libri, quantum summam verborum attinet partemque mysteriorum legis, ac res praecipuas." In fine nostri codicis nulla alia clausula est, praeter decantatum illud חֲזַק (Macte!). In margine adspersae sunt glossae hominis ignoti, qui 23. a., ut videtur nomen suum consignavit: נאם שמשון נקרא זימל בן בהרר.

XVII.

[B. H. 14. 40.]

ע ץ ח י י ם

Cod. membranaceus, formae parvae, in 8° minori, sed spissus et minusculis literis exaratus, pagg. constans 910., qui continet corpus juris Judaici, e Jurisconsultorum clarissimorum scriptis multa cum eruditione atque elegantia compilatum atque in compendium redactum, auctore ***Jakobo ben-Jehuda*** Lunditiensi. Hunc codicem adeo in deliciis habuit ***Jo. Chr. Wagenseilius***, ut eo cum gravissima atque ornatissima laudatione ad omnes, quas elucubrabatur, scriptiones uteretur. Evolve ***Sotham*** Wagenseilii, et videbis, eum innumeris locis hunc codicem, utpote „nobilissimum, inaestimabilem, incomparabilem, aureum, consummatissimum, quo nullus, qui saepius allegetur, dignior sit," excerpere. „Hujus solius libri," inquit in Catal. Ms., „quia lucubrationibus meis inclaruit, videndi causa quidam Altdorfium venerunt eoque viso statim recesserunt." Sed tamen nescio quo casu accidit, ut Wagenseilius nomen auctoris non verum, sed commentitium posteris traderet, quo factum est, ut ***Wolfius*** quoque, Wagenseilium (Sotha p. 3. Cat. Mscr.) secutus, ***Isaakum*** nescio quem hujus libri scriptorem esse perperam diceret (I. 623. III. 534.). Auctor in praefatione auctoritatem traditionis, quae dicitur, oralis usque a Mose repetens ejusque propagationem ac monumentorum, quibus consignata est, historiam breviter adumbrans, posteaquam de libro Maimonideo, ***Jad*** seu ***Maimuni*** inscripto ejusque commentatoribus, ***Isaako, Jakobo*** et ***Isaako bar-Samuel*** disseruit, sic pergit: ויעמוד ר' משה מקוצי אשר החזיר רוב ישראל למוטב על פי דרשותיו אשר דרש להם וחבר חבור מכל התורה על פי ספר הגאון רבנו משה והביא ראיות לרוב דבריו ומה שפסקו הגאונים האחרונים הביא מפסקיהם בספרו ונקרא ס' הדרשן ונתפשט ברוב גלויות ישר' על כי הביא ראיות ופסקי הגאונים אך הניח כמה דינים ופסקים שחבר רבנו משה בספרו ולא קבעם גם הרבה דינים שפסקו ר"י ור"ת (ר"ל ר' יעקב בן תמר ורבנו תם) הניח וגם מצאתי כמה דינים הנוהגים עתה ברב אלפס ותוספתא וה"ג (ר"ל הלכות גדולות) ורב עניים שלא הביא על כן אני יעקב הקטן בה"ר יהודה חזן מלונדרין בן הרב ר' יעקב הארוך הזה פני יבינותי בספר עניות דעתי על פי רבותי בספר הגאון רבנו משה המיימון והעתקתי קצת לשונו וברוב מקומות קצרתי לשוני כדי להכרו בחבור קטן לשאנו בקיאים אך מכל דיני ופסקיו הבאתי הנוהגים עתה וקצת שאין נוהגים גם מה שספר רב אלפס והדרשן והתוספתא וההלכות גדולות ורב עניים הבאתי ויתר בספרים קצרתי הלשון של כולם גם פסקי ה"ר ור"ת שמצאתי ושאמרו לי רבותי העתקתים ומה שסותרו' דברי הגאון: Ex his nomen consiliumque auctoris atque fontes praeclaros, ex quibus hauserit, facile cognosces. In fine hujus prooemii ***Jakob ben-Juda*** dicit, se hoc opus ***Ez Chajim*** nuncupasse et bipartito distribuisse. Pars prior, ***Sefer ha-Tora*** inscripta (foll. 305.), ordine modo Maimonideo modo propter brevitatem recenti, sexaginta capitibus ***Horaot*** exponit; altera, ***Sefer ha-Mishpath*** nominata (foll. 150.), quadraginta et novem capitibus ***Dinim*** complectitur. Singula capita indice praefixo accurate recensentur. Multis locis hic codex curtus, mutilus et laceratus est. Et nullo modo dignus fuit, qui tanti a Wagenseilio haberetur, siquidem hujusmodi libris orbis literarum Judaicus abundantissimus est.

XVIII.

[B. H. 4. 22.]

ע מ ו ד י ג ו ל ה

Codex membranaceus, charactere ***Meruba'at*** exaratus, in 4° maj. (foll. 171., usque ad mediam §. 294. לדבבב), omni ex parte mutilus, quem Senatus Lipsiensis e spoliis Turcicis a M. ***Jentschio***, concionatore castrensi, e Graecia relatis selegit suoque aere redemit, librum praeceptorum minorem (סמ"ק, opp. סמ"ג Mosis Kozzensis), opus in septem capita, quae ***columnae*** inscribuntur, secundum septem hebdomadis dies dispositum, auctore ***Isaako ben-Josef*** Corbelensi (מקורבייל 9. b., qui propterea in commentariis אבי הספר appellari solet). De hujus operis causa, consilio, propagatione atque amplificatione multa retulit ***Mordekai Natani***, qui cum ipsius auctoris discipulis Corbelii erat collocutus, in praefatione, quam cum Isaaki epistola ad synagogas Galliae missa annexam reperis in editione Constantinopolitana (sine loco et anno, c. 1510.). In nostro Codice et epigraphe et hypographe deest, quia tum primum tum ultimum folium homo rudis execuit. Accedunt, uti prope omnibus in Codd., animadversiones (***Hagahot***) ***Perez ben-Eliae*** (מורינו ה"ר פרץ זצ"ל f. 2. col. a., qui in ipso libro compendiose scribitur מהר"פ) et ***Meiri Rothenburgensis (ben-Baruk).*** In margine largae glossae ubivis additae sunt, quae excerpta ex libris ceteris ritualibus, velut רב אלפס, ה"ג (הלכות גדולות), תוספת שמשון בר צדוק) תשב"ץ), סמ"ג, aliisque facta exhibent.

XIX.

[B. H. 12. 39.]

Cod. membranaceus, forma oblonga minori, ex praeda Turcica ao. 1690. aere comparatus (foll. 254.), cujus in initio desunt foll. XLVII., charactere Rashiano orientali scriptus libellosque complectens praestantissimos.

1. „Fragmentum libri quaestiones de poenitentia pertractantis, incerto auctore" (fol. 1—7. a.). Sic in mscr. Catalogo Christ. Wagnerus (1690.). Primum putavi, Jonae Gerundensis ***Igeret Teshuba*** mihi ante oculos versari, excusam illam v. c. in ***Liquthe Zebi***, Sulsbaci 1802. 12. At cum f. 1. b. versus aliquot ex ***Viduj (Tokeka)*** notissimo 'ברכי נפשי את ה (Cod. de Rossi 481. 1062.), quod ***Behaji*** auctorem habet dieque expiationis in synagogis Italicis recitatur, tanquam ex eo carmine, in fine libri ab auctore posito, excerpti mihi occurrerent, illico conclusi, me in lectione partis libri ***Chobat ha-Lebabot*** (فرايض القلوب), quem ***Behaji bar-Josef ha-Dajan*** ao. 1161. (teste ***Azulai,*** Shem ha-Gedol. II. 29.) arabice (Mscr. Bibl. Reg. Par.) composuit, et ***septimi*** quidem ***de poenitentia*** capitis esse occupatum. Deinde comparatio versionis vulgatae, quam, rogatione ***Mesulam bar-Jakob*** Luneliensis impulsus, ***Juda ben-Tibon, Samuelis*** pater ***Mosis***que avus, confecit, me edocuit, Mscr. nostrum translationem plane aliam, recens ex arabico exemplari factam, exhibere eamque meo quidem judicio multo elegantiorem. Nam Juda ben-Tibon, uti ipse in praeclaro illo prooemio fatetur, quantum in hebraicae linguae, qua arabica multo esset ditior, penuria fieri posset, verbum ex verbo exprimere studuit; huic autem translatori simul orationis elegantia curae fuit maximae. Quis vero fuerit ille, qui in Ethicis Behaji Hispani convertendis denuo elaboravit, ignoro, neque de alio eorum interprete praeter Judam Granatensem quidquam in Bibliothecis Hebraeis inveni.

2) אגרת מנהג החסידים (f. 7. b—13.), opusculum morale, quod ex arabico hebraice convertit, ut docet epigraphe (quacum consentiunt Cod. de Rossi 424. 438., qui breviorem titulum אגרת החסידים habet; 776.: „ex lingua graeca in arab. transtulit sapiens quidam Ismaëlita Ali, qui et epistolam *suam* moralem addidit.“) ***Juda ben-Salomo ben-Charizi***, in gratiam ***Ezrae ben-Juda ben-Natanaël***, qui epistolam vel dissertationem (siquidem ***Igeret*** hac vi ampliori ad arabicae linguae similitudinem dicitur) moralem Aristotelis (אגרת המוסר הכללי של אריסטוטו), ab arabici operis auctore ***Ali***, Arabe docto, ex Graeco arabice translatam, legere cupiebat. Opusculum hoc quadrifariam dispertitum est. Prima parte, quae epistolii Aristotelici quasi prooemium est, de ***felicitatis humanae*** natura multipartita divisione exponitur, initio hoc: דע כי ההצלחה היא יקרה מכל ענייני הארם. Deinceps 8. b. sequitur ***Igeret-Musar***, dissertatiuncula, quam rhythmice (על דרך מליצה) Graecus philosophus scripsisse dicitur, cujus quidem argumentum ipse Ali sic describit: כלל בו הענינים אשר אם ישמור אותם הארם בכל עסק מעסקי ההצלחה היסודית הנקראת פילוסופיאה אי המוקרית הנקראת המזל הטוב יגיע בהם לתכלית רצונו: Ali suadet unicuique, ut, id quod pridem ipse observarit, singulis hebdomadibus hanc eximiam epistolam semel perlegat. Pars altera libri haec ipsa epistola est, quae sic infit: אחרי הידות הבורא צריך לכל ארם להתבונן במדות הטובות, concluditur his verbis: על כן היה קרוב לכל אחר מהם יתנחל אהבת שניהם לשלים. Excusa est haec epistola Aristotelis, additis sententiis Ali Ismaelitae (דברים עתיקים, ***Matlûb-Kulli-tâlib***), ex translatione Charizii, Rivae Tridenti 1560. Tertia parte Ali primum de laborum munerumque humanorum divisione disserit, deinde addit aliquot apophthegmatum aureorum Pythagorae (הפילוסוף פיטאגורש אומר במשלו), denique vitam suam gloriosius enarrat, quam ad imitandum tanquam exemplar videtur proponere. Ali Ismaelita, habitans in urbe ***Dshane*** (***be-Zóan Mizraim***) anno ***decimo*** post eam expugnatam, desertus a parentibus sibique ipsi relictus, inde ab anno aetatis XV — XXXII. studiosissime operam dedit arti medicae, cujus peritia tantopere claruit, ut ad opera philosophica sibi comparanda satis esset peculiatus (12. a.). Inde ab anno vitae LX., directo ad mundum futurum animo, totum se tradidit studio sapientiae beneque vivendi disciplinae; artem medicam sine omni quaestus cupiditate exercere perrexit suaeque salutis studiosissimus ac diligentissimus esse coepit. Multus est usque ad libri finem in operibus bonis, quibus se assueverit, enumerandis; inter alia dicit, se in suimet ipsius usum precationes (תחנונים ובקשות) composuisse atque in legenda singulis hebdomadibus Aristotelis epistola, qua ut vitae speculo usus fuerit, sedulo perseveravisse. Finitur haec autobiographia, quae quarta libelli pars est, his verbis: אשאל ממנו להיות תכלית רצוני כתכלית רצונו, quibus subjicitur haec clausula: נשלמה אגרת מנהג החסידים שבח לאל הגומל חסדים ברה״לבא. Exstat hoc opusculum inter Codd. Vatican. et Vindob. Caesar. (Bartolocci I. 482.); tribus in Codd. in Bibliotheca de Rossi Parmana. Ceterum ex his, quae scripsimus, corrige Wolf. I. p. 221. III. p. 92. et cf. Dukes, ***Ehrensäulen*** p. 28. s.

3) קיבוץ מאמרים על אמתת החכמה האלהית (f. 14—46.), dissertationes, quibus philosophiae usus et ad verum exquirendum facultas in rebus divinis defenditur, contra ***Abu-Hâmid al-Gazali*** (אבו חאמד), qui theologiae philosophicae inventa fallacia meraque in opinione posita ac proinde in theologia positivâ ac revelatâ, ***Qurani*** scilicet, acquiescendum asseruerat (15. a. 46. a.), atque etiam contra ***Abu-Ali El-Hosein Ibn-Sinam*** (בן סינא), qui philosophiam veterem pervertisse et a veritate ad opinionem ac speciem deduxisse dicitur (34. b.). Duas ad cognoscendum Deum auctor vias esse dicit, unam ***traditionem***, in qua persistere debeat multitudo, viribus ingenii ad philosophandum destituta, alteram ***speculationem***, cujus inventa, dummodo rite instituatur, praesertim in loco de Dei natura et qualitatibus neutiquam sint dubia ac controversa (38. a.). Argumentum hujus libri, qui totus est apologeticus ac concertatorius, adeo consentit cum disciplina ***Averrois***, ut has dissertationes vel partem libri הפלת הפלה (Abu-Hâmidi تهافط الفلسفة oppositi, Cod. de Rossi 143.), vel certe eodem ab auctore compositas esse suspicer. Plura in Ms. hujus libri altero describendo dicemus. Conversus est atque, ut solet, interpolatus a ***Musa ibn-Lagés***, philosopho inter Judaeos claro, id quod adparet ex subscripta formula: תם זה הספר מהעתקת החכם הפילוסוף ר׳ משה אבן לגיש זצ״ל. Oratio perquam aspera et hiulca est, propter philosophiae aristotelicae, quam hic liber exprimere satagit, dialecticam subtilitatem. Praeter Graecos philosophos producitur etiam ***Homerus*** (45. b., quem saepius citat in ***Musare ha-Filosofim*** II. 14. ***Chanania Isaaki***), et quidam אבן חזישה (Cod. alter: הזאם), qui prophetiae existentiam ex artium captum multitudinis superantium existentia probabilem esse existimaverit (14. b.).

4) תפלה למשורר ר׳ יוסף בן ששת אבן לטמי (quae interjectis tribus foliis scriptura vacuis sequitur inde a f. 50—53. a.), precatio ***Josefi Ibn-Lathmi*** (***Lathimi***), sicut similis ***Abrahami Badirasi*** (***Kerem Chemed*** II. p. 117.), ***mille*** constans vocabulis, quae singuli a litera ***Alef*** incipiunt, uti docet carminis prolusio:

יום ולֵיל ספר פלאי אל   לך טוב יפעת מאור יצפין
לשנית ידין רביא רבוין   וישנישניה אלף אלפין

Excusum est hoc poema cum ***Peripot Duran Efodei*** אגרת אל תהי כאבותיך Sabionetae 1554. 8. nu. 6. (Wolf. III. p. 951. De Rossi, Ann. Sabion.). Liber manuscriptus ubi praeter codicem nostrum exstet, ignoro; anno tamen 1689. ***Samuel Andreae***, Professor Marpurgensis, ad Collectores Actorum Eruditorum literas dedit retulitque, potitum se esse Cod. Mscripto, qui quondam ***Jakobi Abendanae***, Judaei Amstelodamensis, fuerit, exarato a. 1450. a ***Mordekai ben-Obadia***, in quo n. 4. eadem ***Josefi bar-Sheshet*** precatio viseretur. Addita est in nostro cod. precatio Ptolemaei (בטלמיוס), Pelusiensis Astronomi, quam quotidie ante ortum solis recitavisse dicitur. Recepit hanc inter complura ejusdem apophthegmata ***Chanania Isaaki*** in libro מוסרי הפילוסופים Sect. II. c. 11. (Wolf. I. p. 970. cf. 385. et de Rossi Cod. 402. 424. 773. 1355.). Sequitur deinde precatiuncula, quae brevissimarum dicitur brevissima, qua praeter panem quotidianum nihil expetitur.

5) תפלת שלמה בנויה על סדר שמנה עשרה (f. 53. b—62. a.), precatio vel potius meditatio sacra, quae, praemisso verbosiori prologo, octodecim benedictionibus annexa est, auctore quodam ***Salomone****), fortasse ***Salomone Isaaki Gerun-***

*) **Nisi** שְׁלֵמָה **legendum, uti conjecit *Heimannus Michaël*, vir literatissimus. In hujus bibl. exstat precatio similiter inscripta:** תפלה ליחיד מסודרת לתפלת שמנה עשרה בכל ברכה משנינה בלשון צח וברור עם סדר קדיש וקדושה מן רבינו יהודה בר קלונימוס ונלוה עליה סדר קדושה לשבת ליוצר ולמוסף מאת רבינו משלם בן יצחק:

densi, cujus *Jocer* in Mahazor Romano legitur. Neque tamen eulogias istas ulterius, quam ad tertiam decimam persequitur (על הצדיקים), in qua persistit, hac subjecta clausula: נשלם המוסר והיחוד והתפלה · בעזר יוצר כל ובורא על כל תהלה Oratio ex locis phrasibusque Sacrae Scripturae, Gemarae, Libri precum (*Sidur*) et Neohebraismi tanquam ex tesserulis minutatim consectis varieque distinctis lepide composita est (*gemischter Musivstyl*). Auctorem Hispanum vel ritui hispanico deditum fuisse ex eo perspicitur, quod formulam כתר יתנו לך, quam Hispani quotidie in *Qedusham* injiciunt, et ipse *παραφράζει*. Noli vero de *Salomone ben-Gabirol* cogitare, cum poëta se decrepitum multisque vitae casibus edoctum senem esse diserte dicat.

6) מאזני צדק (f. 63—162. a.), *trutina praxis*, opus ethicum Arabis Abu-Hâmid al-Gazâli (غزالى, utpote patre linae xylinae h. e. *Ghazal* venditore natus in pago *Thus* Chorasani 1058., mort. 1111.), quod auctor testibus Cod. de Rossi 398. unoque de nostris, arabice ميزان العمل nuncupavit h. e., uti interpres vertit: מאזני המעשה f. 64. a.), hebraice conversum ab *Abrahamo ben-Samuel ha-Levi ben-Chasdai.* In prooemio, quod dulcissimis comparibus scriptum est, Abraham bar-Chasdai primum *Aristotelis* facit praeconium, adhibitis testimoniis *Al-Mas'udi* (auctoris magni *Tárik*) et *Musae Maimuni*, commendatur deinde liber ethicus *Salomonis ben-Gabirol*, תקון מדות הנפש inscriptus, quem ao. p. Chr. 1045. Caesaraugustae arabice elaboravit (arab. in Cod. Bodlej. Index Gagnerii apud Wolf. III. p. 1030.), in quo quidem nil praeter brevitatem reprehenditur, denique hoc ipsum opus Al-Gazalii commendatur, in quo auctor, cum magna philosophandi laude praestiterit, semper tamen vocem antiquitatis consulit, sustentat, confirmat. Tum translator nihil se hoc in opere immutasse dicit, nisi quod testimonia judaicae antiquitatis passim adjecerit, et totum librum, ut commodius eo utare, in capita, praefixo indice, digesserit. Ipse Algazali in prologo dicit, beatitudinem, quae sit summum aeternumque bonum, non comparari nisi *sapientia* et *virtute* horumque contraria cognosci investigatione, cujus regulas ipse in libro מבחן החכמה exposuerit. In tradenda disciplina morali viam triplicem se ingressurum, primum *traditionem* (קבלה), deinde *expositionem* (באור), denique *demonstrationem* per argumenta (מופת). Divisus est liber in triginta duo capita (באורים), quae rursus pro argumentorum genere multifariam (חלקים, כתות) dispescuntur. Cap. I. demonstratur, ignaviam, qua aeternam beatitatem appetimus, esse insaniam; II. infirmitatem fidei item in beatitudine nanciscenda impedimentum esse maximum; III. sapientia et virtute beatitudinem comparari; IV. de castitate animae ejusque viribus ac virtutibus, prout cognoscuntur tum ex experientia tum ex speculatione; V. de copulatione virium animae; VI. de conjunctione virtutis cum sapientia et beatitudinis ex his duabus ortu; VII. de differentia eorum, qui meditatione ac lectione, eorumque, qui contemplatione et ascesi sapientiam adipisci cupiunt. Ex his de libri hujus egregii indole poteris judicare. Translatio, multo illa Ibn-Lagesiana praestantior, pure hebraica est, arabismis feliciter vitatis, oratione delabens molli ac pellucenti, quae, insertis poëmatiis, metrice de arabico expressis, suaviter conditur. In fine hoc distichon legitur:

אחוז נא באשר תחזה ותדע · והנה את אשר יהיה והיה ·
במראה עינך תאמין ותבין ואין פי השמועה כראיה ·

quod insequitur de usu hujus libri extrarii admonitio (162. a.). Haec Abrahami Barcinonensis translatio, quae interdum etiam *Sefer ha-Midot* nuncupatur, nondum excusa, propediem, me curante, edetur. Ms. exstat in bibl. Oppenh., Vindobonensi, Medicea, Bodlejana (Uri Catal. cod. 392.), De-Rossiana (cod. 398.), et, si fides habenda est Sabataeo, commentarium in hunc librum scripsit quidam *Zaid ibn-Zaid.*

7) מאמר תחית המתים להרמב״ם (f. 163. b—178. b. med.), dissertatio Musae Maimuni de resurrectione mortuorum rebusque novissimis, qua semet ipsum contra librorum suorum maliosos interpretes defendit. At vel haec apologia docet, Maimonidem dogmata fidei examine et libra rationalis disciplinae pensitasse atque ad arbitrium suum immutasse, id quod iudicat Auctor Bibliothecae Philosophorum Arabicae in Vita Maimonidis (Casiri I. p. 293.): „Philosophorum sectis praecipue addictus epistolam resurrectioni corporum impugnandae conscripsit, quam cum illi eam vitio verterent Judaeorum principes, domi occultam suis tantum assensoribus impertiebat.“ Haec dissertatio, quae alias אגרת תחית המתים vocatur, primum arabice scripta, a *Samuele ibn-Tibon* in hebraicum sermonem translata est. Ms. exstat in Bibl. Bodlejana, Uffenbachiana, Taurinensi, De-Rossiana (cod. 207. 260. 438. 770. 1246.), in qua etiam alia Anonymi translatio, nondum edita, asservatur (cod. 327.). Tiboniana enim saepenumero excusa est (Wolf. I. p. 860. III. p. 785.), veluti in *Sefer Micvot*, ed. Amstel. 1660. 4. In fronte nostri codicis positi sunt hi versiculi, finem scriptionis innuentes:

בצדק כל אמרי פי אין בהם נפתל ועקש
כלם נכוחים למבין וישרים למוצאי דעת
אדם ערום כוסה דעת ולב כסילים יקרא אולת

In fine nil nisi haecce: נשלם המאמר בעזרת השם יתעלה. Ex his corrige Wolfium (I. p. 839.*), qui, imperitum pristini catalogi scriptorem secutus, hanc dissertationem praefamen *ἀνέκδοτον* excursus Maimonidei ad Caput *Cheleq* esse putat, cum hic ipse excursus crebris locis ea ipsa in dissertatione tanquam pridem conscriptus citetur.

6) פי׳ פרק חלק לרב הגדול רבינו משה בר מיימון זלה״ה (f. 178. b. med. — 195. a.), interpretatio Misnarum Capitis XI. Codicis Sanhedrin, quod *Cheleq*, titulo ex Misnae initio desumto, nominatur, auctore *Musa Maimuni* (ابو عمران موسى بن ميمون القرطبى الاسرايلى), De Sacy ad Abdollat. p. 490. Casiri. Cod. 884. vel, addito cognomento عبيد الله Cas. cod. 798. hebr. עבד אלהים, veluti in prooemio operis medicinalis *Pirke Mose*, quod nuper ex Ms. editum Leopoli prodiit), ex textu arabico hebraice conversa a *Samuele ibn-Tibon.* Exemplar arabicum, oratione semiarabica שרח אלפרק אלעאשר (?) מן מסכת סנהדרין לר׳ משה בר מימון insignitum, literis hebraicis expressum habes in Porta Mosis Pocockiana (Oxoniae 1655. 4.) p. 133—179. Notum est autem, Maimonidem hoc excursu agere de *tredecim articulis fidei fundamentalibus* (arab. ثلث عسرة قاعدة, hebr. שלש עשרה עקרים), quorum numerum, apud Judaeos deinceps receptum, *Josef Albo* in libro *Iqarim* adeo imminuit, ut tantummodo tres remanerent.

9) הקדמה פירוש לרמב״ם (שמונה פרקים לרמב״ם, Pococke l. l. p. 181—250.), prolegomena ad Misnam *Abot* octo in

capita distributa (f. 195 b. — 220. a.), quorum primo de anima hominis ejusque facultatibus, secundo de virtutum vitiorumque in facultatibus animae sede, tertio de morbis animae, quarto de horum medela, quinto de facultatum animae unum ad finem directione, sexto de differentia virtutum cardinalium, septimo de *velo* ejusque arcana significatione, octavo denique de indole humana disseritur, ita ut haec praefatio instar compendii psychologiae sit habenda. Vertit eam ex lingua arabica in hebraicam *Samuel bar-Juda ben-Tibon* Luneliensis (nam f. 197. b. Lunelium עיר מולדתי appellat), precibus et monitu permotus doctorum Luneliensium (חכמי לוניל), in quorum gratiam etiam opus Maimonideum كتاب الدلالة (*Maamar More ha-Nebukim* in linguam sanctam transtulerat. Hos ipsos sapientes Samuel ben-Tibon in prooemio ad *Doctorem Perplexorum* appellat מגדל ירחי, בקעת יריחו) חכמי בקעת יריחו עיר מושבי = *Lunel*). Buxtorfius fil. et Wolfius ridiculo errore Hierichuntinos intelligunt. Praefatio haec Maimonidea inserta est editionibus Talmudis Babylonici; scholiis animadversionibusque aucta prodiit in libro *Chesed Abraham* Abrahami ben-Sabatai, Lublini 1577. fol. Ms. autem nostrum adeo ab excusis exemplaribus deflectit, ut paene novam translationem repraesentare videatur.

10) ס' מבחר פנינים (f. 221 — 239.), in uno de Codd. de Rossi 571. מבחר מפנינים inscriptus, apophthegmata sapientum continens, quae secundum locos morales in Capita (שערים) disposita sunt. Capita ipsa aliquot in codicibus alphabetice ordinata sunt; nostro in cod., uti in plerisque codd. omnibusque in editionibus, pro virtutum interna conjunctione unum altero excipitur. Mutilus est cod. noster, nam inter f. 230. et 231 septem folia exciderunt. In f. 220. b. libellus hoc disticho commendatur:

כלי המדה ומדות הסלולות — ביד גבר כמו חצים שנונים
ומי חפץ עלות בהם למעלות — לבבו יט למבחר פנינים

Quantum ego scio, nullum exstat Ms., quod vel collectoris vel interpretis nomen nobis prodat. Multi, in his *Sabatai* et *Jehiel ben-Salomo*, quibus *de Rossi* in libro de hebr. typographiae origine et in Dictionario assenserat, conjectura ducti, hujus gnomologiae auctorem esse dicunt *Jedajam Penini* Biterrensem. De Rossi erratum suum agnovit in Cat. cod. 131. Namque eam a *Salomone ben-Gabirol* primum arabice conscriptam, deinde a *Juda ben-Tibon*, Samuelis patre Mosisque avo, ex arabico in hebraicum conversam esse tradit *Josef Qimchi*, Davidis Mosisque pater, in ms. שקל הקדש (Buxtorf. Bibl. rabb. p. 110.), et Catalogus Oppenheim. ad Cod. libri Qimchiani adnotat, eum *Mibchar Peninim* Salomonis ben-Gabirol a Qimchio in poesin redactum exhibere. Salomonem auctorem esse nuper luculente evicit literisque suis mihi confirmavit *S. J. Rapoportus* Leopolitanus.*) Prodiit hic libellus *Cremonae* 1558. 4. (addito commentario anonymo, in arabismis, quibus scatet, explanandis multum occupato, qui in Cod. de Rossi 131. et 571. sub titulo *Sha'are Midot* exstat ac primum *Soncini* 1484. excusus est), et *Homburgi von der Höhe* 1739. 8. cum comm. et translat. germanica *Aaronis Zebi* Dessaviensis. Quae exemplaria contuli, et Ms., si minutias exceperis, concordissime consentire intellexi.

11) ה' פרקים מס' מ"נ (f. 240 — 254. a.), quinque extrema capita libri Maimonidei *More Nebukim* (Partis tertiae capp. L — LIV.), interprete Samuele ibn-Tibon, quae latine translata habes in ed. Buxtorfii fil. (Basileae 1629. 4. p. 508 — 532). Contuli textum editionis praestantissimae, Sabionetae, regnante Vespasiano Gonzaga 1553. excusae, eamque ne transversum quidem unguem a codice nostro discedere cognovi.

XX.

[B. H. 4. 30.]

ג ל י ר ז י א.

Cod. chartaceus in 4° (foll. 131.), quem cum paucissimis Judaeorum, a Polono exule (octo imperialium pretio) emtum, se possidere ait Wagenseilius (Tela p. 222.), ipsius Wagenseilii cura e codice Polonico literis cursivis, figuris kabalisticis calamo adpictis, descriptus. De hoc libro (qui nominatur in titulo גלי רזא; in ipso libro רזא גליא, per errorem; 72. a. גלא רזיא = בְּרָךְ = 252.) Wagenseilius in Catal. ms., „Liber summis," inquit, „votis a Christianis expetitus, nec tamen a quoquam visus. Cum diu multumque nihil intentatum reliquissem, ut ejus compos redderer, quanquam inani semper conatu, tandem apographum ex Polonia in 4° scriptum impetravi." Discerni oportet hunc librum ms. a *Gale Razaja*, ex quo tanquam a Juda Sancto (*Rabenu ha-Qadosh*) confecto aliquot locos libro suo de Arcanis Catholicae Veritatis inseruit Petrus Galatinus, a *Gale Razaja*, libro item kabalistico, quem, teste Sabatai, Abrahamus quidam, Isaaci Luriae discipulus, scripsit, et a *Gale Razaja*, libro simulate Christiano Julii Cunradi Ottonis Exjudaei (Norib. 1605. Stetin. 1613. 4.), de quo v. Sotha p. 151. Gale Razaja is, quem codex noster exhibet, ne ad similitudinem quidem Christianae doctrinae ullo loco accedens, nedum Christianus, citatur et excerpitur in *Jalquth Rubeni* f. 2. d., 16. c. d., 24. d., 29. a. 31. c., 33. d., 34. c. d., 35. a. b. c., 37. c. d. et multis deinceps aliis locis, quos enumerare longum est. Textum autem, quem *Jalquth* affert, ab hoc Ms. non differre affirmant *Wagenseilius* in Catal. ms. et *Goetzius* (Progr. p. 21.). Ego ipse, instituta diligenti Amstelodamensis editionis (1700.) comparatione, inveni, excerpta ex Gale Razaja, quae Jalquth Rubeni exhibet, cum Ms. nostro omnino congruere, hoc solummodo discrimine, quod *Ruben ben-Hoschke* modo locus libri integros, modo decurtatos, in Jalquth recepit, scriba autem nostri Ms. saepenumero propter ingenii imbecillitatem scribendique celeritatem per errorem lapsus est, ita ut loci paralleli mutua collatione corrigi possint atque suppleri. Auctor libri Gale Razaja anonymus, qui, teste l. *Noblot Chokma* f. 195. a., est R. *Abraham*, cognomentatus ille, ut videtur, *ha-Levi*, discipulus *Isaaci Luriae*, homo superstitiosus est ac paene fanaticus, qui saepenumero de semet ipso loquitur, non tamen ita, ut de ejus persona quidquam exinde definire queas, a mysteriis creationis orditur

---

*) In bibl. *Heimanni Jos. Michaelis* Hamburg. asservatur Cod. vetus, in quo librum *Mibchar ha-Peninim* sequitur *Sefer Tiqun Midot* (quem arabice scripsit *Gabirol* mense Nisan 4805., ut Codicis epigraphe et edit. Constant. a. m. 5310. excusa ostendunt; non 4808., ut edd. sequiores et Sabatai falso scribunt) Hunc librum arabicum transtulit a. m. 4827. *Juda Ibn-Tibon*, ut perspicitur ex adjecta epistola ad *Aharonem ben-Mesulam* Luneliensem (cujus rogatu idem vertit Caput de Unitate libri *Chobat ha-Lebabot*, v. ejus praef. ad *Shaare ha-Behina*). Ex hac ipsa epistola sequitur, *Salomonem* utriusque libri auctorem esse et a. m. 4827. pridem obiisse; nam praeter additum נ"ע cum *Samuële Nagid* Granatensi cognomento: אנשי השיר הקדמונים comprehenditur. Quare notatio temporum Chariziana obscura est atque erronea (Taochkemoni, Porta III.).

ac rapido praecipitique sermocinationis decursu deinceps arcana detegit, quae sint abscondita in patriarcharum historia, in accentuum vocaliumque nominatione ac positione, in additamentorum quorundam in Tefilam interjectione eorumque cum Tefila latente cohaerentia. Fundamentum hujus *Derasae* continuae est Pentateuchus; systemati scriptoris, si quod est, subest lucis tenebrarumque dualismus animarumque metempsychosis, quam Pythagorea multo crassiorem non cessat iterando denuo semper inculcare. Saepissime laudat *Targumim*, *Sohar* et *Sefer Tiqunim*. Profitetur, se haec mysteria diu in pectore continuisse, ac nunc, cum ea ulterius in semet ipso cohibere non queat, divinitus instinctum patefacere. Genus orationis rabinicum (*neohebraicum*) est, incitatum, volubile, nervosum, nunquam superabundans et circumfluens; interdum etiam ad grandiorem sublimioremque dictionem aramaicam deflectit, cum in abditos et penetrales Kabalae locos legentes introducit.

XXI.

[B. H. 4. 27.]

Compages variorum librorum, in charta formâ 4° scriptorum, charactere vario, diversis a librariis, et temporibus diversis, foll. 361.

1) חזוק אמונה (Fortalitium fidei, nimirum judaicae, foll. 90.), quem codicem J. Ch. Wagenseilius ex Africa attulit. Factus enim illustrissimi Abensbergii Trauniique Comitis comes (1661—1667.), ex Hispaniae litoribus Abylam trajiciens, Septam (*Ceuta*) venit, ubi tum nundinae celebrabantur, ad quas Judaei ex remotissimis Africae locis ad emendi vendendique mercaturam confluxerant. Apud quos, res statumque Judaeorum Europaeorum narrando magnam incredibilemque statim inibat gratiam, unusque de illis, Septae incola, ut ipso facto se gratum praestaret, hunc ei librum elogiis multis additis donavit, nitide scriptum lectuque facillimum. Sed tamen Wagenseilius in legendo hoc Manuscripto saepenumero falsus est, ac proinde editio, quam in *Telis igneis Satanae* typis exscribendam curavit, mendis erratisque minime caret. Auctor hujus libri antichristiani est *Isaak Abrahami*, qui moriens eum discipulo suo absolvendum edendumque tradidit. Hic, *Josef Isaaki* Trocensis Littuanus (איש טראקא, v. Wolf. IV. p. 647 ss., non Cracoviensis, uti legit Wagens.) inde a capite VIII. libri II. opus ad finem perduxit, et prologo rhythmico ornavit, quem sequitur Isaaki Abrahami praefatio. Quo nomine fuerit, qui hunc librum descripsit, et quo casu in Africam fuerit delatus, nusquam legitur; character scripturae est polonicus. Interjecto folio ex commentario *Behaji Aseri* Hispani pentateuchico excerpto (Wolf. IV. p. 794.) sequitur:

2) ביאור על רבינו בחיי (f. 91—112.), illustrationes physicae et kabalisticae in Behaji de Genesi commentarium, cujus solummodo foll. 16. nescio cujus editionis aut codicis ms. (usque ad Gen. 5, 2.) explicantur, appictis aliquot figuris mathematicis, auctore ignoto. Librum similem, ביאורים על בחיי inscriptum, sine nomine auctoris in bibliotheca Oppenheim. vidit Wolfius (III. p. 142.). Ego ipse libellum parem atque aequalem in Cod. Y, b. 9. Bibliothecae Halensis vidi, operi *Kanfe Jona* quinquepartito adjectum et ביאורים על בחיי ז״ל insignitum, ex cujus peroratione verisimile fit, auctorem non posse esse obscurum novumque hominem. עד כאן, inquit, העתקתי מכתבים אחרים ועז׳ אודה יי׳ מאד כפי אשר היה בעזרתי להתחיל ולסיים וכה יעשה יכה יוסיף יי׳ להטיב עמדי ולעשות ספרים הרבה עד אין קץ ויהא תורתך בפיני עמך בית ישראל וכו׳

3) נצחון של רבי ליפמן (f. 113—205.), liber foeditate sua notissimus, primo ab Hacspanio, praeceptore Wagenseilii, editus et a Judaeis Amstelodami recusus, de quo verbosius disserunt Wolf. I. p. 734. III. p. 661. et De Rossi Bibl. jud. antichrist. p. 54 ss. Dict. II. p. 11. Codicem nostrum exaravit quidam *Isaak ben-Mordekai Oberles* (אב־ליש) Schweinburgensis, ut apparet ex foll. 116. b. 117. a., quibus hic ipse Isaak tempestates bellorum et discordiarum turbulentissimas describit, quibus saevientibus hunc codicem absolverit, בשנ״ה טב״ה, h. e., ut certe legit Wagenseilius (Sotha p. 7.) 1619. p. Chr. Fol. 205. legitur acrostichon יצחק ב־······, quod inchoatum reliquit librarius. Is crebro de suo Lipmanianis quaedam adspersit, at facto inter laciniam et reliquum operis contextum discrimine. Ipse liber Lipmanianus finitur poematio quodam, ab auctore subjecto, uti acrostichon ejus *Jom Thob* demonstrat. De statu textus critico v. Wagenseil. *Correctiones Lipmannianas* (Sotha p. 80. 81.).

4) תולדות ישו (f. 206—211.), liber mendax ac detestabilis, fabulis nefandis repletus, cujus complura multum inter se diversa exemplaria exstant, alia aliter inscripta (veluti מעשה ישו, ms. Karaiticum, Cod. de Rossi 96, 2.). Codicem nostrum, a Judaeo Germano calamo citato turpiter descriptum, magno exsoluto pretio (4 aureis), clam et occulte nactus est (Sotha p. 138. cf. 1048.) et postea in *Telis igneis Satanae* edidit ac refutavit, zelo sancto instinctus, Wagenseilius.

5) חדושים על התורה (f. 212—215.), fasciculus notarum in Pentateuchi quosdam locos, factarum ab homine recenti atque ignoto, quae ne minimum quidem habent momentum. Profertur in iis testimonium libri *Naftulim*, commentarii illius super *Behaji* in Pentateuchum kabalistici, auctore *Naftali Eliezeri Treves*. F. 215. arcanum quoddam antichristianum continet, cujus solutionem injecta charta tibi suppeditabit. Extricantur enim ex versibus biblicis artificio acrostichico vel anacrostichico (סוֹפֵי תֵיבוֹת, רָאשֵׁי תֵיבוֹת) enunciata fidei nostrae adversaria Judaicaeque superstitioni accomodata. Sequuntur folia quatuor, quae exhibent aliquot locorum biblicorum explanationes (veluti Gen. 43, 34. Ex. 2, 23. 19, 3. 20, 12. etc.), quas nescio quis festinans dictione disceptatoria seu dialectica h. e. rabinico-talmudica conscripsit. Has excipit opusculum, ex contrariis diversisque atque inter se repugnantibus elementis conflatum vel confusum, in cujus fronte haecce vocabula a Wagenseilio inscripta sunt:

6) אגרת שלומים מדברי שלום ואמת כדברו איש אל רעהו ככתוב בתורת אמת ושלום שפטו בשעריכם ואומר דיק אהבו לכן טוב לכל אדם להיות במזג טוב עם חברו ודורש לשלום כל האדם ולהדר ולתפארת חתמתי שמי עליו כאום יוחנן הנקרא בפי כל האדם יהכיז ואגן ז״ל של״טה אמן: Hoc titulo male hebraico Wagenseilius librum inepte coagmentatum insignivit, cui insunt *a*) formulae salutationum rhythmicae, pro dignitate personae et momentis temporum multimodis variatae (f. 221—223. a.); *b*) epistolae duae hebraicae ab ipso Wagens. scriptae (f. 223. b.); *c*) interpretationes versuum biblicorum *novem*, barbaro illo ac depravato linguae germanicae idiomate conceptae, quarum *quinque* Wagens. in Telis J. S. p. 257—263. cum legentibus communicat, his verbis praemissis: „Subjiciam hic פשטים sive Chrias aliquot, quales in Circulis et colloquiis mutuis Judaei sibi invicem dicunt, ut ingenium et doctrinam comprobent. Atque istae, quas exhibeo, inventum sunt

Rabbini cujusdam in *Hungaria*, qui πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων haberi volebat.“ (f. 224 — 228.)

8) מסכת פורים, Cod. praestantissimus, tripartitus (fol. 230 — 255.), tres ludicros libellos complectens, quorum primus ac secundus ludicra speciosissimaque imitatione tractatum tanquam talmudicum, e *Misna* et *Gemara* compositum, de solennitatibus hilaris festi *Sortium* conficit, tertius, narrato bello inter *Karmi* (Vineam) et *Beëri* (Puteum) gesto, ipsum Sanctae Scripturae genus prophetico-historicum falsa mendacique specie simulat. Communis hujus trifolii inscriptio est *Maseket Purim*. Prima pars speciatim nominatur *Megilat Setarim* (סתרים, non כתרים, uti scribit de Rossi) tribusque sectionibus constat (פרקים; Misnae unicuique subjecta est formula conclusionis: סליק פירקא): 1) הבקבוק (non בקבוק); 2) הבל הייבין; 3) משנכנס אדר. In fine leguntur haec: הדרן עלך משנכנס אדר וסליקא מגלת סתרים, quae vocabula f. 238. b. hocce poematium sequitur:

מדרש הנביא הלביא הלוי ממשפחת המדקדקים: : : : : : : : :
יסדה אשר מזבן חכמה ומכבוד הכל במאבל ובמשתה אדיקים
יבואו בה קושיות פירכות היקשית בניות לדברי צדיקים: : : :
ותלמיד התלמידים גרשם פיזרא הקריה ראש המחוקקים : : : :
הקקה בגרסות ערבות ומאמרים מדויקים: : : : : : : : : : : : :
הצעיר מבני שושנים קורא לאל מעניקים : : : : : : : : : : : :
אלה התורה והמצוה ומשפטים וחקים : : : : : : : : : : : : :
לקיים ימי הפורים ולאהוב נשים ולעשות נקיקים: : : : : : : :
למען גדולות אשר גבלו הראשונים לא יהיו נמחקים : : : : : *)

Concludo ex hoc poëmate, *Megilat Setarim* (quam hoc poëmate intelligi et *Midras* vocari, ex v. ejus 3. apparet) opus esse *Leonis* cujusdam (לביא) *Levitae*, et quidni verum esse poterit, *Leonem Blantes*, id quod Wagenseilius a Rabbino Italo audivit (Wolf. IV. p. 1041.), sive *de Valentibus* (W. I. p. 732.) nomen esse auctoris? *Gerson* autem *Pisaurensis*, qui v. 4. commemoratur ut *princeps typographorum ejusque libelli critice emendati editor*, quisnam alius est, nisi *Gerson Soncinas*, cujus opera seculo XVI. מסכת פורים Pisauri 4. min. typis exscriptus prodiit. Dolendum est, Bernardum de Rossi, qui hanc editionem omnibus ignotam vidit, eam permale descripsisse. „Liber posterior“ (scilicet מדרש הנביא), inquit, „inscribitur: מדרש הנביא הלביא הלוי ממשפחת המדקדקים, quo nomine ego quidem non dubito quin ut ejus auctor Elias Levita indigitetur.“ Quae verba adeo vacillant ac claudicant, ut iis prorsus confundare. Errare igitur mihi videtur *Zunzius*, vir perfecte literatus, qui hanc Megilam Leonis de Valentibus (Bartolocci IV. p. 10.) esse negat et Kalonymo tribuit (in *Analectis, Geiger Zeitschrift* II. 2. p. 319.), cujus potius opusculum illud alterum est, quod in Ms. nostro huic adjectum legitur. Secunda enim pars Ms. nostri continet *Maseket Purim*, quatuor sectionibus constans (f. 239 — 251. a.), ut clausula in fine addita docet: וסליקא לה מסכתא דפורים בהתני דמניא ואינון ארבעה פרקים ודין סניהון: באדר: העשיר: פורים: אין קורין. Deinde haec leguntur (cf. Wagens. Sotha p. 1013.): אשריך מסכת פורים שנכנסת בסבלות ויצאת בוהב אשרי הסכלים המנצאים ביום פורים חיבה יתירה נודעת להם שהתחיל בהם מסכת פורים אשרי מי שאין לו דעת בפורים כי הסכלות לסכלים בפורים נאה להם ונאה לעולם שכן אמר שלמה בחכמתו ילבי נהג בחכמה ולאחוז בסכלות בפורים ולמה השלים המסכתא בפרק אין קורין לפי שאין קורין בו אלא בשעה שאינו לא יום ולא לילה שלא נכתב אלא לשחוק בעלמא לשמח האנשים ביום פורים והקורא בו לא הפסיד אלא כמי שקורא בספרי רפואות ובדברי המועילים לגוף ואינן מזיקין לנפש כי דברי זאת המסכתא בדיתי אני קלונימוס מלבי המשנה והגמרא ואעידה לי עדים נאמנים את ר' שקרן ואת ר' כזבן אחיו הכתובים בסוף המסכתא ואת שגיתי בשום דבר ישאיני עושיני והיו כלא היו: Ergo auctor tractatus Purim, *exceptis* Megilae praecedentis tribus sectionibus, est *Kalonymos* (*ben-Kalonymos Meiri*, Provincialis, nat. 128$\frac{4}{7}$, qui, cum inter 1318 — 1322. Romae degeret, eum scripsisse videtur), id quod etiam perspicitur ex nominum vocabulorumque italorum copia, quibus hic tractatus abundat, ex urbium *Romae* et *Anconae* saepenumero facta mentione (f. 242. a. 246. b.), ex epularum italicarum enumeratione (240. b.) atque ex eo, quod inter commentitiorum nominum turbas etiam nomina *Kalonymos ben-Mëir* (f. 247. a.), *Benjamin bar-Jehiel* (f. 246. b., qui poterit esse R. Zedekiae avunculus, *Shibole Legeth* ms. §. 87.), *Hilel ha-Rofe* (f. 241. a., fort. *Hilel Samueli*, qui *Bruni Chirurgiam* in Hebraicum convertit, Cat. Oppenh. II. f. 21. a. ed. 1782. de Rossi cod. 1281.) reperiuntur. *Tertia* denique codicis pars (f. 251. b—255.) narrationem continet de bello inter *Karmi* et *Beëri* gesto, in *Setumas* et *Petuhas* ad similitudinem pentateuchicarum sectionum distributam, quae his verbis inchoat: ויהי בימי כרמי בן זרח מבצרה מלך ישראל השותים במזרקי יין ואוהבים אשישי ענבים, et quam non diversam esse arbitror ab ea, quae post Megilam legitur in ed. *Veneta* (quam excudit Dan. Adelhind 1552.; Judaei autem eam coemisse ac combussisse dicuntur propter argumenti lasciviam, v. Wolf. II. p. 1269., Zunz l. l. p. 319. s.) et fortasse etiam in *Pisaurensi* (de Rossi Ann. 1501 — 1540. p. 48. b.). Haec pars speciatim vocatur ס' הבקבוק (ut docet Venetae editionis inscriptio) beneque discerni debet a *Megilat Setarim*, cujus solummodo prima sectio הבקבוק inscripta est, propter exordium: הבקבוק קבל תורה מכרמי. Versiculus ultimus parodiae ejus tertiae est: ולא קם נביא עוד בבית כרמי כבקבוק לכל האותות והמופתים אשר עשה לעיני כל ישראל. Wagenseilius, collatis cum hoc Ms. codice Vaticano (Sotha praef. fin., p. 466., praef. ad *Toldot Jesu*) Venetaque editione (Sotha IX cf. Surenh. Misna III. p. 318. 321. Majus, Cat. Uffenb. p. 224.) multos in hac errores atque lacunas deprehendit (Wolf. IV. p. 1041.). Quare sic existimo, Cod. nostrum, licet Pisaurensi editione recentiorem ad lites de his jocularibus libellis dirimendas propter integritatem, absolutionem atque aetatem maximi esse momenti ac ponderis.

9) Collectio libellorum aliquot, parvorum quidem, sed lepore ac venustate insignium, qui etiam typis expressi prodierunt Constant. 1516. 4. min. 1519. 4. min. (v. de Rossi Ann. 1501 — 1540.); Venet. 1545. (apud Cornel. Adelkind, 8. min. 1) *Chronicon Mosis*; 2) *Decessus Aharonis*; 3) *Dec. Mosis*; 4) Tobia; 5) Eldad ha-Dani; 6) *Misle Sandabar*; 7) *Historia de Hierosolymitano*, de qua mirus error exstat apud Wolf. I. p. 333.; 8) Henoch; 9) Fabulae Aesopi; 10) Mesalim Salomonis Regis); Paris 1629., alternis nostro in codice columnis scripti, a librario, ut videtur, Italo (f. 257 — 283.)

a) דברי הימים של משה רבינו, Chronicon Mosis (f. 257 — 260. d.), opusculum *geonaea* aetate non multum recentius (*Zunz*, G. V. p. 145.), oratione hebraica, dulcissime fluente et modo e versibus biblicis composita modo ad similitudinem biblicae effícta conscriptum, cujus jam *Jehieli Romanus*, *Ibn-Ezra*, *Samuel Meiri* aliique mentionem faciunt. Nostri codicis locos

*) Nigriori paullulum atramento diversoque charactere subsignatum est nomen: יצחק בר יעקב הכהן זל.

quosdam cum editione *Gilberti Gaulminii Molinensis* contulit Wagenseil. in Telös J. S. p. 369., Ep. de Infundibulo p. 40.

b) פטירת אהרן (post brevem prologum iterata inscriptione דרש לפטירת אהרן f. 260. d. — 262. d.), narratiuncula in collectione Veneta 1545. et 1605. excusa, de qua tanquam inedita Wagens. in Ep. de Infundibulo suo p. 40. 96. Sotha p. 58. 240. Tela p. 474.

c) פטירת משה רבינו ע״ה (f. 262. d.—268.), *Midras* priori antiquior, sed *Hagadae* recentioris methodo exegetica confectus, quo, introductis Deo ac coelitibus, Mosis facta extrema atque obitus prolixe cumulateque describuntur. De aetate hujus opusculi *Elazarem Qaliri*, poëtam Caralitanum, superante solertissime disserit Zunz, G. V. p. 146.

d) משלי סאנדבאר (f. 269 — 277. a.), narratio de victrice prudentia Sandabaris, Indi sapientis, cujus nomen in fine Codicis סאנדבר, in Cod. de Rossi 1087. q. v. סנדבר, in Cod. d. R. 194. modo סנדבאר, modo סנדבאר convenienter arabicis Codd. esse dicitur. Wagenseilius hos Apologos emerat a Judaeo inerudito in Moravia, id quod ipse testatur in Ep. de hydraspide sua p. 19., ubi eos perperam ineditos esse iactitat. In margine adscripta sunt Wagenseilii glossemata, quibus nescio utrum codex deformatus an decoratus sit.

e) מעשה של ירושלמי שהעתיק ר׳ אברהם מיימון ז״ל בלשון הקודש (f. 277. b — 283.), narratio de perjuro daemonumque regina, de Arabico in Hebraicum translata ab *Abrahamo Maimun,* Maimonidis filio, utriusque linguae peritissimo, uti commentarius ejus in Pentateuchum arabicus ac tractatus de virtutibus theologicis ac moralibus item arabicus ostendunt (de Rossi Catal. cod. 194. Dict. II. p. 34.). Edidit hanc fabulam, qua juramenti sanctitas docetur, ex Cod. nostro Wagenseilius in Exercitationibus Varii Argumenti num. VI. (Altdorfii 1687. 1697.).

10) שאלות ר׳ אליעזר (f. 284 — 289.), liber moralis, cujus singula capita singulas de quodam proposito argumento quaestiones tractant. Has solvit quidam *R. Eliezer*, ut videtur, filius Hyrcani, cui etiam liber moralis, *Orchot Chajim* inscriptus, attribuitur. Fictus est igitur liber Quaestionum commentitioque nomine ornatus. Cap. I. agit de resurrectione mortuorum; II. de epulo Leviatanis (cujus capitis partem exhibet Wagens. in Telis J. S. p. 202 — 204.); III. de dispositione paradisi coelestis; IV. de dispositione gehennae; V. de suppliciis pravorum (cui capiti immixta sunt quatuor vocabula germanica, rubro atramento scripta, ex quibus de patria scriptoris fieri potest conjectura); VI. de partibus paradisi; VII. de formatione foetus, quod caput integrum cum translatione Latina dedit Wagens. in Sotha p. 71 — 79. Errat igitur Wolfius (II. p. 1284.), qui Wagenseilium hoc caput ex Ms. Uffenbachiano, *Derek Erez* inscripto, sumpsisse ait. Comp. de hoc cap. יצירת הולד Cod. de Rossi 1087. 1240. 1351.

11) שערי התשובה שעשה החסיד רבינו יונה גירונדי ז״ל (f. 290 — 345.), Portae *Poenitentiae* (vel, uti inscriptus est Cod. de Rossi, *Iustitiae*, שערי צדק, Cat. C. 1351.), de cujus libri argumento haec habeas. Porta prima *fundamenta poenitentiae* XX. totidem paragraphis recenset (עי קרי התשובה); altera *vias conversionis* (דרכי התשובה) VI. ejusque impedimenta IX.; tertia gradus praeceptorum moralium pro difficultatis poenarumque varietate (מדרגות) X., deinde hac parte agitur de *quinque* generibus illusorum (ליצנים), de *novem* generibus mendacium (שקרנים), de *novem* generibus hypocritarum (חנפים), denique de *sex* generibus calumniatorum (מספרי לשון הרע). Finiunt totum librum capita duo peculiaria, unum de expiatione peccatorum, alterum speciatim de blasphemia ejusque impetranda venia.

12) מוסר השכל במליצה לרב האיי גאון זצ״ל (f. 346 — 349.), carmen ethicum Gaonis *Haji* Babylonii, alternis versibus atro rubroque atramento scriptum, binis in singulis paginis versuum columnis. Vide, quae de his χρυσοῖς ἔπεσι et de ejusdem auctoris poëmate *Shema Qoli* (in Mahazor Hispanico, insequente לך אלי תשוקתי) ac singulari precationis *Kol Nidre* formula (Shibole Leqeth 102. Rapop. B. H. XI. S. 91.) diximus primo in tomo libri nostri: „*Zur Geschichte der jüdischen Poesie*“ §. 27. S. J. Rapoportus, ad quem nuper carminis *Musar Haskel* apographum ex Italia pervenit, mihi scripsit, non *Haji* Gaonem, sed poetam aliquem ex schola hispanica recentiori ejus auctorem esse sibi videri, fortasse *Ben-Kaspi* aut *Ben-Palkeira;* id quod confirmatur inscriptione hujus poëmatis ארגוזה (h. e. poema metro Er-ragázo scriptum), quae exstat in Cod. Bibl. Heimann. Hamburg. De *Charuzim R. Haji*, qui exstant in Cod. de Rossi 1278., propter catalogi jejunitatem nil certi definiri potest.

13) ספר היראה לחסיד רבינו יונה גירונדי זצ״ל (f. 350 — 361.), liber moralis *Jonae Gerundensis*, cognomine החסיד, praeceptoris *Salomonis ben-Aderet* — (mort. 1264., sec. alios: 1304.), saepissime excusus atque in sermonem et latinum et germanicum translatus (Wolf. I. p. 489. III. p. 373.). Paginae extremae figuris triangulorum, quorum apices se contingunt, artificiose scriptae sunt.

XXII.

[B. H. 4. 33.]

ספר נצחון של רבי ליפמן׃

Cod. chartaceus, in 4° minori (foll. 166.), antichristianum illud *Niçahon* exhibens, quod ao. 1399. *Jom Thob Lipman* Mulhusensis composuit, in quo testimonia 354., quae contra Judaeos Christiani ex Scriptura depromunt, sex in sectiones disposita refutare conatur. Hoc *Niçahon* ex recognito auctoque ab ipso auctore exemplari expressum repraesentat codex noster, quamobrem *Wagenseilius* eo maxime ad emendandam et supplendam *Theodorici Hackspanii* editionem (Noriberg. 1644.) usus est easque castigationes praefationi suae ad *Sotham* (Altdorfii 1674.) subjecit (*Correctiones Lipmannianae* p. 10 — 81.). Finito ipso libro, f. 156. b. infra adjicitur Carmen illud memoriale, quod, praefixa inscriptione זכרון ס׳ נצחון in *Telis Igneis Satanae* (p. 104. 105 sqq., Altdorfii 1681.) edidit atque confutavit Wagenseilius. Idem Codici *Guil. Henrici Vorstii* subjunctum erat (*T. J. S.* p. 105.). Inde a f. 158. med. usque ad finem sequitur Caput XXV. liber *Iqarim* Josefi Albo, rarissimum illud in mss. editisque exemplaribus ac plerumque obliteratum (Codd. de Rossi 136. 1354.), quod propter argumenti antichristiani similitudinem adjecisse se profitetur librarius (f. 158. a. 166. b.). Exaravit hunc codicem, uti ex subscriptionibus f. 158. a. 166. b. perspicitur, Abraham, fil. R. Samuelis Picardi (פיקרדייא), natus in pago *Weisnae,* Rheno urbique Moguntiae vicino, scriptionemque ad finem perduxit in pago *Rukingen*, ad fluvium *Kaunitz* (קויניץ), prope Francofurtum a. M., ao. 1577., sexta hebdomadis, noctu, die XIV. mensis *Adar* prioris, in festo Sortium minori. Cf. Wagens. Sotha p. 8.

XXIII.

[B. II. 4. 36.]

סדר תפלות׃

Cod. membranaceus (foll. 160.), qui *Sidur* et breve *Mahazor* continet, plenissimus, ut ait Wagenseilius, et omnino talis, quales sunt illi, qui incorrupte et integre Amstelodami exeuduntur; itaque multa insunt, quae aliis in editionibus frustra perquiras. Recte hoc monuit Wagenseilius; nos igitur tabulam eorum carminum apponemus, quae hoc in codice vel sunt aliis locis collocata vel rariora aut plane ignota. Invenies ea f. 97. b. 98. a. 123. b — 126. b. 127. a — 129. a. 129. b. 132. b. 134. b. 141. b. 142. b. 143. a. 145. a. 148. a. 149. a. 150. a. 151. b. (אתניה בשבחיה דחי עלמא, aramaice, duobus constans alphabetis), 152. b. 153. a. b. 154. b. 157. a. (את השם הנכבד נאה לתהלותיו, auctore *Meir (Qalir)*, 159. a. b. Dolendum est, in principio et fine haud pauca excidisse, interdum quoque vetustate chartam contritam nimioque usu scripturam esse obliteratam. Quod vero Wagens. dicit, Judaeum precationem עלינו לשבח dilaceravisse, suspiciosius et criminosius dicit; nam p. 148. multa exstant, quae multo magis blaspheme dicta sunt ac tamen nulla litura deleta. Dorsum tegminis hujus codicis particulam commentarii ad *Nehemiam* repraesentat, infra posita hac subscriptione: ותשלם כל המלאכה׃ כי שם צוה יי״ את הברכה׃ בהשלמה שמורה בכל וערוכה׃ חזק ונתחזק׃ אשר לא נזק׃ בן ר׳ קלונימוס. Cujusnam libri, a quonam Kalonymo confecti, fragmentum istuc sit, aliis divinandum relinquo.

XXIV.

[B. II. 4. 29.]

סדר תפלות׃

Cod. membranaceus, in forma 4° oblonga (foll. 52.), liber ritualis, qui *Sidur* s. *Seder Tefilot* continet, ex ritu vulgari Judaeorum in Germania Poloniaque degentium, parvi ac paene nulli pretii. Nam si precationem *Alenu* exceperis, quae hoc in Ms. plenior, quam in libris impressis, extat (plenissimam h. e. omnibus, quae media aetate odio Christianorum recens accesserunt, additamentis auctam eam exhibet Cod. *Ez Chajim*, v. Sotha p. 112. Ep. de Infundibulo p. 499 — 565.), nihil eo in Ms. invenitur, quod in libris impressis ritualibus non legatur, ac praeterea inter fol. 1 et 2., 4 et 5. atque in principio libri ac fine tam multa mutilatione exciderunt, ut quarta fere pars totius libri desit. Inest etiam *Hagada Pushalis*, eaque et ipsa magna parte diminuta ac decurtata.

XXV.

[B. II. 12. 43.]

ז מ י ר ו ת׃

Cod. membranaceus, in forma 12° (foll. 47.), mancus in fronte et in calce, intus et extra mutilatus, inquinatus, a bardo homunculo vocalibus instructus, quarum signa, utpote praepostere posita, impedimento sunt legentibus, nihiloque minus praestantissimus. Primum de externa libri dispositione. Constat partibus duabus a scribis diversis scriptis; quarum prior desinit f. 31. a. estque ibi haec clausula addita: סליקו זמירות׃ שבח לדר בנהורות׃ ויזכינו בו לקרות׃ אנו ובנינו לדורי דורות׃ חזק ואמיץ הסופר יעקב׃ צור יברכני וישמרני מלקוב׃ ויסיר ממנו לב העקוב׃ ויחיל הברכה עליו לנקוב אא״א סלה. Totus liber carmina XLVI. continet, maximam partem *sabatica*, quibus synagoga Deo supplicat, ut Israelem extorrem mox redimat Eliamque Tisbitem mittat, Messiae praeconem; nonnulla nuptialia sunt atque amatoria, unum mores Judaeorum Rhenum accolentium jocullariter eludit (Nr. XXX.). Horum carminum *viginti sex* rarissima sunt et nondum, quantum ego scio, edita; multa nunquam in ritum nostratium Judaeorum recepta, in synagogis *orientalibus* usitata sunt, uti et nomina dominorum, quibus Israel opprimi dicitur, et genus dicendi *asiaticum* luculente ostendunt. Omnia autem, epithalamia potissimum (Nr. XXVII. שקד החן יהבל היפי; Nr. XXXV. אזכרה נגינותי בלילה; Nr. XXXVII. אח לי אבני תוך אפריון) mira orationis suavitate ac dulcetudine, cui vix quidquam nostra memoria hebraice scriptum aequiparari potest, composita sunt. Omissis nominibus auctorum acrosticis, ea adscribam, quae a librario in fronte nonnullorum carminum inscripta sunt: Nr. III. שמעה אדון עולם *Salomonis Babylonii* (הרשל״מה הבבלי זצ״ל) vel potius *Salomonis ben-Gabirol;* Nr. XV. מצור באתה העיר, auctore *Rabenu Menahem*, addita hac nota: זמר זה יסד רבינו מנחם כשנתחלקה מלכות אדום בימי המלך צר על העיר וירמישא בארבעה לחדש אדר ביום השבת ובו כ״ד נסעו משם; Nr. XVIII. יה ושם חיש הדשם *Jakobi ben-Salomo*, hac praefixa inscriptione: זמר זה יסד רבינו יעקב נכד המאור הגדול רבינו שלמה הטייר ישר זצ״ל. Epithalamium Nr. XXVII.; a *Samuële* compositum, hac insignitum est epigraphe: לאחר שעשו כליא פיוטי שקורין צרקלא אז(מרים) זה׃

XXVI.

[B. II. 4. 21.]

ס׳ כוונות הפילוסופים וביאורי בן־רשד׃

Cod. chartaceus, in forma 4° majori (foll. 186.), literis Rashianis et vicissim cursivis iisque orientalibus, arabicarum simillimis conscriptus, qui merito dignus habitus est, quem Senatus Ampliss. Lipsiensis ao. 1690. e spoliis Turcicis a M. *Jentschio*, concionatore castrensi, e Graecia relatis seligeret, aere suo redimeret et in bibliothecam reponendum curaret. Complures libros, qui ad philosophiam mediae aetatis arabicam judaicamque cognoscendam maximi momenti sunt, complectitur, quos omnes suo calamo scripsit, uti extrema pagina docet, Jeshua Kohen bar-David Kohen ao. 1471. (tertio die mensis Nisan 5231., *Siman :* הרא״ל), cujus sunt etiam glossemata, in margine codicis passim adscripta. Continentur autem hoc codice libri hicce:

1) ספר כוונות הפילוסופים למעלה היקר הנכבד אבו חמאד אלגזלי (f. 1. b — 19.), Abu-Hàmid Al-Gazalii*) liber de opinionibus philosophorum, مقاصد الفلاسفة, fere ad verbum de arabico expressus et commentariis, qui singulis libri illius capitulis subjiciuntur, illustratus. Codex noster nomen nullum, nisi commentatoris (משה בן יהושע ב״ה ישר עב״הן**) exhibet. Alii vero codices indicant, alium esse interpretem, alium commentariorum auctorem. Codices de Rossi 437. 515. *Jehudam ben-Salomo Natan* operis arabici translatorem nominant, cujus

---

*) Opera Al-Gazalii XXXIII. in praef. ad *Ejuha 'l-Waled* (O tu, qui es filius h. e. dilectissime) enumeravit *Hammer-Purgstall*, ejusque vitam, scripta et codd., quibus continentur, enarravit *Ferd. Wuestenfeld* in libro egregio: *Die Academien der Araber und ihre Lehrer* (Goetting. 1837. 8.) Vide et *Fleischeri* Catal. Codd. Dresdens. p. 94. et ad Codd. singulos ibi enumeratos.

**) Hoc versiculi Jes. LVII. 2. compendium, nomini Narbonensis addi solitum, multos in errorem induxit.

praefatio in Cod. priori parti metaphysicae, in Cod. posteriori toti operi praefixa est. De hoc *Juda Natan* altum inter bibliographos silentium; nisi forte interpres ille, qui monstrosissimo nomine *Ben-Gudas Nadam* nominatur (ex cujus translatione hic liber exstat in Bibl. Taurinensi n° A. v. 34. Wolf. IV. p. 745.), idem esse censendus est. Eadem versio exstat in Codd. de Rossi 143. 286. 1218. 1340., in quo commentarius marginem occupat. Auctor hujus commentarii est ***Mose ben-Josua*** h. e. ***Mose Narboni***, qui alias appellatur Mose ben-Josua ben-Isai ***ben-David***, quod nomen nusquam nostro in codice reperitur. Hic Narbonensis, qui etiam in ***Abubeker ben-Thofail*** Philosophum Autodidactum et ***Maimonidis*** Doctorem Perplexorum commentarios scripsit librum Algazalianum a Juda Natane hebraice conversum nova praefatione subjectisque perpetuo auctoris textui illustrationibus locupletavit. Versio autem ipsa Mosi minime attribuenda est; nam cum alius exstet eundem in librum commentarius, ***Mosis ben-Baruk Almosnino, Migdal 'Oz*** inscriptus (Cod. de Rossi 1218. autogr.), non tamen exstat alia ejus libri translatio, quae a nostra sit diversa. Quare errat ***Sabatai***, qui Mosem Narbonensem libri ***Kavnot ha-Filosofim*** translationem atque commentarium fecisse testatur multosque secum eundem in errorem pertraxit. Commentarius libri ***integer*** reconditus latet in Bibl. Vaticana, Leidensi (inter Codd. Warnerianos), Parisiensi nationali, Colbertina, Taurinensi, Oxoniensi (inter Codd Oppenheim.), Rostgardiana, atque, ut vidimus, de-Rossiana. Codex enim noster in fine mutilus est, et tantummodo primam libri partem, quae doctrinam ***logicam*** tractat, et fragmentum partis secundae ***metaphysicae*** continet. Prima pars f. 18. a. ab interprete hoc versiculo concluditur: ויתברך הראשון אשר עזרנו לפרש חלק הראשון. Tertia pars, quae de ***physica*** agit, prorsus deest; siquidem tribus partibus hoc opere systema philosophiae absolvitur, quarum primâ de logica (החכמה ההגיונית), alterâ de metaphysica (החכמה האלהית), tertiâ de rebus physicis s. naturalibus (החכמה הטבעית) disseritur. Tres quatuorve, inquit in ipsius commentarii prooemio Mose Narboni, omnium controversiarum sunt fontes, arrogantia, rei controversae profunditas, controversantis imbecillitas, consuetudo denique inveterata, quae naturae vim obtinuit. Hujus consuetudinis potentia Abu-Hâmid factus est philosophorum adversarius. Nam cum aetate ea viveret, qua populares ejus philosophiae tanquam fidei morumque corruptrici maxime infesti erant atque etiam operam philosophiae dare lex *regia* vetabat, assensu atque amore, quo philosophiam ipse amplectabatur, occultato, dolo et dissimulatione philosophiam propagare conatus est. Simulans igitur, se philosophiae confutationem finem sibi terminumque constituisse, primum disciplinam philosophorum logicam, physicam, metaphysicam breviter definiendam ac describendam sumsit, ut ipsae res, quas postmodo esset in disceptationem ac controversiam vocaturus, prius omnibus innotescerent. At jam Averroes in libro הפלת הפלה*) hanc despicientiam philosophiae, quam in libro postea edito הפלת הפילוסופים**) simulat Algazali, popularis ambitionis stimulis instigatus, totam in specie fictae simulationis inesse demonstravit. Neque opus est aliorum testimoniis; quandoquidem ipse Algazali operi suo controverso brevem dissertatiunculam addidit, qua omnia, quae philosophiae opposuerit atque objectaverit, ad nihilum recidere ipse profiteatur, obtestans omnes, quorum in manus ea scriptio perventura esset, ne cui philosophice non docto eam traderent. Proinde tantum abest, ut scripta Algazalii sint contra philosophiam armamentaria, ut ejus sint propugnacula atque praesidia." Comp. Codicis Rostgardiani descriptionem apud Wolfium IV. p. 923., ex qua in Codice nostro ducentis amplius foliis deesse intelliges. Oratio Mosis Narboni praestat brevitate distincte concisa atque limata et verborum et rerum tenuitate, quae paene jejunitas est in verbis nimium parca. Desinit Ms. in verbis his: והנפש לא ישאר עמה עם צורת הגשמי ולא הנפש עם צורה האנושית וכבר הושיו רצוני הנראה וצורה האנושית במקבל אחר מהם יצטרך אל משכן ואבל בין שני המשכנים הבדל....

2) בי' א"ר בן רשד לס' השמע הטבעי (f. 20. b—84. b.), Commentarius Averrois (***Abulwalid Muhamed ben-Ahmed ben-Roshd***) in Aristotelis octo libros *Φυσικῆς Ἀκροάσεως*, integer ille et ne verbulo quidem mancus. Divisus est in octo ***Maamarim***, qui rursus multifariam in כללים, פרקים, interdum etiam מדרשים dispertiti sunt. Singula capita, ***Maamarim*** inscripta singulos libros Aristotelici operis, primum argumento eorum explicate et distincte proposito, res obscuras intellectuque difficiles interpretando explanant; ipse autem textus illius Auscultationis de rebus naturalibus Aristotelicae adjectus non est. Glossator interdum exemplar arabicum (נוסח הערב) et alia hebraica exempla (נוסחאות שלנו) contulit, veluti f. 72. b. In fine legitur haec clausula maxime memorabilis, Averrois verba exhibens: בכאן נשלם המאמר ונשלם בהשלמתו באור זה הספר כפי יכלתנו ובפי מה שנזר העת הזה עלי לפי שנתגלגלתי בנסיונות להיות עם בני אדם מרוחק מעיון ונבדל ממעיינים ומה שכתבנוהו מאלו הענינים אם כתבנוהו על צד הביאור לדעת המשאים לעמוד על זה מי שירצה לעמוד עליו בקלות בני שמינין בזה אבוהנאזר בספרו בפירות כי האדם כאשר לא יעמיד בסברות האנשים על תכליתם לא ידע הטעות המיוחס עליהם ולא יבדילהו מהנכונה והאל המפיק טובות והמגלה האמת ...... והיתה השלמתו בעשיית הביאור הזה יום שבת ראשון לחדש רג"ב*) שנת תקל"ב (1184.) לחשבון הישמעאלים במדינת אשבליא (= اشبيليه) וכבר יש לי בהמין ביאור עשיתיו בעת הנערות והיא קצר וראיתי עתה לעשות הביאור יותר שלם ואני נעזר באלהים להשלים הביאור בשאר ספרים יהי שמו מבורך אנ"ס בנ"ך ואל"י. Nomen translatoris hujus majoris uberiorisque commentarii nostro in Cod. nusquam legitur, uti ne in eis quidem Codd., quibus in recensendis multus est Wolfius I. p. 18. III. p. 13. IV. p. 752.**) Nisi forte, uti simile veri est, ille ipse ***Mose ben-Samuel ben-Juda Ibn-Tibon*** (fl. 1250.), cui compluribus in Codd. versio compendii hujus commentarii adscribitur, etiam hujus largioris ac verbosioris interpres esse existimandus est. Compendium illud, cum commentario inedito Levi Gersuni (absol. 1321.) exstat in Vaticana et de-Rossiana Codd. 146. 171. 208. 312., quorum ii, qui epigraphen habent, in nominato Mose Ibn-Tibon Granatensi consentiunt. Editum est, sub tit. קצור אבן רשד על שמע טבעי, Rivae Tridenti 1560. 8. pagg. 47.

3) ההקדמות והיסודות של ארסטו שבנה עליהם מופתיו

*) تهافت التهافت h. e. ruina ruinae germ. *der Uebereinandersturz.*

**) تهافت الفلاسفة h. e. ruina (vulgo: *destructio*) philosophiae.

*) h. e. رجب maurit. ارجب, mensis Arabum septimus.

**) Cod. turcico-rabinico charactere exaratus inter Guelferbytanos (Fleischer, Catal. App. N. 10.).

וראיותיו (f. 85. b. 86. a.), principia physices Aristotelicae XLVII., ex Aristotelis operibus, ubi disperse proponuntur, collecta, et Acroasi Physicae nesciu a quonam, fortasse ab ipso Averroe vel potius a translatore commentariorum ejus adjecta. Extrema verba haec sunt: אלו הן יסודותיו שבנה עליהם עליותיו ואתה תראה כי יש הרבה מהן שצריכין ביאור וראוי לומר לו ערבך ערבא צריך. Ex genere dicendi, quod ex hac clausula elucet, apparare mihi videtur, hanc scriptiunculam ex arabico non posse esse conversam.

4) ס׳ הנפש לארסטו (f. 87—116.), Aristotelis libri tres *περὶ ψυχῆς* cum commentario, ex arabico conversi a ***Shem Thob Isaaki***, cognomento הטורטוסי (Dertosanus*), quo a ***Shem Thob Isaaki ben-Sprot*** Tudelensi **) uno seculo recentiori, qui ao. 1385. librum contentiosum ***Eben Bohan*** conscripsit, discernitur), interprete librorum arabicorum clarissimo. Etenim de arabico hebraicum fecit opus medicinale, المنصوري inscriptum, auctore ***Abu-Bekr Muhamed Ibn-Zekerija Er-Râzi*** (Exc. Cod. de Rossi 347. cf. Cod. Dresd. 140.), ao. 1264., atque etiam alium de medicina librum, ab Arabe ***Alzarabi*** compositum (Cod. Bodlej.). Ao. 1267. scripsit ***Pardes Rimonim***, librum in philosophica ***Hagadarum*** talmudicarum interpretatione versantem, qui Sabionetae typis exscriptus prodiit. Commentarius, operi Aristotelico de anima additus, cujusnam sit, ambigitur. Nam Bernardus de Rossi, cum commentarium Averrois ms. in eundem librum Aristotelis conferret, ejus ab hoc nostro differentiam intellexit (Cod. 538.). Translatorem vero ***Shem-Thob Isaaki*** esse ex hujus ipsius prooemio apparet. Hoc in prooemio ***Shem-Thob*** primum dicit, se opinionum commentis pro gentium religionumque diversitate diversissimis de animae natura atque immortalitate substituere velle veritatem philosophicam, firmam illam, stabilem atque ab universitate generis humani comprobandam, quam in lucem protulerit Aristoteles, philosophorum, qui fuerunt ac futuri sunt, maximus; Deum autem sibimet, si quid in erroribus superstitiosorum hominum refellendis peccaverit, fore propitium. Deinde adhibitis Saadiae et Jonae (ابن جنّاح, vulgo ***Abulwalid***) testimoniis, vocabula duo arabica translatu difficilia explicat דאת (עֶצֶם = ذات) et גוהר (جوهر) sermone communis vitae arabico = פְּנִינִים, margaritae; philosophice: ***forma*** vel ***materia nativa***, neohebr. פְּנִינִי = aristot. *φύσις*, *οὐσία*, cf. ***Ibn-Kaspi***, Amude Kesef f. 114. a.). „Aristoteles," inquit, in libro undecimo Metaphysicorum (מַה־שֶּׁאַחַר־הַטֶּבַע) dicit: „„הדברים הפנינים (הנקראים בלשונם אלגוהר) שלשה על דרך ההשאלה מצד השיבותם לא מצד האמת. Primum genus efficiunt corpora incorruptibilia, immutabilia h. e. coelestia; alterum, mutabilia, corruptibilia h. e. plantae et animalia; tertium ea, quae incorporea et incorruptibilia sunt."" Sic esse novatum illud ad similitudinem arabici ***Al-'Gauhar*** vocabulum, innumeris locis in ipso libro occurrens, interpretandum. Hinc illico ad ipsam versionem libri primi operis Aristotelici aggreditur, quae his verbis orditur; לפי שראינו כי הידיעה העיונית מן הענינים הנאים והיקרים וראינו שהחכמות העיוניות יש יתרון לקצתם על קצתם בענין אחד משני הענינים או בשניהם יחד והם החשיבות הגונת וקיום המופת הבא בחכמה ההיא והיתה החכמה בנפש כבר נתחברו בה אלה שני הענינים. Sequitur deinde commentarius, qui per formulam ר״ל introducitur; eoque finito, semper versio textus Aristotelici, praefixo signo אמר, continuatur. Divisum est totum opus, sicut Aristotelicum, in tres ***Maamarim;*** primo subjicitur haec clausula (f. 96. b.): נשלם המאמר הראשון מן הביאור ונתחיל באור המאמר השני. Una libri pars Rashianis, altera (f. 104. b. 111. b — 116. b.) literis cursivis orientalibus (Ta'aliq) scripta est. Exstant ejusdem libri exemplaria mss. in Bibliotheca Edzardiana (Wolf. I. p. 1128. III. p. 1137.), Bibl. Orator. Parisiensi, et in De-Rossiana (Cod. 538.).

5) ספר השמים והעולם לארסטו ביאור החכם אבן רשד (f. 117. b — 186. a.), commentarius Averrois in Aristotelis libros quatuor *περὶ Οὐρανοῦ*, in quatuor ***Maamarim*** distributus, qui rursus in partes et particulas, חלקים, ביאורים, משפטים, מבוקשים, כללים, פרקים inscriptas, non sine magno legentis commodo dispescuntur. Textus operis Aristotelici commentario non praemissus est, sed in commentarium vel referendo vel citando intexitur. Noli vero putare, hunc commentarium simul librum Aristotelicum *περὶ κόσμου πρὸς Ἀλέξανδρον* (Ed. Berolin. I. p. 391. ss.) comprehendere, inscriptione deceptus; ipsum commentarii initium te docebit, illud והעולם ad inscriptionem operis Aristotelici propter argumenti laxitatem additum esse: אמר כוונת ארסטו בזה הספר לדבר בעולם ובחלקיו הפשוטים הראשונים וכו׳. Interpres quisnam sit, nostro ex Codice definiri nequit, propterea quod scriba clausulam (f. 184. a.) imperfectam ac rudem reliquit: ובזה נשלם המאמר· ובהשלמתו נשלם הספר· ושבח לאל לבדו· השלמתי········. Perfecte absoluta exstat in Codicibus duobus, quorum unus quondam Jablonskii erat (Wolf. III. p. 14.). In hoc haecce scripta est epigraphe: אני שלמה בן ר׳ יוסף בן איוב הספרדי זצ״ל השלמתי העתקת זה הספר והוא ספר השמים והעולם לארסטו באור החכם אבן רשד בשנת חמשת אלפים ותשע עשרה ליצירה (= 1259.) במדינת בדרש (= Beziers, Biterrae). Perfectior etiam est subscriptio Codicis Taurinensis 69.: „Ecce complevi (scil. Averroes) opus commentarii hujus die II. mensis ***Reǵeb*** ao. 566. Heǵrae (h. e. 1170.), quo tempore Hispali (***Eshbilia***) commorabar. Ego Salomo fil. Jobi absolvi translationem hujus libri de coelo et mundo Aristotelici ex Averrois expositione ao. creationis 5019. (h. e.) 1259. in provincia ***Badras***." Idem ***Salomo Jobi*** unus est de tribus interpretibus (***Mose ibn-Tibon***, ***Abraham bar Chasdai***) Libri Praeceptorum Maimonidei (Bodlej. n° 5418. Codd. Pocock.; de Rossi Cod. 221. 1234.), atque auctor tractatûs de Haemorrhoidibus, mense Ijar anni 1265. absoluti, qui Codici de Rossi 150. inest, subjecto encomio, in quo Salomo Jobi in Hispania natus, ubi et majores ejus Granatae sepulti sint, et deinde Biterris commoratus esse dicitur, ubi hunc ipsum tractatum composuerit. Translatio commentarii Ibn-Roshdiani exstat etiam in Bibl. Publ. Upsaliensi, quo in Cod. ad annum, quo liber ad finem perductus est, dies (Veneris) et mensis (duodecimo ***Menahem***) additur, in Bibl. Oratorii Paris., in Bibl. Marschalliana (Cod. 472.) et de-Rossiana (Cod. 171. 208.). Adjectus est nostro in Codice (f. 184. b — 186. a.) excursus Averrois ad librum *primum* de Coelo fin., quo agit de corporibus coelestibus, quae moventur, et principio motus eorum incorporeo, adhibitis Ibn-Sinae et Alexandri Aphrodisiensis testimoniis.

*) **Tortosa, arab.** طرطوشة.

) **Tudela, hebr. טודילה, **arab.** تطيلة (הטילא, **apud** ***Binjamin Shuëbi***).

XXVII.

[B. H. 4. 28.]

ס פ ר   מ ד ו ת ·

Liber germanicus, hebraicis et quidem *rashianis* literis in charta scriptus (foll. 185.), cujus in fronte hoc nomen legitur: נאם מאיר בר אשר ז״ל החן ר׳ זלמן מקק״ פראג. Exhibet hic codex chartaceus translationem vernaculam libri hebraici *Orchot Zadiqim*, ab auctore Anonymo confecti, qui ms. exstat in bibl. Uffenbach. (Wolf. IV. p. 1048.) et excusus est Prag. 1581. 4. Francof. a. M. 1687. Sulsbaci 1689. 1691. 12. (c. *Sidur*) et Fr. a. O. 1705. 16., quam editionem ego cum translatione contuli. Translatio Germanica prodiit Isnae 1542. 4.; Fr. a. M. 1692. 4. 1696. 16.; Furthi (c. *Tefila*); Hanov. 1710. 4. Cothenis 1718. 16. (Wolf. II. p. 1264. III. p. 1177.). Ms. nostrum simillimum est Isnensis editionis. Etenim cum hebraicus liber in viginti octo capita (שערים) sit dispertitus, Ms. nostrum, uti et Isnensis editio, tantummodo viginti septem continet, et f. 12. a. diserte dicitur: ,,Das *Sefer Midot* hat siebenundzwanzig *Shearim*, und hinten nach wollen wir alle schreiben mit Lib, und in welchen Blatt man ein jegliche *Mida* finden soll und wie sie heisst im *Ibri*.“ Deest igitur caput vicesimum octavum, שער יראת שמים inscriptum (Ed. Sulsbac. fol. 293. b — 308. a.).

XXVIII.

[B. II. 4. 23.]

ב א ר   ה ג ו ל ה ·

Cod. chartaceus (foll. 195.), literis quadratis hispanicis scriptus, egregius ille atque in orbe terrarum unicus, quem Jo. Chr. Wagenseilius ab auctoris, qui cum hunc laborem prope ad finem perduxisset, morte oppressus est, haerede pronepote, homine indocto, Niclasburgi in Moravia degente, viginti imperialium pretio redemit (Epistol. de Hydraspide p. 19. *Monatliche Unterredungen* 1691. p. 236. ss.). Inscriptio, qua hic Codex hucusque innotuit, היכל יי, a Wagenseilio excogitata est; quare corrigendus est Wolfius (II. p. 1289.). Wagenseilius enim, qui, ut ipse in Ms. Catalogo ait, hunc librum praeclarum et lectu dignissimum Latinitate donare volebat idque jam (non sine Codicis corruptela) agere coeperat, primum hunc librum משכנות ישראל inscribebat; deinde, mutata sententia, eum *Hekal Adonai* ad suum arbitrium nuncupavit. Ipse vero auctor eum באר הגולה inscripsit (quod nomen, si modo caput XXV. libri I. contuleris, multo melius quadrare intelliges); idque, quamvis liber prologo et epilogo careat, ex soloeca libri primi clausula (f. 157. b.), quam Wagenseilius obliteravit, perspicitur:

סליק ספר ראשון מספר באר הגולה:

ובעזרת האל נתחל חלק שני לגלה:

Ad materiam, quam liber *Beër ha-Gola* pertractat, quod attinet, agit, ut jam Wolfius l. l. recte refert, de antiquitatibus judaicis seu de veteris ecclesiae judaicae ritibus et ceremoniis, genere orationis facili, simplici ac pellucido, et, quod mirum est, perquam distribute ac distincte; nam vel capita singula legentium commodo rursus in paragraphos circumscriptas dispertita sunt. Additae sunt imagunculae, calamo adumbratae ipsique libro insitae; quinque propter magnitudinem libro appositae sunt. His ex figuris tria de auctore, qui Wagenseilii culpa inter Anonymos est*), elucent: 1) eum artis delineandi fuisse imperitum; 2) eum Germanum fuisse; 3) eum in ecclesiae Romanensis vicinitate degisse. Hierosolyma enim pagi germanici, quam urbis orientalis est similior. Sacerdos summus pedum episcopale in manibus tenet superne incurvatum. Fontes, ex quibus auctor hausit, *Misna* sunt et *Gemara;* dolendum est autem, quod hos fontes accuratius nusquam adscripsit, et tantummodo libros exteros, Graecos et Latinos, quorum testimoniis persaepe utitur, nominavit, domesticos non item. Sunt capita, quae tota ex locis misnicis et gemaricis sunt composita, ut ipsa singulares Gemarae esse videantur. *Liber primus* capitibus triginta et uno hisce de antiquitatibus agit: c. I. de terrae Israeliticae praestantia ac bonitate; II. III. de ejus sanctitatibus (*Qedushot*); IV. de tabernaculo a Mose erecto; V. de monte, in quo templum aedificatum est; VI. VII. de conclavibus (*Leshakot*); VIII. de atrio sacerdotum; IX. de altari; X. de scala altaris ejusque lapidibus et de mensis ibi positis; XI. de culina (בֵּית־טַבָּחִים); XII. de portis templi; XIII. de vestibulo et aulaeo; XIV. XV. de Sancto et omnibus rebus, quae intus in sancto erant; XVI. XVII. de Sancto Sanctorum omnibusque rebus intus inclusis et de templi et primi et secundi aedificiis in universum, quo in capite ait, templum secundum, cujus speciem et formam Ezechielis divinitus instinctus adumbraverit, non convenienter Scripturae, sed ad humanum arbitrium fuisse aedificatum; XVIII. de observantia reverentiaque adversus templum adhiberi solita; XIX. de altercationibus inter Sacerdotes, Levitas et Israelitas coortis; XX. de Synedrio ejusque jurisdictione, et quomodo Sacerdotes et Levitae coram ecclesiae comparuerint; XXI. de vasibus templi; XXII. de principibus Sacerdotum atque iis, quibus, ex populo Dei delectis, custodia templi commissa erat. Hoc capite inter alia doctissime de musica antiqua, de modis, cantu, instrumentis disseritur (f. 59. a — 63.); XXIII. de quinque Sacerdotum principibus eorumque summo (כֹּהֵן הָרֹאשׁ); XXIV. de belli apparatu et sacerdotis uncti ad populum orationibus; XXV. de exilio, quo nunc Judaei vivunt — quo iis usque ad Mesiae adventum nec bellum gerere nec templum instaurare liceat, sed potius pro regum salute, qui imperium in ipsos teneant, sit precandum. Hoc capite, quod citato orationis flumine scriptum est et ingenii dotes auctori impertitas luculente ostendit, demonstrare satagit, Judaeos patriae, in qua vivant, regis et civium debere esse amantissimos; simul vero, adhibitis *apologis* astutissime excogitatis, demonstrat, Judaeos, qui sint piacolare pro toto mundo sacrificium, *sua* voluntate, non divino supplicio patria extorres, ad mundum expiandum tanquam impios tantopere vexari; Mesiam autem venturum, sicut Davidem, merum hominem futurum, longaeviorem majoribus ac potentiorem. Ejus adventum, quem jam factum esse Christiani ex male intellectis scripturae locis probare velint, gentium improbitate, qua poenitentiam detractent, retardari, neque tamen fidem futuri Mesiae Judaicae doctrinae articulum esse fundamentalem. Hoc caput parabolarum speciosissimarum plenum Niçahon est, quo nescio an ullum sit factum diabolica arte callidius (f. 101 — 123. a.). C. XXVI. de unctione summi sacerdotis et sacerdotis militaris (כֹּהֵן מְשׁוּחַ מִלְחָמָה), atque de unguento; XXVII. de vestibus sacerdotalibus. Hoc capite de duodecim gemmis pectoralis singularumque virtutibus docte et literate disserit et passim testimonia affert *Plinii* (Hist. Natur.), *Theophrasti*, *Galeni*, *Callistrati*, *Philosophi Arabici Aristotelici* (f. 131. b.), *Francisci*, *Alberti Magni*, quorum libros ipse videtur evolvisse. C. XXVIII. de gradibus honorum et classi-

*) Forsitan R. *Petachia*, Rabbinus Nicolaiburgensis in Moravia, mort. 1637., de quo Wolf. III. p. 956.

bus Sacerdotum et Levitarum; XXIX. de tempore, quo Sacerdos in Sanctuarium introire solebat ejusque ad introitum praeparatione; XXX. de vitiis corporis, propter quae Sacerdotes sacerdotio excludebantur, et de animalibus offerri solitis; XXXI. de viris stationariis (אַנְשֵׁי מַעֲמָד). Explicit liber primus. ***Liber secundus:*** c. I. de sacrificiorum fine et generibus; II. de holocaustis, speciatim de holocaustis quotidianis (***Tamid***); III. de suffimento (f. 171. a. ss.). Hoc egregio capite de herbis, ex quibus odores incensi componi solebant, erudite disserit, eorum nomina, in linguis priscis et novis usitata comparat, et crebris locis laudat Dioscoridem, Theophrastum, Galenum, Strabonem, Plinium, Justinum Historicum, Pausaniam, Sefer *Kol-bo*, et quendam Garcia d'Aliurto (ס' הסמים). C. IV. de sacrificio pro delicto et de sacrificiis salutaribus. Finis libri seu extrema verba (§. 10. cap. IV. libri II.), in quibus morbo impeditus auctor substitit, haec sunt: ואם היתה מנחה הסולת נותנה לכלי שרת ומקדשה בכלי שרת ואז הביאו למקדש והלך וכו' מצליח דרכו...

XXIX.

[B. H. 4. 37.]

מנהגים עם שחיטות ובדיקות.

Cod. chartaceus, in 4°, foll. 61., in quo libri duo insunt, male scripti, argumento viles multoque usu triti atque inquinati.

1) מנהגים (f. 1—53.), de statis solemnibusque ceremoniis, religionibus atque institutis, quae quotannis singulis diebus sacris, quas Synagoga obire solet, observari oportet, ex Germanorum ritu recenti, qui ab hodierno plane non differt. Incipit a neomenia mensis ***Nisan***, et confecto orbe annuo, in ***Parsot Sheqalim*** neomeniaque mensis ***Adar*** desinit. In fine deest plagella. Scriptus est hic liber seculo decimo sexto ab homine tali, qualem Judaei עַם־הָאָרֶץ דְאוֹרַיְתָא appellant h. e. legis imperito atque inscio; alioquin f. 21. a. sabatum, quod noni ***Ab*** jejunium excipit, non ***Sabat Nachman***, ex vulgari rudium errore, appellavisset, cum ***Sabat Nahamu*** dicere deberet.

2) שחיטות ובדיקות (f. 54—61.), regulae (***Halakot***) de rite mactandis inspiciendisque animalibus, cujus generis libri innumeri et editi sunt et mss. exstant. Hoc Ms. exaravit, ut ex clausula apparet, ***Josef ben-Baruk Haas*** Librarius (לבלר), Colini natus in Bohemia, in pago Schwarzenaviae apud Danubium sito, in usum ***Josefi ha-Levi Zoref*** Schwarzigiensis, ao. 1537. Adjectum est eadem in pagina testimonium peritiae et industriae, Salomoni bar-Levi, mactatori cuidam, datum a R. ***Salomone Isaaki Einstedt*** Fuldensi, 1555. Ibidem nomen suum adscripsit possessor hujus Ms., qui et ipse imagunculam in fronte libri ***Minhagim*** pinxit, ***Eliezer bar-Josef ha-Levi ha-Zoref*** (Aurifaber) 1565.

XXX.

[B. H. 4. 38.]

Cod. chartaceus, in 4°, foll. 161., quo libri complures argumento diversissimi diversoque charactere scripti compacti sunt:

1) סבוב ר' פתחיה, Itinerarium R. Petachiae Ratisbonensis (foll. 5., quae ipse Wagens. haud ita pridem exarata esse testatur.). Wagenseilius, qui hunc libellum in Exercitationibus Sex Varii Argumenti No. IV. edidit, sua manu hunc titulum adscripsit, quem cum ***Pragensem*** editionem a Buxtorfio commemoratam nunquam viderit, ipse commentus esse videtur: סבוב הרב ר' פתחיה מרעגנש פורג אחיו של ר' יצחק הלבן בעל התוספות והרב ר' נחמן מרעגנש פורג: וסבב ר' פתחיה כל הארצות עד נהר סמבטיון וכל החדושים והנפלאות של הקבה שראה ושמע כתב לזכרון להגיד לבני בית ישראל ולהוציא תעלומות לאורה: Priorem hujus tituli partem ex introitu libri ac fine desumsit, qui sic habet: תני דברי ר' פתחיה אחיו של הרב ר' יצחק הלבן בעל התוספות ושל הרב ר' נחמן מרעגנשפורג. Petachia, Praga profectus, Poloniam, Sarmatiam, Tartariam, Turciam, Armeniam, Assyriam, Chaldaeam et Palaestinam peragravit; Hierosolyma adiit, pulsis Gotofredi Bullionaei expeditione Saracenis h. e. ante annum salutis 1187. ***Isaakus*** autem ***Albus***, frater Petachiae, auditor fuit ***Judae Pii***, qui, si ***Gedaliae ibn-Jehija*** (Shalshelet f. 54. a.) fides habenda est, obiit ao. 1217. Bernardus de Rossi in Dict. II. p. 91. authentiam itinerarii Petachiani in suspicionem vocat. Argumentum vero ex usu ***tertiae*** personae petitum plane nullum est. Ceterum Buxtorfius fil., cujus pater se ejus libri exemplar ms., cui junctum fuerit ***Masa'ot*** illud a Benjamino Tudelensi, Petachiae aequali, confectum, Jo. Scaligero donavisse narrat in Bibl. Rabbinica, locum Itinerarii Latine redditum sine textu hebraico exhibet in praefatione ad Judae Levitae ***Kuzari*** (1660. 4.), qui eo differt a textu Wagenseil., quod Petachiam ***prima*** persona de se loquentem introducit.*)

2) Liber kabalisticus ***de influxu coelestium in inferiora*** (f. 6—14.), qui caret tam principio, quam fine, scriptus in Italia atque censori Romano ad ejus imprimendi licentiam nanciscendam traditus vel monachi venia propter materiam in occulto latentem confiscationi ereptus. Namque f. 14. b. haec leguntur: „Revisus per me fratrem Hipponem Ferrarensem Minoritam, et concessus licentia Rev. P. Benedicti de Sencino Vic. S. Inq. Cremonae, die 23. Novembris 1593."

3) ס' הויכוח (f. 15—19. b. med.), narratio disputationis habitae inter narratorem et philosophum Christianum Coloniensem de Trinitate filiique Incarnatione, quae fidei nostrae sanctissimae mysteria Judaeus ex mentis animique ingenita atque originali natura conatur refellere; neque enim cum Christianis, qui distortione ac depravatione scripturae mirifice praestent, argumentis ex scriptura petitis, sed potius ***philosophice*** dimicandum esse affirmat. Initium libelli hoc est: עתה אחי ראה בעיניך ולבבך יבין כנה ראית נצחות אמיתיות הראינו לך בנפש היותה בלתי מתנועעת בלתי מתחלקת בלתי משתנית ושהיא בלתי גוף בלתי מקום בלתי נכנסת בתוך מקום יורדת בלתי עולה יורדת ועליית כמשמע' ובפשוט' וכו'. Ex ultimis libelli verbis fortasse conjectura fieri potest de tempore, quo conscriptus sit: וכן פירש לנו חכם אחד גדולה על חבורינו שאחרי התלמוד זלה״ה שהוא שמו רבי משה ואתם שמעתם עליו וספרו מועתק אליכם: נשלם הויכוח. Nisi fallor, ***More Maimonideus*** intelligitur, qui primum ab Augustino Justiniano, Episc. Nebiensi (Paris. 520.), deinde a Jo. Buxtorfio fil. (Basileae 1629.) latine conversus prodiit. De Mss. compluribus antichristianis, ***Vikuah*** inscriptis, v. Wolf. II. p. 1291. ss.

4) אגרת לחכמי מרשיליא (f. 19. b—23. a. med.), epistola Mosis Maimuni ad Massilienses, de astrologia divinante humanaeque vitae ex sideribus praedictione ac notatione, addita in fine narratione de ***Pseudomesia***, qui in Arabia exstitit et, capite cervicibus abscisso, a rege Arabum est occisus (***Shalshelet*** f. 34.

*) De veteribus ejus libri editionibus v. De Rossi l. l. Editio princeps, Naftali Hirsch Genteinensi curante, ao. 1595. in lucem emissa, et hoc seculo ineunte cum *Midras Jona* Altonae (sine anno 8.) recusa est.

a.). Excusa est haec epistola inter epistolas Maimonideas, quae prodierunt Venetiis 1544. 1545. 1665., Constantinopoli 1522. 1536., Amstelod. 1712. (אגרות ושאלות ותשובות לרבינו משה המיימוני f. 6. b—11. a. supra). Mirum est autem, impressa exemplaria in eo consentire, hanc epistolam missam esse ad Massilienses (לחכמי קהל עיר מארשילייא); nostrum contra Ms., quod permultis in locis variatum atque etiam mutilatum est, pro הרבים בעיר מרשיליא in epigraphe epistolae ab ipso Maimonide scripta sic habere: הרבים במדינת מונטפשליר, ut proinde epistola non ad Massilienses, sed ad Montepessulanos (Montpellier) missa esse dicatur; id quod propterea dignissimum notatu est, quia assentit huic immutationi etiam *Mose Narbonensis* in Comm. ad *More Nebukim* (Cod. Constantin. *Heimann.* T. III. C. 49. וזה פירש רבינו משה באגרת שלחה לחכמי מונפשליר תשובה על מישפטי הכוכבים). Inseruit hanc epistolam Institutioni suae Epistolari Hebraicae p. 453. 454. Jo. Buxtorfius pater. In margine Ms. fragmenta commentarii in Megilam *Rut* conspiciuntur (f. 19. b.). Scriba, finita epistola, haec subsignavit: אני יעקב בן יהודה אני כתבתיה במגדל אלוין*) והעתיקו מלשון הגרי לעברי החכם הר׳ משה בן חכם הפילסוף הר׳ שמואל בן תבון הספרדי ז״ל. Huic epistolae idem scriba adjecit:

5) פירוש שיר השירים (f. 23. a—36. a.), Commentarium in Canticum Canticorum, ab ipso, ut videtur auctore (*Jakob ben-Juda*) sua manu conscriptum, quem his versiculis orditur:

יצו האל חסדו · הודות עזרת עבדו ·
ואשאל מכבודו · תת מעלי מהודו ·
לחזק את ידי · וקרנו להרים ·
וגלות לי סודו · במשלי השירים :

Rationem viamque hoc ab interprete tentatam ex his verbis (f. 23. b.) perspicies: והנה אחל י״ל (יכוני עליון) המגילה והאל יעזרני ואבאר לך בראשונה ואומר כי החכם הזה ישא משל ברועה והשוקתו אשר גבר כל חשקה בו אשר תלין ותגדרין עליו בדברי שירים ותשדלנו ברוב חשקה עד אשר הוא גם בכרה אהבתה בו כי תמצא חן לפניו ותיטב הנערה בעיניו ותשלם אהבתה והמשל הזה נשא לנפש המשכלת ודימה אותה לחשוקה השכל השיפע מאת השם ית׳ הוא החושק ואמר כי כאש תחזק תשוקתה להתקרב אל השם ולעמוד לפניו עלה (על דרך האמת) ישא ברעיון שלא תפרד מחשבתה מן האל ישגיח גם היא עליה השגחת החזקה לנתמדת בלי הפסק ותהיה דבקה באהבה בלי פירוד עד שתעתק מזה אל צרור החיים כאמור אותו תעבוד ובו תדבק (Deut. 10, 20.). Auctor *φιλοσοφούμενα* sua, ex philosophia mediae aetatis judaica, cujus terminologiam in *Miklal Jofi* Menahem Bonifacius Perpinianensis ordine literarum pertractat, desumta versibus scripturae artificiose agglutinat.

6) זוהר המשכילים (ex Dan. 12, 3.), opusculum bibliographis prorsus ignotum, quod continet expositionem mysteriorum sub candelabri in medio templo positi specie usuque occulte latentium (f. 37. b—47.). Nescio, quomodo Jo. Chr. Wagenseilium hujus opusculi vera inscriptio fugere potuerit; siquidem auctor in praefatione, quae ab expositione versus Dan. 12, 3. inchoata est, diserte, על־כן, inquit, קראתי חבורי זה זוהר המשכילים etc. atque id ipsum clausula libri luculente ostendit: השם יזכינו להעלות נר המנורה הטהורה במהרה בימינו ולאור באור החיים הנצחים ככתוב בדברי קדשו כי עמך מקור חיים ובאורך נראה אור שלים זוהר המשכילים ׃. Corrigendus est igitur error Jo. Christ. Wolfii (Bibl. H. II. p. 1382.), qui, leviculo Wagenseilii catalogo praelidens, hoc Ms. סוד המנורה insignitum esse dicit. Operae pretium est audire, quae auctor anonymus in fine prologi comparibus nitidissimis ait: נאם הצעיר אשר העיז רוח המשכילים׃ ללקוט בשבולים׃ אחר מאספים הגדולים׃ אשר היו לפנים׃ זה כמה ימים ושנים׃ כי מקום הניחו לי אבותי להתגדר בו כי נמלו שערי אותה החכמה לרוב בני אדם בדורותינו ואמרו׃ הדי לי הדי לי רוח מלא מאלה יבא לי׃ והעירוני רעיוני ואשנס את מתני׃ לגלות תעלומות להוציא לאור מדותה׃ להורות נתיבי החכמה׃ וסוד המנורה הטהורה׃ פרטה לבאורה׃ כי חכמים הראשונים כתבו סוד המנורה בכללה׃ ובה ידעו שרשי גבולה׃ ובזמן הזה נתמעטו הלבבות ודבריהם סתומים ועמוקים ואין מושגים לנו אצל שכלינו לכן באתי לבאר פרטי המנורה כאשר קבלתי מאבותי לפי קוצר השגתי׃

7) Poematium *Menahemi di Lutra* (cujus *Jocer* conservavit nobis Cod. de Rossi 1274. Sidur *germanicum*), articulos fidei fundamentales breviuscule comprehendens, folio membranaceo, uti et libri insequentis pagina prima, inscriptum, quod a nobis haud ita pridem conversum nunc hebraice propter dictionis gravitatem adscribamus:

מזהב אופיר אפתח מנעול זה מסגרת זיר האמונה ׃ ׃ ׃ ׃
נמצא המוצא כל נמצאים אל שיפעם גם ישגיחנה ׃ ׃ ׃ ׃
הוא האחד צור האחרים גשם תאר אין בשכינה ׃ ׃ ׃ ׃
מלפני כל קדמון היה ראוי לעבוד לו בתחינה ׃ ׃ ׃ ׃
מחוזה שדי חז כל נביא הרגיש חושי כולם שינה ׃ ׃ ׃
לא כן עבדי משה הפרש ארבע מאל קנה ׃ ׃ ׃ ׃
חוק דבר אין אמצעי רק פה אל פה ובאין שינה ׃
טוב קיבל תורה מסיני נאמן חזק סוד נאמנה ׃ ׃ ׃ ׃ ׃
ריב תורה איש לא יחליף אל צפון גלוי ישיגנה ׃ ׃ ׃ ׃ ׃ ׃
איש ומעשיו יבא לדין אם טוב אם רע הוא יגמלנה ׃
חכה ביאת צמח צדיק פלל עליו עיקר פינה ׃ ׃ ׃ ׃
זכרו יודרי דומה שיבה הנפש לגוף באחרונה ׃
קורא מאמין העיקרים נכנס בכלל עם מרננה ׃ ׃ ׃ ׃
יש לו חלק עולם הבא כי היא תכלית הכוונה ׃ ׃ ׃

Hujus carminis auctor si idem est, qui *Menahem ben-Jakob*, auctor complurium Piutim in Codd. de Rossi, Vormatiae degit, *Elazari* (בעל רוקח) aequalis, c. 4950., uti ex l. *Rab Mordekai* ad Tr. Jebamot §. 89. perspicitur. Jam centum annis ante doctos *Lotharingicos*, magistros patris sui, in epistola quadam commemorat *Rabenu Tam* (גאוני לותיר, citat. in *Shibole Leqeth* §. 11.), cf. זקני לותיר, Tosefot Berakot f. 18. a. Batra 74. a.

8) פרק חלק (f. 49. b—83.), praefatio Musae Maimuni ad Caput XI. (*Cheleq*) Codicis Sanhedrin, ex arabico hebraice conversa. Translatio haec a vulgata, quae in editiones Talmudis Babylonici recepta est, multum differt ac plane alia est, uti ex initio ejus, quod adscribam, illico intelliges: אמר הרב הגדול המחבר רבינו משה בן הר״ר מימון ז״ל ראיתי לדבר במקום הזה בעקרים גדולים מן האמונות יקרים ונכבדים דע כי כל בעלי התורה נחלקו סברותיהם בגמול הטוב אשר ישיג האדם בעשיית המצוות אשר צונו הקב״ה ע״י מרע״ה ובעונש אשר ימצאנו כשיעבור עליהם וכו׳. Hac praefatione, cujus arabicum exemplar ex Cod. Oxoniensi edidit Ed. Pococke, constat, Maimonidem tredecim fidei articulos (פי׳ היסודות ועיקרי האמונה) proposuisse, quorum unicuique nostro in Ms. (inde a f. 58. b.) subjectus est commentarius uberrimus, quo auctor a disciplina morali ad *arcanam* delabitur. Inscriptus est שערי החמים et *Mikaëli* cuidam *Kohen* (quem a Mikaele ben-Mose Kohen apud Wolf. I. p. 759.

---

*) h. e. *Montpellier* (אלוין = pellere), ut quidem mihi videtur. Nam alias hoc oppidum appellatur הר (חכמי ההר, *Salomonis Aderet* Vota I. §. 615.), הר הקדש propter incolarum sanctimoniam (Jedaja Penini, ibid. §. 418.), הר געש per gallici nominis imitationem (Shebeth Juda f. 17. b. Amst. 415.).

III. p. 681. non diversum esse arbitror) debetur, uti ex clausula apparet:

בעזרת חי העולמים · סיימתי ספר שנקרא שערי רחמים ·
לקרות ולעסוק בהן · נאום מיכאל ה כ ה ן :

Initium commentarii hoc est: העיקר הראשון כי הבורא נמצא מציאות שלמה פי' נמצא דבר שאין לו ממציא אחר ואין שום דבר בעולם שיוכל להשיג מציאתו המעולה ועז נקשרים ה״ה האמתיים ואומ' לפי' נאמ' על הש' נמצא וכו'. Alius commentarius in XIII. Iqarim, auctore *Simon ben-Saul*, הדרת קדש inscriptus, inest libro *Adam Sikli*, Friburgi Brisgoae 1560. (Bibl. S. Lips.).

9) ס' זרבבל (f. 84 — 85. a. med.), liber pseudoapocalypticus, quem jam cum Itinerario Eldad Danitae et Chronico Mosis in falsis et ridiculis enumerat Ibn-Ezra (Exod. I, 22. cf. *Margaliot Thoba* f. 42. b.). Mikael, angelus Israelitarum tutelaris, Zerubabelem docet, quae futura sint in temporum extremitate, de *Mesia ben-Josef* (Menahem ben-ʿAmiël) et *Mesia ben-Efraim*, quorum ille *Romae*, ubi haec ipsa institutio fit, hic *Tiberiade* occultus esse fingitur. In fine enumerantur decem reges, qui cum *Armilo* Antijudaeo Hierosolyma sint aliquando obsessuri. Initium libri hocce: הדבר אשר היה אל זרבבל בן שלתיאל פחת יהודה, finis: והיתה להשם המלוכה במהרה בימינו:. Editus est hic libellus cum septendecim aliis opusculis, ut constat, Constant. 1519. Cf. supra Cod. maj. XI. 4. 18.

10) אותיות (f. 85. a — 86. b.), recensio delira *decem* prodigiorum, quae adventum Mesiae praecessura sint, quorum septimum est partus Armili Diaboli ex statua S. Virginis Romana. Impressus est hic liber inter collectanea 1519. ab *Estrock de Tolon* Constantinopoli edita (nm. 4. אותות המשיח). Ms. exstat in Bibl. Paris. Reg. c. 232. (Colbert. 3991. 4.), in De-Rossiana c. 541. (sub tit. סדרן של אותות שיבואו קודם ביאת משיח); 1240. (s. t. אבירות לעתיד); 1033. (s. t. אותות המשיח, qui nostri est simillimus). Finitur nostrum libelli Ms. clausulâ: סליק קונטריס האותות.

11) שרשים מרבינו אלעזר (f. 86. b — 93.), libellus moralis, quo praecepta moralia recensentur, quorum unicuique (שרש) illico insequitur explicatio (פירוש), dictis exemplisque talmudicis confirmata. Auctor, quem ignorat Wolfius (III. p. 120.) ille ipse est *Elazar ben-Juda de Wormatia s. de Garmiza*, (fl. 1240.), praeceptor Nachmanidis, de quo idem I. p. 189. III. p. 120.; clausula enim Msti, obliterato nomine scribae (qui et nm. 9. 10. exaravit), sic habet: סליק קולס השרשים מרבינו אלעזר בעל הרקח (אלעזר = רקח = 308.). Addendus est igitur hic libellus (cui, si satis acute odoror, par est שרשים illud, quod

מאד נורא · כרוב ברא · דמות מורא · גבר קומה :
באת ירים · על צרים · במיש הרים · בלב ימה :

16) ס' יצירה (f. 125 — 131.) cum commentario *Elazari Vormatiensis* (qui editus est inter quinque Jecirae commentarios Mantuae 1562. Amstel. 1712.). Liber ipse hac clausula finitus est: הסלת הדן ספר אותיות דאברהם אבינו דמתקרי ספר יצירה כל דצפי ביה לית שיעור לחכמתיה; commentarius incipit: מעשר ספירות בלימה לפי מה דדייק לקמן הלשון, et concluditur hac clausula: סליק ס' יצירא ופירושו שבח לאל אשר בדברו שמים נעשו. Praefixus est libro hic versiculus, qui superstitiosam *Jecirae* venerationem ostendit:

בעזרת אזור גבורה · אחל ספר יצירה
והוא יהיה לי לעזרה · ויפדני מכל צרה :

17) סדר ענין המשכן (f. 132. b.), mysteriorum per tentorium sanctum ἀλληγορουμένων detectio, subjecta clausula hac: סליק כאשר קבלתי ממה״רק זצ״ל. Davus sum, non Oedipus.

per errorem, ut videtur, De-Rossi *Josefo Uziëli* adscribit, Cod. 1138. 12.) ceteris Elazari operibus, quae sunt fere haecce: 1) *Sefer Roqeah* (Exod. 30, 25., ed. princeps: Fani 1505. fol.); 2) *Jore Chataim* (princ., teste Bartoloccio, Venet. 1543. 4.); 3) Commentarius in *Jeciram;* 4) Comm. Kabal. in *Pentateuchum* (Bibl. Orat. Paris.) et Psalm. 145. (Cod. de Rossi 1138. 1.); 5) *Jajin ha-Reqah*, comm. in V. Megil. (Cod. Oppenh., in *Cant.* et *Rut* ed. Lublini 1608.); 6) *Sefer Jihud* (C. de R. 1138. 7.); 7) *Shëëlot* (ib. 286. 9.); 8) *Sefer ha-ne'elam* (cf. C. de R. 966. 5.), et complura alia opera kabalistica, quae a bibliographis ejus nomine signantur. 9) *Shorashim*, cujus prima verba sunt: שרש אהבת השם ובכל נפש ובמאד, extrema: ויחשבה לטובה מצרפה למעשה ליראי ולחושבי שמו.

13) שערי צדק (f. 94 — 121.), liber kabalisticus de decem Sefiris, cujus argumentum ex initio facile perspicies: שאלת ממני ידיד נפשי להאיר באחת ההשגות הפנימיות לדעת איזה דרך יחלק אור בענין עשר ספירות הנה נשאתי פניך. Auctor, ut ex inscriptione et subscriptione apparet, est *Josef ben-Abraham Gribzol* (יוסף גריבצול בן בכור ר' אברהם), qui absolvit hoc opus, praeter quod nullum ab ipso confectum exstat, die XIX. mensis *Ab* 1429. Haec testatur in clausula *Jehiel Aseri Kohen*, scriba. Gribzol mira nominis depravatione modo *Karnitol* (קרניטול apud Sabatai), modo *Nyctelo* (apud Masium, ad Josuam) appellatur. Hoc certum est, librum *Sha'are Zedeq*, 1561. Rivae Tridenti excusum, a nostro Ms. non differre. Plura eaque misere confusa v. apud Wolf. I. p. 563. II. p. 1439. (ubi *Scha'are Zedeq* ab auctore *Noblot Chokma* p. 195. citari ait) III. p. 424. 1221.

14) ביאור המלות (f. 122 — 123. b.), brevis tritissimorum disciplinae arcanae vocabulorum nomenclatio atque expositio. In fine f. 123. b. docetur boni glutinis atramentique compositio, formulis a Judaeo Germano adscribillat.

15) ברייתה דיוסף בן עוזיאל (f. 124.)*), mysteria aliquot ex fontibus Kabalae penitus absconditis derivata per *Josefum Uziëli*, qui a Jeremia propheta Babylone institutus Kabalaeque mysteriis donatus esse dicitur. Sic enim scriptum legitur f. 124. a. סוד זה תני יוסף בן עוזיאל שגילה לו ירמיה הנביא ואין לגלותו אלא לצנועים et fere iisdem verbis Cod. de Rossi 1138, 12. סוד זה גילה יוסף בן עוזיאל מפי ירמיה הנביא ע״ה בבבל. Laudantur hoc in fragmento *Kalonymos* (cujus *Piut*, in *Ofan Jom-Kipurim* interjectum, citatur), *Jecira*, *Hekalot*, et liber *Zarfati* cujusdam. Subjicitur f. 124. b. laudatio Dei eximia, novem strophis comprehensa, Kalonymi, ut puto, quae sic incipit:

אדון עולם · ולו אולם · הדר אולם · אשר שמה ··
והוא אין סוף · בוהו כוח · יסוד ים סוף · והאדמה ··

18) משרת משה (f. 132 — 141.), apologia Musae Maimuni, ab ejus disciplo *Kalonymo* scripta, quem Sabatai nuncupat: קלונימוס לר' משה המצרי. Auctor, quem linguae arabicae gnarum fuisse ex immixtis arabicis vocabulis aliisque vestigiis apparet, ipse se Maimuni Aegyptii discipulum esse testatur f. 136. b. המעיינים בספריו יש שלא הבינו דבריו בזה הענין כמו שלא הבינו יתר דבריו והבינו מה שלא אמר חלילה לו ועתה באתי לדבר דבריו שעו התועים בדבריו וזה אשר הביאני עד הלם כי קנאתי בדוברים על הרב תועה לכן קראתי שם חבורי זה משרת משה שבן חק המשרת לקנאות לכבוד רבו:. Consilium

*) Aliae ejus scriptiunculae inscriptiones sunt: הוספות על ס' יצירה ס' שרשים ר' יוסף בן־עוזיאל ליוסף בן־עוזיאל (apud *Sabatai*), et (apud *de Rossi*).

Kalonymi hoc est, placita magistri de providentia (ההשגחה), ea potissimum, quae in libro *Delala al-Hâïrin* (*More Nebukim*) proposuerat, pro virili propugnare contra eos, qui ea vel per errorem non intellexerant vel inique interpretati erant (v. *Sha'ar* tertium, sub fine, f. 135. a.). Pertractat igitur *sex* capitibus (שִׁשָּׁה שְׁעָרִים) locum de providentia ipsiusque passim Maimuni sententias ex ejus operibus conquisitas citat, explicat, confirmat. In fine ipse adjecit: ושלם ספר משרת משה · יתהלל אל ואל ישתבח. Initium Msti cum codice Wolfiano (B. Hebr. III. p. 969.) consentit, conclusio non item; sed tamen etiam exemplar nostrum finitur Psalmi XIX. commentatione. Exstant hujus libri praestantissimi Codd. in Bibl. Leidensi, Taurinensi, Oxoniensi (Opp.), Vaticana (Tractatus de Providentia Divina), De-Rossiana (207. 371. 514. 770. 1246.).

19) הלכות דעות (f. 142 — 149. a.), caput secundum libri I. partis I. (ספר מדע) ingentis operis Maimonidei, quod *Ha-Jad ha-chazaqa s. Misne Tora* inscribitur.*) Ms. hoc innumeris locis a vulgata lectione exemplarium impressorum recedit. Constat, hoc caput, quo sex capitibus quinque praecepta ajentia, sex negantia, quae ad mores informandos spectant, exponuntur, translatum esse Latine a *Georg. Gentio*, hispanice a *Davide Cohen de Lara*, germanice ab Anonymo eoque, ut videtur, Christiano. Ex Ms. Uffenbachiano varias lectiones excerpsit Jo. Henr. Majus in Cat. Uff. I. p. 42 — 64. De libro *Hilkot De'ot* separatim edito v. Wolf. II. p. 1290.

20) חידות (f. 149. b.), aenigmata, quae regina Sabae Salomoni, ut sapientiam ejus tentaret, dicitur proposuisse.

21) פירוש של ט״ו שירי המעלות (f. 150 — 161.), interpretatio quindecim psalmorum gradualium, ipsius auctoris anonymi autographum, velociter scriptum et inter scribendum, ut apparet, elaboratum, seculo decimo sexto non antiquius, mendisque litura passim sublatis deformatum. Auctor in lectione *Midrasim*, quos saepenumero adhibet, veluti *Midras Tilim*, *Tanchuma*, *Shoher Thob*, *Chazit*, bene versatus videtur.

XXXI.

[B. H. 4. 35.]

אגרת שלומים ותקון שטרות·

Cod. chartaceus, in 4°, libros duos complectens, quorum priorem ipse J. Chr. Wagenseilius, posteriorem ejus mandato Judaeus, homo non optime eruditus, descripsit.

1) אגרת שלומים (foll. 39.), liber de conscribendis epistolis hebraicis inconditus rudique ac plane insulso genere dicendi confusus, auctore Rabbino Viennensi, Wagenseilii aequali, qui hunc libellum in usum discipulorum suorum compositum literisque consignatum cum Wagenseilio communicavit. Prima libri pars (f. 1 — 10.), praemissis duobus epistoliis, inscriptiones literarum et exordia exemplis illustrat; hinc f. 11 — 31. fictae epistolarum formulae sequuntur, numero LXII., quorum argumenta sigillatim praemisso indice recensentur. F. 31. b. usque ad f. 35. a. rursus salutationum exempla sequuntur, quibus ipse liber finitus est. Inde a medio f. 35. a. ipse Wagens. epistolas aliquot addidit, a Judaeis, quos noverat, conscriptas, vili ac paene nullo argumento. Bene discerne ab hoc Ms. libellum Basileae 1603. 8. editum, *Igerot Shelomim*, ex quo unam epistolarum decadem eodem anno Buxtorfius vertit, explicavit et Joanni Drusio inscripsit (Buxtorf. fil. Catalecta p. 276. ss.). Quibus epistolis plane nulla est cum exemplis hoc in Ms. propositis similitudo. Cf. Wolf. II. p. 1251.

2) תקון שטרות (foll. 38.), liber de scribendis pactorum, conventorum, stipulationum formulis, quarum XXXVII. continet, earumque formularum exarandarum regulis, quae f. 17 — 22. proponuntur. Nactus erat Wagenseilius hujus libri ms. exemplar, invenustum, laceratum literisque rabinicis consignatum, id quod Judaeo literis quadratis describendum dedit. Hoc ipsum exemplar secundarium, a Judaeo transscriptum, nostro codice continetur; primarium, quod e foliis mutilis et non consutis constat, adjunctum est. Ineditus est hic liber, etsi formularum plurimae cum eis, quae in libro *Nahalat Sib'a* leguntur, ad verbum, ut par est, conveniunt, ac proinde a libro ejusdem tituli, qui Furthi 1698. 4. prodiit, diversus (W. II. p. 1472.). Prorsus differt materia et tractatione *Tiqun Shetharot* Judae Barzilai Barcinonensis, qui liber, uti *Chr. Theoph. Ungerus* ad *Sabatai* Labia Dormientium annotat, non de ordinatione contractuum, sed de numeratione annorum a literis contractuum, quae שְׁטָרוֹת nuncupantur, agit, h. e., de aera Seleucidarum (*Minjan Shetharot*). Errat igitur Wolf. III. p. 306.

XXXII.

[B. H. 4. 34.]

Cod. chartaceus, forma 4°, qui libros duos uno volumine complectitur (Wolf. I. p. 932.).

1) Epistolarum Hebraicarum ad Jo. Christoph. Wagenseilium scriptarum Liber, constans foll. 69, epp. 48. Ipse Wagens. has epistolas sua manu transscripsit atque in unum redegit. Nonnullas etiam typis exprimendas curavit, veluti epistolas de loco, unde Mesias sit descensurus (קֵץ בְּצִיּוֹן) in Telis Igneis Satanae 447 — 451. Pleraeque profectae sunt ab hominibus ingloriis atque ignotis, quin etiam a mulierculis, uti *Bela Perlhöfter* Pragensi et *Hanna Levi*, et a Judaeis conversis Judaicas superstitiones adhuc redolentibus, *Claudium Majum* dico (de cujus vita Wolf. III. p. 965. miros errores sparsit, quos infra, cum de harum literarum autographis dicemus, religiose emendabimus) et *Christianum de Pomis*, qui Norinberga, ubi 1668. sacramentum baptismatis sanctissimum suscepit, 1669. in academiam Altdorfinam vocatus est ibique Joannem Wuelferum in doctrina talmudica erudivit (W. III. p. 979.). Perpaucae ex his epistolis quaestiunculas, quae doctrina aliqua continentur, tractant, aut vexationes direptionesque narrant, quibus Judaei ea aetate afflicti sunt; ceterae omnes agresti illo ac vix vendibili genere dicendi, quo hebraica, neohebraica, aramaica confunduntur, ex more Judaeorum eo tempore in Germania et Polonia viventium, de rebus vilissimis agunt, quae ad vitam hominum ac consuetudinem communem pertinent. Nihilominus jucundum est, ex his monumentis Wagenseilii consuetudines et familiaritates multasque praeterea cum Judaeis res rationesque contractas cognoscere. Inter harum epistolarum inscriptiones, ut solet, ridicula verborum effervescentia ac magnificentia conscriptas, una incipit: אל גבעת העולות · ניר ואהלות · יקר מאבני פז וסגלות — Wagenseilius hebraice partim עבוד עגלה, partim עב״ת עגלה appellatur.

2) משלי סאנדבר חכימא רבא (foll. 49.), „Apologi Sandabaris Viri Sapientissimi. Jo. Christophorus Wagenseilius descriptum, qui mihi obtigit, Codicem (VIII. min.) emendavi et in

*) Arabice كتاب كبير على مذهب اليهود, vel تاليف كبير ab ipso *Musa Maimuni* in *More Nebukim* appellatur.

Latinam linguam converti." Translatio Latina e regione textus hebraici collocata est; emendationes et conjecturae translatoris ad marginem adscriptae. Ad quodnam exemplar horum Apologorum ms. an impressum W. correctionem instituerit, nescio; neque enim solummodo conjecturalis esse potest, siquidem non pauca immutavit totasque passim lineas lituris delevit. Adjecta sunt huic Codici praeterea 3) מגילתא דאנטיוכוס, *Historia Antiochi*, *ex Ms.* W. hanc narratiunculam aramaicam ex Cod. H. maj. his chartis (foll. 20.) descripsit, posita exadversus translatione Latina. 4) מגלת אנטיוכוס (foll. 7.), hebraice, ex Ms. a Wagenseilio transscripta, appositis ad marginem Codicis Bartolocciani variis lectionibus (Bartolocci Bibl. Rab. I. p. 383—385.). 5) מגלת אנטיוכוס (foll. 6, 8.), exemplar ejusdem Megilae aliud, quod amicus quidam Wagenseilii Lutetiae commorans in usum ejus, quem hujus Megilae editionem moliri audivisset, e Codice Colbertiano descripsit. Eadem exstat inter Codd. Hinckelmannianos, uti ex Catalogo eorum p. 21. n. 161. perspici potest. Cf. Wolf. I. p. 204. s.; De-Rossi, Cod. 850. (hebr.); 535. 951. 989. 1026. (aram.); 414. (hebr. et aram.); Biscioni, Catal. p. 143. Cod. 52.; Zunz, G. V. p. 134. s. (not. *d*, *e*, *f*.).

XXXIII.

[B. H. 4. 24.]

Cod. chartaceus, in 4°, foll. 195. constans, quo libri infra recensiti, quorum nullus adhuc editus est, coagmentati sunt.

1) ***Peculium Talmudico-Rabinicum Theodorici Hacspanii*** (nat. VIII. Nov. 1607., ob. XVIII. Jan. 1659.) s. Introductio in Rabinismi et Talmudicae dialecti cognitionem, quam absolvere Hacspanium mors praematura prohibuit; haec autem, foll. 99. inscripta, quae jam suis in codicillis exaraverat, a Wagenseilio, admodum adolescente, Hacspanii discipulo, belle ac nitide descripta sunt. Non dubito, quin si quis aramaicis studiis deditus hanc grammaticam perlegat, multa ad se vertere possit. Etenim Hacspanius etiam hoc in opere et ingenio et literatura se exhibuit praestantissimum, exempla suppeditat uberrima ad regulas illustrandas ac firmandas et passim linguas Arabum et Syrorum, quarum erat peritissimus, docte contulit. Ut exempla aliquot afferam, prooemio de grammaticae aramaicae historia absoluto, inde a f. 3. b. de diversis judaicae scripturae characteribus (in his משקט, מרבלק) agit, deinde de mysticis alphabetis iisque, quae in ***Otiot*** Akibae et ***Cabbala*** Capnionis traduntur, f. 22. a sqq. de nominibus Dei (de nomine ***Jose*** Sanhedr. VII. §. 5. Jalquth Pent. n. 658., vide f. 15. a.), f. 33. a. de Masorae dictione, f. 36. a. de usu universali nominum רְאוּבֵן et שִׁמְעוֹן, יְדַעְיָה et יְהוֹיָרִיב (Paralip. 9, 10. Qama IX. §. ult.), f. 85. a. de librorum a Judaeis aramaice scriptorum punctatione. Ultimum caput (Sect. XIV. §. 176.), quod inchoatum reliquit, agit de verbis quiescentibus radicali tertiâ.

2) ***Theodorici Hacspanii Grammatica Rabbinica***, quam multorum votis magnopere expetitam editurus olim erat Jo. Frischmuthus, Prof. Jenensis (nat. 1619., ob. XIX. Aug. 1687.); at morte in ejus editione paranda oppressus est. Conflata est ex scholis, quas Hacspanius de rabinismo, vel, ut dici oportet, de lingua neohebraica Altdorfii habuit inde a die XIX. Octobr. 1640. usque ad d. III. Mart. 1641. Has calamo excepit et in hunc ipsum librum transscripsit Sebald. Schnellius (nat. d. XXI. Mart. 1621., ob. d. XVIII. Maj. 1651.), is ipse, qui in fine (f. 126 — 142.) adjecit ***Lectionis Rabbinicae*** Exercitia, non sine mendis ex ***Gemaris***, ***Aruk***, ***Miklol***, ***Jalquth***, ***Maimuni***, ***Shulchan aruk***, ***Sefer Chasidim*** descripta Latineque reddita. Grammatica Hacspanii multum certe praestat libello, quem de ediscenda dialecto tum talmudica tum rabinica confecit ***Jo. Ern. Faber*** (Gotting. 1770.), quo libello nil potest cogitari insulsius. Nos ne nunc quidem neohebraicam grammaticam, quae nomen mereatur, possidemus; vel eae, quae ad hanc laudem adspirant, obscura bibliothecarum teguntur caligine.

3) ***Rudimentorum Chaldaicorum libri duo*** (f. 144—149.), quorum unus agit de nomine, praefixis, pronomine et suffixis nominalibus, alter de verbo et suffixis verbalibus, a Sebaldo Snellio scripti ac perpetua syriacae linguae collatione elaborati.

4) ***Danielis Swenteri***, Professoris Jenensis (nat. XXI. Jan. 1585.; ob. XIX. Jan. 1636.) ***Praelectiones Hebraicae***, ad Rabbinismi cognitionem facientes, ipsius Schwenteri autographum, quod in usum academicum veloci calamo exaravit (f. 150—195.). F. 150 — 156. a. exponit Schwenterus, quomodo Rabbini illud: „ex omnibus penitus linguis confusum Chaos" (!) h. e. idioma rabbinicum compilarint ac consuerint idque ***quindecim*** anomaliis factum esse opinatur. F. 156. a — 179. b. abbreviaturarum rabbinicarum ***sexcentas octoginta*** et ***duas***, addita explicatione, enumerat ordine literarum, quas partim ex libris de scribendi compendiis (v. Wolf. II. 574. IV. 250.) mutuatus est, partim ipse inter legendum collegit. F. 182 — 184. viginti „lectionis sine punctis" regulae proponuntur. Inde a. f. 186. exempla sequuntur, ex Gemara interpretumque Judaicorum commentariis desumta, adjecta prolixa analysi. Totum opus impolitum ac plane rude est, nec hilum legentes inde proficient.

XXXIV.

[B. H. 4. 25.]

Cod. chartaceus, in 4°, foll. constans 109., si in numerum foliorum venerint etiam ea, quae scriptura vel non completa sunt vel plane vacua, inscriptione hac: ***Compendium Hebraeae linguae.*** Conscriptum est sermone Latino ridiculisque ornatum ad schemata belle sub oculis ponenda imagunculis. Methodus, quae primum catechetica, deinde acroamatica est, laborat veteris schematismi, qui ex arabizantibus Judaeorum scholis in ecclesiam invectus est, jejunitate, siccitate atque inopia. Finis hujus compendioli est f. 82. a.; interjectis aliquot vacuis foliis, sequitur libellus alius, sic inscriptus: ***Quaestiones in Copiam Verborum et Nominum*** h. e. artificiosae eloquentiae, quam ***rhetoricam*** appellant, perparva ac tenuis epitoma, de eodem oleo et opera exarata.

XXXV.

[B. H. fol. 18.]

Chartophylacium Wagenseilianum.

Volumen e chirographis diversissimis chartisque dissimillimis compactum, quo continentur ***A***) Inscriptiones, maximam partem sepulcrales, ex Italia; ***B***) Epistolae ex Batavia, Germania, Bohemia et Hungaria ad Wagenseilium missae; ***C***) Odae in laudem quorundam Literatorum Christianorum, quae omnia serie ***geographica***, quantum potuit, hunc in ordinem ac indicem redegit ***Georg. Jac. Kehr***, Schleusinga-Francus, Linguis Orientalibus Praefectus Publice explicandis, Lector et Interpres, Lipsiae m. Octobri 1730. Haec συναγωγή ex scriniis Wagenseilii ab isto Kehrio confecta tantundem prodit industriae, quantum inscitiae. Etenim Kehrius nomina propria mirabiliter depravavit, argumenta notationesque temporum male intellexit perver-

seque est interpretatus, res denique conjungendas divulsit diversasque conglutinavit. Quo factum est, ut fama mendax de hac collectione percrebesceret, veluti de clarissimorum hominum autographis eo volumine comprehensis, neque defuerunt inter bibliographos, qui hos rumusculos sedulo exciperent.

A) Epitaphia, quae singula enumerare longum est, sunt: *a)* ***Liburnenses,*** numero 15.; *b)* ***Senenses,*** n. 19., in his Jakobi Nieto medici (1635.), Samuelis Chagis (1634.), Isaaki Zakuto (1658.), Jakobi Israëlis Pereira (1643.), Salomonis Jesurun (1652.), Mosis di Leon (1641.), Josefi Franco (1639.); *c)* ***Pisanae***, n. 119.; *d)* ***Andronenses***, n. 3., in his Isakaris Galiki (1600.); *e)* ***Carrarensis***, n 1.; *f)* ***Zarzanensis*** (Sarzana), n. 1.; *g)* ***Modenenses,*** in his Judae Arje Isaaki (1686.), Baruki Fojeti (1588.), n. 7.; *h)* ***Finalenses*** (Inscrizzioni del Cimeterio del Finale di Modana), n. 7., in his poema longius de hominum mortalitate, עולם הפוך inscriptum, sex octavis constans, auctore ***Juda Mazliah Patavino;*** *i)* ***Rheginonenses*** (Reggio), n. 2., in his Natani Safira Hierosolymitani (1662.); *k)* ***Carpensis,*** Judae Mordekai Ravenna; *l)* ***Ferrarenses,*** n. 5., in his Salomonis Joabi (1623.); *m)* ***Patavina,*** ut videtur, n. 1., qui est lessus dialogicus, מחלקת על המיתה inscriptus, auctore ***Juda Padua;*** *n)* ***Mantuanae***, n. 2.; *o)* ***Veneta***, Leonis Saraval, carmen macaronicum, ital. et hebr. (חציו מדבר אשדודית וחציו יהודית); *p)* ***Londinenses***, a Peringero communicatae, n. 4., in his Josuae de Silva, Rabbini Londinensis; *q)* anonyma. Insertae sunt locis suis epistolae sex italicae Florentini ***Antonio Magliabechi****) (Jul. — Dec. 1682.), qui, collata opera cum ***Bartolocci*** Abbate, ***Galliani,*** Consiliario Ducis Modenensis et ***Bernardino Ramazzini***, Prof. Med. Modenensi, deinde Parmensi, haec epitaphia coemeteriorum judaicorum in Italia hebraica, quae modo recensuimus, in usum Wagenseilii describenda curavit et his adjectis literis Altdorfium misit. Accedunt miscella aliquot, in his epistolium gallicum *Κάρλον τοῦ Πατείνου* (Patavini), narrationi subjectum italicae de morte et sepultura ***Don Isaaki Abravaneli***, ex relatione Rabbini Patavini 1680.; epigramma jocosum (quarteto) ***Leonis Modenensis***, hebr., cum vers. ital.; epigraphe ***Mahazor*** Codicis Norimbergensis etc.

B) Tabularium epistolarum, quo continentur: *a)* Epistolae Jakobi Judae Leonis Amstelod. ad Jo. Saubertum Prof. Helmstadt. (1665.) et Binjamini Isaaki Levitae Nordenensis ad Petrum Dirks, ***M.*** Helmstadiensem (1662.) *b)* Collectio Epistolarum datarum et acceptarum ***Claudii Maji*** Insbrucensis (***Shemaja Hurwicz le-Bet Levi***), Judaei conversi, in his carmina panegyrica, quae Parisiis in laudem hominum clarissimorum, studiis orientalibus deditorum (***Valeriani Flavigny***, ***Josephi de Voisin, Gilberti Gaulmin***, aliorumque)**) composuit, Jakobi Abendanae Amstelod., Judaeorum Francofurtensium et Abrahami Ortonae, Rabbini Veronensis, ad Cl. Majum epistolae, additis iis, quas ipse ad Wagenseilium scripsit. Ex hac collectione nuper vitam Claudii Maji, a Wolfio (III. p. 965.) mendosissime adumbratam, illustravimus in scriptiuncula, quam de scriptis Judaeorum ad ecclesiam conversorum hebraicis elaboravimus. *c)* Epistolae Judaeorum hebraicae, Jenâ (***Ernst Christian Zarfo***), Pragâ, Posonio, Wolfsthal, Viennâ Austriae, Argentorato (***Samuel Mai***, Prof. Basil.), Francofurto a. M., Saxenhusâ, Hanoviâ, Suinfurto, Noribergâ, Altorfio, Otenhusâ, Furthâ, Onolsbaco, Suobaco, Snettaco, Wormatiâ (גרמיזא, גרמיישא, Gormetia), Kaschitio scriptae, prope omnes ad Wagenseilium datae, qui aliquot ex autographis hoc volumine comprehensis singularem in libellum transscripsit (v. Cod. XXXII.). Ego cum has epistolas perlegerem, hoc est, nauseae molestiam susciperem, in forma eorum, ut in speculo, seculi insulsitatem inspexi; ex argumento eorum, plane nihil didici, quod tanta esset opera tantoque stomachi mei fastidio dignum. Nam fere nihil continent, nisi elogia immodica, contritas epistolographiae obsoletae formulas, garrulos de rebus trivialibus sermunculos inscitiaeque exempla risum moventia. Haec profiteri me debere putavi, ne quis alius meo exemplo non monitus, his in codicillis legendis tempus, oleum operamque perdat.

C) Farrago carminum hebraicorum et judaico-germanicorum, in quibus haecce commemoratu digna esse censeo. *a)* ***Ein schön neu Purim-Spiel,*** vorgestellt wie es is zugangen in der Welt zu Ahasveros Zeiten, hübsch in Reimen gesetzt zu einen Rahmen etc. 4. foll. 13., drama hebraico-germanicum, quod in gratiam Wagenseilii ao. 1697. belle descripsit ***Joannes Jakob Christianus Löber*** (משה כ"ץ) Cracoviensis. V. librum meum: ***Zur Geschichte der jüdischen Poësie*** §. 17. *b)* ווידוי ודין תפילה שחברתי בשעת עניי, והוא כמו שלושים שכים לשופים שעברו, ובה כללתי כמעט כל ההוויות והמקרים שבאו לי בקיי ומי יתן שלא יתאמתו גם אחרי מותי על דרך שאמרו כינה ולא ידע מה כינה ואלו הם דברי והוא עשוי ע"ד א"ב כנהוג בכל הווידוים 8. foll. 13., auctore Anonymo, strophis viginti quatuor, quarum unaquaeque versiculis octo constat. *c)* Cantilena Judaeo-Germanica, XXIII. tetrastichis constans, qua solemnia creationis Imperatoris Romani Francofurtensia celebrantur. *d)* ***Ein deutscher Gesang*** von wegen ein Theil fromme Leuten, h. e. versio cantionis ***Halel*** in usum eorum, qui hebraicae linguae sunt imperiti.

XXXVI.

[B. II. 4. 31.]

Commentarii et Supplementa ***Christiani Theophili Ungeri*** ad Sabatai ***Sifte Jeshenim***, chartis ipsi impresso libro intersertis inscripta atque adeo ubertate et copia abundantia, vix ut chartae ea capere queant. Non dubito, quin haec supplementa sint illa collectanea, Bibliothecae Rabbinicae struendae inservitura, quae quo pervenerint, ignorat Wolfius (Praef. ad Tom. III.), qui suppellectilem librorum rabinicorum ***Ungeri,*** Pastoris quondam primarii Herrnlaurschützensis et Ritzenensis, a vidua defuncti emit. De hoc libro Godofredus Obst, Ungeri gener, in literis ad Godofr. Leonardum Baudis, Bibl. Senat. Lips. Directorem, Viteberga ao. 1725. missis: „Caret hoc Cl. Wolfius, et supplementa ad Labia Dormientium, multo labore a Beato Socero collecta, constabunt suo pretio.“ Et profecto haec supplementa plurimum proficiunt ad libros Ungeri potissimum aetate (nat. XVII. Nov. 1671., ob. XVI. Oct. 1719.) editos cognoscendos vitamque multorum scriptorum illustrandam; siquidem Ungerus cum Judaeis satis literatis literarum habebat consuetudinem, eaque via multa comperit, quae in vulgus ignota sunt. In exitu libri additus est „Catalogus Librorum Hebraicorum, qui anno 1710. adhuc deficiebant Bibliothecae R. Davidis Oppenheimii Archisynagogi Pragensis,“ quem catalogum etiam Wolfius tomo primo Bibl. Hebraeae in calce adjecit.

*) Bibliothecar. Magni Ducis Etruriae, v. Wagens. *Belehrung der Jüdisch-Deutschen Red- und Schreibart*, in prooemio.

**) V. librum meum: *Wissenschaft, Kunst, Judenthum* p. 298. ss. (Cap. VII. De literis hebraicis judaeochristianis).

XXXVII.

[B. H. 4. 26.]

Cod. chartaceus, in 4° (foll. 172.), ex bibliotheca *Ungeri.* Prior pars (f. 1—98.) continet:

A) דרשות מהר״יל ומנהגו, librum ritualem, quo ritus et ceremoniae solemnes exponuntur, Moguntiacae potissimum synagogae; nam Jakob Levita Veila (v. cod. nostri f. 172.), ex quo uno duos homines fecit Wolfius in Bibl. III. 511. 453., *Ab-Bet-Din* erat Moguntiae, ubi mortuus est 1427., uti in limine *Hilkot Pesah* libri *Minhagim* legitur. Dolendum est, codicem hunc, qui ad cognoscendum veterem ritum Germanorum, australis potissimum Germaniae, maximi momenti est, in principio mutilum esse. De *Jakobo Veila* semper tertiâ personâ narratur, praefixis his formulis introductoriis: דרש מהר״יל, אמהר״יל. Incipit a ritibus *Rosh ha-Shana, Zom Gedalia* et *Jemé ha-Teshuba* exponendis, et desinit in escarum potionumque benedictionibus, hac clausula (f. 98. a.): שבח ליוצר המאורות · סליקו ברכות מהר״ם זצ״ל. Scriptus est hic Cod. a scriba *Juda bar-Abraham* 1517. Wormatiae, uti in fronte libri consignatum est. Simile et fortasse par atque aequale Ms. exstat in Bibl. Uffenb. (W. III. p. 512.) et De-Rossiana (Cod. 1213.), a quibus Codd. non differt liber saepius excusus *Minhagim,* cujus prima editio est Sabionetensis 1556. (non 1576.).

B) יסוד מהר״רי מדוראן ז״ל (f. 99—171.), cum uberrimis commentariis, quibus textus excerptis librorum antiquissimorum et exemplis hominum clarissimorum illustratur. Ille מהר״רי (cf. f. 99. a., qua pagina Codex mutilus in *Hilkot Nida* proponendis incipit) nullus alius esse potest, nisi *Isaak Durensis* (יצחק בן־ראובן מדורא Wolf. I. p. 654. III. p. 560.), auctor libri *Shaáre Dura* (scr. circa 1336.), qui et *Fundamentum* inscribitur, cujus Codex noster nonnisi compendium vel excerpta repraesentat, sicut Codd. De-Rossi 392. q. v. 403. 571. etc. et 392., qui *Hilkot Nida* separatim continet. *Shaáre Dura* (de licito ac vetito) saepius, veluti Cracov. 1534. (Cat. Oppenh. f. 47. b.) excusi sunt. Respondet fragmentum Cod. nostri libro V. Partis II. Misnae Maimonideae, quo מאכלות אסורות, איסורי ביאה et הלכות שחיטה tractantur. In fine Cod. (f. 172.) additum est exemplar *Ketubae*, ex traditione Jakobi Levitae (יעקב ווילא ז״ל).*)

XXXVIII.

[B. H. fol. 17.]

ווכוח נגד הנצרים·

Cod. pretiosissimus, chartac. in fol., constans foll. 105., quo scripta aliquot antichristiana conglutinata sunt. Hanc collectionem, a quodam *Saul Merari* Italo 1695. ex veteri, ut ipse ait, atque eleganti archetypo literis *italicis* rotundosis descriptam Dan. Ern. Jablonski, Concionator aulicus Regis Borussiae, 1707. a *Ludovico Bourgueto* Nemausensi, ut amicitiae pignus, accepit, a Jablonskio autem, parario praestantissimo *M. V. la Croze, Christianus Theoph. Ungerus,* qui per semestre integrum in his aliisque scriptis antichristianis describendis desudavit. Hoc apographum Ungeri, tersum illud atque mundum, ex Cod. Jablonskiano factum, hic ipse Cod. exhibet, excepto libello ultimo, qui exemplar libri nimium contriti *Toldot Jesu* ex Cod. alio descriptum repraesentat. Ceterum omnia scripta, ex Cod. Italo translata, ab hominibus confecta sunt, qui et Novum Testamentum studiose perlegerunt et doctrinam Christianam ejusque in Romanensi ecclesia corruptelas bene noverunt. Orationis genus ad italici, quod deinceps increbuit, generis similitudinem accedit estque incomptum, nullis impeditum artificiis, facile intellectu. Comprehendit ea collectio sub illo titulo generali *Vikuah* hos peculiares libros:

a) מעשה ישו והילדי הגלבה ואותם שקוראין אפוסטולי (f. 2—17.), libri execrandi *Toldot Jesu* recensio nova, ab exemplaribus *Wagenseilii* et *Huldrici* multis in rebus discrepans, et majori cum astutia Novique Testamenti cognitione confecta. Egregie hunc librum stygium descripsit D. E. Jablonski in literis ad Jo. Chr. Wolfium (II. p. 1445. s.) datis, in quibus „Dixeris,“ inquit, „diabolici hujus foetus in *Wagenseiliano* libro rudimentum primasque lineas crasso penecillo ductas, in *Huldriciano* eundem plenius formatum et vivis coloribus expressum, in *meo* extrema manu perpolitum omnibusque numeris absolutum comparere.“ Initium fabulae hoc est: בבית שני בימי טיבריאנוס קיסר ובימי הורודוס השני מלך ישראל אשר הרשיע לעשות כנראה ביוסיפון בימים ההם נמצא איש מזרע דוד ושמו יוסף בן פנדריה והיה לו אשה ושמה מרים והאיש ההוא ירא את ה״ והיה תלמיד מר שמעון בן שטח והיה שכנו של יוסף הנזכר רשע אחד ושמו יוחנן. Ex his corrige ridiculos errores Wolfii, qui Ms. Italum legere non potuit (IV. p. 484.). Sequuntur hunc libellum historiolae duae, altera de *Onkeloso,* filio sororis Titi, Judaica sacra amplectente, altera de R. Mose (מה״רם), Papae, cur Jesum Christum tanquam peccatorem interfecerint, sciscitanti per parabolam astute respondente (f. 18.).

b) קושיות על דברי האוואנ״גיליו (f. 19—46.), Objectiones contra veritatem librorum Novi Testamenti, qui omnes deinceps invidiose carpuntur atque irridentur, uti jam clausula docet: אלה דברי האוואנ״גיליו אשר דבריו מכחישין זה את זה וגם הקושיות שאנו מקשים על דבריו בקושיות חזקות ודע כי המקשה מקשה בכח ותהי השלמתו הא״ סיון שנת תנ״ו לפ״ק (1696.) מאתי הצעיר שאול מרדי וה׳ שזכני להשלים זה הספר כן יזכני להשלים השאר אמן וכ״ר. Auctor hujus libri putidissimi, qui sine dubitatione seculo decimo septimo non est antiquior, Joannem Baptistam semper *San Carlo* vocat, ex quo Ungerus (in literis gallicis ad La Croze 1726., quas Wolfius IV. p. 486. male transtulit) conjicit, eum post Cardinalem Borromaeum Archiepiscopum Mediolanensem in numerum Sanctorum relatum vixisse. Incipit hic liber ab historia evangelica convenienter philosophis et mythologis nostratibus in mythum dissolvenda: אלה המבשרים שהביאו את הבשורה אחר זמן רב שנית ישו והיה הדבר מעלבית מן כל העולם ויזה הטעם נקראו מבשרים א״ב קשה איה ואנה ואיך מצאו כל אלה הדברים שכתבו ומי היה שהגיד להם כל זה כ״ב באריכות:

c) וויכוח יפה עשוי בין המחבר ובין הגלח דון סילואנו צירי (f. 48—89. a.), altercatio Judaei, hujus dialogi auctoris, cum clerico *Don Sylvano Cere,* quam ex Cod. antiquiori se descripsisse testatur *Saul Merari* 1696. (f. 89. a.). Auctor Italus est, quod ex immixtis vocabulis dictionibusque italicis facile apparet; vixit autem seculo decimo et septimo, siquidem citat f. 53. a., ubi de miraculis imaginum Mariae in urbibus Ita-

*) Idem liber bis in membrana descriptus exstat in bibl. *Heimanni Jos. Michaëlis* Hamburgensi. Alter inscriptus est: איסור והיתר מתיקון הרב רבינו יצחק ב״ר מאיר מדורין, et subsignatus: סיימתי איסור והיתר מיסוד הרב ר׳ יצחק מדורא. Auctor ejus libri (a quo non differt שערי דורא s. כ׳ השערים) est igitur *Isaak ben-Mëir* (non *Ruben*, uti Wolfius et Sabatai habent) Marcoduranus (ex urbe *Düren an der Roer*).

liae collocatarum commentitiis loquitur, librum ***Don Sylvani Razi*** de miraculis Mariae Virginis, fol. eodem ***Fior de Bibia,*** libellum de miraculis Jesu pueruli Venetiis impressum, quem, ut ipsi quidam ***Sismondi Leone*** Cenedensis testatus est, Inquisitio comburendum jussit, f. 58. b. אגדות בין כאנטה ברידה, in quibus sermo sit de Jesu pulcritudine formaeque externae dignitate, f. 86. ss. librum ***Strozzi Cicognia*** Doctoris Theologiae, ex quo testimonia veterum philosophorum de unitate Dei excerpsit; versionem denique epistolae Domini nostri ad Abgarum, Venetiis ao. 1624. impressam. Initium dialogi est: כוניר· צפרא דיהודאי טב: יהודי· צפרא ושתא דאדוני טב, ex quibus ridiculos Wolfii errores IV. p. 484. emendes. F. 83. a. s. adjectus est כלל מן זה הויכוח, positis alternatim Christiani thesibus et Judaei objectionibus, f. 87. b. etiam מפתחות sequuntur, notatis paginis, secundum exemplar primarium, ex quo Merari hunc dialogum descripsit. Est oratione facili atque elegante compositus et distincte distributeque dispositus. De foeditate et injuria, qua Judaeus Christianam disciplinam, illam scilicet ecclesiae Romanae multis erroribus infuscatam, exagitat, nil dico, cum hoc Niçahon ceterorum et astutia et impudentia sit simillimum. Cap. Jes. LIII. de Jobo interpretatur, quem temporibus prophetae vixisse ait. Ceterum clericus ille, quocum disputationem instituit, homo bardus est, qui cum argumenta eum deficiunt, baculo demonstrare vult, et cum Judaeus eum peccati contra Matth. 5, 22. arguit, ad confessorem se cras iturum ait, ut ejus peccati veniam impetret.

d) שלשים תשובות נגד הנוצרים (f. 90—95. a.), triginta responsa contra Christianos, quae in fronte libelli versibus mnemonicis enumerata sunt, et deinde ab auctore sigillatim uberius exponuntur. Prima objectione peccatum originale ejusque imputabilitas impugnatur: אם אדם יקנס במיתת נפש בעד עונו· למה נקנסו נפשות בני (unde corrige Wolf. IV. p. 485.).

e) מה שנמצא נגד הנוצרים מהנבואות ופירושים שהם מפרשים על עסק ישו הנוצרי (f. 96.)*)

f) תולדות ישו (f. 97—105. a.). Hoc famosissimi libri exemplar, quod in Cod. Jablonskiano non invenitur, addidit Ungerus ex Cod., nisi fallor, ***Jo. Jacobi Schudtii,*** ad quem 10. Sept. 1717. scripsit: „Nunc ad te revertitur libellus blasphemus, in cujus apographo B. Bleibtreu nonnunquam lapsus mihi videtur.“ In plerisque deprehendi convenire cum fabula Toldos Wagenseiliana.

XXXIX.

[B. II. fol. 13.]

Cod. chartaceus, in f. min. (foll. 174.), quem exaravit Tessalonicae ***Adonia Klomiti ben-Aba Klomiti,*** uti docet subscriptio libro altero subjecta f. 18. b.: נשלם הספר הזה· ליד מזה בן מזה· בן איש הוזה· אדוניה קלומיטי בן הנגיד הראש הנבון והמשכיל כבוד מר ורבי אבא קלומיטי והשלמתיו ביום א׳ ב׳ לחדש אייר שנת הצ״ט ליצירה (1329.) ונשלם התחלתו ותכליתו בעיר שלוניקי:. Eadem nominis temporisque notatio occurrit f. 58. b., ubi hoc epigramma de ***Zerakiae*** libro ***Sodot More*** suoque ms. addit:

*) Tractatus Cod. Italici (certe *b. c. d.*) uno ab auctore profectos esse censeo. Tanta est enim inter eos orationis, eruditionis rationisque impugnandi atque illudendi similitudo, tanta etiam in aliquot nominum perversione (vetuti זאן קרלו = Jo. Baptista) consensio, vix ut a diversis auctoribus confusi esse queant.

זרח אורי באור בהיר וספיר .. עלי לבי אשר ככל בחשך :::::
ויראה הכתיב הולך חשוקה ... אשר תמיד תהיה בחוכך :::::
ושור מורה כבוכים יקוה כי .. תתאב נפשי ללמד מאורתך :::
ולא אבטח בחלים רוב עלילות . אשר חבר לבאר סוד קדושך:::
אשר נקרא שמו לבן זרקיה ... וגם ספך כתיבות גם חשוקך ::
וגלה כי יגלה סוד קדושי.... בכו מייחן אשר הם בסודך :::
וחזיתים והנה רוב דברים.... ובלבולים נקודות הם וסותרך :
ובעת ארבה לעיין גם והנה .. אני רחוק להשיג אור בסודך ::
ואור יומם עלה אלי להאיר... לעין לבי דבוק אחר דלתך :::

et f. 173. b., ubi in fine Maimonidei ***More*** nomen suum carmine acrostico expressit, quod propter stili proprietatem dignum est, quod adscribatur:

אקטיר קטורת שיר תמור מנחה. קרבן לציר נזר בטור הדר ::
דבר בלא יהיה לך בטחה ..... לא תעבוד בלתי ולא תנהר::
נגדו אשית עזרה וגם בוטחה .. מחסה היות אלי דמות נהר:
יגדל לעד שובעו וברוכה ..... ישכיל אלי חכו לבאים כהר::
הוא יהכיני ראש בכל שיחה.... טובו עלי ירבה וגם יכהר:::
עת אתנה כני אשיחה .... אז מי כבון מורה אשר זהר ::
קוק מאוד ידי והבליחה ..... אל מכתב סברו אשר טהר ::
לבות טמאים מהיות אנחה .... בהם עלי כנב בטור הדר :::

a) סודות המורה (סתרי מורה f. 9. a.), mysteriorum, quae in ***More Nebukim*** continentur, philosophico-kabalistica expositio, auctore R. Zerachia, cujus nomen carmine acrostico in fronte libro posito, expressum legitur (f. 58. b. 59. a.)

זרוע שכלך גלה והורו .... ונסתרים ואל על תעמידו :
רכב ולא במורה הנבוכים . וסודותיו ותחוס על כבודו :
חכה עליו כטל וכמן בסבבו . ומקנה שכלך עליו תיעדו ::
י״י מתעלומיו עד לזוקן... תהי חוקר וגם תשאל כנידו :
המוכו אל יפקדך בשוך ... הרריו רוממו מעל כרודו ::
יבחון שכלך בלוככו וסודו .. ותתן על זרועך למידו ::::
ואז תשכיל ותצליח בכל עת . וחבד טוב אלהים זכרו ::::
ותמצא חן ושכל טוב בעיני . אלהיך ותהיה שר כקידו:::

Integrum auctoris nomen, quod Codd. alii habent, est: ***Zerachia ben-Isaak (Saladin) ben Sealtiël*** Barcinonensis (quo discernendus est a ***Zerachia Levita*** Luneliensi, m. 1186., auctore libri ***ha-Zaba,*** et a ***Zerachia ha-Jevani*** h. e. Graeco, quem auctorem libri ethici, ***Sefer ha-jashar,*** nepoti Rashii ***Tam*** adscripto, esse, dudum confirmavit Menahem di Lonzano.*) Zerachia ***Barcinonensis*** philosophus est mysticus, ***Luneliensis*** scholasticus, jurisprudentiae tulmudicae deditus, ***Graecus*** denique, ut Caput VI. ethicae ejus demonstrat, philosophiae, utpote fidei positivae corruptrici, adversarius. Barcinonensis unus est de praestantissimis librum arabicorum translatoribus. De Arabico in Hebr. vertit Musae ben-Obaidallah Maimuni Librum de Alimentis, in Saladini, regis Aegyptii, gratiam concinnatum (Cod. De-R. 150.), Algazalii تهافت الفلاسفة (Cod. De-R. 496.), Metaphysica Aristotelis et Opus de Bono Perfecto (Catal. Bibl. Taur. Cod. A. V. 12.), librum de Qualitate Animae (על מהות הנפש, Cod. Vatic.). Exemplar, ex quo Klomiti codicem nostrum transscripsit, lectu ac proinde intellectu perquam difficile erat, quo factum est, ut locos plures paginas explentes vacuos relinqueret, ita, ut codex noster, etiamsi in medio *tertio* capite libri *secundi* non desineret, multas lacunas haberet. Scriba sic incipit: בשם אלהי ישראל אתחיל סודות מורה אכתב מהם כפי מה שאוכל לעיין ולהבין מן הנתק (h. e. exemplari, cf. glossam ad f. 40. a.) ובמקום אשר לא אוכל להבין אניח מקומו פנוי או אם אמצאנו

*) Derek Chajim §. 139. V. *Reggio*, Thora et Philosophia p. 16.

בהעתק אחר או אם ימצאנו מזולתי יבורך מאלהיו שם ישלימני:

Operae pretium esse censeo dispositionem hujus libri, de quo altum est inter bibliographos silentium, ex f. 59. b. huc transferre:

אשר הם בשלשה חלקים יסודות	אכתב כלל הסודות	בעזר אשר לו כח להודות
החלק השלישי בו י׳ סודות	החלק השני בו י״ב סודות	החלק הראשון
סוד א׳ . . סתרי תורה	סוד א׳ . . כח ופעל	סוד א׳ . . צלם ודמות
סוד ב׳ . . מעשה מרכבה	סוד ב׳ . . השגת האמתי	סוד ב׳ . . שתוף שם בן
סוד ג׳ . . החומר והצורה	סוד ג׳ . . טבע	סוד ג׳ . . ענין כסא
סוד ד׳ . . הרעות והטובות	סוד ד׳ . . חדוש העולם	סוד ד׳ . . נקיבה ובחירה
סוד ה׳ . . תכלית היצירה	סוד ה׳ . . מעשה בראשית	סוד ה׳ . . התחלה וסבה
סוד ו׳ . . ידיעת השם והשגחתו	סוד ו׳ . . שמים וארץ	סוד ו׳ . . מלאך ושכל
סוד ז׳ . . ענין הנסיון	סוד ז׳ . . קריאת שם	סוד ז׳ . . כנוים ומקור
סוד ח׳ . . טעמי המצות	סוד ח׳ . . אבני שיש טהור	סוד ח׳ . . חיי הנפש
סוד ט׳ . . ספורי התורה	סוד ט׳ . . מים העליונים	סוד ט׳ . . כוכבים
סוד י׳ . . עבודת השם באהבה	סוד י׳ . . גן עדן ועניו	סוד י׳ . . שם התאר
כללו י׳ סודות שבחלק השלישי	סוד י״א . . מועד ושבת וכפור	סוד י״א . . שם העצם
של התורה מורה חסד	סוד י״ב ענין הנבואה	סוד י״ב . . דבור ודבוריו
		סוד י״ג . . מחשבת הרוכב
		סוד י״ד . . בלבול הדעות
וכללו השלשה חלקים וכלל סתריהם	כללו י״ב סודות שבחלק השני	כללו י״ד סודות שבחלק הראשון
וצריכין עיון רב:	של המורה מורה משפט:	של מורה הנבוכים מורה צדק:

b) פירוש מהמלות זרות אשר במאמר מורה הנבוכים (f. 11. a — 18. b.), vocabularium philosophicum arabico-hebraicum, auctore ***Samuële bar-Juda Ibn-Tibon***, uti, lacerato folio primo, ex praefatione (פתיחת השער) mihi erat divinandum. Hac enim acriter insectatur et exagitat ***Judam Alcharizi***, quem, utpote ad philosophica opera intelligenda atque illustranda non idoneum, ironice *poëtam* appellat, aliquantulum, ut videtur, invidia ductus, quia post ipsius translationem editam Maimonidis More et Isagogen ad Misnam hebraice convertere denno conatus erat multaque iniquius reprehendenda arripuerat. Textum ms. nostri cum editione Sabionetensi prope ad verbum convenire inveni. Perquam utile atque accomodatum est hoc lexidion ad necessitudinem linguae philosophicae Judaeorum cum arabica cognoscendam. Explicantur etiam nomina sectarum aliquot arabicarum, veluti מדברים (المتكلّمون dialectici), אשעריה (الاشعريّة attributistarum genus), מעתזלה (المعتزلة), משאים (المشاؤون peripatetici), de quibus omnibus ex Arabum fontibus accuratius disseruit Georgius Sale in Isagoge ad Qoranum, cf. Aug. Tholuckii Commentationem de vi, quam Graeca philosophia in theologiam tum Muhammedanorum tum Judaeorum exercuerit Part. I. 1835.

c) ביאור מורה הנבוכים (f. 18. b — 25. b.), introductio in ***More Nebukim***, in eorum potissimum usum, qui philosophiae operam dare incipiunt. Consilium suum auctor ipse his verbis exponit: מה שהבאתי בזה הספר הוא לשתי כוונות הכוונה הראשונה היא להועיל בו לכל מי שהוא חפץ לדעת ולהור אחר סמ״נ וקבל מעצמו או מאחרים הרבה בעניניו אבל לא השקיף על כל המקומות אשר בהם רמזים ועומק ענינים הצריכים לביאורים נוספים ובהשקיפו על מה שביארתי יהיה שמח וטוב לב אם שהוא מה כבר הבינהו או מצא מה שהיה נעדר בו או מצא מה שהוציאו מספק במה שחשב בו ספק קודם זה: והכוונה השנית היא למלאות שאלת המתחיל החפץ בחכמה הזאת ועדין לא עלתה בידו כוונת זה הספר ר״ל סמ״ה ולא הבין סודותיו מובאיו ומוצאיו ולא קדמה לו בו קבלה מאחרים רק מעצמו כי התעוררו בו תאוותיו ללכת בדרכי האנשים אשר אזנו והקרו בס׳ המורה כי אני באתי לבאר כל דבר ודבר וכו׳. Laudantur crebris locis commentatores Aristotelis tum Graeci tum Arabici, veluti ***Themistius, Ibn-Rezin, Averroes, Abunazar***, et semel ex testimonio ***Samuelis Ibn-Tibon*** (qui proinde auctor libri esse non potest) ***Juda Charizi***.

d) Sequuntur sex Aristotelis opera, ex lingua arabica conversa, ut et eorum cum Graeco textu collatio et glossematum Arabicorum crebra interjectio evincunt, et commentariolis vel potius glossematis aucti: *α*) ס׳ השמע הטבעי (كتاب السماع الطبيعيّ), octo ***Maamarim*** (f. 26 — 29. b. In f. 28. b. inter alia dicitur: וכבר התיר זה הספק ר׳ אברהם בן דיאור הספרדי ז״ל הנהרג על יחוד השם בטלטולה (طليطلة). *β*) ס׳ השמים והעולם (كتاب السماء والعالم), quatuor ***Maamarim*** f. 29. b — 31. a. *γ*) ס׳ ההויה וההפסד sive ס׳ ההויי (كتاب الكون والفساد), duo ***Maamarim*** f. 31. a — 32. b. *δ*) ס׳ המרגיש והמורגש (كتاب الحس والمحسوس), tres ***M.*** f. 32. b — 34. b. *ε*) ס׳ הנפש (كتاب النفس), nonnunquam ס׳ הנפשי nominatum, tres ***M.***, f. 34. b — 39. a. *ζ*) חכמה אלהית ונקראת אחר הטבע (كتاب الحروفى ويعرف بالاهيات), tredecim ***Maam.***, f. 39. a — 49. b.

e) ס׳ השכל והמושכלות לאל פראבי אבו נצר (f. 50. a — 52. b.), auctore ***Abu-Nasr Muhamed Ibn-Muhamed Ibn-Tarchan Al-Farabi***, qui, in urbe Turcarum ***Farab*** natus sectaeque ***Sufiorum*** (صوفية) addictus, octogenarius obiit Damasci anno ***Higret*** 339., Christi $9\frac{50}{51}$ (Vita ejus in Cod. Dresd. 109.). Initium libri nostri hoc est: שם השכל נופל על פנים רבים האחד מהם אשר יאמר בו התמון באדם שהוא משכיל והשני השכל שמשיבין אותו המנצחים על לשונותם ואומרים ממה שיחייבהו השכל או ירחיקהו וכמו כן שאר המדברים מעם הארץ והשלישי השכל שזכר אותו אריסטוטילוס בס׳ המופת והרביעי השכל שיזכרהו במאמר הששי מס׳ המדות והחמישי השכל שיזכרהו בס׳ הנפש והששי השכל שיזכרהו בס׳ מה שאחר הטבע: Praeter hoc opusculum, quod est rarissimum, exstant

in Biblioth. ejusdem auctoris احصاء العلوم (hebr. Cod. De-Rossi 458.), div. ab Al-Ghazalii *Ihhjâa el-ʿUlûm;* Comm. de rebus studio Aristot. philosophiae praemittendis ejusdemque عيون المسائل h. e. עינות שאלות (quos libros nuper ex Codd. Lugd. edidit *Aug. Schmoelders*); אגרת על סדר קריאה (Cod. de R. 458.); ס' התחלות הנמצאות (teste Cod. Vatic. a *Samuele Ibn-Tibon* hebraice conversus, Cod. de R. 207. . . . .), ס' מהות הנפש (Vindob. Vatican. Rossi 772.); ס' הסבות, quem ao. 1470. *Eli ben-Josef Chabili* vertit, oriundus ille ex regno Castellano et Montione in confinibus Arragoniae habitans (Rossi 457.); ס' ההיקש (Cod. Hutington. 419.); ס' ההטעאה (Vatic. Rossi 90.), quem transtulit et prooemio auxit *Jakob Antoli.* Ceterum v. Wolf. et Casiri I. p. 190.

f) הקדמות ר' שמואל בר יהודה ן' תבון, Praefatio *Samuelis Ibn-Tibon* ad translationem Doctoris Perplexorum (quam, teste Cod. Ross. 1035., die VII. mensis Thebet ai. 965. h. e. 1205. Arelati ad finem perduxit) ipsiusque Maimuni Praefatio prior ac posterior (f. 53. a — 58. b.).

g) מורה הנבוכים (f. 60. a — 173. b.; cf. f. 124. a.), liber Mosis Maimuni tripartitus (quem arabice modo دلالة, modo ضلالة appellari, inversa per ludibrium inscriptione, asserit Hottingerus in Promptuario p. 95.), integer et perfectus, ex Samuelis ben-Tibon translatione, qui, altera Alcharizii paene deperdita, utpote, si non elegantior, certe rectior, superstes relicta est.

XL.

[B. H. fol. 14.]

Cod. chartaceus, insertis nonnullis foll. membranaceis, foll. constans 316., complurium manibus exaratus, in fol. minori, plures complectens libros, quorum indicem literis cursivis orientalibus scriptum pagina prima exhibet.

a) ס' הגיון התשובה (f. 1. b — 29. a.), liber de poenitentia in quatuor sectiones, columnarum (עמודים) nomine inscriptas, distributus, auctore *Abrahamo bar-Chaja* (חייא) Hispano, qui, ut auctor Fortalitii Fidei *Barcinone* habitabat, et, si epigraphae Codicis de R. 1165. fides habenda est, librum צורת הארץ (compendium geographiae et astronomiae) die IV. mensis Sivan ao. 896. h. e. 1136. absolvit. Argumenta capitum libri nostri ipse auctor in prooemio his verbis exponit: הגיון הנפש העצובה · בדפקה דלתות התשובה · ועל דלתותיה נצבה · ארבעה עמודים העמוד הראשון בתחלת העולם ובראשיתו · וסדרו קנינו ותבונתו · העמוד השני מה טוב לאדם לעשותו · בעולם הזה כל ימי הייתו · העמוד השלישי איך ינצל החוטא מרשעתו · בנחמתו ותשובתו · העמוד הרביעי באסיפת אדם וחליפתו · וסוף העולם ואחריתו · העמוד הראשון פתיחת ההגיון · בתושבחת אל עליון · אמר אברהם בר חייא הספרדי · ברוך וכו'. In fine additi sunt hi versiculi

נשלם ההגיון · תהלה לאל עליון · ברא כל ישנו ·
ולבית אהבי רע · יסור ולא יגרע · מצדיק עונו ·
ולב טהור נורא · אל עמו יברא · ויסלח כל עונו ·
באר הגן יכרה · ומקורו יערה · להשקות את צאנו :

Ex his corrige ea, quae Wolfius scripsit I. p. 53. n. 7.

b) ס' מבחר הפנינים (f. 29. a. med. — 29. b.), fragmentum libri notissimi, quem *Salomo ben-Gabirol* sub tit. مختار الجواهر (cf. *Biscioni* Catal. Codd. Laurent.) arabice scripsit et *Juda Ibn-Tibon* hebraice convertit, in fol. membranaceo scriptum et dimidiam fere partem Portae Sapientiae exhibens.

c) ס' ההיקש הישר (f. 30. b — 51. b., ubi folia extrema evulsa sunt), auctore *Levi ben-Gerson*, qui in Cod. Leid. Scalig. 12. Ross. 805. cognomentum habet *Maestro Leon di Bañolas*, et, testante epigraphe Codicis Rossiani, hunc librum absolvit ao. 1319. Finem, argumentum, distributionem hujus libri ipse auctur hoc prooemio exponit: אמר לוי בן גרשם בעבור שראינו בס' ההקש לארסטו לפי מה שהבין החכם אבן רשד קצת דברים נראה לנו היותם בלתי צודקים וזה בהפוך המשפטים ההכרחיים ובלד התולדה בהקשים המזגיים הפשוטים והמעורבים ראינו לחקור בזה הס' במה שיגיע האמת בו באלו הדרושים ולהיות כל מה שנבאר אותו בזה הס' מגלה האמות קראנו שם זה הספר ספר ההקש הישר וחלקנו אותו לפי זאת החקירה לשני המאמרים המאמר הראשון נחקר בו המשפטים הפשוטים ומתהפכים מהם אם כיושר אם בהיפוך וזה אם בלד אם במלות הסמוך המאמר השני נחקר בו בהקש מתי יהיה הקש ומתי לא ואיך יהיה ענין התולדה בהקש ההכרחי או המעורב מההקדמות בעלי צדדים מתחלפים או במלות הסמוך וידענו שרבים ייחסו לנו את זה לגאות מלב ולמיעוט הבנת דברי הפילוסוף אלא שעם כל זה איננו ישר בעינינו להמנע מחבור הס' הזה למה שחכמנו מקוים במשפט ובמה שיתחייב ממנו: Liber primus *decem* capitibus constat, secundus *quatuordecim;* certe plures Cod. noster non exhibet.

d) מאזני צדק (f. 52. a — 88. b.), ethica doctoris academiae *Nidhâmicae* Bagdadensis clarissimi *Abu-Hamid Muhamed Ibn-Muhamed Al-Ghazali,* propter philosophiae confutationem حجة الاسلام زين الدين) h. e. Demonstratio Islami Fideique Decus) nuncupati, cujus *Kimijâï-Seʿâdet* (Chymiam Felicitatis) et *Ejuha'l-Wâled* (Paraenesis ad Discipulum) Regia nostra bibliotheca possidet (v. *Fleischer,* Catal.). Librum *Staticorum* ipse auctor arabice ميزان العمل (h. e. Bilances Actionis) inscripsit, ut patet ex epigrapha: נשלם ס' מאזני צדק ובערבי מזאן אלעמל ר"ל מאזני המעשה תהלה לאוהר ועושהו: *Abraham bar-Chasdai Levita* Barcinonensis eum de Arabico convertit, in capita distribuit et sententiis exemplisque judaicae antiquitatis locupletavit. Ms. praeterea Paris. Cod. hebr. Nr. 334. 5. 345. 1. Lugdun. Cod. hebr. Nr. 35.

e) עמודי כסף (f. 89. a — 127. a.), commentarius perpetuus in *More Nebukim,* quatuor in tomos (חלקים, קונדרסים) dispertitus. Auctor hujus libri eruditissimi est *Josef Ibn-Kaspi* (fort. a *Caspe* in Arragonia), Barcinone c. 1300. natus, qui inde a trigesimo aetatis anno (h. e. annos XXV. post anathematismum *Salomonis ben-Aderet* promulgatum) philosophiae speculativae se dedidit et, artium literarumque studio impulsus, Aegyptum, Hispaniam, Majoricam, Galliamque australem peragravit, quibus itineribus peractis, ao. 1331. serio de libris suis perficiendis cogitavit eosque omnes, quorum consilium ceperat, se ad finem perducturum, antequam Barcinonem in domum suam reverteret, votum fecit. Duos habebat filios, quorum major, *Aba Mare,* Barcinone commorabatur, in cujus usum *Amude Kesef* composuit; minor, Salomo, Tarascone habitabat, cui *Sefer ha-Musar* inscripsit. Scripta ejus, quorum magnus est numerus, etsi nullum ex iis adhuc editum est, deinceps enumerare poterimus, quia ipse ea, sui, ut videtur, paullo studiosior, itentidem recenset atque allegat. Nonnulla in operis nostri prooemio nominat, quod verbatim adscribere operae pretium putamus: אמר יוסף אבן כספי לי הכסף אשר נפשי לעמוד על הבנת המקרא על דרך ההגיון והפילוסופיא ובעבור כי ספרנו בחכמות נגבים נזכרים באו שעריכו ויקסום להם וכי הוא לבדו ספר המורה מיוחס ליהודים מחכמת האלהות שמתי עיני ולבי עליו וחברתי בפירושו הספר הזה והנה למען תזכור אתן לך סימנים בזה הספר דע כי כלל פרקיו קע"ז סימן להם גן עדן

ודע כי כוונתינו בזה הספר לבאר ענינים רבים מס' המורה ממה שזכר ז"ל שאין בו הפלגת הסתר ואם הכל ענינים זקים סכליים וקראנו זה הס' עמודי כסף וכאשר יבא לידינו דבר מדבריו ז"ל שיש בו הפלגת הסתר אבארנו בס' ביאורו בכאן וכיעד לו במקומו בס' הנקרא אוצר ה' ושמו משכיות כסף ואם יאשימני אדם על היותי מבאר דבר מן הספר והוא ז"ל השביעני על מניעת זה הנה כבר התנצלתי על זה בס' הנקרא מנורת כסף יעוין שמה ואיך שיהיה הנה אנכי משליך את נפשי מנגד להועיל ולזכות כל מעיין והבאתי עלי קללה ומה לך עלי קללתך ואתה קח לך ברכתי ועל כל פנים אני עושה זה לבני בכורי היושב בברצלונה שמו אבא מרי ירחמהו עושהו אם יואת שומר תורה אשרהו ואתחיל במה שאכסף בעזרת האל: Opera Josefi Ibn-Kaspi, quotquot innotuerunt, haec sunt: 1) טירת כסף, de variis arcanorum legis generibus. 2) אדני כסף, de variis figuris biblicis. 3) עמודי כסף, ipse ille comm. in More, quem Cod. noster, et unus Bibl. Vatic. exhibet. 4) משכיות כסף*), illustratio quorundam locorum Doctoris Perplexorum, Ms. in Taurin., De-Rossi Cod. 97. 5) מטות כסף, de librorum sacrorum singulorum argumentis. 6) שלחן כסף, in Bibl. Taur., quem librum luculente de scripsit de-Rossi in libro *De praecipuis causis* etc. p. 61. ss. 7) מזרקי כסף, expositio kabalistica operis *Bereshit*. 8) מנורת הכסף, de opere *Merkaba*, Cod. Bibl. Sorb. 9) קערת כסף, de sanctitate legis ac beatitudine ejus impletione adipiscenda. 10) כפות כסף, expositio difficiliorum aliquot Scripturarum capitum atque argumentorum. Altera ejus libri pars comment. in *Eka* videtur, quem ipse הכסף השנית vocat (Reggio, loco infra citando). 11) גביע כסף, de arcanis legis ac scripturae adhibitis crebro atque illustratis More Maimunidei locis. Nostro in Codice f. 97. b. citat: ס' יורה דעה המכונה גביע כסף, quem scripturus est, f. 101. a. ס' גביע כסף הוא אשר שתה אדני בו. 12) חצוצרות כסף, Comm. in Ecclesiasten, Cod. de Rossi 461. Oppenh. f. 7. b. 13) מזמרות כסף, Comm. in Jobum. 14) כפורי כסף, de erroribus in explicatione quorundam articulorum a pristinis interpretibus commissis. 15) מצרף כסף (Cod. nostri f. 99. b.), explanatio legis juxta ordinem locorum, in quibus ab interpretibus erratum est vel nova producuntur. 16) חגורת כסף, Comm. literalis in Proverbia. 17) רתוקות כסף, de perfectione linguae hebraicae, quem libellum ipse in prooemio compendii logici צרור הכסף commemorat. 18) נקדות כסף, de benedictione et maledictione in Scriptura. 19) גלילי כסף, comm. in *Ester*, scriptus in Majorica 1331., Cod. De-Rossi 755. 20) תם הכסף, de templis destructis temploque novissimo tempore exstruendo. 21) קבוצת כסף, quo his de libris, quos modo recensuimus, breviter agit, Cod. De-Rossi 755. 22) צרור הכסף, compendium logices, Bodlej. Cod. 406. De-Rossi 402. 23) קצור ס' מדות של ארסטו, Bodlej. Cod. 397. et 24) תרומת הכסף h. e. קצור ס' הממלכה לאפלטון, Bodlej. Cod. 397. Vatic., quos commentariolos circa annum aetatis XXX. ante suscepta itinera concinnavit. 25) פי' ס' הרקמה לר' יונה בן גנאח, quem admodum juvenis scripsit. 26) פרשת הכסף, Comm. in Ibn-Ezrae comm. pentateuchicum, Bibl. Vatic. Cod. 36. Bodlej. (*Uri*, Cat.), Rossi 205., ab eo nondum adulto conscriptus. 27) שרשרות כסף, lexicon hebraicum, ms. in Angelica Rom., Orat. Paris., Edzard., Oppenheim., Escurial. (Rodriguez I. p. 102.). 28) צַוָּאַת הכסף, libellus ad Salomonem, filium suum Tarascone habitantem, paraeneticus, quem *viginti* fere annis post suum in Aegyptum iter Valentiae in Hispania (ואלינציא, بلنسية) se scripsisse ait. In prooemio itinera sua breviter enarrat (v. Excerpt. apud Reggio, loco laudando). Cod. Rossi 755. Sub titulo ס' המוסר Cod. 102. Taurin. 97. Cf. Rossi, Catalog. I. p. 51. a. 29) קיצורים על רוב ספרי אריסטו, v. Biscioni p. 544. 30) ס' כסף סיגים, cujus in Comm. super Threnos mentionem facit. 31) ס' הסוד, quem adhibet *Johanan Alimano* in Comm. ad Canticum, *Chesheq Salomo* inscriptum (Reggio, Igerot II. Ep. XXVII.); 32) פי' לספר הלים, quem nostro in Cod. f. 123. b. citat. 33) פירוש לס' ישעיה, ibid. f. 118. a. Ad *Amude Kesef* quod attinet, interdum notat arabici exemplaris (ס' הערבי של מורה f. 98. b.) versionisque hebraicae differentias, saepius terminos philosophiae arabicos confert atque explicat. Ex Judaeis laudat *Ibn-'Ganah* (אבן גיאנח בס' הרקמה שלו de erroribus eorum, qui libros majores conficiunt, neque evitandis neque taxandis f. 97. a.), *Ibn-Ezra*, *Ibn-Tibon*; ex Graecis Platonem, Aristotelem, Hippocratem (אבוקראט, ابقراط f. 117. a.), Ptolemaeum, Galenum, Alexandrum Aphrodisiensem, Porphyrium, Themistium; ex Arabum philosophis ן' סינא, אבונצר אבובכר (ס' התקלות, f. 111. b.), אבן אציג, אבן רשד (f. 121. b.)**)

f) חבור יפה כולל כל ה' ספרי ההגיון הגדול לארסטו (fol. 128. b — 173. b.), Logica Aristotelica Averrois in compendium redacta, quae praemissis prolegomenis locupletissimis hos quinque libros commentario breviusculo Averrois illustratos continet:

1) ספר המופת (ابوديقطيقا, Apodictica), h. e. Analyticorum posteriorum brevis expositio (f. 148. b — 160. b.).

2) ס' ההטעאה (سوفسطيقا, Sophistica) f. 160. b—165. b.

3) ס' הנצוח (طوبيقا, טובּיקא), comm. succinctus in Topica s. Dialectica (f. 165. b — 168. a.).

4) המאמר במאמרים ההלציים (ريطوريقا, ריטוריקא) f. 168. a — 173. a.

5) המאמר במאמרים השיריים (ابوطيقا, Poëtica) f. 173. a — 173. b. de qua distributione v. Abu-Naçr, Isagoge in Philosophiam §. 2. Codex noster neque auctorem libri neque translatorem nominat; nam subscriptio librarii manu invida deleta est. At cum initium libri hujus ex asse cum initio Logicae Aristotelicae, quae in Archivo Bodlejano D. 60. 4. asservatur (Wolf. IV. p. 751.) consentiat, clarum est, auctorem Averroem esse, translatorem *Jakobum ben-Makir* ***), qui eam translationem mense *Kislev* anni 1295. dicitur confecisse. Codex Bodlejanus a Sabatai ben-Mose Cretensi scriptus ao. 1495. ejusdem cum nostro est aetatis.

g) דרושים אשר לפילוסופים (f. 174 — 204.), collectio sermonum, quos philosophi clarissimi et Arabum et Judaeorum inter Arabes degentium de gravissimis philosophiae locis habuerunt, duas in partes distributa: 1) השאלות הדבריות מהדרושים

---

*) Nostro in Cod. citatur: איצר ה' יבוא המכונה משכיות כסף (Jos. 6. 19.) Sic semper, addito verbo יבא.

**) V. de Josefo Ibn-Caspi *B. de Rossi*, virum inter Christianos Judaicarum literarum peritissimum, ad Cod. 755. et *J. S. Reggio*, Igerot Josher II Epist. XXVI., in qua Comment. Josefi in Megilam *Eka* totum communicat. De l. *Terumat Kesef* (ms. in bibl. *Vindob.*) v. Geiger, III. S. 287. (quae enarratio poterat esse accuratior).

***) Est idem ille, qui comment. in librum *de astrolabio* arabicum (الدستور الرجيح لقواعد التسطيح) hebraice convertit (Vatic. Orat. Oxon. Ross.) et translationem tractatus astronomici *Abu-Ali ben-Alhassan ben-Aleitami* ao. 1271. absolvit (Ross. 568.).

דרושים בטבעיות אשר לפילוסופים (f. 174. b — 186. a.); 2) ובאלהיות (f. 186. a. etc.). Ex his auctoribus sat est nominasse: הדיין המעולה אבו אלקאסם בן־אדריס (*Abu'l Qasim Ibn-Edris*), qui chorum ducit; אבו אלחגאג בן־ (פוראי) אבונצר אל־פראבי; בטלמיוס f. 176. a. הדיין הגדול אבו עבד אל רחמן בן־טאהר; אבוחמד אלגזאלי; בן־סינא f. 189. b.; החכם השופט בן־רשד f. 197. b.; et, qui maxime commemorabilis est, הזקן החכם f. 191. הנכבד הפילוסוף אבו אל חגאג בן־יקיר הישראלי המערבי b — 197. b. Collector horum sermonum philosophicorum quisnam sit, nescio an ex praescriptione fronte libri incisa: אבו אל קאסם אבן אדריס אמר concludi possit. Aliis in bibliothecis nullum ejus libri vestigium reperi. Subscriptio librarii haec est: נשלם זה הספר ע"י אני תולעת ולא איש אברים בלא"אח ר' בצלאל בלנה ז"ל ביום ד' יו' לחדש טבת שנת הר"נו (1496.) פה בקוס... וכתבתי לה"כב שבתי כהן י"ו השם יזכהו וכו'

h) Collectanea philosophica (f. 205 — 211. a.). 1) De disciplinarum distributione, ex libro arabico: كتاب الشفا*), quem scripsit *Abu-Ali Al-Hosain Ibn-Abdalla Ibn-Sina* (nat. 980, mort. 1036.). 2) קצור מאמרי של נ"שה (מה שחקר הטבע), de fine librorum aristotelicorum, qui *metaphysici* dicuntur, et singularum Metaphysicorum sectionum argumentis, auctore *Abu-Nasr Al-Farabi*, excerpt., ut videtur, ex libro ejus, احصاء العلوم (*Ἐγκυκλοπαίδεια*). 3) שאלה ששאל עובדיה הגר הישמעאלים, de libero arbitrio, quod nec siderum influxu nec Dei voluntate tolli queat, narratiuncula *Musae Maimuni.*

i) האלהיות פי' על פי' מאשטרו וידל (f. 211. b — 214.), Commentarius perpetuus, glossas exhibens ad commentarium Mosis ben-Josua Narbonensis, qui cognomentum *Maestro Vidal* habet, in partem alteram (החכמה האלהית) libri arabici *Abu-Hamid Al-Ghazalii* de opinionibus philosophorum, quem librum *Juda ben-Salomo Natan* in linguam hebraicam transtulit et כוונות הפילוסופים inscripsit. Versio Interpretatioque Magistri Vidal a Judaeo Turcico exarata erat olim in possessione Woeldikiorum; v. ejus Codicis descriptionem apud Wolf. IV. p. 923. Interjecto brevi in Ps. II. commentariolo, אבן העזר inscripto (f. 215. a.), sequitur

k) הטבעיות פי' על פי' מאשטרו וידל (f. 215. b — 217. c.), Supercommentarius perpetuus in commentarium, quem *Mose Narboni* in tertiam partem libri *Kavnot ha-Filosofim* scripsit, eodem, quo prior, auctore Anonymo.

l) בטול הטענות אשר טען רלב"ג על בן־רשד (f. 218. b — 224.), refutatio argumentorum, quibus *Levi Gersuni*, in libro *Milchamot Adonai* (sex in partes distributo et absol. ao. 1329.) doctrinam Averrois de veritate *intellectus materialis* (באמתת השכל החמרי) impugnavit, auctore *Sabatai ben Malkiël* (שבתי הכהן בן מלכיאל הכהן), qui idem supercomm. *Aron ha-Berit* et *Hasagot* in *Mordekai Comtini* comm. pentateuchicum scripsit. De intellectu materiali haec dicit Averroes in libro تعريفات: „*Intellectus materialis* mera facultas est intelligibilia comprehendendi, meraque est potentia rationi haud obnoxia, qualis in pueris deprehenditur. Materialis appellatur, quia anima hac in conditione similis est materiae, quam forma ceterisque omnibus destitutam definimus. Vocabulum عَقْل (שֵׂכֶל) derivatum est a constringendo (عَقَلَ, שִׂכֵּל)“*). Sabatai in prooemio, ויהי זה, inquit, כלי הוא ידעת החכם ן' רשד כפי מה שנראה מדבריו בביאורו לס' הנפש ובקצירו לס' ההוא וגם בקצת אגרותיו ראינו שהחכם ר' לוי נ"ע בספרו הידוע מלחמות י"י כ"כ חשב לסתור זה הדעת בטענות מחשביות ומדומות העירותני רוח נדיבה להשיב על דבריו ולבטל טענותיו והטענות אשר כעשם בבטול טענותיו בעזר תמיד מדברי החכם בן־רשד עד כודיע למעיין כי כאילו הוא בעצמו משיב על־טענותיו וכי לא הבין דבריו על האמתית וזה אמנם יהיה ממנו כשנביא טענותיו אחת אחת ואחר כן תשובתנו על כל אחת ואחת למצוא חשבון והתשובות הראשונה תהיה בעזרנו (!) וכו'. Desinit libellus in quinti argumenti refutatione; conclusionem cum diu quaesiissem, inveni tandem f. 234. a.: ובכאן נשלם מה שיערנו לבאור מזה הדרוש ר"ל על דעת החכם בן־רשד ואחל לברו התהלה והרוממות כי אין קדוש כי"י ואין ביר כאלהינו והשלמתיו ב"ח לחדש אדר ר"לג (1473.) לרגל המלאכה אשר לפני בהיותי מעיין בספר הנפש בביאור בן־רשד:

m) מאמר לבן־רשד (f. 225. a — 230.), quem Averroes, ut ipse in subscriptione testatur, die tertio hebdomadis, XV. mensis רביע האחרון (*Rebí-ul-achir*, qui est anni quartus), ao. Higret DXCI. absolvit. Finem ac consilium ipse in prooemio delineat: הכוונה בזה המאמר שנחקור מה הוא המאמר על הכל אשר גדרו ארסטו בתחלת ספרו בהקש ויש מזה הגדר אשר בו יוכר המאמר במוליד מבלתי מוליד כי המפרשים כבר התקלבו בזה חלוף רב: עוד אחר זה נחקור גם כן מן ההקדמות המציאיות אשר יעשה בספריו אי זו הקדמה היא כי המפרשים כבר התקלבו בזה ג"כ חלוף רב: עוד נחקור שלישית מן תולדות ההקשים המתערבים כי אנשים כבר ספקו בזה על ארסטו ספקות רבות:

n) מאמר על הבור האפשרי ההכרחי בתמונה ראשונה מביאור ההקש לן' רשד (f. 231 — 233. a.), Excerpt. ex Averrois Comment. in librum Aristotelis de Syllogismo s. primum Analyticorum (cujus versio vulgaris a *Jakobo Antoli* profecta est). נכרם זה המקום מדבריו, ait Ibn-Roshd in fine, קיינו, אם יארך הספר מלא במלה כי זה המקום עד עתה לבי מה שחקשו לא התבאר ביאור שלם הבור האפשרי בתמונה השנית ע"כ.

o) המאמר הנדרש באות למד מספר מה שאחר הטבע לארסטו ביאור החכם תאמסטיוס (f. 234. b — 247. a.), Commentarius Themistii in caput λ. *Μεταφυσικῶν* Aristotelis (فسر تامسطيوس مقالة اللام), adjectis glossis marginalibus, quibus Aristotelis verba a verbis commentatoris distinguuntur variaeque lectiones hujus versionis hebraicae notantur. Vide de hoc Themistii commentario ejusque interpretibus syriacis atque arabicis verba *Muhamedi Ibn-Isaak,* quae negligentius transtulit Hottingerus, Bibl. Orient. p. 240. s.

p) מאמר על אמתת החכמה האלהית (f. 247 — 249.), dissertatio concertatoria de veritate cognitionis Dei speculativae, duas in partes divisa, quarum unâ *Plato*, alterâ *Ibn-Roshd*, ille suam de Deo doctrinam exponens, hic examinans disserit. Sufficiat haec ex commentitiis Platonis verbis apposuisse: דרך הכלות מועיל ומותר בשאר החכמות ואסור בזו החכמה ולפיכך כשערכו רוב המעיינים בזו לומר שזה כלו כלומר הדבור בידיעת השם ותוארו הוא משער

*) Editum est hoc opus, principia Logices (علم المنطق), Physices (علم الطبيعى) et Metaphysices (علم الكلام) complectens, cum *Canone* Romae, Medic. 1593. fol. s. titul. كتاب النجاة مختصر الشفا لابن سينا. Allegatur etiam ab *Abulfeda* (Annal. T. III. p. 92.) altera ejus operis pars, hac inscriptione: طبيعيات الشفاء. Vide et Casiri I. p. 268. ss. Schnurrer, Biblioth. Arab. p. 449. ss. Canon Ibn-Sinae (quem a quodam *Josefo ha-Lorki* hebraice translatum esse constat ex Cod. Heimann. Hamburg.) editus est Neapoli 252 (1492.).

*) *Schmoelders*, Documenta Philosophiae Arabum p. 120.

הנכנסת האיכות בעצם שלא תמצא בו איכות ולא תכשר לשכל לאייכו שלא תאיך אותו השכל הראשון h. e. λόγος, cujus existentiam negat deinceps) והויה והנפסד והואיל והדבר כן השם (Averroes utpote Peripateticus ישפוט ויכרע מי שידבר באלה הדברים הדבר הכולל וידבר בעניני השם יתברך בלי חכמה לפיכך יקשב שהפילוסופים בזו החכמה בתכלית התולשה ולפיכך יאמר אבו חמד שחכמתם האלהית היא דמיונית חיכנה אמתית אבל אנחנו בכל כנים כנקם לומר ולבאר מהקדמות מפורסמות וידועות ואע״פ שאינם מוכתים ולא התרכו זה אלה חכמי שזה האיש כתן זה הדמיון בזאת החכמה הגדולה ובטל על בני האדם השגתם להצליחתם במעשים טובים והשם ידין וישפוט אותם הדברים וכו'. De translatore hujus libelli *Mose ibn-Lageś* v. supra, p. 284.

q) ספר מה שאחר הטבע לארסטו קצור השופט אבואל ולד מחמד בן רשד (f. 250—281. a.), compendiosa *Μεταφυσικῶν* Aristotelis expositio, auctore Averroe, qui in ipso prologo finem ac consilium suum his verbis profitetur: כוונתנו בזה המאמר שנלקוט המאמרים הכוללים ממאמרי ארסטו המונחים בחכמת מה שאחר הטבע על הדרך אשר הלך בה מנהגנו בספרים הקודמים ונתחיל תחלה ונספר בכוונת זאת החכמה ותועלתה ומדרגתה ויחסה ובכלל נתחיל בענינים המועילים הקדמת צירום ללכת במלאכה הזאת: Dispositio totius operis haec est: I. המאמר הראשון (f. 250—255. b.); המאמר השני (f. 255. b—263. a.), subjecta clausula: ובכאן נשלמו בקצות המאמר הזה והוא המאמר ;כולל מן המאמרים המיוחסים לארסטו על מה חסר בשני ובשביעי השלישי (f. 263. a—271. b.), hac clausula: בכאן נשלם המאמר השלישי ובהשלמתו נשלם החלק הראשון מן החכמה הזאת. II. המאמר הרביעי (f. 271. b—280. b.), hac claus.: בכאן נשלם הדבור בחלק השני מזאת החכמה והוא המאמר הרביעי מספרנו זה. Adjectae sunt glossae marginales, quae continent interpretamenta et varias lectiones, collectas ex Codicibus aliis atque etiam ex versione ejusdem operis a *Ben-Palkira* (העתקת ן' פלקירא f. 257. b.) h. e. ***Shem-Thob ben-Josef ben-Palkira*** facta, eodem illo, qui ao. 1280. ***More ha-More*** h. e. comm. suum in ***More Nebukim*** absolvit. Ceterum commentarium Averrois in Metaphysica, majorem, ut videtur, ao. 1258. ***Mose Ibn-Tibon***, ao. 1317. ***Kalonymos ben-Kalonymos*** convertit. Translatio comm. abbreviati utrum alterutrius an neutrius eorum sit, definire non audeo.

3) ביאור לספר הנפש לחכם ר' לוי בן גרשם נ״ע (f. 282—316.), Commentarius in libros tres Aristotelis de Anima (كتاب النفس) et Averrois in eos commentarium minorem, cum perpetua refutatione Averrois, auctore ***Levi Gersuni*** (nat. 1288., siquidem anno aetatis XXXIII. 1321. Arithmeticam suam absolvit), qui etiam in libro ***Milchamot ha-Shem*** (absol. 1329.) Averroem itentidem infense impugnat. Clausulam libri non possum praeterire: בכאן נשלם זה הביאור ומי שיראה בו דבר ויראה לו שהוא זולת המכוון מאבן רשד ידיננו לכף זכות כי מספר מועתק מאד ביארנו את זה והרבה מהדברים אשר ביארנו בו היו מחשבה גוברת לבד ובהרבה מהקומות העתקנו לשון הנמצא בספר אל לשון אחר מתחלף לו מאד אלא שאנחנו בכל השתדלנו שיהיה מה שאמרנו בביאור הספר צודק היה שירצהו אבן רשד או לא ירצהו והיתה השלמת זה הביאור בחדש אדר טבת שנת פ״ד לאלף הששי (1324) והתהלה לאל לבדו וכו'. Verba Averrois illico insequitur supercommentarius, inchoante formula: אמר לוי. Constat, Gersonidem complures commentarios Averrois exposuisse, veluti in Acroasin (ao. 1321. Vatic. Rossi 146.), De Animalibus (R. 402.), in Analytica II., de Syllogismo (ao. 1319.), de Coelo et Mundo (R. 805.), et ס' האותיות (كتاب الآثار العلوية, De Meteoris), quem supercommentarium f. 282. b. citat (cf. Wolf. III. p. 651.).

XLI.

[B. II. fol. 11.]

Cod. chartaceus, in fol. min. (foll. 266.), pretiosissimus ille ac pervetustus, quem ao. 1518. a quodam ***Juda ben-Sabatai*** pretio centum viginti quinque nummûm venditum ac multorum deinceps lectione tritum esse ex tabulis in principio ac fine affixis comperimus. Maximam autem habet similitudinem cum Codice Bibliothecae Taurinensis, a Wolfio (IV. p. 751.) descripto, cum quo tamen idem non est. Libri, quos continet, uno eodemque a librario ad unum omnes exarati, tribus ab auctoribus profecti sunt, quare trifariam ejus descriptionem dispertiemus.

A) Libri philosophici, a ***Jakobo bar-Aba Mare bar-Simson Antolio*** (אנטולי) de Arabico hebraice conversi, rogantibus Baeterrae et Narbonae sapientibus, uti ipse translator in prooemio, quo philosophiam commendat, profitetur. Haec sunt verba ejus: מפני כי רבו ההוללים הרעים המתפארים עלינו בדרך המחלקת והמצוה קנאתי בהם אני יעקב ב״ר אבא מרי ב״ר שמשון ב״ר אנטולי ז״ל והתעוררה תשוקתי להעתיק החכמה הזאת כפי אשר תשיג ידי והאמנת כי נתתי אל לבי להקל מעלי תחלה עבודת ספרי התבונה הכבדה בהעתקתה ובלמודה לפי מה שהיא צריכה לספרים רבים ולהתבוננות רב אבן הציקתני רוח אחי ורעי אלופי ומיודעי החכמים המשכילים אשר בעיר נרבונה ובבד״ש אשר מלאם לבם לקרבה אל המלאכה הזאת ולאהבתם אותה שכנוי לשאת אשר על משאי. In fine librorum quinque, quos deinde recensebimus (continent eos unum in corpus conjunctos etiam Codd. Ross. 432. 771. q. v.) haec subjicit: ברוך אלהים אשר לא הסיר תפלתי והסדו מאתי והחלק את כחי להשלים באדר שני בשנת תתקצ״ב (1232.) בעיר נאפולי (Neapoli) וטרם החלי במלאכת הספרים האחרים בחכמה הזאת אשוב בע״ה בדרך לבוד על העתקת הספרים הנזכרים לתקן השגיאות כפי אשר אשיג ואחר השלימי זה אשלח ידי להשלים המלאכה בעזרת העוזר לכל נעזר אשר נתן בלב אדוננו האנפרדור פידרקו (Imperator Fridericus II.) אוהב החכמה ודורשיה לזון אותי ולכלכל אותי לשבעה יגדל ה' חסדו עמו להרים אותו וכו'. Stetit Anatolius promissis et in vertendis commentariis Aristotelicis perrexit, ut ostendit commentarius ***Abu-Naśr Al-Farabii*** in ס' ההטעאה (Sophistica), ab eo hebraice conversus (Vindob. Ross. 90.). Post conclusionem istam legitur in Cod. nostro dissertatiuncula, qua tres syllogismi formas (השלש תמונות מן היקש) enarrat (f. 114. a. b.) Hanc appendiculam male pro singulari libello habuit B. de Rossi (Cod. 1365.). Libri quinque, ab Anatolio translati, quos Cod. noster continet, sunt hicce.

ספרי חכמה הה״ני ש״חני הפילסוף האנדלוסי ן' רשד

a) ביאור לאבן רשד ספר המבוא לפורפוריוס (f. 1. b—7. b.), Commentarius Averrois in ***Porphyrii*** Isagogen Logicam (corrig. Wolfii in vertendis Codicis ***Bodlejani*** epigraphis errorem III. p. 12.), cum glossis nonnullorum marginalibus, partim charactere turcico-rabinico conscriptis et a ***Mose di Rieti,*** poeta clarissimo, Itali ***Dante*** aemulo, profectis (Cod. Ross. 458. 1209.).

b) ביאורי אבן רשד לספרי אריסטוטאליס (ارسطاليس)

α) ביאור לספר המאמרות העשרה (f. 8. b—20. b.), Comm. in librum de decem Categoriis.

β) ביאור לס' מליצה הנקרא פארי ארמיניאס (f. 21. a—32. b.), Comm. in librum *ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ* (باري ارمينياس).

γ) ביאור אנאליטיקי(א) הראשונה והוא ס' ההיקש (f. 33. a—86. b.).

δ) ביאור ס׳ המופת והוא אנליטיקי השנית (f. 87. a — 113. b.).
De horum librorum aliis Codd. v. Wolf. I. p. 618. III. p. 530. IV. p. 874. al., Bern. de Rossi in Catal. Bibl. suae (quae undecim Codd. Anatolii libros continentes exhibet) et in Dictionario s. n. *Giacobbe Antoli Napolitano.*

B) Sequuntur aliae translationes librorum Aristotelicorum, quorum auctor est ***Kalonymos ben-Kalonymos ben-Meir*** Provincialis (nat. 1287.), cujus vitam obscura usque ad nostram memoriam caligine tectam, mira solertia patefecit atque illustravit ***Zunzius*** in Analectis (Geiger, Zeitschrift II. p. 313 — 320.). Erat Kalonymos, uti in poesi (***Eben Bohan*** etc.), sic etiam in arabicorum librorum interpretatione praestantissimus. Delitescunt in bibliothecis translationes ejus egregiae, neque exstitit adhuc quisquam, qui ex hac tenebricosa custodia eas extraheret, veluti octo ***Averrois*** in libros Aristotelicos commentarii, libri quatuor operis medici Arabis ***Ali ben-Rezvan,*** undecim tractatus ***Galeni***, ***Archimedis*** de globo et cylindro dissertatio, ***Al-Farabii*** libri de scientiis et de intellectu, Centiloquium (*ΚΑΡΠΟΣ*) ex ***Ptolemaeo*** excerptum, liber ***Abi-Jusufi*** Alexandrini de intellectu sphaerarum, quae opera omnia inter 1307. et 1323. ex lingua arabica hebraica fecit. Codex noster continet

a) ביאורי ס׳ טוביקי והוא ספר נציה (f. 115. b — 162. a.), Comm. in Topica Aristotelis, ao. 1313. translatus (Cod. Taurin. Wolf. IV. p. 751.), cum clausula: נשלם ביאור ענייני ס׳ טוביקי לארסטו והעתקתיו מלשון הגרי אל לשון עברי אני קלונימוס ב״ר מאיר ע״ס יש״י.

b) ביאור סופסטיקי והוא ס׳ ההטעאה לארסטו (f. 162. b — 180. b.), Comm. in Sophistica, XXII. ***Elul*** ai. 1323. translatus (Cod. Taurin. Wolf. IV. p. 751.).

C) Translator tertius est ***Thodros Thodrosi***, natione Judaeus (טדרוס טדרוסי מזרע היהודים), cujus vita ex subscriptione in fine Poëtices addita poterit illustrari. Ibi sic ait: ובבאן שלמו ענייני ס׳ השיר לארסטו ובהשלמו שלמה מלאכת ההגיון בכללה והיתה השלמת העתקת זה הספר החותם תכלית חכמת ההגיון לי אני טדרוס טדרוסי בחדש השלישי משנת תשעים ושבע לפרט האלף הששי (1337.) וזה בכפר טרינקט״אליש (Trinquetaille) מקום תחנותי היושב על נהר רו״נו (Rhone) המפסיק בינו ובין ארלדי (Arles) עיר מולדתי ישתבח אשר עזרני אוא״. In fine Rhetorices eadem anni notatio exstat: והשלמתי העתקתו מלשון הגרי ללשון עברי אני טדרוס טדרוסי בחדש השלישי משנת תשעים ושבע לפרט האלף הששי להשבון הישראלים. In prooemio, libris his duobus ex arabico conversis praemisso (f. 181. a. b.), caussam *finalem, negativam, formalem* et *materialem,* quibus factum sit, ut hos duos Averrois commentarios verteret, genere dicendi arabizante exponit. In paragr. tertia, uti librorum arabicorum interpretes hebraicos prope omnes, se quoque suamque omnino gentem linguae arabicae imperitia laborare deplorat; nactum tamen se esse lexicon arabicum, ספר העין inscriptum, quod in terris occidentalibus multum diuque curiose ***Samuel Tibon*** quaesierit. Sed haec digna sunt, quae verbatim adscribantur: חנני אלהים ספר נכבד כולל בביאור כל מלה ערבית ופירוש דקדוקה הנקרא ס׳ העין הוא הספר אשר התר התירה מופלגת החכם הנכבד גדול המעתיקים ר׳ שמואל תבון ז״ל להביאו מארצות הערב וכאשר טעמתי מעט דבש הס׳ הזה אורו עיני להבחין מכוון אישי המלות הנכריות והנושאים הזרים הנופלים בספרי שתי אלו המלאכות לא נפקד מהם איש אשר לא יעמידני על הבנת אמתתו ס׳ העין הנזכר מלבד בשתים או שלשה מקומות מהמאמר השלישי מס׳ ההלצה ידבר בם אבן רשד בדברים מיוחדים לדקדוק לשונו ולמנהגי ארצו ובמקומות רבים מס׳ השיר יזכור בם המשלי פעלות ושירים מפורסמים אצלם והם ענינים תהיה הבנת המאמר בם קשה אצלנו או נמנעת. Pergit deinde se in his rebus, quae propter linguae morumque diversitatem transferri non possent, secutum esse ipsius Averrois consuetudinem, qui et ipse res linguae graecae moribusque Graecorum proprias praetermiserit crebris locis, veluti in tertio Rhetorices, ubi, „Commemorat," inquit, „Aristoteles hoc loco similitudines multas a rebus inter Grajos consuetis desumtas, quare oratio ejus propter linguae institutorumque nostrorum differentiam difficilis est explicatu." Cf. l. meum: ***Wissenschaft, Kunst, Judenthum*** p. 250 — 256.

a) ביאור אבן רשד לס׳ ריטוריקי ר״ל ס׳ ההלצה והוא ג׳ מאמרים (f. 182. a — 255. b.), Comm. Averrois in Rhetorica Aristotelis, quem absolvit ao. Higret 570., ut docet operis clausula: השלים ביאור זה הספר לארסטו הפילוסוף אבו אל ואליד בן רשד בקרטבה השליש׳ משנת שבעים וחמש מאות לחשבון הישמעאלים.

b) ביאור אבן רשד לספר השיר לארסטו (f. 256. a — 266. a.). In paginis singularibus Codicis delineatae sunt tabulae logicarum distributionum (סדור המינים). Cf. de Thodroso ***Nesselii*** Catal. Biblioth. Vindob. p. 7. cod. 94. ***Bendavid*** in Eichhornii Bibl. Universali Tom. VII. p. 775. 781.

XLII.
[B. II. fot. 16.]

Cod. orientalis, in charta xylina literis Rashianis scriptus, foll. 143., qui duo de praestantissimis Aharonis ben-Eliahu operibus continet, Karaitae illius, qui ***Nicomedeae***, seculo XIII. exeunte, natus et ***Kahirae,*** quae ***Aegyptus Nova*** dicitur (مصر), commoratus esse videtur, cognomento ***Ha-Rishon***, quo ab Aharone ben Josef Karaita, qui ***Ha-Acharon*** dicitur, discerni solet. Ubi et a quonam Codex noster exaratus sit, ex fine operis prioris perspicitur, ubi f. 114. b. aenigmatice scriptum est: והיתה השלמתו על ידי ראשון שבעשרות וששי שבאחדים וששי שבעשרות ושמיני שבעשרות בן כ״ר ששי שבעשרות ושביעי שבעשרות ורביעי שבאחדים וראשון שבעשרות וחמישי שבאחדים בשנת ה׳ר״ל לפרט בכ׳ תשרי בקוסטנדינה וכתבתיו לבחור הנחמד כ״ר מיכאל בכ״ר ברוך יצ״ו. Ex quo involucro et integumentu si nomen scribae extricaveris, perspicies, quendam ***Josef ben-Saadia*** ao. 1475. hunc Codicem Constantinopoli in usum adolescentis ***Mikael ben-Baruk*** exaravisse. Captus est autem a militibus cum aliis id genus Codd. tum hebraicis tum arabicis, ao. 1686. ***Budae,*** cum, Turcis fusis ac fugatis, exercitus Leopoldi urbe esset potitus.

A) נוצר אמונים s. עץ חיים (f. 1. b — 114. b.), opus philosophico-dogmaticum, quod ad similitudinem operis karaitici ***Eshkol ha-Kofer*** (scr. 1149.) et rabanitici ***More Nebukim*** (scr. c. 1184.) systema philosophiae mosaicae, philosophematis Rabanitarum sectarumque Arabicarum oppositae continet, capp. constans CXIV. (non CXI., uti ait Sabatai). Scriptum est, ut ex epigraphe Cod. nostri et Leidensis (Warner. n. 38. 4., ex quo Wolf. III. p. 72. initium operis, Cod. nostro conveniens, excerpsit) apparet, ao. 1346. Magnopere vero falluntur bibliographi, qui ***Ez Chajim*** et ***Nocer Emunim,*** quas unius ejusdemque operis varias inscriptiones esse primum conjecit ***Bernardus de Rossi,*** opera diversa esse dictitant; in quibus est etiam ***J. G. L. Kosegarten,*** qui particulas selectas operis ***Keter Tora***, ao. 1360. scripti, ex Cod. Jenensi et Lugdunensi edidit (Jenae 1824. 4.). Auctor in poematio praefixo diserte ait:

ראו ספר כליל יופי והדשו׃ בנוהבריתי חכמים גם נבונים
אשר כלל יסודות האמונה׃ בדיעה היא יקרה מפנינים
ותזכו לחזות נועם ה״ בעדן גן אלהים לפנים
ועץ חיים מחיה הנפשים׃ קראתיהו בשם נוצר אמונים׃

Librum nostrum ipse auctor breviter descripsit in suo *Sefer ha-Mizvot* (גן עדן, de quo Dod Mordekai p. 145. Schupartus de Secta Karaeorum p. 63.), quem auctor in Constitutionibus de anno sabatico et jubilaeo ipse se ao. 1354. scripsisse testatur (Cod. Ross. 173.). Non potest dici, quantum hicce liber valeat ad cognoscendam philosophiam Arabum singularumque ejus haeresium, quarum placita Ahron ben-Elia sermone pellucido, subtili et aristotelice distributo exponit. Ex sectis istamiticis, quarum philosophemata enarrat, sat esto nominasse: כת אשע״ריה, כת מעתזלה, כת כרמ״יה וכפלט״אני, כת אלגה״מיה, כת המגברים (الجبرية), כת לי״טבי, כת מ״הלרה, כת אלמני״אה, כת דיצ״ניה quarum sectarum multarumque aliarum placita hucusque plane ignota (*Hottinger,* Analecta p. 285. ss. Archael. Or. p. 29. *Schmoelders* in libro saepius laudato p. 3.) ex hoc opere illustrari possunt. Praeterea ex philosophis crebris locis producuntur ac refutantur *Aristoteles*, qui absolute הפילוסוף nuncupatur, *Plato, Galenus, Themistius, Alexander Aphrodisiensis, Ibn-Roshd, Al-Farabi, Ibn-Sina,* alii. Siquidem finis operis est, legem mosaicam a corruptelis Christianismi (ut ait auctor), Islamismi ejusque praecipue philosophia, multas in sectas diffusa, quae ex Graecia manavit, perpurgare.

B) דיני שחיטה (f. 115. b — 143. b.), leges mactationis animalium ex principiis karaiticis, quae contra *Rabanitas*, veluti *Ibn-Ezram* et *Saadiam* (absolute המתעתע, quem f. 140. s. vehementer insectatur), asseruntur. Ad Aharonis ipsius opera quod attinet, praeter ea, quae iam nominavimus, citantur nostro in Codice *Sefer Thohora,* quod scripturus est (f. 117. a.) et *Perush Arajot* (f. 138. b. cf. Wolf. IV. p. 772.), quod nescio an idem sit cum singulari illa parte *Libri Praeceptorum*, צפנת פענח inscripta, quae de gradibus matrimoniorum prohibitis (אסורי עריות) agit. Ex libris doctoribusque ceteris karaiticis in hoc et priori libro laudatis, quorum catalogum mihi confeci, nomino solummodo *Sefer ha-Jihud* (Nocer Em. c. XI. שער היחוד c. LXVII.); *Eshkol ha-Kofer* Judae ha-Abel (quem librum in interpretatione nominum, libros *Josefi* et *Judae ben-Qore* Karaitarum supplente, viginti novem fere annos post *Sefer ha-Mada* Maimonideum scriptum esse dicit, N. E. c. XVIII.); *Biur ha-Tora* Aharonis (N. E. c. LVIII.); *Bereshit Raba* et *Sefer Arajot* Jesuae (ישועה, quem multis itentidem laudibus ornat); *Sefer ha-Mechqar* (ספר המחקר הוא ס׳ נעימות N. E. c. LXXXVI. LXXXIX. corrig. Wolf. III. p. 377. 1208.); *Perush Qohelet* doctissimi *Jefet ben-Levi* (Dine Shechitha f. 132. a.); liber quidam *Mosis*, soceri sui (ib. f. 119. b.); ר׳ שמריה האגרפונטי (N. E. c. LXXIV., cujus quaedam explicatio Tetragrammati ibi citatur); שלמה הצרפתי (D. Sh. f. 118. b.); בנימין האודני (D. Sh. f. 130. a.); יוסף הקרקאסני (ib. f. 138. b.); העכברי (ملسوية) משוי (ותכתו סתרנו ובטלנו כל דבריו מזוי וכל ההולכים אחריו, ib. f. 140. a.). Pro rabinicis citandi formulis ר״זל, ה״זל semper, differentia consilio quaesita, legitur ה״נח (מַשְׁבִּילֵינוּ חֲכָמֵינוּ עֲלֵיהֶם הַשָּׁלוֹם) vel מ״זל (מַשְׂכִּילֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה).

XLIII.

[B. II. fol. 19.]

Cod. chartaceus, foll. 200. qui uno volumine duorum librariorum scripta charactere rabinico exarata comprehendit. Nomen ejus scribae, qui priorem partem scriptura colligata atque implicata, quae *Mu'alak* dicitur, exaravit, est *Abram Eliezer* (f. 21. a.).

A) מאמר אפשרות הדבקות עם השכל הנפרד (f. 1. b — 21. a.), commentatio de possibilitate conjunctionis, qua intellectus *agens* atque origine aeternus, superstes ille etiam post corporis mortem et a corpore sejunctus (השכל הנבדל הנפרד) cum intellectu *primo* s. universali consociatur ac beatitudinem aeternam, h. e. unice veram, nanciscitur, auctore *Averroe,* interprete *Mose ben-Josua ben-Mar-David Narbonensi.* Est autem haec commentatio pars libri Averrois *de intellectu materiali* (מאמר בשכל ההיולאני), quam, nescio a quonam conversam, Narboni excerpsit suisque commentariis, paragraphos singulas Averrois sequentibus, auxit. Errant igitur, qui totum librum Averrois de intellectu materiali his commentariis illustratum putant, in his *De Rossi* (Cod. 415). Repugnat vel inscriptio libri, qua, sicut nostro in Cod., sic etiam in Leidensi, Bodlejano et, teste Wolfio (III. p. 15.), qui in librorum Mosis Narbonensis recensione plane caecutit, in Aguilariano (de possib. conjunct. *cum Deo;* recte quidem, ut plurimum contradicente De Rossi) insignitur. Nota, qua suas explicationes verbis Arabis annectit Narboni, est emphaticum illud ירצה (يعنى). Inter Arabes adducit *Alghazali* (מאזנים, f. 10. a.) et *Abubekrum* (חי בן־יקטן, ib.); e judaicis itentidem *Maimonidem* (רבנו משה ז״ל בפירושו לפרות נבקרות 4. a. ר״ס ב״מול 17. a. רבנו משה ע״ה בספרו במורה 10. a.), semel *Josefum,* cujus sententias complures laudat, veluti: אמר יוסיפון המתפלל מדבר עם אלהיו והקורא בספר תורת אלהיו אלהיו מדבר עמו עוד אמר וכו׳. De suis scriptis, semel legentes ablegat ad librum suum de perfectione animae (מאמר בשלמות הנפש, f. 2. a.), semel ad dissertationem, quam nominat אגרת בגויה על שיעור קומה h. e. de imaginatione formisque externis, collato Cantico (21. a.). In prooemio pollicetur, se, juvante Deo, postea alium librum illustraturum, מאמר אחד נפלא חברו הזקן אבובכר בן צגף׳ על ביאור אמתת השגה בעת הדבוק מה הוא h. e. *Hai ibn-Joqthan,* quam promissionem repetit in fine commentarii, his verbis: לא הגיע אצלנו ספר אבובכר בן־אצאיג (ר״ל كتاب تدبير المتوحد) והשם יתעלה האציל אצלנו ספר חי בן־יקטאן לאבובכר בן־צגף׳ בתאר הנהגת המתיחד ותאר השגת הדבוק מה הוא ואם יאריך האל ימינו נפרש הספר ההוא אחר שפירשנו זה הספר אלא שבואת העת אי־אפשר לפי המעיקים אשר מחוץ רבים ולולי שנלחצתי הלחץ הגדול כבר נמנעתי במה שפירשתי מזה בזה העת לצרות המעיקות אותנו כי המלך הגדול מלך ארגון צר עלינו בארץ הזאת רישליון (?) והשלם האמתי יתן שלום בארץ ונשלים הפצינו בזה שפירשנו מזה והיא ברחמיו יביאנו אל אי ההצלחה אמ״ן. Quas querimonias quo referri oporteat, ex clausula colligitur: השלמתי פירוש זה למאמר הנכבד שנת ק״ד מהאלף הששי (1344.) בחדש תמוז בשבעה בו בעיר פרפיניאן ושם העיר מיום ה׳ שמה והשבת וכו׳.

B) מאמר אלסכנדר בשכל ביאור בן רשד ועליו פירוש נרבוני, Supercommentarius Narbonensis in commentarium Averrois super Aphrodisiensis librum de intellectu, margini priorum foliorum libri praecedentis inscriptus, quem supercommentarium glossae marginales in *Maamar Efsharut* excipiunt, a librario et a possessore codicis, a librarii aetate recenti, *Davide* quodam, adscriptae.

C) ספר חיואן בן יקטאן (f. 21. b — 102. a.), narratio de homine mirabiliter nato atque in desertissima insula adolescente,

qui sine magistrorum institutione, otii quietisque propter solitudinem abundantia, per omnes perceptionis speculationisque gradus ad summum contemplationis unionisque cum Divinitate fastigium ascendit, adeo, ut postea duorum aliorum, qui, praecedente *Abu-Ali Ibn-Sina* (in libro, ut ait Narboni, de *philosophia orientali*, f. 33. b.) *Asâl* (אצאל) et *Salâmân* (סלאמן) vocantur, dux ac magister fieret, auctore *Abubekr ibn-Thofail*, Averrois fere aequali, interprete *Mose Narbonensi*. Inscriptio libri arabica haec est: كتاب حديث (s. رسالة) حى بن يقظان وأسال وسلامان تاليف للشيخ الامام العالم العارف المدرك الواصل ابى جعفر بن طفيل, quacum consentit hebraica plenior: אגרת חיאן בן־יקטאן הנקרא יחיאל בן עוריאל ואצאל וסלאמן חברה הזקן המעלה המיוחד אבובכר בן אלטפיל האנדלוסי (praenomen *Abi G'afar* nullo in hebraico Cod. legitur).*) Moses Narbonensis hunc librum tum inter Arabes tum inter Judaeos in summo honore habitum uberrimis suis ac praestantissimis commentariis locupletavit, qui Abubekri verba in paragraphos minores dispertita illico insequuntur. Dici vix potest, quantum ex his Narbonensis scholiis ad librum Ibn-Thofaili intelligendum disci et quam multa ad historiam philosophiae et gnosis Arabum illustrandam inde desumi possint. In prooemio dicit, se jam pridem iis, qui in gente sua ad sapientiae laudem adspirarent, de hoc libro explicando promisisse, sed, ex quo tempore libellum de possibilitate conjunctionis cum Absoluto scripserit, indies se majoribus rerum asperitatibus temporumque miserrimorum ac luctuosissimorum calamitatibus ita fuisse destitutum, nihil ut requietis haberet, sed in lacrimis et sordibus jaceret. Mentionem facit afflictae perditaeque fortunae, in quam Barcellona, primum Judaeorum in Hispania receptaculum et quasi altera Hierosolyma**), inciderit; at se, a desperatione ad spem divini auxilii revocatum, cum nullum aliud literarum commercium, quam per scriptionem, cum societate sapientum Perpinianensi sibi pateat, tandem semet ipsum ad hunc librum exponendum accinxisse dicit. Explicat deinde argumentum libri arabici et rationes, quibus adductus *Abubekr* hac forma poëtica et subobscura ad vitam solitariam atque a hominum societate remotam commendandam usus fuerit. Qua in re Abubekrum dicit aetatis, qua vixerit hominumque, inter quos scripserit, rationem habuisse. „Consilium ejus," inquit, „in hoc scripto elaborando duplex erat, primum ut hominis, qui in solitudinem se receperit, exemplum atque regulam proponeret; deinde ut veritatem cognitionis ejus illustraret, qui Dei factus sit intimus ac proximus. Quam consociationem ex sententia Abubekri non assequi possunt ii, qui civitatis (קבוץ מדיני) membra esse pergunt ac manent in societate ac conjunctione hominum, qui cum ipsi in sapientiam sint infesto animo atque inimico***), ne alios quidem ejus amicos esse volunt. Sic Jeremias (IX. 1.) et vel Davides (Ps. LV. 7.), florente republica, vitam solitariam sibi exoptant, ne id, quod in ipsis aeternum esset, in turbulentis mundi rebus ac negotiis interiret. Neque vero Abubekr diserte, id quod intendit, eloqui et solitudinem manifesto praedicare voluit, quatuor de causis, primum quia sapiens quisque facile formam poeticam ab argumento, quod involvit, discernere poterit; deinde, ut ea, quae doceret, non vulgaria vulgique opinionibus accomodata, sed a communi cogitandi consuetudine, quae ingens est veritatis inveniendae impedimentum, remota esse illico appareret; tertio, ut proponeret, quomodo veritates speculativae, altera ex altera, deinceps nascerentur et intellectus *agens* in primas influeret; denique ut doceret, *solitudine* hanc perfectionem acquiri, ac, si comparaveris, retineri. Indidit autem solitario suo nomen (*חיאן בן־יקטאן h. e. חַי בֶּן־יָקִין, ut significaret, agere hoc modo omnes, quicunque *vita* aeterna frui velint, videlicet eos vigilare in cognitionibus intellectualibus quaerendis; quapropter nos יחיאל בן־עוריאל transtulimus." Hinc Narbonensis ait, se hoc opusculum octo in partes, quarum argumenta deinceps persequitur, et has rursum in minores paragraphos dispescuisse. Sed in his verborum multitudine supersedendum est, quia liber ipse ex *Pocockii* filii Philosopho Autodidacto pluribusque versionibus**), in his germanica *Eichhornii*, satis innotuit. Commentarius Narbonensis, interdum etiam textus Abubekri (qui multo ante Narbonensis aetatem hebraicus factus videtur) aucti sunt glossis marginalibus uberrimis, partim charactere *Masket* orientali exaratis. Codex noster etiam propterea majus habet pretium, quia textus nescio a quonam diligenter, collatis, ut apparet, aliis Mss., recognitus et secunda manu passim emendatus est. Commentarius hisce verbis concluditur: הגיענו האל למה שרצינו מגלוי סתרי האמתות והאצלה האחרות יגיענו למה שחשקנו ובספנו לראות מהדירתה הזכה והנעימה והתהלה לאל אשר גמלנו טובו וחסדו והשבח לו לאין סוף כאשר יאות אמן והשלמנו פירושנו זה לאחד עשר יום תשכה***) באב שנת חמשה אלפים ומאה ועשרים (1366.) יתברך הראשון הפועל באמת ברצונו ויתעלה ויתקדש:

D) אגרת הפטירה (f. 101. b — 109. a.), dissertatio de separatione animi a rebus mundanis, auctore philosopho Arabe ابو بكر محمد بن يحيى بن) אבובכר בן־יחיי אל־צאיג (الصايغ), cognomento ابن باجا, qui, testibus *Abu'l Hassân Ali*, operum ejus redactore, et *Ibn-Challikano*, academiae

---

*) Ceterae libri inscriptiones, veluti הנהגת המתיחד (Cod. Bodlej.), *De vita Eremitae* (Vindob., teste Bartoloccio), אגרת הדבקות (De Rossi, Cod. 415.) ex Mosis praefatione ipsiusque libri argumento novatae sunt. De exemplari Vindob. v. et Nessel. Cat. Mss. Orient. Bibl. Vindob. n. 133.

**) ברצלונה אשר היתה השרש הראשון נושא חיות גלותנו בארץ הזאת מעמדה מעמד הלב לאדם.

***) לשונאי החכמה h. e. μισοσοφία, opp. φιλοσοφία. Sic supra inter adversas suorum temporum res enumerat אנדרומוסיא, tanquam ἀνδρομισία, odium hominum fanaticum.

*) Pro حيوان in Cod. Pocockii Bodlej. ubique حى scribitur. Alterum nomen يقظان noli confundere cum nom. gentilitio قحطان (יָקְטָן). Est enim allegoricum et a v. يَقِظَ (יָקִין) deducendum. Hebraice חי בן־מקיץ dudum vertit *Ibn-Ezra*, qui, exemplum *Ibn-Thofaili* secutus, hoc nomine unum de suis mysticis carminibus insignivit. Mose Francofurtensis, qui primus hoc carmen edidit (Amstel. 1733.) in prooemio ait: לדעתי קרא המחבר הס' בש' חי בן־מקיץ כשל ידי כך יקין מחדש מסבת תענוגי עולם הזה ורגיל עצמו להקיץ בעיני בקיעת להשתדל ליכן בסבה מתוקה בחיי עולם הבא ולזו הוא כדלו חי לא אחר מותו ע״כ.

**) Schnurrer, Bibliotheca Arabica Nr. 408. Adde translationem persicam, *Bedi seman* inscriptam et Sultano *Jakobo Bajandori* dedicatam.

***) Pro תשכה correctum est מחדש.

Fachriae Cahirensis doctore (nat. 1211.), admodum adolescens et tamen omnibus prope Arabum philosophis superior, mortuus est Fesae, anno Higret 5$\frac{3}{2}\frac{3}{5}$. Operae pretium est, afferre ea, quae de ipso scripsit ***Ibn-Thofail*** (Chai ibn-Joqthan f. 31. a. cf. arab. p. 14. s. Pocock.): אחר בואו אחריהם יותר משכילים מהם בעיון ויותר קרובים אל האמת ולא היה בהם יותר חד השכל ולא יותר שלם בעיון ולא יותר צודק בראיה מן אבובכר בן אל צאיג זולת שטרדוהו עסקי העולם עד שקרהו אסון קודם הגלות גנזי ידיעתו והראות תעלומות חכמתו ורב מה שימצא לו מן החבורים אמנם הם בלתי שלמים או כנפסקים מתכליותם כספרו הנפש (كتاب النفس) והנהגת המתבודד ומה שכתבו מן ההגיון (المنطق) והחכמה הטבעית (علم الطبيعة) ואולם ספריו השלמים הם ספרים קצרים ואגרות מלוקטות וכבר ביאר הוא עצמו זה וזכר שהענין המכוון מופתו באגרת הדבקות (رسالة الاتصال) לא נתנו אותו המאמר כתיבה מבוארת אלא אחר קושי ועמל חזק ושהדרגת מליצתו בקצת מקומות על בלתי הדרך השלם ולא נרחב לו הזמן להאמירו וזהו מה שהגיע לנו מחכמת זה האיש ואנחנו לא ראינוהו ואולם מי שהיה בזמנו ממי שסובר שהוא במדרגתו לא ראינו חבור: Translator hujus epistolae est ***Chajim ben-Juda ben-Vives*** (ביבש), uti ex clausula et nostri Codicis et Vaticanensis ac Taurinensis, apparet. Is ipse hanc libro praefatiunculam praefixit: אמר המעתיק נקם ממני ר׳ יוד בן ביאש נ״י להעתיק מאמר אחד שמלאכותו בלשון קדר והוא לפילוסוף המעולה אבובכר בן אצאיג מכני שהוא ש״נ לא הורגל מנעוריו באותו הלשון ואם הוא כלול בכל מדות טובות לתכלית השלמות כדין השלמים הוא לעמוד על דברי החכמים אולי ימצאו בהם דבר יוסיף שלמות על שלמותם ואני קובה עלי להשלים מצותו אע״פ שאיני כדאי וידעתי קוצר הבנתי בשתי הלשונות ואנכי שהאהבה מקלקלת השורה הכנסתי עצמי בעבי הקורה כדי למלאות שאלתו ומהתלהים אשאל העזר:

E) ביאור לאבובכר בן אצאיג נמשך לאגרת הפטירה (f. 109. a—110. b.), dissertatio, qua speciatim de primo movente, quatenus singulis in hominibus exstat, agitur, auctore ***Abubekr ibnu'l S'áigh***, interprete ***Chajim Vives***, qui cum in arabico exemplari hunc excursum Epistolae de Separatione additum reperiret, et ipse eum vertit et corollarii instar adjecit.

F) ס׳ מאזני צדק (f. 111. a—173. b.), compendium philosophiae de moribus, auctore ***Alghazali*** Tusensi, interprete ***Abrahamo bar-Chasdai*** Barcinonensi, codex de tribus hujus operis, quos Bibl. Senat. possidet, cum pessimus videatur, longe optimus. De auctore ex libro ***Chai ibn-Joqthan***, a Narbonensi explicato, haec ipsius ***Ibn-Thofail*** verba habeto (cf. arab. p. 18. s. Pocock.): ואולם ספרי הזקן אבוחמד הוא כפי דבריו להמון קושר במקום ומתיר באחר ויכפיר בדברים אחר יאמין בהם ומכלל הדברים שייחס בהם כפירה לפילוסופים בספר המקרא אל תהאפת הוא הכחשתם לתחיית המתים וקיימם הגמול והעונש לנפשות בלבד: עוד אמר בתחלת ס׳ המאזנים (الميزان) שזאת האמונה היא אמונת זקני אלצפיה (الصوفية) במוחלט: עוד אמר בס׳ אל מנקד מן אלצלאל ר״ל המציל מן הטעות שאמונתו כאמונת אלצ״וכיה ושעניינו עמד על זה אחר אורך החקירה ובספריו מזה המין הרבה יראהו מי שחפשם וייטיב העיון גם יזכר התנצל מזה הנבעל בסוף ס׳ המאזנים כשאמר שהדעות ג׳ חלקים דעת ישתתף בו ההמון במה שהם עליו ודעת יהיה כפי מה שידבר עם כל שואל ונוען ודעת יהיה בין האדם ובין נפשו לא יגלהו אלא למי שהוא שותפו באמונתו עוד אמ׳ אחר זה ולולי יהיה באלו התיבות אלא מה שיספק באמונתך הנחלת תועלת בזה כי מי שלא יספק לא יעיין ומי שלא יעיין לא יראה ומי שלא יראה נשאר בעורון והמבוכה וישא משלו באלה הבתים מן השיר ויאמר

ולא תתלה לבבך על בלימה,,	ויעצתיך הלא תקח עצתי·
למול שמש התראה עש וכימה,, *)	אשר תראה לקח ועזוב שמועה·

*) Abraham bar-Chasdai versiculos arabicos liberius transtulit, v. supra Cod. XIX. p. 285.

הנה זה הוא תאר למודו ורבו אמנם הוא רמז לא יועיל אלא למי שעמד עליו בראות עצמו תחלה אחר שמע ממנו שנית או מי שהיה מוכן להבינו מעולה הילידה והוא יספיק לו במעט רמז וכבר זכר בס׳ אל גוהר שלו ספרים נכללים מדברים ראוים להסתיר ושהוא מכרם בגלות האמת ולא הגיע אל אנדלוס בידיעתנו דבר מהם אבל הגיעו ספרים יחשבו קצת אנשים שהם הם אותם הסתומים ואין הענין כן אבל אותם הספרים הם ספר אל מעראף, ענקליא, וספר אל נפך ואלתסויה *) ושאלות מקובצות וזולתם ואלה הספרים ואם היה בם רמזות הנה הם לא יכללו תוספת גדול בגלוי על מה שהוא מקיים בספריו המפורסמים וכבר ימצא בספרו הכוונה העליונית (المقصد الاسنى) מה שהוא יותר עמוק ממה שבאותם הספרים וכבר ביאר הוא שספר הכוונה איני כותר ויתחייב מזה שאלה הספרים המגיעים אלינו אינם הנסתרים וכבר חשבו קצת המתאחרים מדבריו הכתובים בסוף ס׳ אל משכאה ענין גדול והפילו ברשת אין לו הצלה ממנו והוא אמרו אחר ספרו מיני המוסים **) באורות עוד העתיקו אל זכר המגיעים שהם עתדו על שזה המצא עתאר בתאר כליך האחדות הגמור שיקיימהו מזה שהראשון האמתי ישתבח בעצמותו רבוי מה: ית׳ האל ממה שיאמרו רשעים עליו גדול ואין ספק אצלנו בשהזקן אבוחמד ממי שהצליח ההצלחה האחרונה והגיע לאותם ההגעות הנכבדות אבל ספריו הנסתרים הכוללים ידיעת גלוי הסודות לא הגיעו לנו:

G) אגרת המוסר (f. 173. b—177. b.) s. אגרת בנהג החסידים, epistola moralis, quam, e Graeco, ut dicitur, in Arabicum a quodam Ali translatam, hebraice convertit ***Juda ben-Salomo ben-Charizi***, adductus rogatu non Ibn-Ezrae (uti turpi errore scribit Assemani, Cat. Vatic. Nr. 292.), sed **Ezrae ben Juda ben-Natanaël**. ***Juda ben-Natanaël*** habitabat in urbe כלקירי (cf. ***Tachkemoni*** f. 63. a., non ***Beaucaire,*** sed ***Calagorris*** in Gallia Narbonensi, hodie ***Carzeres***), et quinque habebat filios quos omnes, in his alterum ***Ezram***, multis laudibus effert ***Alcharizi*** in Itinerario suo, l. l. cap. XLVI. De Cod. hujus libelli Vindobonensi, cum nostro verbatim consentiente, v. ***Leopold Dukes***, Ehrensteine p. 28. s.

H) מאזני העיונים (f. 178—200. a.), compendium philosophiae quae dicitur theologicae, brevi et stricta oratione concinnis acutisque sententiis scriptum, quod et exstat in Bibliotheca Oppenheimeriana, Masiana (v. Masium in Josuam, Catalog. Scriptorum), Rossiana (Cod. 538.). Est hic liber ex numero ***esotericorum***, quare scriptor fratrem dilectum, cui hoc opusculum inscripsit, itentidem monet, ne cui indigno ac non initiato temere tradat. Catalogus Oppenheim. f. 11 Averroem auctorem esse asserit. At forma hujus libri, quo nullum ex arabico sermone conversum adhuc vidi elegantius, talis est, ut poematis teneri et morati atque mollis, quam dissertationis ieiunae ac dialecticae sit similius. De fine libri ipse auctor loquatur: הכרתי לך זה הס׳ הנפלא כדי שישימהו השם מראת לבך ולטושת שכלך ומאזניך הצדק וקו הישר כי תדע הצדק מן הכזב במאמרים והבדלתי ישר מן הדעות והסרעפים והתמונות מן השגיאות והאמונות מן השקר באמונות והטוב מן הרע בפעולות והמאמר האמתי והעצה הנפסדת ובדמיונותיו תדע האותות בגופים ובנפשות עד שיתבאר לך שהוא האמת ובו תדע סודות הבריאה ורשיונות הדת ומה שיש בעולם מן האותות והמאורות הבהירות והתמיאות המורכבות והעדיות המפורסמות לבורא הארץ והגלגלים ושמותיו פרקים כל פרק ממנו נשא כלל גדול מהחכמה הנפלאה וקראתיו מאזני העיונים לצדק הסרעפים היה בו מצליח ויהיה אצלך

*) Cod. arab. Pocockii habet: كتاب النفخ والتسوية h. e. ס׳ הַנְּפִיחָה וְהַשְׁוִיָה.

**) Ex textu arabico (المحجوبين بالانوار) conjicio legendum: ההוסמים. Narbonensis autem interpretatur, quasi חוסים vera sit lectio, quae verbo arabico plane non est conveniens.

באמונת השם יעלה מעין עורת תשורנה ואזן חרשת תשמענה ולא תאמינה ולב מתיאש יתכרמה: Hoc ardore impetuque totus liber velut uno tenore decurrit, incitata, venusta atque effervescenti oratione, quam translator ingeniose expressit; ne multa, totus poeticus est, clarissimis coloribus pictus suavissimisque dicendi luminibus ornatus.

CODICES SYRIACI.

I.

[B. H. 4. 44.]

Ordo Baptismi Severianus.

ܛܟܣܐ ܕܥܡܕܐ ܩܕܝܫܐ ܕܥܒܝܕ ܣܘܝܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܛܟܣܗ ܒܬܪ ܩܠܝܡܝܣ ܡܠܦܢܐ ܕܝܢ ܡܢ ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ ܠܠܫܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܡܦܩܢܐ ܡܢ ܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝܐ ܗܘ (f. 32.), Codex bombycinus, qui continet Rituale Baptismi bipartitum *) secundum ritum ecclesiae Jacobitarum, quod graece post Clementem Romanum composuit Severus Sozopolitanus, Patriarcha (*Antiochenus*, non Alexandrinus) et de Graeco syriace reddidit Jacobus Episcopus (ܚܣܝܐ) Edessenus. Inscriptioni praefixa est formula illa decantata ܬܘܒ ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܟܬܒܝܢ. Ipsae precationum benedictionumque formulae atro atramento, tituli autem animadversionesque rituales ac musicae in usum sacerdotis ministrantis rubro scriptae sunt, scriptura simplici, quae *Peshitho* dicitur, punctisque diacriticis atque etiam vocalium signis, ubi opus scribenti visum est, adjectis. Multi pretii est hic codex, quia, teste Eusebio Renaudot (Liturg. Orient. T. II.), Liturgia Severiana perpaucis in codd. reperitur. Ceterum vide, quae de ea liturgia scripsit *Guid. Fabr. Boderianus* (Severi Alexandrini quondam patriarchae de ritibus baptismi et sacrae synaxis apud Syros Christ. liber, Syr. et Lat., Ant. 1572. 4.), et confer Missale Chaldaicum Romae 1592. editum, quo XIV. Jacobitarum Liturgiae exhibentur. In fine Codicis nostri legitur clausula arabica, atro atramento scripta et rubro inclusa, quae est nobis transferenda: „Finitus est liber Columnae fortunatae (h. e. Fidei) manu servi vilis, egeni, immersi in mare peccatorum et delictorum *Ibrahimi* in nomine Metropolitae Urbis Sanctae (Hierosolymorum) et Syriae et quae ad eas pertinent. Vulgo appellatur *Isa Sebîa Ibn-Mahnâ Ibn-Simeân* ex oppido *En-Nebek* (النبك), et scripsit eum in urbe *Haleb* auxiliante Patre Domino Patriarcha Mar (مارى) Ignatio, magnifico, anno 1818. (h. e. 1508. p. Chr.**), die 14 mensis Shebâth. Condonet Deus peccata ipsi et parentibus ejus. Amen."

*) Pars altera incipit f. 18. b. hac inscriptione: ܬܘܒ ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܟܬܒܝܢ ܛܟܣܐ ܕܥܡܕܐ ܩܕܝܫܐ ܕܥܒܝܕ ܣܘܝܪܐ ܕܠܢܫܐ ܢܩܒܬܐ ܐܚܪܢܐ ܕܡܛܠ ܢܫܐ ܕܝܠܕܢ eaque parte finita sequitur subscriptio scribae et doxologia. Plura continet Cod. Or. XLIV. Bibl. Palatinae Mediceae (Assemani Catal. p. 82. s.).

**) Sec. aeram Seleucideam (quae inter Syros et Arabes vocatur *aera* *Alexandri Graji*, inter Judaeos מנין שטרות), cujus initium est primus annus Olympiadis 117. (inter aestates 312 et 311. a. Chr.). Hoc enim anno Seleucus Demetrium Poliorcetem apud Gazam devicit et, fusis fugatisque Nicanoris copiis, Babylonem cepit. V. *Ideler*, Chronologia I. p. 445. ss.

II.

[B. H. fol. 45.]

Passionale Syriacum secundum ritum Jacobitarum.

Cod. bombycinus, ingens, literis uncialibus exaratus, foll., ut nunc est, constans 341., sed non paucis violenta manu privatus (inter f. 315 et 316. desunt circiter quindecim folia, plura alibi), e bibl. Wagenseilii, qui hunc cod. liturgiam passionalem plenissimam continentem ab Elisabetha Comit. de Sinzendorf donatum accepit.*) Ex epilogo apparet, exaratum esse hunc codicem ao. 1819. (h. e. 1507. p. Chr.) aerae Seleucideae ab *Abrahamo* quodam in nomine *Bar-Behenami* in finibus Turabdinensibus nati et monasterii *Mar-Gabrielis* presbyteri, qui hunc codicem testimonium grati sui animi ergo quemdam Raban *Malkizedek* esse volebat. Exaratus est autem in Monasterio Jacobitarum ad S. Crucem, tempore episcopi *Gabrielis*. Plura continet ipse epilogus, f. 341. b., quem passim obliteratum hoc modo integritati suae restituendum puto: ܐܫܬܠܡܬ ܘܫܠܡܬ ܘܐܫܬܠܡ ܒܥܕܢܐ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܕܒܥܕܢܐ ܕܦܨܚܐ ܡܢ ܘܡܢ ܫܪܝܬܐ ܕܚܫܐ ܡܫܝܚܝܐ ܘܡܢ ܦܘܪܩܢܐ ܕܐܠܗܐ ܡܠܟܐ ܫܒܚܐ ܡܫܝܚܐ ܡܢ: ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܬܫܥܣܪ ܘܣܘܟܠܐ ܕܝܠܗ ܡܢ ܕܝܘܢܝܐ: ܒܝܕ ܐܒܪܗܡ ܐܠܗܐ ܢܗܪܐ ܘܫܘܠܡܐ ܘܫܘܡܠܝܐ ܟܠ ܕܡܫܒܚܝܢ ܠܗ ܕܐܠܗܐ: ܐܒܪܗܡ ܒܫܡ ܒܪ ܒܗܢܡ ܘܡܟܢܝ ܒܪ ܛܘܪ ܥܒܕܝܢ **) ܕܡܪܝ ܓܒܪܝܐܝܠ ܡܢ ܩܫܝܫܐ ܕܝܪܝܐ ܘܫܡܫܐ ܕܒܪ ܥܡܗ ܥܢܘܝܐ ܡܢ ܛܘܪ ܥܒܕܝܢ ܡܢ ܡܠܟܝܙܕܩ ܕܥܒܕܐ ܕܡܪܝܐ ܡܢ ܩܕܝܫܬܐ ܕܝܪܐ: ܒܝܘܡܝ ܡܪܝ ܓܒܪܝܐܝܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ

*) Wagenseil. Sotha p. 1133. Sic est in ingenti Cod. MS. Syriaco, Liturgiam plenissimam continente, quem ab excelso avo, qui solemni et augustissima Caesaris ad Portam Ottomannicam Legatione olim functus erat, ex Oriente allatum, nobis donavit muliebris sexus flos, omnibus animi et corporis decoribus excellentissima ac sine pari heroina Elisabetha, S. R. J. Comitissa De Sinzendorf, cujus nomen ob aeterna in nos merita, quibus fortunae nostrae plurimum debent, sine religione nunquam possumus cogitare, nedum proloqui.

**) Superscriptum est ܫܡܥܘܢ ܦܫܝܛܐ.

ܠܒܢܝ̈ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܦܪܘܩܐ ܠܥܡܡܝܐ ܠܒܢܝ̈ ܡܥܡܘܕܝܬܗ
ܐܦܠܐ ܓܪܣܝܐ ܐܝܟ ܡܠܟܐ ܚܢܢ ܝܕܥܝܢ ܒܪܝܬܐ ܡܪܒܝܬܐ
ܕܐܠܗܘܬܗ ܕܐܒܐ ܕܡܫܪܝܢܐ ܡܥܡܕܢܝܬܐ : ܗܠܟܝܢ ܗܘܘ
ܘܐܬܦܫܩܝ ܘܐܫܬܪܪܝ ܐܝܟ ܠܒܪܬܗ ܘܡܠܬܗ ܘܡܠܬܗ ܘܒܟܠܗ
ܘܫܘܒܚܬܗ ܘܡܫܒܚܢܘܬܗ ܘܥܡ ܡܪܝܐ ܕܢܬܠ ܠܗ
ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐܠܗܘܬܐ ܒܟܠ ܐܦܘܗܝ ܕܟܠ ܒܢܝܢܐ ܘܒܗܢܐ
ܗܢܐ ܘܒܝܘܡܝ ܡܢ ܡܠܟܘܬܗ .... ܘܐܬܚܬܡ ܘܟܬܒ
ܠܗ ܒܝܘܡܐ ܗܢܐ ܕܫܠܡܬ ܐܝܟ ܕܐܬܟܬܒܬ ܘܐܫܬܪܪܬ
ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܐܪܒܥܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܕܝܘܢܝܐ ܘܗܠܟܝܢ
ܒܝܘܡܝ ܐܒܘܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܡܠܝܛܝܢ :
ܕܡܪܝ ܘܡܪܝ ܐܠܝܐ ܠܐ ܚܣܝܢ ܕܝܘܢܝܐ ܘܟܠܗܝܢ ܒ...
ܘܐܚܝܢܘܗܝ ܘܟܠܗܘܢ ܕܡܫܝܚ ܘܪܚܡܘܗܝ : ܘܠܐܠܗܐ ܫܘ
ܒܚܐ ܠܥܠܡܝܢ :: Divisus est totus liber in triginta quinque lectiones (خمسة وثلاثون كراسا); signa distributionis partim arabica sunt partim scripturâ eâ, quae ܟܪܫܘܢܐ (duplicata) dicitur, consignata. Margini adscriptae sunt glossae arabicae partim rituales partim hermeneuticae, admixtis adagiis arabicis, persico uno, argumenti moralis, linguâ vulgari conceptis et imperite scriptis, e. c.

ٱلدُّنْيَا لَاشْ مَنْ حَبَّهَا طَاشْ وَمَنْ تَرَكَهَا عَاشْ

Mundus cadaver est; quisquis eum amat, mente captus est et qui eum deserit, vivit.

كُلِ ٱلْقُوتْ وَٱلْزِمْ ٱلسُّكُوتْ وَٱعْلَمْ أَنَّكَ تَمُوتْ

Comede alimentum, tene silentium et scito, te moriturum.

ٱلدُّنْيَا قَنْطَرَةٌ اعْبُرْهَا وَلَا تَعْمُرْهَا

Mundus pons, transgredere eum et ne domicilium fige in eo.

يَا بُنَيَّ لَا تَكُنْ رَاسًا لِأَنَّ ٱلرَّاسَ كَثِيرُ ٱلْاوجَعْ وَقَرِيبٌ لِلْقَطْعْ

O fili mi, ne sis caput, nam caput doloribus vehementibus afficitur et propinquum est excidio.

CODICES ARMENIACI.

I.

[St. 4. t.]

Mosis Chorenensis Chronicon et Stephani Siunii Historia Orpelensis.

Cod. chartaceus, elegans, tersus atque incolumis, ex bibl. *Andreae Acoluthi*, V. D. M. et Prof. LL. Orient. Vratislaviensis, formâ 4., foll. 369., cujus inscriptionem armenicam hocce modo in latinum sermonem transtulit *Maturinus Veyssière La Croze:* „Mosis Chorenensis, cognomine Grammatici, qui circa quadringentesimum annum Domini floruit et longaevus fuit, usque ad annum circiter quingentesimum septuagesimum, obiitque in profunda senectute in diebus τῆς ἀναρχίας, Historia Armenorum, divisa in quatuor partes, incipiens a divisione linguarum et aedificatione Turris, usque ad annum Domini quingentesimum et septuagesimum, vel circiter, compendiose scripta. Descripta Leopoli Russorum, anno Domini MDCXCVII., absoluta die 27. mensis Maji. — Addita est sub finem Stephani Synensis Episcopi, qui floruit decimo tertio seculo exeunte, Historia Magnae Satrapiae Orpelensium in Armenia Majori, Liber ineditus. Item, Indiculus Principum et Regum Armeniae." Auctor primi operis, quod hoc egregio codice continetur, est Moses ille Chorenensis (nat. c. 370. in pago Chorni provinciae Duroperan, ob. c. 489.), Isaaki et Mesropi, doctorum clarissimorum discipulus, literarum armenicarum lumen atque ornamentum, qui rogatu *Isaaki* principis e gente *Bagratidarum* historias armeniacas tribus libris perscripsit. Horum trium librorum *primus* historiam inchoat ab Haiko, qui populi armeniaci parens fuisse perhibetur, eamque persequitur usque ad dominatûs per dynastiam *Arsacidarum* occupatione. Liber alter, a Wacharshago Partho, primo Armenorum rege ex gente Arsacidarum orsus, desinit in narrando obitu *Tiridatis* (Derdat), qui, lavacro sacro tinctus, religionem christianam in Armeniam introduxit. Tertius denique res Armenorum gravissimas et calamitosissimas describit inde a Chosrô II. usque ad extremos dies Isaaki et Mesropi, catholicorum Armeniae (— 441.). Totum opus expletum illud ac perfectum, concludit epicedion plenum luctus et querelarum de fortuna adversa dynastiae Arsacidarum et de occasu funesto posterorum *Gregorii Illuminatoris.* Princeps hujus operis editio prodiit Amstelaedami 1695. (ed. *Thomas de Wanant*), quae, si literis La Crozii fides habenda est, adeo cum Cod. nostro consentit, ut paene nil variae lectionis inveniatur, quod alicujus sit momenti. Multo emendatior et translatione latina aucta est editio Londinensis *Whistoniorum* (1736.), quam deinceps complures insecutae sunt (Venet. 1752. Constant. 1752. Venet. 1827.), de quibus v. *Carol. Frider. Neumann,* Historia literarum armoniacarum (Lips. 1836.), qui p. 49. s. etiam Codicis nostri mentionem facit. Auctor operis alterius, quod libris tribus Chorenensis quarti loco additum est, *Stephanus* est, archiepiscopus urbis Sünik (fl. c. 700.), linguarum classicarum bene gnarus, qui scripta Dionysii Areopagitae, Gregorii Nysseni et Cyrilli Alexandrini de Graeco convertit (v. Neumann l. l. p. 109 ss.). In fine adjecta est nomenclatio regum principumque Armeniae, auctore Anonymo (f. 362—369.).

II.

[St. fol. 10.]

Cod. chartaceus, integer ac nitidus, ex bibl. *Aug. Pfeifferi*, Doctoris Theol. Lipsiensis, in fol., constans foll. 187., quatuor sancta Evangelia e vulgari Armenorum versione complectens, exaratus, ut ex epigraphe apparet, manu *Jacobi de Gregoriis*, Presbyteri Armenii.

III.

[Sl. 8. 9.]

Cod. in charta politissima scriptus et caeruleis rubrisque initialibus decoratus, e bibl. *Andr. Acoluthi*, in 8. min., foll. 236., quo *Proverbia Salomonis* (f. 1—106, a.), adjectis minoribus aliquot Veteris Testamenti libris, continentur.

CODICES SLAVONICI*) CUM HUNGARICO ET ILLYRICO.

I.

[Sl. fol. 4.]

Cod. membranaceus, vetustus, mutilus et usu plane detritus, obliteratus et obfuscatus, foll. 163, charactere majori slavonico pereleganter scriptus, continens Lectionarium ex actis apostolorum et epistolis apostolicis excerptum in singulos anni dies, quale a Graecis Ἀπόστολος, a Russis Апостолъ vocatur.

II.

[Sl. fol. 5.]

Cod. chartaceus, integer atque incolumis, e bibl. *Wagenseilii*, foll. 298, in fol. minori, continens, uti superior, Ἐκλογάδιον apostolicum (Aprakoss), adjectis insuper Mènologio, Macarismis et Calendario ecclesiastico.

III.

[Sl. 8. 8.]

Cod. chartaceus, e bibl. *Acoluthi*, foll. 173, Breviarium tale, quale Σύνοψις nominatur (Зборникъ).

IV.

[Sl. 8. 7.]

Cod. chartaceus, in charta polita, tersa ac crassa nitide scriptus et plane inviolatus, e bibl. *Acoluthi*, foll. 436, continens Ψαλτήριον et Εὐχολόγιον (Псалтиръ и Молитвословъ), additis Selenodromio, Paschalio et pone Psalterium decem Odis (quas concludit hymnus Zachariae sacerdotis).

V.

[Sl. 8. 6.]

Cod. chartaceus, e bibl. *Wagenseilii*, foll. 261., continens Euchologium in usum privatum destinatum.

VI.

[Sl. 8. 13.]

Cod. chartaceus, e bibl. *Andr. Acoluthi*, in 8. min., foll. 172., *Compendium mènologii*, linguâ slavonica s. russicoecclesiastica conscriptum, fastos sanctorum continens et invocationes eorum, quibus singuli mensium dies dedicati sunt.

VII.

[Sl. 8. 12.]

Cod. chartaceus, in 8., foll. 134, *Hymnarium musicum romaicum*, quod inchoat notarum musicarum liturgicarum (σχήματα, ἦχοι, φθοραί) expositio, addita anthologia exemplorum ex liturgia graeca excerptorum, velut οἱ τὰ χερουβὶμ μυστικῶς εἰκονίζοντες). Nos hunc codicem ad historiam artis musicae pertinentem huc retulimus propterea, quia scriptio neograeca ad slavonicae similitudinem inscitiâ librarii proxime accedit.

VIII.

[Sl. 4. 11.]

Gyöitegetés Magyar énekek és Históriakat versekben írva.

Cod. chartaceus, e bibl. Wagenseil., forma 4. oblonga, seculo XVI. a *Thoma Nagy* Hungaro conscriptus atque initialibus floridis ac phaleratis perbelle variegatus, quo inest cantionum poëmatumque hungaricorum collectio. Haec carmina partim hymni odaeque sunt in usum ecclesiarum Hungariae catholicarum compositae, partim paraeneses, argumenti didactici, partim epopeae sacrae aut nationales, quibus nationis certamina ac calamitates monumentis simplicibus, attamen grandibus consecrantur Juvat, sigillatim referre, quae hoc codice collectoribus cantionum nationalium commendando continentur.

1) Gyöitegetés Magyar danolásokat, Collectio Cantionum communium, quarum unaquaeque initiali pulcherrima fulget (foll. 42), in his cantio de divitiis, de Transsilvaniae periculo (Az Erdély Veszedelmeröl), de matrimonio etc.

2) História az Erdély Orszagnak Nyamorúsagáról és Magyaroknak Báthori Gábor ellen való feltamadásárol, Nótája Gyazban öltezet, h. e., Historia de Transsilvaniae miseria et Hungarorum rebellione contra *Báthori Gábor*, aria veste lugubri amiota, quam excipit „Historia alia de iisdem disturbis" (foll. 11).

3) História az Jerusalem városának veszedelmeról Titus vestól az mint meg Vétetet az Sidoknak nagy romlásokal, h. e. Historia de interitu Hierosolymorum per Titum Judaeorumque pernicie ipsorum peccatis contracta (foll. 15).

4) Eldaul nekünk mit mondot az Isten, h. e. Reputate, quaenam Deus nobis dixerit, poëma didacticum (foll. 5).

5) História az Izák 'Aldozatjáról, h. e. Historia de Isaaci sacrificatione (foll. 3).

6) Jacob Patriarchának fiának Josefnek szep Históriaja, h. e., Josefi, filii Jacobi Patriarchae, historia (foll. 9).

*) In his codicibus russico-ecclesiasticis describendis, cum ipse linguae slavicae veteris ignarus sim, relationi fideique *Esaiae Kokanci* Archimandritae Lipsiensis innixus sum.

7) História Egyptombeliki jöveseröl Israelnek Veresfejek járási, h. e., Historia emigrationis Israelitarum ex Aegypto per mare rubrum (foll. 5).

8) *Samsonis Historia* e libro Judicum desumpta per Retrum Rakoni, in seoles (foll. 5).

9) História az Szent Illiesnek és Achab Kiralnak ideieben let dolgokról, h.e., Historia vita St. Eliae eorumque, quae tempore regis Ahabi evenerunt (foll. 8).

10) História az Holofernes és Judith Aszonyrol, az Eleazar Nótájára, h. e., Historia Holofernis et mulierculae Judit, ad exemplum Eleazari (foll. 7).

11) História az Hesterröl, Historia Esteris (foll. 6).

12) Susanna Históriaja, Historia Susannae (foll. 3).

13) Jonas Prophetának Históriaja, Historia Jonae Prophetae (foll. 3).

IX.

[Sl. 4. 2.]

Lectionarium illyricum.

Cod. chartaceus, a *God. Chr. Goetzio* in itinere italico (1698. 99.) comparatus, foll. 280, epistolas et evangelia complectens *illyrica,* quae in Missali Romano leguntur, charactere *Cyrilliano* (quem *Cyrillus*, monachus Constantinopolitanus, Slavorum apostolus, invenit, sec. IX.), linguâ *Serviana*, vel croatica vel dalmatica vulgari. Passim adhibentur in Dalmatia hujusmodi volumina typis excusa, lingua Dalmatica, charactere vero *latino* aut *glagolitico* (qui ao. 1220 introductus est); quare Cod. noster antiquitatis laudem habet. Mancus est autem; nam ab initio desunt evangelia et epistolae inde ab Adventu usque ad Natalem Domini Diem.

ADDITAMENTA

AUCTORE ZUNZIO, D^R.

Ad Cod. I.

Codex hic a Kennicotto sub n. 600. prolatus in sec. XIII. refertur (quocum et nomen קרשבית et auctoritates in glossis marginalibus nuncupatae consentiunt), ita tamen, ut usque ad seculum extremum sit descendendum, ante quod tempus R. Perezi mentionem fieri nullam constat. Rectius, quam qui praecesserunt — e. c. de Rossi Var. Lect. ad K. 600 — Delitzschius hunc cod. non in Hispania, sed in *Gallia* exaratum asserit. Id quod indidem apparet, unde et codicis aetas; siquidem nonnisi nomina auctoresque gallici adducuntur. Hac ipsa de causa glossator primum R. Menahemum de Joigny, inde R. Mëirum et post hunc demum Codd. hispanicos producit (Var. Lect. t. II. p. 31.). Codicem R. Josefi Tob-Elem (*Bonfils*) commemorat etiam Norzi מנחת שי Deuter. c. X. Glossator et scriba מכיר est fortasse non diversus ab eo, quem laudat פענח רזא (Parasha תולדות). — Ad R. Shemajam quod attinet, cujus additamenta ככר״ש notantur, commentarius ad Pentateuchum ms., quo interdum in libro meo: *Gottesdienstl. Vorträge der Juden* usus sum (v. in eo extremo Catalogum N. 22.), signum offert modo הרכ׳ש (in Parashis ויקרא, חקת, פנחס, ראה, וילך), modo הרב׳ש*) (in Par. קדושים), הדב״ש (in Par. תרומה, תזריע) vel etiam הר״שב (in Par. תזריע) scriptum, quo fortasse idem ille Shemaja tecte innuitur. Data est optio inter hosce sex ejus nominis auctores: 1) *R. Shemaja*, discipulus *Rashii* (Tosaf. Erubin 6, a.; Zunz, vita Rashii p. 332.), commentator tractatus *Middot* (de templo) ac proinde idem, quocum Rashi templum Ezechielis perscrutatus est, uti ipse testatur in ignotissimis literis ad Rabbinos אלצורא (*Auxerre*), quas in Cod. Rashiano Berolinensi legere velis. In his cum eum אחינו שמעיה cognominet, nepos ipsius intelligi nequaquam potest (id quod fingit *Mordechai* in Chullin, Perek כל הבשר). Ceterum responsum clari illius הר״ש ז״ל ad R. Shemajam invenitur apud R. Aharonem Hunel (ארחות חיים f. 74, c.), quod discipuli, non nepotis prae se fert speciem. Certe nullum exstat vestigium literarum id genus Rashii ad nepotes suos, illustres *R. Mëiri* filios, quamquam horum natu maximus, *R. Samuël,* cum Rashio, avo suo, sermonem habuerat. 2) R. Shemaja Parisiensis, v. ספר הישר Rabbenu Tami §. 357. 3) R. Shemaja, pater *Eliae ben-Shemaja*, poetae, cujus Selichot exstant. 4) R. Shemaja ben-Shabthai, fere c. 1160, v. Hagahot Maimoniot ad אישות cap. XXIII. 5) R. Shemaja ben-Elazar, qui in Cod. VI. (v. p. 277) nominatur. 6) R. Shemaja Suessionensis (השושני, Soissons), qui confecit Commentarium ad Machzor (cod. Hamb. h. 17. in פירוש קרובות) et Glossemata ad Pentateuchum (cod. Monac. 5.), atque etiam in Codd. mscr. Rashii commemoratur. Verisimillimum est, vel primum vel ultimum nostro in codice esse intelligendum. Perperam Shemaja appellantur: a) *Shemaja Joanvillensis* (Joinville), in Hag. Maim. ad אישות c. XXIV., b) *Shemaja* ex urbe פלי׳ר, ibid. ad גירושין c. XI. Uterque Simeon erat nominandus; v. de *priore* Hag. Maim. ad מלכים c. IV., פענח רזא Par. מטות et locos ex Tosafot excerptos apud Kore ha-Dorot f. 18, a. supra, de *posteriore* פסקי רקנאטי 159. Attamen Simson hic nominatur in Hag. Maim. Resp. ad קנין Nr. XXIII. et in Cod. VI. hic descripto (v. p. 277. col. 1. med. Nr. 12.), ubi notandum est, eum, quem Tosafot (Erubin 32, a. supra) R. Simsonem מפלידרא*) appellant, apud Asheri ad cap. II. הזקן ר׳ שמשון appellari.**) — Dubium est, an ר״ב כ׳ et מאירי

*) Etiam Abudraham itentidem citat חידושי ר׳בש.

*) Kore ha-Dorot l. l. legit: R. Simeon מפילידרא.

**) Sic pro Shemaja ex פלי׳ר invenitur etiam apud Tosaf. Ketubot 60, b. et Asheri Ketub. c. V. §. 20: R. Simson ὁ πρεσβύτερος; at in Semag, praec. 50: R. Simson Falazensis (Falaise).

pro uno eodemque haberi oporteat. Signo מאירי plerumque indicatur notissimus ille R. Meir ha-Levi ben-Todros Abulafia (רמ״ה) Toletanus. Codex vero prioris illius R. Mëiri (ס'ר״מ) ab hispanicis discernitur (v. Var. Lect. t. II. p. 31.), quare intelligi poterit ille ר' מאיר סופר, qui R. Asheri fuit aequalis (v. hujus Quaesita et Responsa 3, 6. 7.) vel librarius Cod. Ross 16., qui tamen et ipse Codicem quendam allegat, ס'ר' מאיר signatum, eumque inter R. Josefum et R. Gersonem collocat (V. L. t. II. p. 59), unde hunc Mëirum minime Hispanum fuisse consequitur. — Permagni momenti est ad historiam Masorae illustrandam, R. Gersonem (sec. XI.) et R. Menahemum (sec. XII.) suis manibus tabulas masoreticas exaravisse. Ad R. Gersonis autographa provocant jam *Rashi* (ad Sukka 40, a.; in Tosaf. Chullin 54, b.; in שבלי לקט tom. II. ms. §. 75.), *R. Samuël ben-Mëir* v. ראבן f. 145, d.), *Tosafot* (ad Ketubot 80, a. Hagah. Maim. ad תפלין c. I.) et alii, qui omnes tantummodo scripta argumenti talmudici in mentibus habent. Elucet ex hoc codice ejusque similibus, quam omuimoda fuerit eorum virorum doctrina, qui judicum, doctorum, oratorum et commentatorum, poetarum, chazanorum et librariorum munera facultatesque complectebantur. De patria R. Gersonis nondum satis constat. Sine dubitatione *Gallia* est, unde non solum magister ejus (Leontin) et discipuli (Jakob ben-Jakar) oriundi erant, verum etiam prima gloriae ejus praeconia sonuerunt. Eodem intendit locus, quem inter poetas synogogales veteres obtinet. Tum ipse (v. Rashi Jes. 46, 1. et cf. Elia Levita ad Kimchi שרשים v. קרס), tum frater ejus R. Machir (v. Rapoport, Nathan p. 26.) linguam fraucogallicam ad vocabula difficiliora exponenda adhibent. Forsitan ortus est ex *Lotharingia* (לותיר), quamquam id, quod vulgo putatur, eum *Metis* natum esse, nonnisi notae cuidam apud R. Salomonem Luria QER. N. 29. innititur. Eum *Maguntiaci* docuisse, sequi videtur ex locis variis, in quibus cum R. Simeone ben-Isaak componitur, indeque intelligi licet, qui factum sit, ut doctores commentatorum Maguntienses receptiones habeant a R. Isaaco Aurelianensi (*Orleans*, cf. Aruch v. מרכנתא. — R. Menachem ben-Perez (v. Luria l. l. Joviniacensis (Joigny), aequalis Rabbenu *Tami* (Tosaf. Kiddushin 45, b. 52, a. פסקי רקנאטי 236), proinde c. 1160, commemoratur jam tanquam doctor talmudicus (cf. etiam Tosafot Berachot 39, b. 40, a. Erubin 68, a. Joma 6, a. Arachin 17, a. Semag, praec. 41.), interpres pentateuchi (דעת זקנים f. 29.) et apologeta (נצחון ms. in cod. Hamb. h. 80.). Est etiam quidam R. Jomtob Joviniacensis (נצחון ms. l. l.; Tosafot *Jebamot* f. 57, b.; in comm. ad Pentateuchum laudato ms. Parasha בא, מקץ; Mordechai *Moed Katon*), fortasse idem ille *R. Jomtob*, quem Tosafot Pesachim 116, a. plane juxta R. Menahemum Joviniacensem nominant; quare haud dubie iidem sunt R. Menachem et R. Jomtob, quorum codices Cod. de Rossi 185. ao. 1304 exaratus adducit (v. Var. Lect. t. I. p. 59. t. II. p. 31.). Qui Cod. cum plane, sicut noster, phrasi ספר זקן (ib. t. I. p. 92.) utatur pro usitatiori ס'ישן — quam phrasin *Rashi* quoque constanter usurpat (v. ad Pesach. 74, a. Shebuot 36, b. Arach. 12, b.) — : et ipse originis gallicae aetatisque aequalis videtur, non germanicus, uti de Rossi opinatur. Appendicis loco animadverto, etiam Rashium Masoram magnam adhibuisse (v. ad Deut. 33, 23. Jes. 14, 11. Ps. 10, 10. 42, 9. Prov. 13, 23. Job. 31, 7. 32, 3. Dan. 12, 13. — Sabbat f. 55, b.) eamque a Masorâ (מסורת) — nempe margini codicum adscriptâ — distinguere. Cf. Rashium ad 1 Sam. 5, 9. Jes. 3, 24. Ezech. 17, 9. Hos. 8, 4. (ubi vero adducitur ספר המסורת), Ps. 10, 8. 80, 3. 144, 2.

Conjecturae, per ס' הללי non Codicem *Hillelianum*, sed *Hellanum* (ex urbe Hella ortum) intelligi, favet et scriptio הלאלי, הללי, et analoga בבלי (qui Codex juxta הללי commemoratur Var. Lect. t. II. p. 82), אשורי (cf. cod. R. 12.: ex codice, qui allatus est e regione Babylonis et puncta superne habebat regionis Assyriacae; Hagah. Maim. ad ספר תורה c. VII.: codices boni ex Ashur), ירושלמי, דמשקי, לטבריא (Michlol ed. 8. f. 156, b.). Repugnant vero nomina מאירי, סנבוקי, סיני, et id quod asserit Abraham Zacut in Juchasin f. 132. a.

Ad Cod. II.

Plerique librorum hebraicorum — et mscr. et editorum — nostris in bibliothecis asservatorum, quibus Visto adscriptum est, hac notâ censoriâ aetate 1590—1620 signati sunt. Exemplar libri פסקי רקנטי, quod ego possideo, idem Carretto ao. 1618 perlustravit ac mutilavit. Studiosissime munere censoris romanensis functus est Camillo Jaghel, Judaeus baptizatus et *Anconae* constitutus idque non solum annis 1619 et 1620, uti Bartalocci ait (Bibl. rabbin. t. I. p. 26, sed etiam prius*). Mihi haecce ejus censurae innotuerunt, ai. 1611: יוסף לקח (Wolf t. III. p. 109.); שערי תשובה (ib p. 373.); אור עינים ed. Constant. (*αὐτοψ.*). 1613: פרקי אליה (it.), מורה נבוכים ms. (Wolf t. I. p. 859.); תנך ms. (Biscioni catal. in fol. p. 63.); תנך ed. 1526 (v. Befreietes Tentamen p. 141.). 1619: עברונות et שות ראש ed. 1517 (utrumque *αὐτοψ.*). 1619 et 1620: ad minimum sex libri excusi bibliothecae Vaticanae.

Ad Cod. III.

Rabbinorum *Josef* nominatorum et cum ipsorum interpretamentis etc. citatorum nostris in Tosafot sunt *decem*, in דעת זקנים et מנחת יהודה *decem*, in Commentario pentateuch. ms. *novem*, in מנחת רזא *quatuor* — omnes ex Gallia et Germania oriundi. Verisimillimum est, commemoratos נימוקים a Josefo Kara esse profectos.

Ad. Cod. IV.

קוצי non est Cozzo Longobardiae, uti adhuc plerique — in his etiam *Zunz*, Gottesd. Vortr. p. 417. n. *d.* — Bartoloccium secuti putaverunt, sed Coucy (Codiacum) propter Soissons (Augusta Suessionum), unde orti sunt ad minimum quatuor Rabbini gallici hoc cognomento insigniti, hosce dico: R. Jakob מקוצי (Tosaf. Kiddushin 43, b. 67, a.), R. Mose ben-Jakob, auctor libri *Semag*, R. Samuël (Tosaf. l. l. 21, b. סמ״ק ed. Cremon. f. 71, b.), R Simson (Tosaf. Berachot 54, a. Beza 13, a. 20, b. 31, a. infra; Joma 41, a. Kidduschin 10, b. 45, a. 55, b. Chulin 14, b. שערי דורא ed. 1599. f. 36, b.); adde R. Jehudam מקוצי, cujus nepos R. David scripsit מסורת הברית, Opp. 928. Q. N. 4. (foll. tantummodo 4.). Incertum est de ר' שמשון מקוצי*), sicut legunt

*) Cf. Delitzsch, Wissenschaft, Kunst, Judenthum p. 294.

*) In ed. libri *Shalshelet* Rivae de Trento parata, quam in manibus habeo, nomen prorsus deest.

Tosaf. Nedarim 47, b. et *Shalshelet ha-Kabbala* in Mordechai Baba mezia c. 3. (f. 56, b). Praeterea vero mentio fit cujusdam השר מקוצי, idque praeter nostrum Cod. (v. p. 276. l. 1.) etiam Tosaf. Berachot 9, a. 11, a. 14, a. 20, a. 22, b. 47, a. 48, a. Erubin 44, a. 103, b. Beza 31, a. Chullin 24, a. Mëila 9, b. פסקי רקנטי 23. *Azulai* commemorat (Shem ha-Gedolim t. II. f. 76, a. N. 3.) sententiam eorum, qui hoc nomine auctorem Libri magni Praeceptorum intelligendum existiment. Id quod per se ne minimam quidem habet veritatis speciem; insuper *Tosafot* Beza bis (14, b. 43, a.) de hoc diserte dicunt: הרב ר' משה מקוצי. Porro in Asheri Berachot c. 3. §. 23. itemque Abudrahami סדר שחרית (ed. Prag. 784. f. 36, c.) ר' שמשון מקוצי nominatur in re quapiam, quae prorsus ad eandem materiam pertinet, in qua Tosaf. Berachot 22, b. השר מקוצי adducitur. Denique Tosaf. Beza 31, a. locus prolixus Principis (השר) exhibetur, et in fine *Simsoni* (שמשון) attribuitur; id quod jure jam auctorem libri *Kore ha-Dorot* (18, a.) compulit, ut השר (i. e. הר"ש) Rabbi Simsonem appellari arbitraretur.

Ad Cod. V.

R. Moses ex urbe Coucy sermones suos de Praeceptis (מצות) ao. 1235. inchoavit, ao. 1236. in Hispania erat, disputationis cum Nicolao a. 1240. habitae socius, et in opere suo, quod ineunte millenario VI. orsus est (v. praefat.) nullum annum notat recentiorem ao. 1245 (ed. 1547. f. 206, a. praec. 151.), idque ita, ut hanc sectionem ab ipso ante ao. 1252 scriptam esse necesse sit. Insuper opus ejus, ut notum est, ex sermonibus, quos habuit, deinceps coaluit rogatuque auditorum ejus compositum est, atque jamjam in Tosaf. Aboda zara ao. 1255 consignatis commemoratur, (13, a. 31, b. 60, a, b.), ita ut ao. 1250. ejus scriptionem ad finem perductam esse ponere possimus. Quae sententia primum confirmatur eo, quod codices ejus operis duo exstant, unus ao. 1267., alter ao. 1285. exaratus, deinde eo, quod R. Isaak Corbelensis jam ao. 1277. compendium סמ"ק confecerat. Quare id quod in Shalshelet ha-Kabbala (f. 55, a.) refertur, סמ"ג ao. 1282 esse absolutum, falsum est neque annus ullus post 1252 poni potest. — Tempus hujus codicis notatum incidit in diem XIV. Februarii.

Ad Cod. VI.

Bibliotheca Oppenheim. novem exhibet codices, qui סמ"ג continent, tres scripti ao. 1299 (Q. 727.), 1309 (Q. 729.), 1347 (Q. 726.) et praeterea sex (Q. 722. 723. 724. 725. 728. 1481.), quorum unus — secundum catal. ms. — ao. 1383 exaratus est. Bibl. Hamburgensis Publica unum possidet (H. heb. 17.) ao. 1317. scriptum. De quibusdam autorum rabbinicorum XIV deinceps notatorum haec habeto: 1) R. Eliab Kohen certo idem est, qui דעת זקנים f. 17. nominatur. In סמ"ק ms., quod modo commemoravimus, §. 11. nominatur R. Eliab ex גירזינא, et quidam Eliab ben-Matathia ex sec. XIII. comparet in Cod. Rossi 563. Nomen loci utroque in codice depravatum esse censeo. 2) Rabbini איברא*) (Kol bo 50.), usitatius גדולי איברא (ib. 50. 114. סמ"ק ms. 149. Asheri Sukka c. 4. Jos. Kolon QER. 160. Shalshelet f. 57, a.), florebant Eborici (Evreux) c. 1245., aequales auctoris Semagi, unoque tempore cum *R. Isaaco* Vindobonensi, *R. Samuele* Falazensi (Falaise), *R. Abigdor Kohen*, *R. Jesaia Trani* et *Nachmanide*. Ex Eboricensibus hic illic nominantur: R. Isaak (דעת זקנים f. 33. סמ"ק ms. 147. מנהג apud Kol bo 114.), R. Simson (Mordechai Pesachim כל שעה), R. Salomo (in hoc codice), saepissime vero ii, qui multo clariores sunt, Samuel et Mose fratres. R. Samuel ben-Elia Eboricensis, Parisii vel apud Parisium habitans (Shalshelet 52, a.), auditor, ut videtur, R. Isaaci Senonensis (Sens, cf. Asheri Chullin c. 4), aequalis R. Jechiëlis Parisiensis (Kol bo 71) et R. Natanaëlis Chinoniensis (Chinon. Mordechai Chullin c. 7. Kol bo 114. 143. Recanate in פסקי 587) — proinde tempore *posteriori*, quam Juchasin f. 131. a. et Kore ha-Dorot f. 14, b. ponunt, et *priori*, quam in appendice ad Juchasin f. 164 b. refertur — non dubito, quin neque a R. Samuele in Chateau Thierey, qui erat *Jechiëlis* et *Natanaëlis* Chinoniensis aequalis (Luria l. l.) neque a Samuele Arverno hujus codicis (v. p. 277. l. 2) differat. Erat magister R. Jonae (ארחות חיים 29, b.), praeprimis R. Perezi (ib. 115, d. cf. 116, a, ubi Perez „magistros suos Eboricenses" Tosafot Senonensibus opponit; Tosaf. Nazir 59, a.) et saepenumero tanquam doctor legis citatur (v. etiam Tosaf. Beza 14, b. 24, b. Kiddushin 27, b. Nedarim 48, b. 90, b. Asheri Sukka c. 4. סמ"ק f. 74, a. Hag. Maim. ad ברכות c. 11. Kol bo 114.). Frater ejus R. Mose (Tosaf. Beza 21, b. Arachin 6, b. אור זרוע apud Eliam Misrachi QER. N. 82., ubi aequalis *R. Mosis ben-Jomtob* esse perhibetur), qui Eborici habitavisse videtur (cf. Luria l. l. ר' משה באיבריה) scripsit *Tosafot* (Tos. Arachin l. l.), *glossas pentateuchicas* (מנחת יהודה f. 34) et varia argumenti theologici, quorum specimen exstat in ארחות חיים f. 102, d. Kol bo 66., sine dubitatione idem, quod in Cod. XII. N. 5. §. 13. (v. p. 280) inchoat דברים המישרים את האדם et Rabbino Eboricensi attribuitur. Orditur ita: מאירא דברים המביאים את האדם לידי יראת הטא אשר כתב הר"ם ז"ל, et dehinc sequitur: „Homo semper esto admonitus, ne irascatur, siquidem in irato omnia genera poenarum infernalium potentiam suam exercent," etc. Cf. etiam Tosaf. Berachot 46, b. Beza 36, b. Shebuot 5, b. Mordechai Berachot 4. סמ"ק ms. 74. Asheri Baba batra c. 2. init. J. Kolon QER. 170 — 4) Pater R. Eliezeri Metensis erat Samuël (ס' התרומה in Nedarim §. 138). — 6) R. Jechiël ben-Josef est R. Jechiël Parisiens. (N. 10.), et typus libelli repudii secundum hujus institutionem desumtus est ex Semag et consignatus ao. 1256. — 9) Epitheton מקלצין praeter Isaacum hic nominatum gerunt etiam: Josef (Tosaf. Joma 42, a.), Jakob (Mordechai, Halachot minores), Juda (שבלי לקט t. II. ms. §. 47.). In Tosaf. Jebamot 4, b. brevius scribitur: ר"י קלצין. — 11) ביאינא, ut simillimum veri est, Viennam Allobrogum (Vienne) denotat. Hunc R. Tobiam saepius nominat *Mordechai*. — הורן p. 276. nomen *loci* est, fortasse Horrein, Horrhein, et, ut videtur, idem, quod e Cod. Dresd. 442 occurrit, v. p. 275. not.

Ad Cod. XI.

R. Perez ben-Elia Francogallus, fortasse Corbelensis (סמ"ק f. 86, b.), signatus ר"ף, discipulus *R. Jechiëlis* Parisiensis et *R. Samuëlis* Eboricensis, affinis *R. Eliëzeri* Chinoniensis, quocum *R. Salomo Aderet* (QER. ed Leopol. t. II. N. 7.) literarum habebat commercium ejusdem, ut videtur,

*) בפריש' דייבר' in Hagahot Asheri ad Baba mezia c. 6. §. 4. est: בפרישת דאיברא (illustratio doctorum Eboricensium).

qui posthac Lyddae vivus combustus est (כפתור ופרח c. 10. f. 51, b.), floruit, ut notum est, c. 1280, obiitque secundum *Juchasin* (133, a.) ao. 1300. Exciderunt vero in loco laudato libri Juchasin tria vocabula, et pro פרץ בר יחיאל legendum est: פרץ בר אליה תלמיד רבינו יחיאל. Studia et opera ejus orbem literarium rabbinorum gallicorum non excedunt, interpretationem et praxin legis complectentia. Exaravit ipse pentateuchum masoretice (cod. I.), libros סמ״ק et תשבץ (Jos. Kolon QER. 170.) supplementis locupletavit, *Tosafot* scripsit, quae modo hec ipso nomine (Zeda la-Derech praef. Mordechai Baba Kama c. 4. fin. J. Kolon l. l. 70. 98.), modo נמוקים (ad Tr. Baba mezia, Opp. 801. Q. 847 fol., quo in loco חידושי per errorem, ut videtur, excusum est) vel פסקים (Mordechai, Aboda zara c. 2.) nuncupantur, denique Quaesita et Responsa composuit (Kolon l. l. 91.). Ex Tosafot ejus multa etiamnunc ms. supersunt (Shem ha-Gedolim t. II. f. 85, a. N. 12.); secundum R. Bezalel (v. ib. t. I. f. 80, b. N. 3.) ei debentur Tosafot editae ad Aboda zara. At hoc non ita habet; nam a) Mordechai (ad Aboda zara c. 3. cf. cum Tosaf. 43, a. infr.) has Tosafot non appellat תוספות ר״ף, sed שיטת ר״ף h. e. *Tosafot a R. Perez recensitas*, ut huic recensioni opus alterius subesse significetur; b) auctor scripsit eas ao. 1255 (f. 9, b.), qui incidit in aetatem R. Jechiëlis, doctoris Perezi, et auctoris libri *Semag* etc.; c) ne semel quidem mentio fit *R. Samuëlis Eboricensis*, tantummodo semel (66, b.) *R. Jechiëlis*. Attamen prior f. 29, a. reticeri non debebat, cum is ipse sit (v. Tosaf. Nazir 59, a.), ad cujus auctoritatem R. Perez provocat, ut barbam ante speculum tondere licitum esse evincat. Quin potius auctor Tosafot illarum censendus est R. Samuël Falazensis; nam a) quae Mordechai (l. l. versus finem) in nomine hujus Rabbini adducit, verbatim inveniuntur in Piske Tosafot N. 163.; b) hic R. Samuël *Seder* poëticum *R. Josefi Tob-Elem* (ad Sabbatum magnum ante festum azymorum) commentario instruxit (Maharil f. 2.), et diserte ad hunc ipsius commentarium provocant Tosafot, de quibus litigatur, f. 74, b. Huc aptissime quadrat, quod ille ipse jam — primus, ut videtur — Semagum citat (v. supra ad Cod. V.), et scripta R. Judae, h. e. *Sir Leon* s. Judae Parisiensis (20, b.), excerpit (22, a. 55, b. 64, b.). Quandoquidem prior collega ipsius erat Parisii, alter magister Semagi. Quae sub lit. a commemoravimus, prorsus desunt in Tosafot f. 75., ex mutatione, ut videtur, R. Perezi, quacum consentit sententia „doctorum gallicorum“ apud Mordechai l. l. Fortasse etiam verba: ומורי דודי ר״ם מקוצי (54, a) R. Perezo merito tribui possunt, qui proinde fratris sororisve R. Mosis, auctoris l. Semag, erat filius. R. Perez pro excellentissimo nomodidascalorum judaicorum Galliae sequiorum habetur, auctoritate prope perpetuo decisivâ (Jos. Kolon l. l. 52. רוב מנהגינו כמותי בכל דבר), crebroque nominatur in Tosafot, Hagahot Maimoniot, Glossis ad סמ״ק, Asher et Mordechai — qui eum tanquam mortuum, apposito ז״ל, adducunt — semel apud auctorem libri מנחת יהודה (f. 69), qui vixit 1313. R. Shemtob, auctor libri Migdal Oz, qui c. 1325. in Palaestina degit, eum nuncupat מורינו רבי פרץ הזקן ז״ל, respectu, ut videtur, coaetanei sui R. Perezi, Rabbini *Damasceni* (R. Nissim QER. N. 5.) fere 1320 — 1340. Perez quidam pater est *R. Menahemi Joviniacensis* (v. ad cod. I.), alius pater *R. Isaaki ben-Perez*, cujus mentionem faciunt veteres Tosafot (J. Kolon l. l. 187. v. Mordechai, Baba Kama c. 10. Kore ha-Dorot f. 18, b.). Notior tribus iis, quos postremo nominavimus, est R. Perez Kohen ben-Isaak Girondi Caesaraugustae, collega clari illius R. Nissim et magister Ben-Shesheti (v. Nissim, QER. N. 43., Ben-Sheshet QER. 60. 375.), mortuus c. 1380 (Juchasin 133, b.). Concidunt hoc modo errores libri Shalshelet ha-Kabbala (f. 58, a. al. 45, a.) — quem caece sequuntur Shabthai, Wolfius, De Rossi, Catal. Oppenh. 8. p. 123. 354. — unum de auctoribus Tosafot esse Perez ben-Isaak eumque ao. 1241 floruisse.

Nunc convertimus nos ad opus gnosticum מערכת אלהות inscriptum, quod non ingenium studiorum gallicorum aetatis modo designatae prodit, sed monumentis sec. XIV. in Provincia Hispaniaque ortis adnumerandum est. Auctor non solum R. Salomonem Aderet, c. 1308. Barcinone mortuum, profert, sed etiam magistrum suum nominat R. Sheshet, discipulum *Nachmanidis*, item Barcinone docentis. Unde apparet, eum tum aetate tum patria componendum esse cum Shemtob ben-Abraham, Josefo Gecatilia, Josefo ben-Vakar et aliis, qui c. 1300 — 1325 in Hispania doctores Kabbalae philosophicae exstiterunt. *R. Sheshet* igitur ineunte eodem seculo floruit, et huc faciunt a) aetas R. Shesheti in מאירת עינים ms. (Par. ראה) producti, cum hic liber, ut constat, tantummodo discipulos aut discipulos discipulorum Nachmanidis attingat; b) R. Sheshet, quem ut in Arabum terris degentem nominat auctor l. קב ונקי (praef) quemque cum Levi ben-Gerson, Menachem ben-Mëir, Immanuële, qui omnes ineunte sec. XIV. floruerunt, inter Proverbiorum interpretes enumerat. Haud nihil ambigo, quin hic sit ille ipse R. Sheshet ben-Isaak Girondi, cujus comm. in Misle Bibl. Monacensis (cod. hebr. 46 et 59) asservat, cf. Wolf, Bibl. t. IV. p. 992. Sequitur, Nachmanidem — ipsum ex gente Girondiorum et in Palaestina, ubi etiam auctores librorum מאירת עינים, כתר שם טוב et alii ipsum ex Europa illuc secuti vitam transegerunt, mortuum - in numero discipulorum suorum inter 1280—1330 docendo agendoque conspicuorum habuisse unum, *R. Sheshet* nominatum itemque e gente Girondiorum oriundum atque in Palaestina habitantem. Quare id, quod traditum est, *R. Perez Girondi* libri מערכת אלהות auctorem esse, mirifice confirmatur; modo eum cum *Immanuële*, primo editore, et cum *Kore ha-Dorot* (f. 17, b.) a francogallico isto ר״ף probe discernas. *R. Azriël*, quem nominat Cod. quidam Vaticanus, et ipse ad scholam Nachmanidis pertinet. Ceterum non verum est, Codd. duos Oppenh. (Q. 969. 998.) nomen auctoris prae se ferre, in quem errorem De-Rossium (ad Cod. 361.) Catalogus impressus induxit. Bibliotheca Oppenh. habet etiam Commentarium Matitjae („*ben-Salomo*“ Catal. ms.) Delakrat, enumeratum in utroque Catalogo (ed. 1782. Sect. II. f. 3, a. ed. 1826 Q. 1030.) et jam indicatum a Matitjae filio Josefo ad calcem libri שערי אורה.

Ad Cod. XII.

p. 280. lin. 7. י״ז, ut conjectura perspicere licet, est Juda Sabara (זבארה), qui tractatum, מכתב התחיה (Const. 1569) inscriptum, confecit.

N. 3. R. Josef Gecatilia domicilium habebat in urbe *Medinacceli* (*Zunz, Zeitschrift f. d. Wiss. d. Jud.* p. 152) et librum גנת אגוז anno aetatis 26. scripsisse dicitur (*Lilienthal* ad cod. Monac. hebr. 53.).

N. 5. Scriptiuncula Hai Gaonis de resurrectione, quae hoc in cod דרשה inscribitur, alibi ut תשובה ejusdem introducitur, v. cod. Vatican. 181. N. 3. cod. Ross. 327. N. 10. cod. 1138. N. 15., sic incipiens: „De eo autem quod petitis, ut explanem vobis, quomodo futura sit salus ab ejus initio usque ad finem, et mortuorum resurrectio ac coeli novi“ etc. Script. חבוט הקבר typis exscripta est, et separatim et in ראשית חכמה indeque in Jacobi Emdenii בית מדות f. 300 ss. Orditur verbis hisce: שאלו תלמידיו את ר׳ אליעזר (v. כפתור ופרח c. 10. f. 50, b.), eodemque pertinent etiam reculae Isaaci ben-Parnach (*v. Zunz, Gottesdienstl. Vorträge* p. 307.) sub n. 15. notatae, quas cod. quoque Hamburgensis h. 136. f. 46, b. exhibet illico post script. יצירת הולד (n. 20. nostri codicis), ibi sic incipientem: ראשית חכמה יראת ה׳ אשרי אדם שיש בו החכמה. Eadem vero scriptiuncula in l. לקוטי פרדס (f. 4, d.) recepta infit: ר׳ אליעזר אומר האיש מזריע לבן. A quo initio rursus discedit cod. Rossi 1240. N. 7., cujus prima verba haec sunt: א״ר יוחנן מאי דכתיב עשה גדולות עד אין. Etiam Bibl. Oppenh. exemplar ejus script. possidet membranaceum in 8° (catal. ms.).

Ad Cod. XV.

p. 281. Hasagot Dunashi possidet etiam Vaticana (cod. 402), Oppenheim. (Q. 1372 A.) et Florentina (Biscioni cat. in 8. p. 437.).

p 282. lin. 10. Etiam in ס׳ המכריע (Liburni 1779. f. 11.) R. Jesaia Rashium cognomento המורה ornat, eodem modo R. Zidkia in שבלי הלקט 83.

— — 15. Hic Zedekia fortasse est auctor libri Shibole Leket modo nominatus, qui hoc in opere crebro epitheto כהן צדק utitur, veluti de R. Mose [cf. lin. 20.], ib. t. II. ms. §. 21.; R. Abigdor, ib. 45. 48 ss. t. I. N. 31.; R. Shneior, ib. N. 34. [unde et תניא 22, b.]

ib. De ratione Josefi Modoyl ad res Aben Ezrae cf. *Rapoport* in Ephemeridibus Geigerii t. IV. sect. 2.

ib. col. 2. R. Juda ben-Balaam (בלעם) Toletanus, quantum ex loco, quem in Aben Ezrae praef. ad l. מאזנים obtinet, concludere licet, floruit c. 1100. Conscripsit parvos libellos, uti Aben Ezra (ib.) observat. Eo pertinent: 1) טעמי מקרא, de accentibus (cod. Rossi 488.) in Pentateucho, Psalterio, Misle, Jobo, citat. ab Aben Ezra ad Ps. 4., edit. a Mercero. Si verum est, eum hoc in libello citare librum הורית הקורא, plane cogitari nequit (v. de Rossi ad cod. 764. p. 158.), hoc ipso in libro Aben Ezram citari. Latet igitur hac in re alicubi error, de quo videant literarum judaicarum amici Parisii, Oxonii ac Parmae degentes. 2) ספר התגניס s. de synonymis, ex quo opusculo specimen v. in כפתור ופרח c. 58. f. 444, b. 3) ספר הפעלים, citat. in אהל מועד Venet. 1548 f. 11, b. 93, a. 4) Commentarius ad l. Jezira, v. Mekor Chajim, auct. Sarsa, ed. Mantuan. f. 69, b. (מצורע). 5) In opere quodam fortasse a recensitis diverso exstabant interpretamenta ejus grammatici biblica, ad quae respicitur apud *Aben Ezram* Gen. 49, 6. Exod. 5, 19. Zachar. 9, 7., in *Binjamini de Roma* Commentariis ms., in *Michlal Jofi* ad Nahum c. 2 fin., et in hoc codice, crebris locis, quorum collectio perquam laudabilis est.

Tum in graeco tum in hispanico Machsor exstat precatio incipiens בזכרי על משכבי aliaque in Machsor romano incip. ביום עשור קראתיך, utraque auctore בלעם. Porro, Maimonides in אגרת תימן et post eum Abravanel in משמיע ישועה (praef.) quendam *Ben-Balaam* iis adnumerant, qui dogma de Messia futuro ex sacra scriptura demonstrari posse negaverint.

Ad Cod. XIX.

1) חובת הלבבות auctorem habet R. Bechai, qui, ut *Rapoportus* (Vita R. Nathani, n. 40.) evicit et jam *Assemani* (ad Cod. Vatic. 276. p. 245) suspicatus erat, ante vel circa 1100 floruit. Nomen Bechai gerunt: 1) Bechai ben-Josef, *Dajan*, Sec. XI. 2) Bechai quidam, cujus reliquiae nonnullae poeticae conservatae sunt in Machsor quodam Oranensi ms. 3) Bechai ben-Mose, e gente hominum doctorum oriundus, doctor primus Caesaraugustanus, ao. 1232 (Epistoll. Maimonidis). Inde ejusdem gentis esse mihi videntur: 4 et 5) Mose ben-Bechai et Bechai ben-Salomo, quos auctor l. לקוטי דינים ms (Oppenh.) in Catalonia commoratus avos suos nuncupat. 6) Bechai ben-Asher, Dajan Caesaraugustanus, ao. 1291., interpres clarissimus. 7) Bechai, Calatajubae (Calatayud), c. 1380 (v. Ben-Sheshet QER. 331.). Apparet, hoc nomen prope sola in Arragonia quaerendum esse; quare auctorem libri Chobat ha-Lebabot Caesaraugustae natum esse conjectura assequi licet. Quae conjectura eo confirmatur, quod haec urbs sec. XI. sedes Judaeorum perfrequens facta est (ס׳ הקבלה f. 41, a. 43, a.). Ibi domicilia constituerant R. Levi ben-Altaban, Salomo Gabirol et Jona ben-Gannach, quem solum, ut constat, Bechai nominat tanquam grammaticae hebraicae auctorem et custodem. Liber *Chobat ha-Lebabot* ao. 1161 a Juda Tibon eodemque tempore totus a Josefo Kimchi translatus est (v. Praefat. sect. 2. praefixam), id quod pridem in libello nostro „*Etwas über rabbin. Literatur*“ Berolin. 1818. p. 28. retulimus. Cum a Josepho Kimchi, translatore altero, major orationis festivitas ac lepor exspectari possit, versionem, quam codex noster repraesentat, merito Kimchianam esse credideris.

4) p. 284. Tefila Josefi ben-Sheshet ex strophis tristichis constat. Literae secundae versuum strophas inchoantium postremo acrostice efficiunt nomen auctoris; literae vero secundae versuum strophae mediorum, absolutis duobus alphabetis, haec verba repraesentant: אני שנת תתרסח בלארדה, unde liquet, poëtam ao. 1308. Ilerdae (Lerida) opus suum absolvisse, et loco et tempore proximum Jedajae Penini, qui opusculum consimile condidit. Codex hic notatus (in forma min. exarat. ao. 1450) nunc Berolini est; sed non minus rara, quam codd. ms., est editio hujus poëmatis *Constantinopoli* (non Sabionettae, v. de Rossi Annal. Sabion. p. 19 ss.), ut videtur, c. 1566 excusa. Hunc impressionis locum nominat Catal Opp. ms., at Catal. 1826. p. 564. Sabionettam substituit.

6) p. 285. Sec. dispositionem primitivam in tractatu Sanhedrin חלק decimum, הנחנקין undecimum (et ultimum) caput est. Hoc capite explicit tractatus; deinceps incipit continuatio h. e. tractatus Makkot, scil. in verbis עדים זוממים. Rashi testatur (Makkot f. 2, a.), finem capitis הנחנקין tractatus Sanhedrin esse clausulam. Hic igitur ordo servatus est in edd. Mishnae, in Gemara Hierosolymitana, apud Maimonidem et R. Asher. At cum caput חלק totum

hagadicum esset ideoque a legis studiosis praetermitti soleret nullisque Tosafot exponeretur, paullatim in Talmude babylonico ad calcem tractatus rejectum est, eoque loco capitis *undecimi* jam a R. Levi ben-Gerson (Comment. ad Pent. praef.) collocatur.

Ad Cod. XXI.

2) p. 287. Supercommentarios in Bechai continet Bibl. Oppenh.: a) באורים, auct. Manoach Hendel (Q. 259). b) באורים, auct. Rabbenu Samuel in 4. (Catal. ms). c) פירוש, kabbal. (Q. 1033), autographum Eliëzeri Perl ben-Abraham Asch Pragensis, script. ao. 1616, cujus reliqua autographa argumenti kabbal. in eadem bibl. asservantur (Catal. ms.).

8) p. 288. Opusculum de Festo Sortium, quod ego Kalonymo ben-Mëir attribui, profecto ejus est, nam argumenta critica hic col. 2. supra l. 7—19. prolata mea sunt. Tantummodo in titulo libelli — qui, cum Analecta elaborarem, praesto mihi non erat — erravi, eo quod inscriptionem toti libro praefixam ad Kalonymi quoque opusculum speciatim transtuli. Suum cuique.

pag. 289. N. 9. sign. b) פטירת אהרן primum jam Constant. 1516. excusum est.

d) כנדאבאר legitur in ed. Const. (1516), כנדבר in Cod. Paris. (Silv. de Sacy, Notices et Extraits t. IX. p. 417 ss.), ubi nomina septem sapientum sic sonant: כנדבר, איפוקרט (ed. Ven. יופקוט), אפולין (ed. אפולון, Apollonius), אמוין (ed. לוקני, Lucianus?), איסטלוס (ed. אריסטוטלוס), עינר, בינר.

N. 10. cf. Additam. ad Cod. XII. N. 5.

N. 11. Etiam apud Chasdai Krescas אור ה' (Ferrarae 1556) 3, 2, 1 fin. hic liber nominatur שערי צדק.

N. 12. Charuzim Hai Gaonis in Cod. Ross. 1278., cum, teste de Rossi, editi sint, a מוסר השכל differe non possunt.

N. 13. Libelli 11. 12. 13. (cod. f. 290—361) eodem ordine editi sunt Fani c. 1505. 4.

Ad Cod. XXIII.

Pleraque ex *Piutim* hoc cod. comprehensorum, in his etiam aramaicum אתניה, excusa sunt. Carmen את השם (Cod. 157 a.) sabbato dierum intermediorum solemnium Sukot destinatum et a notissimo illo R. Meir ben-Isaak ש"ץ profectum est. — Commentarius ad Nehemiam ab excuso Rashii non differt. — Nomen scribae est Asher ben-Kalonymos.

Ad Cod. XXV.

Cantilena יד ושם composita est a R. Jacobo ben-Mëir s. Rabbenu Tam, nepote Rashii, et pro הטייר ישר legendum est aut הטרוויש (Trecensis) aut התייר הגדול מעיר טרוייש, quemadmodum de R. Salomone ait auctor l. צידה לדרך (a. 1374) in praefatione. — Vocabula intellectu subdifficilia כליא פיוהי legi oportet כליא פרוחי, quo glossemate Tr. Sabb. f. 57, b. ornamentum capitis, איסטמא h. e. στέμμα nominatum, explicatur (v. Rashi ad h. l.). Est igitur sertum sive, ut hac in epigraphe vertitur, צרקלא h. e. *Cercle*. Sermo est de corona sponsae nuptiali.

Ad Cod. XXVI.

Arabis Alghazalii ad minimum haec opera hebraice erant conversa: 1) ס' האורות האלהיות, v. Noblot Chokma f. 29, b. Abravanel ad Exod. fin. 2) אלקסטס' citat. in הגיון ן' רשד f. 67, a. 3) הבדל בין הישמעאלי ואלזנדק ib. 4) השגחה האלהית הפלת הפילוסופים 5), v. Bartolocci t. I. p. 3. 6) חכמת האלהות, Abravanel in עטרת זקנים f. 39, a. 7) חכמת הכוכבים, cf. Cod. Monac. 35. N. 11. 8) יחוד האלהית, Cod. Vatic. 209. 9) כוונות הפילוסופים, cujus singulae partes citantur, velut האלהיות (v. ex. c. Abravaneli מפעלות 42, b. שמים חדשים 30, a.) et טבעיות (id. in Comm. Genes. f. 87, a.). Commentarium in hoc opus, auctore Elia Mizrachi, laudat Almosnino in מאמץ כח f. 138, b. 10) מאזני צדק s. מדות. Per errorem in locis plurimis l. נוה שלום Alghazali auctor etiam l. מאזני העיונים esse jactatur. 11) מאמר בחמר ההקש, v. Biscioni Cat. in fol. p. 18. 12) מבחן החכמה, v. supra Cod. XIX. N. 6. 13) מהנפש, Biscioni l. l. p. 19. N. 23. 14) מחשבות s. פרחי האלהות, v. *Zunz*, Analecta N. 4. p. 329. 15) שמות האל העצומים, liber ab ipso auctore inscriptus: שרח אסמיה אללה אלחסני, qui ab *Abrahamo ibn-Megas* valde laudatur, v. hujus כבוד אלהים (Const. 1585) f. 114, a. 16) תועלת ההגיון, Bartol. l. l. Probabile est tamen harum inscriptionum alias uni operi, alias variis ejusdem operis partibus convenire. — De Jehuda ben-Salomo Natan v. mea Analecta N. 7. (*Geiger, Zeitschrift* t. IV. p. 202 ss.).

ad p. 292. N. 4. Liber Pardes Rimonim (Sabionettae 1554) compositus est a Shemtob Sprot, uti verissime adnotat Wolfius. Auctor saepiuscule hoc in libro producit polemicum suum Eben Bochan. Nota Rodriguezi de Castro (Biblioteca española p. 231), qui libri illius exemplar ao. 1267 consignatum in Escuriali exstare tradit, De-Rossium (ad cod. 347. et Diz. stor. t. II. p. 124) adduxit, ut hoc ipsum *Pardes Rimonim*, quod eum perlegisse vix crediderim, Shemtobio Dertosano attribueret.

Dictio עצם פנימי פשוט invenitur jam in ערוגת הבשם ms. Mosis ben-Ezra.

Ad Cod. XXVIII.

Liber באר הגולה nihil aliud est nisi epitome, passim, ut videtur, nonnisi apographum operis celeberrimi Shilte ha-Gibborim, auctore R. Abrahamo Porta Leone Mantuano (De Rossi Diz. stor. t. II. p. 96—98.). Cave igitur, ne hujus cod. l. I. c. 19. et 20. (de altercationibus inter sacerdotes etc., de synedrio ejusque jurisdictione etc.) pro archaeologicis habeas, cum innitantur merae fictioni *Portae Leonis* (Shilte capp. 18—22.), qui se ea commentum esse libere profitetur, addens, neminem ante ipsum conditionem istam Levitarum etc. hoc modo tractavisse (c. 21 fin. c. 22 fin.). C. 27. (de gemmis) congruit cum Shilte c. 46. et 49.; l. II. c. 3. (de suffitu, herbis etc.) cum capp. ejusdem operis 78—87. Omnes illae doctae operum exterorum prolationes, quae in Beër ha-Gola cumulantur, ex opere majori desumtae sunt, ubi Kol bo (de vino קפריסין) c. 86. f. 91, d. citatur. Collationi prototypi operis cum ectypo inserviat locus codicis ille, in quo Garciae ס' הסמים adducitur:

באר הגולה l. II. c. 3. f. 179, a.

השבולת נרד הנא בתורה הוא צומח בהינדי והצומח שם נהר הוא יותר טוב מאשר צומח בבקעה לרוב לחותו ישול ממנו קצת הריח וגארציאה דאליאורטו בספר הסמים כי הנורד הנא בהדו ונקרא שם הנורד קאוואארא והוא צומח גם כן במדינת קיטור וביתר מקומות ואין בנרד מינים שונים והוא צומח בהר שצדו אחד ישקיף נגד המזרח ומצדו האחד נגד המערב אשר לצומתו הוא הסיריאה והנה שבולת הנרד הוא השורש שעושה הנרד שמשתמשים בו בני אדם כדעת גאליינו בספר התרופות המעולות.

שלטי הגבורים c. 83. f. 88, d.

אחרי הקציעה הוא השבלת נרד...... דעו בני כי הנרד כאשר כתב דיאוסקורידי בספר הראשון שלו פרק שני הוא של שני מינים היינו ההינדי וגם הסוריאני לא מפני שאחד צומח בסוריאה והאחד בהדו אלא מפני שההר אשר בו צמח הנרד מצדו האחד הוא פונה לצד הדו ומצדו האחד הוא פונה לצד סוריאה.

7 versus ulterius: ומרוב לחות המקום ההוא אינו טוב והצומח על ההר שם הוא יותר מבושם.

14 versus deinceps: והנה גארציאה דאל אורטו בספר הסמים המבושמים שלו כתב כי הנרד בהדו נקרא קאוואוארא וצומח במדינות מנדין וקיטור ובמלכות דילי ובונגאלה הקרובים לדיקאן אבל הנהר גאנגי שנקרא בלשון הנדי גאנגא׳ ואמר כי אין מהנרד מינים שונים...... ושהוא צומח בהר אחד שמצדו האחד ישקיף נגד המזרח ומצדו האחד נגד המערב אשר לצומתו היא הסיריאה.

10 versus deinceps: אך נקרא שבולת השורש שעושה הנרד הדומה לשבולת בצורתו והוא השבולת נרד שמשתמשים בו בני אדם........ כאשר כתב גאלינו בספר התרופות המעולות שלו.

Intelligitur ex hoc specimine, epitomatorem tantummodo quintam fere partem capitum Shilte archaeologicorum in rem suam convertisse, positis plerumque inventis, omissa inquisitione, et gloriam ejus operis Portae Leoni deberi. Extrema Codicis vocabula inveniuntur, usque ad septem vocc., in quibus desinit, in Shilte c 73. f. 74, d. lin. 16 et 17. Solum argumentum libri I. c. 25. (de exilio, Messia etc.) novum videtur; at verisimile est, ne haec quidem ex compilatoris ingenio esse profecta, sed ex *Nizachon*, *Meor Enajim* et ejusmodi libris esse decerpta. Ille גארציאה, qui in Shilte f. 88, c, d. 89, b, c, d. pluries nominatur, est Garcias del Orto, auctor l. Coloquios dos simples o droguas da India, excus. Goae 1563. 4., convers. latine in C. Clusii Exoticorum libris X, Antverpiae 1605 fol. — Scribam cod. באר הגולה c 1630 vixisse, non est quod dubitemus; nomen vero ejus definire non audeo, nisi forte a valore numerico vocc. באר הגולה (= 252) ad nomen בנימין זאב הכהן, quod tantundem valet, sit divinatione quadam concludendum.

Ad Cod. XXX.

1) R. Isaak Albus, auditor Rabbenu Tami — mortui ao. 1171 — (Sal. Luria QER. 29. Tosaf. Jebamoth f. 5, b. et 71, b.), etiam aequalis Samuëlis ben-Nitronai (Hagahoth Asheri Chullin c. 3. §. 17.), floruit proinde 1170—1180, id quod plane cum notatione aetatis Petachiae congruit. In hujus itinerario Jehuda Pius (Exercit. Wagens. p. 173.) nonnisi relatoris, neutiquam praeceptoris Petachiae personam gerit, neque ego scio, ubi Wagenseilius (ib. p. 162.) legerit, ejusdem praeceptorem fuisse Isaacum Album, fratrem Petachiae. Hic Isaacus Kabbalistam agit in Jalkut Rëubeni f. 60, c.

4) Testis tertius, qui Maimonidis epistolam de astrologia ad Montepessulanos datam esse perhibet, est Cod. Rossi 327. N. 6., scr. ao. 1289. Auctore Abravanele (עטרת זקנים f. 39, a.), Maimonides epistolam ejusdem argumenti incipientem מי זאת הנשקפה כמו שחר ad Montepessulanos direxit.

5) Forsitan auctor hujus comm. in Canticum Canticorum est Mose Tibbon; cf. mea Analecta N. 6. p. 194.

6) Allegorumena de Candelabro sancto inveniuntur apud Elazarum Vormatiensem (יראת אל ms. Opp. 891. F.), Bechai, Mose de Leon, Levi ben-Gerson, Sarsa et al. Opusculum hoc codice exhibitum, Sohare recentius, sec. XV. aetatem vix excedit.

8) Michaël ben-Shabthai Kohen, cognomentatus Balbo, si non origine, certe domicilio Cretensis, vixit ao. 1448 (cod. Vatic. 105. N. 11.); filius ejus est fortasse Shabthai Kohen ben-Michaël, cujus aetas incidit in a. 1489 (cod Vatic. 229. 257). Ibidem, in Candia insula, erat ao. 1451 Michaël ben-Elia Kohen (cod. Vat. 344. 345.). Unum ex his duobus auctorem esse arbitror disputationis cum Mose Kohen de *Metempsychosi* (cod Vat. 254. N. 1.), commentarii in Physica Averrois (Wolf. t I. p. 759.) et libri שערי רחמים, qui hoc in cod. occurrit. Ceterum non confundendi sunt cum his: a) *Mikaël Kohen*, multo ille recentior, auctor l. Moreh Zedek (Thessalon. 1655) et l. עוגה קטנה (Shem ha-Gedolim t. II. f. 11, a. N. 76.); b) *Mikaël ben-Mose Kohen* (apud Wolf. t. III. p. 681.).

p. 296. N. 13. Auctor l. Shaare-Zedek quisnam est? Prodeant atque audiantur testes. Cod. Monac. 57. N. 2. continet Shaare-Zedek in §§. 327 de *Sefirot* distributum, auct. Josefo Gecatilia ben-Abraham. Nomen idem exhibet Cod. Biscioni p. 66., cognomento sic scripto: גיניקטילא. In l. ס׳ הנקוד (in Collect. ארזי לבנון Venet. 1601. 4. N. 3.), quem Josefus Gecatilia scripsit, *Shaare-Zedek* tanquam ab illo ipso compositus adducitur. *Masius* (ad Josuam) libros *Shaare-Orah* et *Shaare-Zedek* uni eidemque auctori attribuit, et cum priorem illum a Gecatilia elaboratum esse nemo dubitet, Nyctelo ejus (גיקטילא pro ניקטילא) a Gecatilia non differre censendus est. Ac revera, cum *Shaare-Zedek* incipiat: שאלת ממני ידיד נפשי להאיר ..... בענין עשר ספירות ..... להפיק משאלותיך והאלהים ירצך, initium libri *Shaare-Orah* consimillimum hoc est: שאלת ממני ידיד נפשי להאיר ...... בענין שמותיו ... להפיק בהם רצונך וכו׳, miraque praeterea in his duobus operibus orationis disciplinaeque consensio. Neque Azulai (Shem ha-Gedolim t. II. f. 84, a. N. 110.) quidquam aliud scire videtur, nisi hoc, Shaare-Zedek ms. de Sefiris a Josefo ben-Abraham Gecatilia esse profectum. Si quis regesserit, Gecatiliae librum ab hoc nostro eoque, qui inscriptione eadem editus est, diversum esse, monitus esto, Gecatiliam sine omni controversia auctorem esse libri cujusdam de *Sefiris*, Shaar ha-Shamajim

inscriptum (Cod. Rossi 1235. Cod. Biscioni p. 129. Shalshelet f. 63, b. Buxtorfii Biblioth. et Shabthai s. v.), qui et ipse infit: שאלת ממני ידיד נפשי להדריכך בארח מישור בבנין עשר ספירות (Rossi l. l.) itemque verbis ברחמיו וחסדיו (Biscioni l. l.), plane sicut editum istuc Shaare-Zedek, concluditur. Quare ego haec duo opera, inscriptionibus duntaxat discrepantia, pro eodem habeo, hoc bene perpendendum ratus, Gecatiliam duas istas inscriptionum formulas conjungere in Introductione ad Comment. suum in Hagadam: ... והנני מסדר שערי צדק וזה שער השמים, et easdem esse dicere in Shaare-Zedek f. 3, b. 4, a. Forsitan ipse Gecatilia, qui lucubrationes suas שער nuncupare consuevisset, in recensione secunda titulum libri variavit, aut, id quod in Kabbalistis persaepe usuvenit, discipuli ejus suo id arbitratu fecerunt. Cum igitur Josefus quidam Karnitol apud Reuchlinum de Cabbala (l. l. p. 742. 748., ed Basil.) et in ed. Riva (hinc etiam apud Manassen b. Israel, Conciliator p. 103) l. Shaare-Zedek auctor esse perhibeatur, nmm. קרניטיל vel גריבציל haud secus depravata sunt, ac גיניקיל et ג׳יקטילא; neque hoc opus ao. 1429. absolutum esse potest, cum Gecatilia toto seculo ante vixerit. Eum non scripsisse aliud nisi hoc, repugnat et clausulae: אם תזכה עדיין תשמע ממני בעזרת השם יתברך, et citationi ejus ab ipso factae in l. סוד המרכבה (Cod. Rossi 1230), cujus auctor itidem Josef Karnitol nominatur neque a Gecatilia est diversus. Is commentarium Merkabae scripsit (Shalshelet l. l.), cujus sine dubitatione pars est editum illud סוד החשמל (in laudato ארזי לבנון). A Shaare-Zedek, de quo sermo est, non differt illud, quod excerpsit Ziuni et possedit Del Medigo, atque illud, cujus excerpta in Jalkut Rubeni leguntur. Profecto Shaare-Zedek pressum est gravis inclementiâ fati. Opus ejusdem tituli, scriptum a Isaaco ben-Samuel Kabbalista (ut verisimile est, auctore l. מאירת עינים), item de *Sefiris*, asservat Bibl. Oppenh. (Catal. ms.). In titulo excusi Shaare-Zedek auctor gerit cognomentum ן׳ דית, quare eodem modo cognomentatur apud Shalshelet (l. l.). Sane דית nomen est gentis hispanicae. C. 1200 Toleti erat Josef ben-Salomo דית (המנהיג praef.); Salomo ben-Abraham דית ibn-Dawud transtulit Averrois מכלל הרפואות (Catal. Opp. ms.; in Cat. excuso 1134 F. pars dimidia nominis altera omissa est); Mose ben-Natan דית Narbonensis vixit c. 1323 (Wolf. t. III. p. 803.), Chajim ben-Salomo דית ao. 1387 Perpiniani (Ben-Sheshet QER. 266). At cum Gecatiliam auctorem excusi Shaare-Zedek esse merito agnoscamus, etiam illud דית mira ista nominum confusione ad nomen Gecatiliae accessit, et N. 856. in Wolfii Bibl. Hebraea obelo eximendus est. Certe enim Karnitol et Ben-Dit inter auctores Kabbalae deditos plane ignoti sunt.

Opera Josefi Gecatiliae proinde sunt haecce: 1) Comment. in Canticum Cant., citatus in גנת אגוז ed. 1615. f. 15, c. 58, c.; 2) גנת אגוז; 3) שערי צדק sive שער השמים; 4) שערי אורה; 5) שער משלים (de Rossi Diz. t. I. p. 125); 6) דרשות, uti ex prologo, indice et epilogo l. הנפש החכמה ed. 1608 apparet, ubi contra editoris consilium, quod primum ceperat, hae Derashae omissae sunt; verisimile est, סוד ציצית in Catal. Opp. ms., uti et סוד שבת etc. in Cod. Rossi 1221. N. 14. inde esse desumta; 7) ס׳ הנקוד; 8) פירוש מרכבה sive סוד המרכבה, quo referri oportet etiam סוד החשמל; 9) השגות, animadversiones in *More Nebuchim*, Opp. 1026. Q.; 10) Comment. in Hagadam paschalem, citatus ab Abravanele in Genes f. 47. a., qui et separatim editus est, et receptus in הנפש החכמה et in תמרת ימים t. III. (Liburni 1764) f. 33. seqq.; 11) אגרת, v. Wolf. t. III. p. 31. N. 72. s.; 12) תשובות, v. Cod. Rossi 1228., Karo in *Bet-Josef* ad Orach Chajim N. 25. 56. 426. 13) אוצר הכבוד, ms. Heimann. de praeceptis legalibus.

N. 17. Salomo Luria (QER. N. 98.) scribit: קבלתי מתמי הגדול ר׳ קלונימוס ז״ל. Hinc illud ממהר״ק poterit abbreviatum esse ex מ״מורי ה״מי ר״בי ק״לונימוס, ita ut hic formulam habeamus eandem, quam illic deprehendimus.

p. 297. N. 18. משרת משה in Catall. Oppenh. non invenitur 20. Haec aenigmata deprompta sunt, ut videtur, ex *Targume altero* ad Megillam (Esther), quod, totum hebraice conversum, Mordechai Ventura edidit.

Ad Cod. XXXI.

N. 2. Jehuda ben-Barsillai ha-Nasi, cognomentatus אלברגלוני sive הברצלוני, atavus gentis catalonicae Shëaltiël (Simeon Duran QER. t. I. N. 15.), vivebat in Provincia Gallica (Shaare Zijon apud Shalshelet f. 54, b.), erat magister Abrahami אב״ד ben-Isaak (חדושי הרשב״ץ Liburni 1744. f. 13, b.), habitantis in Monte Pessulano et Narbone (v. mea Analecta N. 2. p 307.), aequalis avo R. Abrahami ben-David (ראב״ד, v. תמים דעים N. 12.), ac floruit proinde c. 1130., eadem aetate, qua Mose ben-Ezra, id quod confirmat quodammodo Juchasin f. 130, b., qui eum inter hunc et Abrahamum אב״ד collocat. Auctor libri עטור (f. 14, a. 16, d. 17, c. ss. 80, b.), quem Massiliae docuisse constat, eum simpliciter nominat הרב המחבר (item apud המנהיג in גט §. 151.). Neque tamen confundendus est cum R. Isaaco ben-Ruben) אלברגלוני, qui ejus aetatem praecessit cujusque חבור saepenumero vocitatur. R Jehuda vero scripsit: 1) ספר העתים de ritualibus et praeceptis circa festorum solemnia (v. תמים דעים N. 104., Tosafot Berachot f. 17, b. Jerucham אדם וחוה f. 8. 191. מגיד משנה ad שבת c. 3. 17. citat. saepius in מאיר et ארחות חיים); 2) יחוס שאר בשר, de jure matrimonii (Simeon Duran l. l); 3) תקון שטרות (v. ib. N. 153., ubi per errorem ריב״ז exscriptum est), de scriptione contractuum et simil., uti recte adnotat Wolfius (t. I. p. 421), testimonio Shabthai adstipulatus, quem Ungerus, a Bartoloccio seductus, per injuriam erroris arguit; 4) חבור de dissidiis Gaonum (Shalshelet f. 40, b.), ut videtur, super jure obligationum; 5) פירוש ופסק de Talmude universo (Shem ha-Gedolim t. II. f. 34, a.), liber a praecedente fortasse non diversus; nam et illud, teste Gedalia, et hoc, teste Azulai, magnum opus esse dicitur. 6) Comment. in l. *Jezirah* (sec. Wolf. t. III. p. 306.). Opera juridica itentidem citantur in *Tur Choshen ha-Mishpat*, etiam a *R. Nissim* (פירוש נדרים f. 22, b. חדושי בבא מציעא f. 75, b. ad *Alfasi* Rosh ha-Shana f. 216, a. Pesachim f. 148, b. etc.) et ab aliis.

Ad Cod. XXXIII.

1) Etiam hae epistolae complura fortasse continent, quae aliquid certe faciunt ad historiam literarum judaicarum illustrandam. Bela Perlhefter, cujus nomen ex hac collectione saepius occurrit, filia erat Jacobi, uxor Beerii Eybeschütz, cognom. etiam Perlhefter, judicis primum inter Judaeos Hamburgenses, deinde inter Pragenses, qu judaico-germanicum באר שבע ms. de paradiso et geënna ab

ipso compositum huic *Belae* inscripsit (Wolf. t. 3. p. 640. Opp. 956. F. Catal. Opp. ms.). Ad suum מעשה חשן וקטרת (Prag. 1686.), in quo itentidem laudat Dioscoridem, Plinium, Albertum auctoresque horum similes, ex fonte *Shilte ha-Giborim*, hac in re auctoris l. באר הגולה (v. supra ad Cod. XXVIII.) simillimus, hausisse videtur.

Ad Cod. XXXV.

A) Non minorem utilitatem haec 189 epitaphia praebere poterunt. Samuel Chagis (Sienae) auctor est, ut videtur, libri מבקש ה' (Venet. 1596) et corrector l. תפארת ישראל, auct. *Salomone Duran.* — De anno, quo mortuus sit Nathan Spira (ben-Ruben), Aboab (v. Wolf. t. 3. p. 855.) refert: „circa annum 1667", quum in epitaphio legatur 1662, cum discrimine quinque annorum. Causa ejusmodi differentiarum est istuc 'ה millenariorum, quod multa jam magnaque menda perversitatesque peperit.

Ad Cod. XXXVII.

B) Aetas R. Isaaci Durensis, instituta hacce investigatione, invenitur. Et R. Jakob Levi (מהרי״ל, QER. N. 71.) et R. Jakob Weil (QER. N. 133.) testantur, R. Süsslein, auctorem l. אגודה — quem prior ille (l. l. N. 59.) nominatim adducit — ante persecutiones (inde ab ao. 1348.) vixisse. Qui cum eandem cum hoc patriam habuerint, ambo, *Maharil* potissimum, testes certi censendi sunt. Porro Cod. ante a. 1427. exaratus (Hamb. hebr. 37.) inter alia carmina synagogalia mediae aetatis unum quoque R. Süssleinii continet. Consentit Kolon QER. N. 182., unde l. אגודה Ordinibus, qui סדרים appellantur, non multo recentiorem esse apparet. Si igitur aetatem ejus in tempora a. 1340. praecedentia incidisse ponimus, consentaneum est, eum Mordechaeo usum esse (v. אגודה in שבת §. 55., חדושי אגודה f. 79.) poteritque magister ejus, Isaak Levi (חדושי f. 78), esse ר״י Levi ille Erfurtensis, qui R. Mëir Rothenburgensem aetate antecessit (Maharil QER. N. 203.). Nunc cum R. Isaak Durensis generatione una antiquior sit, quam R. Suesslein (ib. N. 134.), qui et ipse illius שערי דורא in compendium redegit (Catal. Opp. ms.), ille videtur hujus praeceptor fuisse, florens primis sec. XIV. decenniis. Et quemadmodum aetate *Maharili* primum libri אגודה auctoritas invaluit, sic שערי דורא primum nominantur ab auctore Hagahot Mordechai (ad Chullin, ed. Riva f. 189, a. b.) unâ generatione antiquiori, qui semetipsum ואני שמואל הקטן nominat (ad Gittin init.), h. e., R. Samuële Schlettstadt (Maharil QER. N. 144. Minhagim f. 52.), qui opus suum ao. 1376. ad finem perduxit (Cod. Rossi 397. ubi „de Salistas" scriptum est) et cujus disciputi ao. 1393. florebant (ms. Opp. 612 Q). Immerito igitur Shalshelet (f. 61, a) Durensem — qui nonnisi doctores legis sec. XIII. florentes novit — post אגודה collocat. Praeter 1) שערי דורא (abbrev. ex ש ע ר י איסור והיתר לר' יצחק מדורא) scripsit Durensis: 2) הלכות ערובין (Cod. Rossi 1034.); 3) דיני נדה sive הלכות נדה, quas in Cod. ai. 1466. inveni, ordientes אשה ששמשה et ex §§. 45 constantes. De Rossi ad Cod 392. eas nondum typis exscriptas opinatur; at inveniuntur ad calcem libri תורת החטאת Cracov. 1570 4. f. 85 sqq. Codd. Rossiani 577. (scr. ao. 1338.) et 858. (scr. 1350.) confirmant id, quod de aetate Durensis confecimus; attamen Codd. 1033. et 1034. tantummodo sec. XIV. exarati esse possunt, non tempore antiquiore, utpote quo Durensis nondum floruit.

Ad Cod. XXXVIII.

Saul Merari literarum commercium habuit ao. 1653 cum R. Samuële Aboab (דבר שמואל N. 71.) idemque ao. 1664 Rabbi erat Veronae (Approbat. ad פרקי שירה Venet. ejusdem anni). Is ipse transscripsit 1695 et 1696 scripta hoc volumine comprehensa (cf. Wolf. t. II. p. 1294. t. IV. p. 484 s.) atque vendidit Veronae die XII. Maji 1701 *Bourgueto* — qui ipse Ungero libros donavit, v. Wolf. t. II. p. 1281. — Codicem hebr. 97. nunc Hamburgensem. Certo cognati ejus sunt Rabbi Venetus Mose Menachem Merari (ao. 1696, v. Wolf. t. III. p. 795.; ao. 1733, v. כרם חמד t. II. p. 65.; ao. 1750, v. פחד יצחק t. I. et Talmud. babylon. ed Amst. 1752. inter approbationes) et Mose ben-Rafaël Chai Merari (ibid. 1743, v. מפתחות הזהר Venet. 1744). — Quidam Nathan ben-Merari vixit ao. 1450 Anconae (Biscioni in fol. p. 165).

Ad Cod. XXXIX.

p. 307. Ex Cod. Monac. 78. apparet, R. Serachjam librum quoque Jobi explicuisse commentariumque suum in Proverbia (quem cod. quoque Sussex. 12. ai. 1440. asservat) etiam Romae conscripsisse, quibus supplenda sunt ea, quae in Analectis N. 6. p. 190 s. de hoc auctore exhibuimus. Translatio vero Alghazalii (cod. Rossi 496.) non huic auctori debetur, sed Serachjae ha-Levi, cognomento Saladin; auctor libri nostri non erat Levita, sed ex gente Shëaltiël (v. addit. ad cod. XXXI. N. 2.) oriundus. Cognomentum *Saladini* in Catalonia et Arragonia increbuisse videmus tertia demum parte sec. XIV. exeuntis (Ben Sheshet QER. N. 314. 321. 466.), quamobrem Serachja iste Levita non differt ab eo, qui ex disputatione cum *Josua Lorki* innotuit, id quod eo confirmatur, quod Benbenastum (non *Boboschat*) Labi ben-Salomo laudibus celebravit. Vixit enim illo tempore Benbenast ben-Labi — cujus carmina quoque ms. supersunt — *Bergae* (ibid. N. 249), Salomo ben-Labi *Ixarii* (ib. N. 435.); praeter hos Vidal ben-Labi *Caesaraugustae* (ib. N. 360), unus ex posteris Abrahami ben-Jehuda ibn-Labi (Epistol. Maimonid.) ao. 1232 ibidem degentis; quae cum ita sint, Cod. Rossianus, quem supra commemoravimus, sec. XIV. exaratus esse nequit. — Ceterum librum סודות המורה et ipsum Serachiae seculi XIII deberi, nonnisi veritate temporis in clausula notati (A. 1329.) comprobatur; alias abhorrere ab ipsius aetate haec mysteriorum More Maimonidei expositio censenda esset, quippe quae sec. demum insequenti inchoata est. Probe etiam considerandum est, Abravanelem (עטרת זקנים c. 8.) verbis והחכם ר' זרחיה הלוי ז״ל הבין מדברי הרב שדעתו בהשגת הזקנים וכו' opus nostrum significare videri, quod si verum sit, Serachjae Levitae ai. 1413 vindicandum erit. Neque praetermittendum est, Nehemiam ben-Menachem *Kalomiti* ao. 1418 vixisse. Tantummodo ipsius codicis pervestigatione haec quaestio dissolvi potuerit. Atque etiam conferri oportet cum hoc cod. Monacensis 32., commentarium in More Maimonideum ao. 1280 compositum exhibens, qui et ipse כתרי תורה inscriptus est.

Ad Cod. XL.

Opera Abrahami ben-Chija, doctoris praestantissimi, quae Lugduni, Parisiis et Oxonii delitescunt, digna sunt, quae in lucem producantur; nam ne materia quidem omnium nota est. Auctor, Barcinone oriundus, in Gallia degit (v. Meor Enajim, suppl. secund. ad f. 132; cf. ad Cod. Ross. 1170.), plane uti ejus aequalis Jehuda Barzelloni (v. addit. ad cod. XXXI. N. 2.), et cognomentatur a *Jedaja* (התנצלות): חבר אל שורטה, a *Kimchio* (ad Jerem. 9, 23.): שחכא צאחיב אלצירטא, in l. האמונה והבטחון (ed. 1601.): ושורשא (c. 12.) et צחבא שורטא (c. 19.). Recta, ut videtur, scriptio est: צאחיב אל שורטה, h. e., amicus veritatis. Scripsit:

1) ספר העבור ao. 1123 (cod. Vat. Urb. 48), constans tribus e sectionibus (מאמרים), quarum singulae denas portas complectuntur. Prima agit de coelis et corporibus coelestibus, horum cursibus conversionibusque, de terra, diei noctisque vicissitudine etc.; altera de mensibus, anno lunari, computatione noviluniorum, dierum festorum etc.; tertia de anno solari, de commutationibus temporum quadripartitis, de anno jubilaeo et sabbatico ac de calendario christiano (Opp. catal. ms., unde corrigendus Opp. 1143. F. p. 175). Hoc ejus opus historice gravissimum laudant Immanuel p. 152., R. Serachja ha-Levi (המאור ad Rosh ha-Shana), Isaak ben-Israel (יסוד עולם f. 37, a. 64, b. 72, a. 75, ab.), R. Asaria de'Rossi in l. Meor Enajim, cf. et supercommentarium אהל יוסף, qui dicitur, ad comment. Ben-Ezrae f. 76, b.

2) צורת הארץ, ubi (porta 22) annus 1442 Seleucid. h. e. 1132 notatur. Locum hujus libri citat Kimchi ad Ps. 147; praeterea commemoratur a Jehuda Abas (Wolf. t. IV. p. 838.). Fortasse ab hoc libro non differt opus ejus astronomicum in cod. Monac. 46. N. 7. notatum. In hoc magister ejus appellatur Abraham ben-Salomo Shamshinon, quod nomen certo error progenuit ex ולפני שֶׁמֶשׁ יִנּוֹן שמו (v. Zurat ha-Arez prooem.). Legendum videtur in Codice: יסגא מאיד שלומו ר' אברהם בר שלמה ... שמש ינון שמו, unde perversa translatione confictum est: „*R. Abraham ben-Salomo Shamshinon est nomen ejus.*"

3) חשבון המהלכות, quem librum commemorat כפתור ופרח c. 14. f. 80, b., absolutus secundum Meor Enajim (f. 94, a.) ao. 1105, secundum cod. Taurin. 66. ao. 1136. die 10. Aprilis, quam anni notationem confirmat de Rossi. Verisimile est, ספר חכמת הכוכבים (מאור l. l.) et astronomiam (Bartol. s v.) non discrepare. Quae a Wolfio adducuntur תקופות ומולדות, a ס' עבור non differunt; forsitan eodem pertinent tabulae astronomicae apud de Rossi Diz. t. I. p. 31.

4) De geometria et musica, liber de arabico hebraice conversus; v. cod. Vatic. 400. cod Rossi 1170.

5) מְגִלַּת הַמְגַלֶּה, de duratione mundi et redemtione, constans V portis (Wolf t. IV. p. 761.), citat. ab Abravanele ad Genes. f. 5. a. 9, d. 19, b.; ad Jesaiam, praef.; ad Daniel. f. 73, a. et a Menasse ben Israel, Conciliator p. 23. V. cod. Uri 324. Non differt סוד הגאולה codicis Monac. 10.

6) הגיון נפש, qui liber nostro in cod. et praeterea in Vatic. (Bartolocci t. I. p. 25.) asservatur et citatur a תורת המנחה ms. N. 26. ad Parasham כי תבוא.

d) Liber Alghazalii, Mosne-Zedek inscriptus, מאזני המעשה vocatur etiam apud Matitjam Jizhari Comm. ad Ps. 119. lit. ח. De ejus ספר ההגיון cf. ea, quae ad cod. XLIII. de Narboni adnotata sunt. Ad opera Alghazalii referendum est etiam carmen a R. Abrahamo Gavison (v. עמר השכחה Liburni 1748. 4. f. 135, a.) hebraice conversum, ordiens illud אל תבכי אחי ואל תנודו et luctum de ipso aliquando mortuo indecentem fore demonstrans.

e) Nomen כספי ab oppido Caspe deduci posse, primum observatum est in l. *Zeitschrift für die Wissenschaft des Judenthums*, Berol. 1823. p. 150. idemque ex cod. Monac. 60. confirmari videtur. Recensio vero librorum Josefi ben Caspi XXXIII tam plena et fere undique expleta nondum a quoquam exhibita est. At annus, quo natus est, certo in tempus ante 1300. incidit; nam ao. 1331. aetate jam provectus erat, filios adultos habebat, utitur dictione „*serio*" et Aragoniam jam peragraverat (ad cod. Rossi 755. p. 151.); amplius viginti annis ante erat in Aegypto (ad cod. Rossi 102), neutiquam primo aetatis flore pubescens. Cum commentarium in Kohelet (N. 12.) elaboraret, quinquaginta annos natus erat, uti perhibet hypographe ad cod. Opp. A 272 Q. (והנה קיימתי לעשות פרושים רבים ועתה בהיותי בן חמשים שנה), et in scriptiuncula (N. 21.), in qua commentarium istum inter alia ipsius opera recenset, quam quidem post a. 1331 conscriptam esse par est, nondum legentibus valedicere videtur. Insuper extra omnem dubitationem positum est, eum N. 28. posterius scripsisse, et tamen jam a Sarsa (v. infra), qui 1368 floruit, scripta ejus adhibentur. Unde concludo, annum aetatis ejus quinquagesimum in tempus c. 1330 incidere eumque proinde c. 1280 natum esse. De scriptis ejus haec adnotanda sunt.

Liber עמודי כסף (3) exstat etiam in Bibl. Universit. Taurinensi (de Rossi Diz. s. v.). Ad hunc librum, ni fallor, ubi Caspium producunt, respiciunt: Sarsa (מקור חיים fin. בהעלותך ss.), Efodi (ad More l. II. c. 48.), Abravanel (Comm in More l. I. c. 5. f 15, d. 16, a.; c. 7. 8. 10. 14. l. II. c. 32.). — L. שלחן כסף (6), quem exhibet cod. Taurin. 97., agit de praerogativis linguae sacrarum scripturarum prae versionibus. Inter alia inde apparet, auctorem linguam latinam calluisse. — מנורת הכסף (8), ut convenit, in mente habet Abravanel (ad Zachariam c. 1.), cum ad Caspii expositionem trium visionum hujus prophetae legentes ablegat. — חצוצרות כסף (12) v supra. — חגורת כסף (16) est, teste Opp. Q. 272 A., comment. in Ezram et Chronica. Et re vera cod. concluditur verbis למלאות שבעים שנה (Chronic. l. II. c. 36. v. 21.). — Libri תם כסף (20) septimum discursum (דרוש) citat Abravanel ad Jes. 39. — תרומת הכסף (24) Caspi ao. 1329 scripsisse dicitur (*Geiger, Zeitschrift* tom. III. p. 287. — פרשת הכסף (26) elucubratus est anno aetatis XXI. (cod. Monac. 60.). — שרשרות כסף (27) commemorat Abravanel in Exod. (וארא f. 112, c.) et in משמיע ישועה (prophetia XV.), Abendana ad Michlal Jofi f. 2, a. — צואה (28) enumeratur etiam in Catal. Salomonis Dubno. — Loco n. 29 — tametsi קצור רב ספרי אריסטו habet Reggio l. l. p. 45 — opera tria haecce supplenda sunt: 29) קיצור ההקש, 34) קצור ספר המופת, 35) קצור ספר ההטעאה (v. Biscioni fol. p. 167); praeterea 36) פירוש משלי adornavit, quem in comm. ad Threnos citat. Hoc modo ad Caspii opera sigillatim enumerata tria accedunt. Insuper auctorem nostrum citat *Abravanel:* Ex. f. 116, d. 122, b. 143, b.; Lev. f. 205, c. (בפירושו לתורה, ubi, ut videtur innuit l. גביע כסף N. 11.); Numer. f. 232, b. Plerumque eum perstringit, idque maxime, cum librum More exponit,

etiam in Josuam c. 10., מפעלות אלהים 2, 1. f. 11, d. Ante Abravanelem jam R. Josef Jabez (אור החיים Lublini 1597 f. 17, b.) plurima habuit, quae in Caspio reprehenderet. Ejusdem mentionem facit Crescas ad More Nebuchim 1, 22. — Nomen Caspi gentilicium, quoad ego scio, hi gerunt: 1) Josef ben-Jakob (cod. Monac. 60.); 2 et 3) ejus filii Abbamare et Salomo; 4) Natanael ben-Nehemia, interpres libri Kusri; 5) Abbamare in finibus Algerii (v. Salomo Duran QER. N. 612.); 6) Saul, auctor Pijuti s. poëmatis synagogalis cujusdam שבחי אמלל, in Provincia; 7) Samuel, Rabbi Algerianus ao. 1744 (v. שו״ת בית יהודה).

f) Jakob ben-Machir habitabat in Monte Pessulano, literarum commercium habebat cum *R Salomone Adderet* (QER. ed. 1610. N. 395.) estque auctor tractatûs, עקר הדתיות inscripti et de re calendaria agentis, uti ejus discipulus et cognatus Isaak Parchi (כפתור ופרח l. l. cf. f. 430, a.) testatur. Ibi cognomentum Tibbon habet, quod ei tribuitur etiam in Cod. Vatic. (Bartolocci t. III. p. 859.), Cod. Uri 440 et 454, Cod. Rossi 167. Eodem modo Natan ben-Samuel, auctor libri זכרון טוב, tantummodo in l. כבוד אלהים (Constant. 1585.) 3, 3. f. 126, a. hoc cognomen gerit, quod Masius et de Rossi ignorant, ita ut ex hac clarissima gente Jehudam, Samuelem, Mosen, Jacobum, Natanum noverimus. Cum in mathematico Cod. Uri 431. pars prima et tertia a Jacobo ben-Machir conversae sint, eidem attribuenda videtur versio alterius, libri *Theodosii de sphaera*, a quo fortasse non discrepat ס׳ תודוסיוס in Cod. Monac. 30. N. 5., quem librum descriptor apud Wolfium invenire non potuit, etsi Wolfius t. I. p. 397. et t. III. p. 278. 964. satis perspicue de eo loquitur.

g) Cod Taurin. 147. continet duas dissertationes de ὕλη, ab Abulcassem ben-Idris et Abu Giafar ben סבאק conscriptas. Abu Giafarum novit Sarsa quoque in l. Mekor Chajim f. 102, d. — Cod. Taurin. 150. continet sexaginta דרושים, nomine עין משפט, auctore Abu Ismael Farabi. Averrois דרושים asservantur Parisiis (Wolf. t. III. p. 15.). In Cod Monac. 30. N. 3. et 4 Averrois aliorumque דרושים inveniuntur, uti et Abulcassemi dissertatio, quam memoravimus. Ibidem in Cod. 35. N. 8—10. exstant: Abulcassemi Explanatio Logices Aristotelicae, Averrois דרושים una cum „Josefi ben-Jochai" tractatu de ὕλη. Quare Codex noster eandem, ut videtur, quam illi, collectionem exhibet; neque Josef ben-Jochai diversus est ab Abulhedshadsho, cujus nomen hebraicum est Josef Jachia, qui aetate *Alghazalium* superat cognomenque perpetuum gerit הישראלי המערבי, utpote Kairovani aut Fessae natus (v. שאלות שאול הכהן Venet. 1574. f 18, c.). „Abu Ismaël" legit Codex et Vaticanus et Taurinensis, cum noster habeat „Abunazar", approbante jam Wolfio t. I. p. 8. Neutiquam vero *Abulcassem* pro collectore habendus est. Ad clausulam hujus partis codicis quod attinet, ao. 1469 — sicut pro 1496 legi oportet — dies 16. mensis Tebet in sabbatum incidit. Proinde hic annus intelligi nequit, et quia sabbato scribere non licebat, et quia diserte dies quartus hebdomadis notatus est. Quamobrem istuc הדרך, uti saepe hoc modo, פרט גדול (computatio major) est, h. e. ה = 5000 et דרך = 224, et hoc in anno — 5224 — 16. Tebet recte incidit in quartum hebdomadis diem sive 28. Decembr. 1463, quae temporis notatio, uti facile apparet, sola vera est. Cum in anno nominato, quem dies hebdomadis quintus inchoabat, mensis Cheshwan 29, Kislev 30 dies haberet, sextus Cheshwani in diem hebdomadis quintum incidebat, uti recte notat Cod. Taurin. 17.; sextus decimus vero Kislev in diem hebdomadis alterum. Quae cum ita sint, in clausula cod. Rossi 143.: „Die tertio, 16. Kislev", 16 in 17 immutari oportet, siquidem de Rossi oscitanter י״ו legit pro י״ז. R. Shabthai Kohen, in cujus usum — ao. igitur 1463 — haec collectanea philosophica transscripta sunt, certo non diversus est ab insequentis tractatûs auctore Shabthai Kohen ben-Malkiël (ao. 1473), qui erat familiaris et aequalis Graeci (v. Shalshelet f. 62, b. et de Rossi diz. stor. t. I. p. 94.) *Mordechai Comtino*. Malkiel autem ben-Shabthai Kohen vivebat ao. 1410 in אקשיא natusque erat in איקראה (cod. Rossi 312.). Ad locum posteriorem quod attinet, lego אי קריטה, h. e., *insula Creta*, quo nomine Candia in ס׳ אלים p. 30. nominatur Jam Binjamini Itinerarium (versus fin.) ait: האי הגדולה קריטס. Juchasin f. 135, b. habet glossema: קנדיא הנקרא קריטא. Samuel Algasi (תולדות אדם fin.) eandem insulam bis vocat אי קריטי, quae forma turcicae Kriti respondet. Illo vero ipso tempore אי קריטה nomen vulgare fuisse, ex hisce consequitur: R. Josef del Medigo, quem ex Candia oriundum constat, loquitur de „viro perquam claro" R. Shemarja ben-Jehuda in insulae Candiae (מרנא ורבנא שמריה איש מפורסם בעולם), avo philosophi Elia del Medigo; cujus proinde aetas circa a. 1440 versatur. Alibi aliquid de loco quodam More Maimonidis (v. אלים p. 29. 41.) citat, ab הרב הכולל R. Shemarja האיקריטי profectum. Hic ipse R. Shemarja איקרט sive איקריטי multa grammatica scripsit (cod. Paris. apud Wolf. t. II. p. 597. N. 33.), nuncupatur „Gaon" ab Elia Misrachi (QER. ed. Constant. f. 122, b.), saepenumero laudatur a R. Salomone Alkabes in שרש ישי ad Megillam Ruth et alicubi, cum sermo est de libro ejus חבר איש ואמתי (v. *Geiger, Zeitschrift für jüdische Theologie* t. III. p. 447.) nude ac simpliciter קריטי אלרומי h. e. „Judaeus Graecus Cretensis" vocatur — qua in re illud non est omittendum, in Machsorio synagogarum graecarum precationes poenitentiales a Shemarja compositas reperiri. Ergo איקריטי *Cretensem* significat, et Malkiël iste, uti indidem liquet, in insula Creta natus erat — ubi nomen Malkiël etiam sec. XVI. invenitur, v. *Zunz, gottesd. Vortr.* p. 294. not. *b.* — et pater nostri Shabthai esse videtur. Illud אקשיא codicis Rossiani insuper similitudinem habet cum בקוס...ש hic nominato, quamquam nominis valorem ex neutra forma divinare possum.

h) N. 3. verisimile est non differre ab eo, quod in Epistolis Maimonideis (ed. Prag. f. 59, b.) invenitur.

o) Themistii Comment. asservatur etiam Taurini (cod. 40. f. 560—567) et Monaci (cod. 107. N. 2.). Translator est Mose Tibbon, Hic ipse commentarius intelligitur, ubicunque Themistius allegatur, id quod saepenumero usuvenit, e. c. a *Maimonide* (epist. ad Samuelem Tibbon), *Shemtob Palkirâ* (More ha-More p. 96., שלמות האנושי p 142. 145.), *Samuele Sarsâ* (Mekor Chajim האזינו), ab auctoribus descriptorum hoc in catalogo עמודי כסף et עץ חיים (v. p. 304 308.), *Abravanele* (in צורות היסודות f. 53, a.), *del Medigo* (אלים p. 31). Commentarium Averrois ad מאמר הנרשם באות למד citat *Levi ben-Gerson* in מלחמות השם 5, 3, 1. ed. Riva f. 36, d

3) p. 306. R. Levi ben-Gerson libros hosce Averrois suis commentariis locupletavit:

1) De syllogismo, hebraice ס׳ ההיקש הישר (in hoc codice sub c), ao. 1319.
2) Analyticorum libri duo, v. Wolf. t. III. p. 651.
3) De coelo et mundo, ib.
4) Physica, ao. 1321. Hunc suum באור allegat in Comment. Genes. c. 1. et in Milchamot 3, 4. f. 25, a.
5) De Meteoris, quam commentarium secundum Wolf. l. l. ao. demum 1332. conscripsit, quare allegationem hic commemoratam ad recensionem secundam respicere necesse est.
6) De Anima, etiam Parisiis, ao. 1324. Subscriptio אדר טבת obscura est.
7) Metaphysica, citat. in Milchamot 3, 3. f. 23, b. infra.
8) De Animalibus, cit. ibidem 6, 26. f. 66, a.
9) De Generatione et Corruptione, Wolf. l. l.
10) Logica, ib. p. 650. Catal. Lugd. Bat. p. 407. N. 42.
11) Topica, v. cod. Monac. 45. N. 3.
12) De praedicamentis (Catal. Lugd. Bat. p. 404. N. 12.). ubi tamen Averroes non nominatur.

Ad Cod. XLI.

B) p. 307. Ad vitam Kalonymi supplementa exstant in Analectis meis (*Geiger* l. l. tom. IV. p. 199—201.), in adumbratione cod. XXI. N. 8. (supra p. 288.) meisque ad eam additamentis. Eum 1287. natum esse, testantur etiam Adleri Mss. (Catal. Kilon. 1836. p. 32). Eum persecutionibus calamitosis in Provincia ortis ipsummet perturbatum afflictumque fuisse, perspicitur ex *Eben Bochan* ed. 1546 f. 83, d. Haud parvi momenti hoc est, quod totam, ex septem sectionibus constantem *Ali ben-Rezuani* Columnam vertit, et bis quidem, quia ipsis persecutionis gallicae tempestatibus in אמדאי (ארלדי?) prioris versionis jacturam fecit (cod. Monac. 43. N. 2.). Ad personas in *Massechet Purim* nominatas hi quoque pertinent: *Zidkia Anav* (etiam apud Immanuël.), *Shabthai Parnas*, *Jehuda ben-Jechiel*, *Mëir ben-Binjamin ben-Isaak*. De versionibus ejus haec notanda sunt: Metaphysica Taurini quoque asservatur (cod. 40 et 89.); Topica in cod. Taurin. 40. et 149. diem 23. Elul 1313 subsignatum habent; l. de Plantis ibidem exstat (cod. 40. f. 467—470.) cum notatione temporis modo relatâ; Sophistica in codd. Taurin. 40. et 149. clausulam habent: Absolut. 5. Tisri 74 (ai. 1313), ita ut annus 1323. in versionibus chronologice recensendis plane excidat, id quod non caret pergravibus argumentis. Physica continet cod. Taurin. 142. — Partem praefationis l. אגרת בעלי חיים Silv. de Sacy recepit in *Notices et extraits* t. IX. p. 408 ss., ubi etiam אבו אל צפה corrupte pro אכואן אל צפא scriptum observat, h. e., *societas* צפה; fortasse ab his sociis non differunt זקני אלצופיה, quorum mentionem facit Abubekr ben-Tofail (v. supra p. 310 F.). Jam Juchasin (f. 148, a.) de his veteribus Arabum auctoribus loquitur (ובזה הזמן חברו חברים נקראו אבואן אל צפה אגרות נקרא רסאיל), quorum sunt dissertationes LI., partim hoc seculo Calcuttae in lucem emissae.

Ad Cod. XLII.

A et B) Annum 1469, quem codici XL. abjudicavimus, huic adjudicari oportet, cum הר״ל לפרט ait 5230 et dies 30. Tisri adhuc ad Octobrem 1469. pertineat. Opus נוצר אמונים exstat Lugduni quoque Batavorum et Monaci (cod. 55. N. 7.); capitis VII. amplius unâ paginâ reperitur in נובלות חכמה f. 91, b. — ס׳ נעימות ex XL. שערים constat et auctorem habet *Josefum Haroëh ha-Kohen ben-Abraham*, qui praeterea conscripsit: מחכימת פתי (compendium libri Nëimot; ambo Lugduni asservantur). אוצר נחמד, מועדים, מצות, משיבת נפש, צדוק הדין. — *R. Shemarja Egriponti* (cognominatus ab Egrippo insulae Negroponte, qui locus in Misrachi QER. N. 70. commemoratur), ab ארח צדיקים (2, 2.) Karaeis adnumeratur, immerito scilicet, siquidem auctor l. Nizzachon (§§. 2. 115., cf. *Zunz*, *gottesd. Vortr.* p. 400 not. *a*) eum magna cum observantia adducit. Fortasse huic ipsi debetur מאמר על בראשית in cod. Rossi 1070. — שלמה הצרפתי, eodem nomine ab aliis Karaeis citatus (v. Wolf. t. IV. p. 1088.) est *Salomo Isaaki* Trecassinus s. *Rashi*. — משוי העכברי etiam alibi occurrit, v. *Zunz* l. l. p. 396.

Ad Cod. XLIII.

A, B et C) *Mose ben-Josua Narboni* ex Arragonia oriundus, saepenumero a Samuele Sarsa, qui ejus discipulos noverat, laudatus, haec opera elucubratus est:

1) מאמר בשלמות הנפש, qui citatur hoc in cod. (*A*), nec diversus est, ut videtur, a dissertationibus (cod. Monac. 107. N. 5.) sive commentariis (Wolf. t. III. p. 802.) ad libb. *de anima*.

2) אגרת על שעור קומה, de libro Kabbalae שעור קומה, v. *Zunz*, l. l. p. 167. not. *d*.

3) מאמר s. פירוש ad אפשרות הדבקות, etiam in cod. Uri 392. N. 3., qui citatur ab Abravanele in עטרת זקנים f. 16, a. et in שאלות שאול הכהן estque concinnatus Perpiniani aestate anni 1344.

4) פירוש ad Alexandrum Aphrodisiensem.

5) פירוש ad חי בן יקטן, conscriptus, ut videtur, Barcinone (cf. cod. Monac. 58.). Descriptio rerum miserrimarum luctuosissimarumque synagogae Barcinonensis apte quadraret ad annum 1366, nam turbae annorum 1366—1369 maximas acerbitates et calamitates Judaeis in Castilia, Arragonia, Catalonia etc. degentibus parabant, quas uberrime depinxit *Sarsa* in literis suis codici Monac. 7. adjectis et typis exscriptis in ephemeridibus Philippsonii (*Literarisches Beiblatt*, 1838. N. 13. p. 51.), quibus cum literis praeterea Isaaci ben-Sheshet QER. N 445. et prooemium ad Zeda la-Derech — ubi annus potissimum 1368, quo Sarsam suum Mekor Chajim finiisse constat, ut calamitosissimus designatur — collatu digna sunt. At ingentes difficultates huic anni notationi obstant. Jam hoc perquam absonum est, auctorem, qui se post primum etiam alterum ejusdem scriptoris librum interpretaturum pollicitus erat (p. 308 *A*.), praeterlapsis XXII. demum annis fidem liberare, quin ne verbulo quidem hujus insolitae tarditatis ac procrastinationis mentionem injiciat. Accedit, quod Sarsa (v. Mekor Chajim f. 42, c. 55. d. 72, d. et alias), qui Narbonensis commentarium ad More saepenumero laudat et de ejusdem discipulis loquitur (ib. f. 55, d.), neminem tali modo nuncupat, qui non ad minimum 15—20 annis ante ipsum quasi in publicum prodierit. Nunc cum Narboni in commentario suo libri Maimonidei hunc commentarium itentidem alleget, necesse esset, illum post 1366 scriptum esse, quod etsi ab uno de codd. Vaticanis

(Urb. 26.), cum 1369 scriptum asserente, confirmatur, alienum est tamen a veritate, atque ab aliis codd., commentarium More Maimonidei jam ao. 1362 ad finem perductum esse testantibus, infirmatur ac convellitur. Contra notatio anni 1344 non solum codicum consensu, sed etiam ab ipsa historia rationibus apertissimis confirmatur. Etenim hoc anno dominatio in Roscinonem (רושלייון, *Roussillon*) firmiter stabilita est in manibus regum Arragoniae. Quamobrem ego praefero clausulam cod. Taurin. 140., quae hunc פירוש a. 1349. 5. Sivan absolutum esse testatur. Hoc quoque tempore Barcino, ingruente lue gravi atque exitiosa, magnis miseriis circumventa erat (v. Shashelet f. 113, b.), aptissimeque quadrat querimonia Narbonensis, semet omni vitae consuetudine cum Perpinianensibus (p. 309.) esse destitutum, a quibus quidem eum tantummodo brevi ante discessisse necesse est; nam posterius degebat in Numantia Nova (*Soria*), Burgis (*Burgos*), in Arragonia, alioqui hanc ejus ad Perpinianum societatis rationem subitam assequi vix poteris. Ergo clausula hujus codicis *C* pariter falsa est, ac codicis Vatic. Urbin 26.

6) Comment. in הנהגת המתבודד *Abubekri ben-Azaigh* (nominat p. 310; inscr. הנהגת מיחד apud Shemtob in כבוד אלהים plagula 3. f. 4. b.), v. cod. Uri 392. N. 2.

7) Comment in *Logica* Averrois. Catalogi excusi Bibl. Oppenh. (v. Opp. 1162 Q.) adscribunt solummodo אמנה; catalogus manuscriptus adnotat, hoc scribendi compendium significare: אמר משה נרבוני הקטן. Jam Shalshelet f. 56, b. hoc modo explicat abbreviaturam אמנ, quae nostro quoque in codice in fine *C* reperitur.

8) Expositio libri כונות ab Alghazalio scripti. Expositio Logicorum Alghazalii (cod Uri 405. cod. Monac. 120.), auctore Narbonense, hujus operis illustrati pars quaedam esse videtur. Eodem modo quidam *Abraham Bali ben-Jakob* cum commentario Logicorum ex l. כונות petitorum producitur in ארח צדיקים lit. פ.

9) Translatio Alghazaliani ס' הייחוד, v. cod. Vatic. 209.

10) Comment. in librum *de coelo et terra*, citat. ab Abravanele ad More 1, 5

11) Illustrationes sive Introductiones in דרושים ad cod. XL *g.* indicatos, v. Wolf. t I. p. 19. et cod. Monac. 30.

12) Comment. in *More Nebuchim*, teste Assemani, absol. Soriae 3. Ijar 1362. Hunc annum exhibent alii quoque codd. (v. Opp. 1183 Q. Measset A. 548 s. 1788 p. 242). Ao. 1358 Narboni erat Soriae (v. Shalshelet l. l.; testimonium desumtum ex Michlal Jofi portâ 88., poteritque ad rem explorandam conferri cod. Monac. 63. N. 3.), alioque ejusdem anni tempore Toleti, quo docti Sevilienses ad ipsum literas dabant (Shemtob in More 2, Introduct. N. 8.).

13) Comment. in *Threnos* (Wolf. t. III. p. 803. Opp. 282. Q.), cujus in fine cohortatio ad constantiam fidei. Non satis perspicua est notitia de cod. Monac. 56.: ,,Alghazali contra pseudophilosophiam, auctore Narboni.“ Nescio an hoc aliud quoddam ignotum sit auctoris nostri scriptum. — Criminationes in Narbonensem, praecipue propter philosophema ejus aristotelicum de aeternitate mundi, v. apud *Josefum Jabez* (אור החיים f. 21.), *Abraham Katalan* (נוה שלום f. 126.), *Abravanelem* (multis locis), נבלת חכמה f. 90, b., אמונת חכמים f. 7, a. 24, b. — De Rossi Narbonensem cum recentiori Mose ben-Josua (cod. 148.) confudit (v. indicem auctorum ad calcem catal. codd.); neque hoc verum est, *Salomonem Maimon* commentarium Narbonensis in Latinum vertisse eumque latine conversum ab *Eichelio* (nempe Euchel) editum esse (Diz. stor. t. II. p. 68.). Tantummodo ad primam partem Doctoris Perplexorum (Berolini 1791. 4. cum commentario Salomonis Maimon, גבעת המורה inscripto) Narboni adjectus prodiit. Fortasse auctoris nomen plenum hoc est: Mose ben-Josua ben-Mëir ben-Mose ben-Abbamare ben-David.

D et E) *David ben-Jomtob aben Bilia* (בילייא) Portugalensis, aequalis Isaaci ben-Polkar aut certe non multo recentior (v. cod. Rossi 861.), ergo fere c. 1320, complura opera scripsit, quae sigillatim recensebimus

1) Comment. in Pentateuchum, in quo exegesin istam philosophicam sectatur, cui multi aequalium auctorum, veluti *Levi ben-Gerson*, *Caspi*, *Aben Vakar*, *Sheshet Girondi*, *Menachem ben-Salomo*, *Jehuda Romano, Immanuël, Nathan Tibbon* et alii, dediti erant. Rejecit, uti et R. Abraham, filius Maimonidis, metempsychosin (Mekor Chajim f. 123, bc.), at tanto magis fabellis astrologicis se implicuit, cf. ib. f. 8, a. 9, c. 11, b. 12, a. c. 15, d. 21, b. c. 28, c. 79, c. 90, b. 93, d. 99, b. 101, d. 102, a. 103, a. 107, c. 110, b. 112, d. 122, b. 123, a. d. 127, a., qui loci fragmenta hujus commentarii continent.

2) מאור עינים, quo ex libro duo loci l. l. f. 94, b. 129, c. communicantur.

3) יסודות המשכיל, quo tredecim judaismi principia constituuntur: I) sunt entia incorporea intellectualia; II) mundus creatus est; III) est vita futura; IV) animae a Deo exeunt; V) eaeque sunt entia per se subsistentia et a se invicem discreta; VI) quae non in generationis demum actu existunt; VII) Remuneratio nonnisi ad animam pertinet; VIII) proclivitas ad pravum poena est; IX) lex mosaica superior est philosophiâ; X) in sacra scriptura distinguendi sunt sensus internus et externus (פנימי s. נסתר, חיצון s. נגלה); XI) Thora correctione non eget; XII) Praemium praecepti divini rursus est praeceptum divinum; XIII) Praecepta ceremonialia sola ad perfectionem non perducunt (המצוות המעשיות אינן תכלית שלימות האנושי). Non undique recte haec principia recensita sunt in catal. codd. ms. Paris. 1739. t. I. ad cod. 184.

4) דרך לעשות חרוזים, institutio ad artem metrorhythmicae poëseos (cod. Rossi 861. N. 2.).

5) ציורים, ,,quod duobus tantum foliis constat, morales quaedam expositiones praemittuntur, quas carmen quoddam excipit ipsum auctoris nomen in initialibus detegens.“

Tum hoc ipso acrosticho tum constanti l. Mekor Chajim scriptione veritas scriptionis בילייא stabilitur contra בילא codicis Opp. 928 Q. codicisque nostri. Perquam verisimile est, *R. Davidem b.* בילייא, cujus in gratiam translatio instituta est, nostrum esse auctorem. בילייא invenitur etiam apud *R. Salomo aben Bilia* ao. 1549 (v. R. Josefi ben-Lev QER. t. III. N. 99.). Ad gentem ביבש, unde translator ortus est, quod attinet, ex ejus gentilibus hosce novi — fortasse his indiciis via sternitur ad res exploratius percipiendas et cognoscendas. *Mëir Bivash* vixit c. 1150, Toleti, ut conjici licet (Sefer ha-Kab-

bala f. 44, b.). Ad sec. XIV. referendi sunt: *Mose Vidal* Perpiniani (Chajim Shabthai QER. ed. Thessalonic. N 18.); *Chajim ben-Jehuda*, translator; *Chajim* et *Abraham*, ambo aequales Isaaci ben-Sheshet (QER. N. 297. 290.), ille senex, hic adolescens. *Jakob ben-Abraham* floruit ante a. 1486 (v. de Castro bibliot. espan. t. I. p 357.); *Nissim* ao. 1491 (v. שבעה עינים Liburni 1745, epigraphe codicis manuscripti); *Jomtob Bivas* sec. XVI., v. Kore ha-Dorot f. 36, b. infra.

FINIS ADDITAMENTORUM ZUNZII.

Adjectis his *Zunzii* supplementis, quibus literarum judaicarum locis aliquot retrusis ac penitus abditis multum lucis allatum vides, unum hoc superest, ut partim errores nonnullos mei catalogi religiose notem partim quandam quasi observationum racemationem instituam. Habeto igitur haec:

p. 276. Col. 1. lin. 3. pro Menahem legendum: *Mëir Rothenburg*.

p. 277. Col. 1. lin. 4. מ״ג potius pro מצות גדול sumendum, de libro Praeceptorum *majori*, cujus minor compendium est.

ibid. lin. 15. Bonenfant improviso scripsi pro *Bonfils*, nomine gallico, cujus glossema est hebraicum *Thob Elem*.

ib. lin. 23. הרם delendum est.

ib. lin. 7. infra. „Menahemi" falsum est.

p. 283. Col. 1. med. ר״י non est ר׳ יעקב בן אשר, sed רבינו יצחק.

p. 284. Col. 2. lin. 15. Lages, potius *Legis*, quanquam deest verbum, unde hoc n. derivatum esse possit.

p. 285. Col. 1. lin. 15. pro: „linae" lege: lanae.

p. 286. not. Non 4827., sed 4927. (ao. 1167.) Tibbon transtulit, quare versus hujus notae sequentes, quatuor potissimum extremi, concidunt.

p. 292. Col. 1. lin. 15. infra lege ذَاتٌ (v. Schmoelders l. l. p. 128.).

p. 303. Col. 2. lin. 5. infra pro: הכסך lege: הכסף.

p. 305. Col. 2. lin. 16. האצטוביא הראשונה. Fortasse legendum est האצטוכיא, quod, quemadmodum Arabum اُسْطُقُسّ, Syrorum אסטוכסא, corruptum videtur ex graeco στοιχεῖον, ad similitudinem formae אצטומכא, στόμαχος. Deus autem appellatur *elementum primum*, sicuti alias الذات, الجوهر الاول et similiter.

p. 311. Col. 2. Ignoravi, cum hunc codicem describerem dissertationem Jo. Christiani Clodii hancce: Liturgiae Syriacae Septimanae Passionis Domini nostri Jesu Christi excerptum e codice ms. Biblioth. Senatoriae Lips. editum ac notis illustratum, Lipsiae 1720. 4. pagg. 42. Juvat adscribere, quae Clodius ex epilogo libri extricavit: „Scriptus est codex, ut in pagina ultima refertur, ab Abrahamo nomine *Dirojo* seu Monacho et Presbytero, Jacobita Syro, filio *Bahanami* Dirojo ex *Tur Abdin* h. e. monte devotorum, regione trans Tigrim, a monachorum in illis montibus coenobiis dicta: in monasterio Insulae *Cypri* extra urbem magnam *Nicosiam*, versus septentrionem, milliari fere unico ab oppido *Marphito*, quod est Monasterium Syrorum Jacobitarum, anno aerae Alexandrinae, quantum ex literis vetustate detritis perspicere licet, 1819 h. e. ao. Christi 1508." Haec cum nostris velim conferas.

p. 303. Col. 1. (cf. Addit.). Cognomentum arabicum Abrahami ben-Chija צאחיב אל שורטה h. e. صَاحِب اَلشُّرطَة non „*amicum veritatis*" indicat, sed: praefectum cohortis praetorianae. Hoc cognomen ad civilem dignitatem significandam cumulatur in MI noctibus; invenitur etiam in Historia Elmakini p 10. 42. Id quod habet l. האמונה והבטחון ed. 1601.: שחכא ושורשא, corruptum est ex شحنة الشرطة, quod idem est.

p. 290. Col. 1. Libri האורות האלהיות, qui de Arabico Alghazalii hebraice conversus est, inscriptio arabica est مشكاة الانوار (*die Niesche der Lichter*, cf. Qoran. Sur. 24, 35.). Divisus est in capita tria, quorum primum agit de Deo coelorum terraeque lumine, alterum de luminibus secundi ordinis, tertium de velis Dei septuaginta secundum effatum Muhamedis (v. Wuestenfeld, l. l. p. 14.). Liber אלקסטס, qui citatur in הגיון ן׳ רשד f. 67, a. arabice inscriptus est القسطاس s. الميزان, h. e., trutina (cf. Sur. 17, 37.) et capp. XXXII. de rebus ethicis agit (Wuestenfeld p. 17. n. 40.). In eadem Logica Averrois profertur auctoris ejusdem: הבדל בין הישמעאלי ואלזנדק h. e. Discrimen inter Ismaelitam et Dualistam s. haereticum (زِنْدِيق, propr. Zendavestae assecla). Haec inscriptio ex libri argumento petita respondet arabicae اَلرَّد على اَلباطنية, h. e., refutatio allegoretarum (Ismaelitarum s. Assassinorum, v. Herbelot s. v. *Bathania*). Liber denique שמות האל העצומים hunc titulum arabicum habet: المقصد الاقصى فى شرح اسماء الله الحسنى h. e. finis extremus in explicatione nominum Dei pulcrorum (quae, addito nomine *Allah*, sunt centum). V. Hammer, Ejjuhâ-l-Waled p. XVIII. n. 19. 13.

p. 307. v. Addit. Liber *Tochfatu Ichwân-is-Safâ* (Donum amicorum sincerorum, a quibus bene discernas *Es-Sufijah* h. e. sectam Sufiorum), unus de LI. *Rasâïl* (אגרות), editus est Calcuttae 1812. Excerpta ex hoc opere pretiosissimo, praemissis prolegomenis lectu dignissimis, dedit K. Nauwerck in l. *Notiz über das arabische Buch* تحفة اخوان الصفا *d. h. Gabe der aufrichtigen Freunde, nebst Proben desselben, arabisch und deutsch*, Berlin 1837. 8.

p. 282. Col. 2. Addit. ס' תגנים est compendium synonymicae, quae arabice تَجْنِيس vocatur. Eodem nomine appellatur poema, cujus versus vocabulis sono, sed non significatione concinentibus concluduntur, (v. Abraham Gavison, עומר השכחה Liburni 1752. 4. f. 125, b.), velut תרשיש Mosis Ibn-Ezra, v. L. Dukes, *Zeitschrift des Judenthums* 1838. p. 122. 126.

CODICES ARABICI PERSICI TURCICI

DESCRIPTI

AB

HENRICO ORTHOBIO FLEISCHERO.

CODICES LEXICALES.

I.

[Pf. K. 49.]

Codex arabicus persicus, fol. min., foll. 124, charactere neschi antiquiore, robusto et in altum assurgenti, scriptus in charta orientali et absolutus mense Ǵumâda posteriore A. H. 888 (Chr. 1483). Inscriptio: كتابُ المَصَادر تصنيف القاضى الامام الاجلّ العالم الفاضل ابى عَبدِ اللّٰه الحسين بن احمد الزوزنى رحمة اللّٰه عليه. (In praefatione adjectis signis anagnosticis est الزَّوْزَنِى.) Inscriptionem sequitur index 23 capitum, فصول, quae singula genera nominum actionis ad origines suas relata enumerant. Sunt autem haec: 1) فَعَلَ يَفْعُلُ a fol. 2 r. ad f. 17 r. 2) فَعَلَ يَفْعِلُ ad f. 28 v. 3) فَعَلَ يَفْعَلُ ad f. 35 r. 4) فَعِلَ يَفْعَلُ ad f. 46 v. 5) فَعُلَ يَفْعُلُ ad f. 49 v. 6) فَعِلَ يَفْعِلُ f. 49 v. 7) الافْعال ad f. 66 r. 8) التَّفْعِيل ad f. 80 v. 9) المُفَاعَلَة ad f. 88 r. 10) الافتعال ad f. 97 r. 11) الانْفِعَال ad f. 99 r. 12) الاسْتِفْعَال ad f. 104 v. 13) التَّفَعُّل ad f. 113 v. 14) التَّفَاعُل ad f. 118 r. 15) الافْعِلَال ad f. 118 v. 16) الافْعِيلَال f. 118 v. 17) الفَعْلَلَة ad f. 121 v. 18) المُلْحَق بالفَعْلَلَة ad f. 122 r. 19) التَّفَعْلُل ad f. 123 r. 20) الافْعِنْلَال ad f. 123 v. 21) الافْعِيعَال f. 123 v. 22) الافْعِوَّال f. 123 v. 23) الافْعِلَّال ad f. 124 r. Subscripta sunt indici duo disticha persica commendatoria:

اى هَرْ كى دَرين كِتَاب نَاظِرْ بَاشَد   دَرْ هَرْ هُنَرى بدَانِش مَاهِرْ بَاشَد

زيراكى اديبان جهان مى كُويَند   سُلطان كِتَابهَا مَصَادِرْ بَاشَد

Quisquis hunc librum inspexerit, uniuscujusque partis eruditionis peritum fore scito. Nam philologi hujus mundi dicunt: Rex librorum sunt Nomina actionis.

Initium praefationis arabice scriptae: اَلحَمدُ للّٰهِ عَلَى سَوَابِغ الآيه المُتَسَابِقَة أفواجًا، وسَوَابِغ نَعمَايه المُتَلَاحِقَة أزْوَاجًا،

Aït scriptor nomina actionis arabica accurate a se collecta et persice reddita esse, sed, ut modicum libri volumen esset et facile edisceretur, auctoritatibus traditionis propheticae et carminum et proverbiorum (شَوَاهِد الحَدِيث والاشعَار وَالأَمْثَال) non instructa. Ab initio capitum posita esse nomina actionis verborum sanorum, deinde anomalorum. In disponendis verbis singularum specierum se secutum esse auctorem Diwani philologiae (صاحب ديوان الادب), ut in verbo sano primum ultimae literae rationem haberet, deinde primae, tandem secundae, in anomalis autem literarum sanarum, ut in verbis ultimae Waw et Je primum secundae, deinde primae, in verbis ab initio hamzatis primum ultimae, deinde penultimae, in eo verborum genere, quod اللفيف المقرون appellatur, cujus et secunda et tertia litera infirma est, tantum primae. — In verbis anomalis non eundem ubique specierum ordinem tenuit nec omnino ullam rationem secutus videtur. Specimen sit ipsum initium:

بَابُ فَعَلَ يَفْعُلُ مِنَ السَّالِم

بَ النَّقْبُ سوراخ كردن، النُّقُوبُ افروخته شدن اتش، الجَلْبُ كوسفند وشتر وبرده از جاى بجاى بردَن براى فروختن را، الجُنُوب دور كردن وباد جَنوب آمدن، الجَنْبُ كشيدن اسب، الحَجْبُ والحِجَابَةُ باز داشتن،

Codicem recentiore aetate cum alio collatum, recognitum, emendatum et punctis diacriticis, quae a librario saepe omissa perspicuitati oberant, auctum esse, constat tam ex ipso adspectu, quam ex iis, quae passim in marginibus adscripta sunt, ut fol. 2 r. صحح الباب, *emendatum est caput,* pag. ult. بلغت المقابلة, *ad finem pervenit collatio*, brevius ab initio plerorumque capitum بلغت aut بلغ. Quae recognitori

sunt, pallidiore atramento scripta facile ab antiquioribus discernuntur. Finis: الارفيئنان نيبارامبذن الاطميئنان مثله

الاقسيئنان ساخت شذن از بيرى الاكبيئنان واهم آمذن.

II.

Codex arabicus persicus, 4°, foll. 200, ex duabus partibus compactus, quarum prior in charta orientali laevigata scripta et ultimo mense Mu'harram A. H. 867 (Chr. 1462) absoluta est, posterior in charta europaea scripta A. H. 1059 (Chr. 1649). Continet مقدمة الادب, i. e. *Lexicon arabicum persicum*, inscriptum Mu'hammedi Etsiz, regi chârizmico, mortuo A. H. 551 (Chr. 1156), qui in praefatione appellatur الامير الاجل الاسفهسالار بهاء الدين علاء الدولة ابو المظفر اتسوز بن خورزم شاه. Initium praefationis:

الحمد لله الذى فضل على جميع
سپاس خذايرا آن خذاى كه افزون كرد بر همه
الالسنة لسان العرب كما فضل
زبانها زبان تازيرا چنانك افزون كرد
الكتاب المنزل به على ساير الكتب
كتاب فرو اورده برين زبان بر ديكر كتابها

Sic toti praefationi arabicae subjecta est translatio persica rubro colore scripta. Argumentum hoc: Quum lingua arabica, per se praestantissima, facta sit instrumentum revelationis divinae perfectissimae nec ulla disciplinarum theologicarum ea carere possit, multos doctorum muhammedanorum ei perdiscendae et perscrutandae operam dedisse. Dei autem beneficio nunquam defuisse, nec stante Arabum imperio, neo everso, reges doctorum et artificum illius linguae studiosos in eosque liberales: in his, qui nunc philologiae patronus ejusque animo studium linguae arabicae divinitus insitum sit, regem Etsiz. Ab hoc igitur se jussum bibliothecae regiae exemplum libri *Muqaddimetu 'l-edeb* scribere, nomen regis ei inscripsisse; quo ornamento se id consequi voluisse, ut liber, qui nunc omnibus diversarum regionum hominibus placeat, in posterum quoque semper et ubique in honore haberetur *). Esse autem quinque libri partes: de nominibus, de verbis, de particulis, de flexione nominum, de flexione verborum. — Sed in nostro quidem exemplo tantum duae distinctae sunt. Prior fere ducentis annis altera antiquior, fol. 3 v. — 60 v., nomina recenset secundum rerum ordinem in 65 ابواب divisa, synonymis juxta se positis; extremo loco, a fol. 57 r., pronomina personalia, et separata, et nominibus verbisque suffixa, deinde adverbia, praepositiones et interjectiones, iisque interposita pronomina, quae dicuntur, demonstrativa, relativa et interrogativa, subjuncta autem aliquot nomina ad numerandum, ponderandum et metiendum spectantia. Pars

*) وقد رسم لى امره العالى زيد علوا بتحرير
وبدرستى نشاند مرا فرمان بلند وى افزون كرده باد بجهت بلندى نوشتن
نسخة من كتاب مقدمة الادب لخزانة كتبه المعمورة ففعلت على
ف از كتاب پيش رو ادب از براى كتابخانه اباد كرده وى بس كار كردم فرمان
امتثال رسمه وجعلت الكتاب موسوما باسمه لان هذا الكتاب
بردارى نشان وى وبكردم اين كتاب را نام كرده بنام او زيراكه اين كتاب
قد اصاب قبولا من القلوب وهب فى البلاد مهب الصبا
رسيد به پذيرفتن از دلها ووزيد در شهرها همچو وزيدن باد صبا
والجنوب فاردت ان لا يزال مذكورا فى كل مكان وزمان ويكون
وباد جنوب بس خواستم كه هميشه باشد مذكور در همه جاى ودر هر زمان مر تا باشد
اسمه العزيز جاريا على كل لسان
نام عزيز وى روان بر هر زبان

Translatione persica verborum وهب الخ confirmatur sententia mea de vi hujus locutionis in Monilibus Zamachscharianis germanice a me redditis, p. 4.

posterior, fol. 61 v. — 200 r., verba enumerat in 24 ابواب divisa, ita ut primae sint sex species verbi triliteri sic dispositae: بَابُ فَعَلَ يَفْعُلُ fol. 61 v. — 87 v., بَابُ فَعَلَ يَفْعِلُ ad f. 111 r., بَابُ فَعَلَ يَفْعَلُ ad f. 128 v., بَابُ فَعِلَ يَفْعَلُ ad f. 137 r., بَابُ فَعُلَ يَفْعُلُ f. 137 r.; بَابُ فَعِلَ يَفْعِلُ ad f. 143 r.; septima بَابُ فَعِلَ يَفْعُلُ ad f. 144 r., octava ad duodevicesimam undecim species a verbo trilitero derivatae, si numeros Sacyanos sequaris, hoc ordine positae: IV ad f. 159 v., II ad f. 168 v., III ad f. 172 v., VIII ad f. 178 r., VII ad f. 180 r., IX ad f. 180 v., XI f. 180 v., V ad f. 188 v., VI ad f. 191 v., X ad f. 196 r., XII ad f. 196 v.; undevicesima ad tertiam et vicesimam species verbi quadriliteri primitiva cum derivatis: باب فعلل يفعلل ad f. 198 v., باب تفعلل يتفعلل ad 199 r., باب افعنلل يفعنلل f. 199 r., باب تمفعل يتمفعل ad f. 199 v., باب افعلّ يفعلّ f. 199 v.; ultima باب الافعال غير المتصرفة ad f. 200 r., i. e. ea verba, quae aut omnino, aut aliquo significatu defectiva sunt, quibus admixta sunt ea, quae nunquam absolute ponuntur, sed semper aut imperfectum, aut participium adsciscunt, quae proprie appellantur الافعال الناقصة. Omnia capita praeter ultimum divisa sunt in verba sana, quibus comprehenduntur hamzata, et in anomala sic disposita: المضاعف, المعتلّ الفاء, المعتلّ العين, المعتلّ اللام, المعتلّ الفاء واللام, المعتلّ العين واللام. In collocandis verbis singulis idem qui in Cod. I. ordo apparet. Verbis praeteritis adjuncta sunt constructionum, agentium et patientium exempla, deinde nomina actionis, interdum etiam nomina verbalia concreta. Significationes persicae in parte priore ubique rubro colore subscriptae sunt, in posteriore atramento modo subscriptae, modo superscriptae. In priore nominibus singularibus plerumque subjuncta sunt pluralia; illis, si nihil aliud, subscriptum est م, i. e. مفرد, his ج pro ج, i. e. جمع; iis autem nominibus, quae ex usu linguae persicae satis nota erant, fere subscriptum ف, i. e. معروف. Ex pluribus synonymis copulatis primum persice redditum est, ceteris praeter illud م et ج nihil subscriptum. In parte posteriore iis verbis, de quorum significatione ex iis, quae antecedunt, satis constabat, subscriptum est م, i. e. مثله, *idem significans*, vel معروف. Magis placet prior pars, cujus primum caput est de tempore ejusque partibus, secundum de coelo, aëre et phaenomenis, tertium de terra, lapidibus et metallis, quartum de viis et itineribus, quintum de aqua et iis quae in ea nascuntur, sextum de plantis, fructibus et radicibus, septimum de viridariis et floribus, octavum de hortis olitoriis et oleribus, etc. Auget utilitatem comprehensio synonymorum et multitudo nominum recentioris originis aut significationis. Hujus partis initium:

بَابُ وَقْتٍ. أَوْقَاتٌ. حِينٌ. فَيْنَةٌ. أَحْيَانٌ أَحَلٌ. آجَالٌ.

هنگام ج م م ح م ح

آوَانٌ. آوِنَةٌ. إِبَّانٌ. آبَابِينُ. دَهْرٌ. دُهُورٌ. أَدْهُرٌ. حِقْبَةٌ.

م ح م ح ح روزكار ح م

Verbo هنگام eadem manu subscriptum est بر وقت, quod librarium turcicum prodit.

Finis: قِيدُ رُمْحٍ. قِيسُ شِبْرٍ. قَدْرُ رَاحَةٍ

مقدار نيزه مقدار بدست مقدار كف دست

مِثْقَالُ ذَرَّةٍ. عَلَى حِدَةٍ. اَللَّهُمَّ. لَاهُمَّ.

همسنك مورچه خرد تنهاكانه اى بارخدا م

Partis posterioris initium: هَنَأَهُ الطَّعَامُ. يَهْنِئُهُ. وَيَهْنَؤُهُ.

بكواريدش طعام مى كواردش م

وَيَهْنُؤُهُ. وَهَنِئَهُ. يَهْنَؤُهُ. هُنُوءًا. وَهَنَاءً.

م بكواريد بر وى م كواريدن م

Finis: طَفِقَ يفعل كذا. يَطْفَقُ. وَيَطْفِقُ. طَفْقًا.

اغاز كرد فلان كار مى كند م م

علق يفعل كذا. لَيْسَ زَيْدٌ ذَاهِبًا. هَاتِ كَذَا.

م نيست زيد رونده

omissa est translatio ultimi verbi: بده فلان چيز.

III.

[Pf. K. 249.]

Codex persicus, 8°maj., foll. 96, char. nestaʿlîq formae antiquioris scriptus in charta orientali. Est *Commentarius in carmen memoriale* نصاب صبيان, *nepoti* (حافد) *scriptum a* بدر الدين ابو نصر محمّد الرجى الفرهى, quo verba arabica usitatissima versibus variorum metrorum comprehensa persice explicantur. Initium: حمد وثناى نا محدود وشكر وسپاس نا معدود مر حضرت عليم معبود وكريم واجب الوجودى را كه الخ. Commentator, qui opus suum نصاب المتعلّم inscripsit, ab ejus initio docet, nomen illud فَرَهِى, pro quo persice dicatur فَرَاهِى, ut يَمَانِى pro يَمَنِى, ductum esse ab urbe فَرَه inter هراة et سجستان sita, ibidemque auctorem libri sepultum esse in قريهٔ رَجّ, unde الرَّجِى illud est; ad ejus sepulcrum autem conditum esse coenobium (خانقاه) eoque homines religiosos commeare. Ex praefatione auctoris ipsius constat, nomen libri نصاب صبيان inde petitum esse,

quod نصاب, i. e. tantum rei familiaris, quantum qui habet decimas debet, ad minimum est 200 drachmarum (دراهم), hoc autem carmen et ipsum 200 distichorum est. Fol. 9 r. commentator aït, قطعات sive minores versuum complexiones, ex quibus carmen constat, esse 40, atque in iis adhibita esse metra 9. Haec metra deinde sigillatim enumerat, simul pedes eorum describens, et quae قطعات hoc illo metro scriptae sint indicat. Fol. 10 r. numerum verborum arabicorum, quae his versibus continentur, dicit esse 1365.

Hinc ad fol. 15 r. pertinet مقدمه commentatoris, i. e. compendium doctrinae metricae in usum eorum, qui versus libri recte scandere et priorum commentatorum de hac re disputationes vocabulis artis refertas intelligere velint. Fol. 15 r. ipse liber incipit sic:

قال القطعه الاولى

اله است والله ورحمن خداى دليلست وعادى تو كو رهنماى

Sic ubique verba arabica persicis, quibus redduntur, praemissa sunt. Singulas versuum complexiones sequitur commentarius de metro et verbis. Consonantiae finalis ratio in omnibus haec est, ut prima quaeque bina hemistichia eandem habeant, in ceteris autem distichis posterius quodque hemistichium illam repetat. Ultimum distichum:

ناس وانس واناس آدميان پدر ومادر آدم وحوّا

Finis commentarii: واورا حوّا كفتند از براى حسن او ولطافت او وحوّه كندم كونى لب را نيز كويند كرد كردن.

Subscriptio persica latine reddita: „Finita est scriptio hujus libri in schola urbis Sâri (مدرسه طمعهٔ سارى), quum essem discipulus Mu'hammedis Enzâtii, summi pontificis (شيخ الاسلام شيخ محمّد انزاتى), postquam praefectus provincialis (حضرت نوّاب كامياب), Emîr 'Abd-allah Chân, fil. Emîri Sulthâni Ma'hmûdi, nepos Emîri 'Abd-el-kerîmi, me instituendorum filiorum causa in urbem Sâri duxerat. Quum autem is liber, unde hic descriptus est, vitiosissimus esset et nonnulla pro virium tenuitate emendare non possem, spero ea non ignorantiae meae tributum iri (vitiosa enim esse sciebam, sed medelam non habebam) propter excusationem, quam hic posui."

Ad dextram: „Ego eodem tempore filios ejus instituebam et duce magistroque pontifice librum *Irschâdi-fyqh* legebam."

Ad sinistram: „Ab initio mensis Ǵumâda posterioris A. H. 961 (Chr. 1554). Qui has literas exaravit (خراشندهٔ اين حروف), fuit 'Hosein fil. 'Alâ-ed-dîni Dâdârezensis." (دادارزى). Haec fol. 92. In quatuor ultimis foliis varia notata et excerpta sunt.

IV.

[Ac. K. 50.]

Codex arabicus turcicus utrinque truncus, 4° min., foll. 122, char. neschi, arabica literis majoribus, lineis rectis, turcica arabicis superscripra literis minoribus, lineis obliquis. Est *fragmentum Lexici* موازين اللغة, quod item in fine truncum est in Cod. Dresd. 100. Ex abrupto incipit sic:

بخت دوه ودورى صو ودولت المضمومة بخل بخيل لق

بخور توتسى ورمك واى قوقى بخار جلمكدن وغيردن

چقن بوغ بختى اكي اركجلو بسرك بختية دشى بسرك.

Eadem pagina sequitur فصل الدال, quod complectitur ea verba a ب incipientia, quorum secunda litera est د; sic deinceps فصل الذال ,فصل الراء etc., eaque omnia divisa in المفتوحة, المكسورة et المضمومة, i. e. verba quorum prima vocalis est fet'ha, quorum kesra et quorum dhamma. Ultima verba: ص وصب دايم درد ومنه قوله تعالى ولهم عذاب

واصب وصمت عيب وصل اولشمق وبله وارشمق وصيلة

V.

[K. 320 in Append.]

Fragmentum utrinque truncum *Lexici arabici turcici*, a *Mu'hammed Ibn-Musthafa El-Wânî*, qui vulgo *Wân-qûli* appellatur, ex ǵauhariano conversi, 4° min., foll. 6, char. neschi. Pertinet ab النعر والنعرة ad النون.

CODICES GRAMMATICI.

VI.

[K. 28.]

Codex arabicus turcicus, 4° min., foll. 92, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 85 v. *El-Schâfijeh Ibn-el-'hâǵibi* (vid. Cod. Dresd. 222, 1, et 414, 5) cum interpretatione turcica membratim interposita. Initium post besmelam:

سألنى من لا يسعنى مخالفته بندن سؤال ايتدى يعنى طلب ايتدى شول كمسنه كم اكا مخالفت ايتمك بكا جايز دكلدر

أن ألحق بمقدمتى فى الاعراب شول علم اعرابده تأليف ايتدوكم

القلوب صرّف قلوبنا نحو رضائك، وصلّ على من اوتى جوامع الكلم من بين انبيائك. Deinde, ubi ad orationem scriptoris venit: قال المص رحمه الله عملًا بالحديث المشهور والخبر المأثور واقتداءً بالكتاب الكريم بسم الله الرحمن الرحيم الخ. Post besmelam nuda scriptoris oratio: قال المفتقر الى الله الودود، احمد بن مسعود*)، غفر الله له ولوالديه، واحسن اليهما واليه، اعلم انّ الصرف امّ العلوم والنحو ابوها، ويقوى فى الدرايات داروها، ويطغى فى الروايات عاروها، فجمعت فيه**) كتابا موسوما بمراح الارواح، وهو للصبىّ جناح النجاح، . Sunt septem ابواب de totidem ابواب verbi: الصحيح f. 5 r. — 79 v., المهموز f. 79 v. — 95 r., المضاعف f. 95 r. — 109 v., المثال f. 109 v. — 114 r., الاجوف f. 114 r. — 131 r., الناقص f. 131 r. — 147 v., اللفيف f. 147 v. — 150 v., in quibus singulis oratio percurrit novem formas verbi et nominis, quae a nomine actionis, veluti communi fonte, fluunt: الماضى, المستقبل, الامر, النهى, اسم الفاعل, اسم المفعول, النهى, اسم الآلة, اسم الزمان, اسم المكان. Quum الامر cum النهى et اسم الزمان cum اسم المكان conjuncta sint, accedente loco de nomine actionis octo فصول de الاشتقاق existunt, per quae doctrina de flexione (الصرف) distributa est. Finis: وفى الكلمة التى لم يجتمع فيها الاعلالان يكون حكمها اى حكم العين ايضًا كالتى اجتمع فيها الاعلالان كحكم عين طوى فى عدم الاعلال للمتابعة نحو طويا فانّه لو اعلّ عين طويا لم يلزم اجتماع الاعلالين الّا انّه لم يعلّ تبعًا لطوى وطويان وطُوى مجهول طَوَى فانّه لو اعلّ الواو فيهما بقلبه الفًا او ياءً او باسكانها لثقل الكسرة عليها لم يلزم اجتماع الاعلالين الّا انّه لم يعلّ حملًا على طَوَى.

VIII.

[K. 235.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 102, char. neschi. Est idem liber, sed sine commentario. Absolutus est ab على ابن يونس ultimo mense Ssafar A. H. 1035 (1625) Constantinopoli. Notae inter lineas et in marginibus adjectae sunt, sed paucae.

IX.

[Ac. K. 53.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 107, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 47 r. Idem liber, ab initio aliquot notis ex شرح حسن پاشا instructus.

---

*) Sic in hoc exemplo; sed in ceteris plena احمد بن على ابن مسعود.

**) Comment. اى فى الصرف.

كافيه آدلو مقدّمه يه لحاق ايليم مقدّمةٌ فى الصرف على نحوها اول علم اعرابده اولان ك اوسلوبى اوزرينه علم صرفده دخى بر مقدّمه تأليف ايدوب اكا الحاق ايليم ومقدّمة فى الخطّ وبر مقدّمه خطّه متعلّق تأليف ايدوب اكا الحاق ايليم. Initium institutionum ipsarum: التصريف علم باصولٍ يعرف بها احوال ابنية الكلم. Adjectae sunt passim notae marginales arabicae. Finis: وامّا الحروف فلم يكتب منها بالياء غير بلى والى وعلى وحتّى وامّا حروف بلى دن والى دن وعلى دن وحتّى دن غيرى حرف يا ايله يازلمدى امّا بونلر يا ايله يازلدى زيرا بلى ده اماله اولنور وعلى ده والى ده عليك واليك دينور وحتّى دخى الى يه حمل اولندى فافهم. Absoluta est scriptio libri d. 10 mensis Schewwâli A. H. 1086 (Chr. 1675 exeunte) in schola (*medreseh*) condita a ديقو والى حسن پاشا in urbe Fünfkirchen (فى شهر پيچوى) a literarum studioso صالح بن محمّد لشنوى.

2) Fol. 86 v. — 92 r. *Commentatio arabica de indictione precum publica*, cujus argumenta sic indicata sunt: اردتُ ان اكتب نبذةً متعلّقةً ببيان اصل الاذان ومشروعه ومعناه واجابته مع الادعيَة التى يقرأ بعضها بين كلماته وبعضها بعده. Initium: الحمد لله الذى جعل النّداء جزءًا من شعائر الاسلام وتذكرةً لعباده الحاضرين. Finis: وارزقنا لقاءك ووصالك برؤية الانبياء والاولياء والكلّ من العلماء الكرام بلا حجابٍ ولا انكارٍ ولا مثالٍ، آمين بحرمة محمّد صلّى الله عليه وسلّم وآله وصحبه ورضى الله تعالى عنهم اجمعين. Subscriptus est in clausula librarii A. H. 1084 (Chr. 1673 et 1674).

VII.

[Pf. K. 17.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 150, char. nestaʿlîq scr. A. H. 1049 (Chr. 1639 et 1640), quo continentur *Institutiones de* الصرف, *ab auctore*, احمد بن على بن مسعود, *inscriptae* مراح الارواح, cum commentario arabico, ad quem et ipsum usque ad fol. 81 v. adscriptae sunt inter lineas et in marginibus notae arabicae. (Vid. B. de Sacy Gramm. arab. ed. post. I. p. 126. Ceterum non legendum esse cum summo viro مِرَاح, sed مَرَاح, docet haec interpretatio commentarii: (اى محلّ راحة الارواح). Initium commentarii: اللهمّ يا مصرف

2) Fol. 48 v. — 65 v. *Compendium doctrinae de* الصرف. Initium: الحمد لله ربّ العالمين والصلوة والسلام على سيّدنا محمّد وآله اجمعين اعلم انّ التصريف فى اللغة التغيير وفى الصناعة تحويل الاصل الواحد الى امثلة مختلفة لمعانٍ مقصودة لا تحصل الّا بها. Finis: والفِعْلة بالكسر للنوع من الفعل تقول هو حسن الطِعْمة والجِلْسة. Subscriptus est A. H. 978 (Chr. 1570 et 1571). In marginibus adscriptae sunt aliquot notae turcicae.

3) Fol. 65 v. — 83 r. كتاب المقصود, *aliud compendium ejusdem argumenti.* Initium: الحمد لله الوهّاب للمؤمنين سبيل الصّواب والصلوة والسلام على رسوله محمّد الزاجر عن الاذناب الباعث على طلب الثواب وعلى آله واصحابه خير الآل وخير الاصحاب وبعــد فانّ العربيّة وسيلة الى العلوم الشرعيّة واحد اركانها التصريف لانّه به يصير القليل من الافعال كثيرا والله الموفّق والمرشد الافعــال على ضربين اصلىّ وذو زيادة الخ. Finis: وقد يكون فى بعض المواضع لا يتغيّر المعتلّات فيه مع وجود المقتضى نحو عَوِرَ وٱعْتَوَر وٱسْتَوَى وغير ذيك فبعضها لا يتغيّر لصحّة البناء وبعضها لعلّة اخرى.

4) Fol. 83 v. — 91 v. كتاب بناء الامثلة. Initium: الحمد لوليّه والصلوة لنبيّه وعلى آله واصحابه اعلم انّ ابواب التصريف خمسة وثلثون بابا ستّة منها للثلاثىّ المجرّد. Huius compendii auctorem se ignorare fatetur B. de Sacy, Gramm. arab. ed. post. I. p. 126 in nota. Quinque et triginta formae, quas dicit, hae sunt: 1) Sex formae verbi triliteri, فَعَلَ يَفْعُلُ etc. 2) Duodecim formae verborum per accessiones a trilitero derivatorum (ما زاد على الثلاثىّ); ex his a) tres quae ad triliterum unam literam adjiciunt, افعل, فعّل, فاعل, b) quinque quae duas, انفعل, افتعل, افعلّ, تفعّل, تفاعل, c) quatuor quae tres, استفعل, افعوعل, افعالّ, افعوّل. 3) Verbum quadriliterum فعلل. 4) Sex formae verborum ad similitudinem quadriliteri formatorum (الْمُلْحَق بالرباعىّ ut فَعْلَل, فَعْيَل, فَعْوَل, فَيْعَل, فَوْعَل, فَعْلَى (جلبب. 5) Tres formae verborum per accessiones a quadrilitero derivatorum (ما زاد على الرباعىّ); ex his a) una quae ad quadriliterum unam literam adjicit, تفعلل, b) duae quae duas, افعنلل et افعللّ. 6) Quinque formae verborum ad similitudinem quadriliteri una litera aucti formatorum (مُلْحَق تَدَحْرَجَ), تفعلل (ut تجلبب), تفوعل, تفعلى, تفعول, تفيعل. 7) Duae formae verborum ad similitudinem verbi ٱحْرَنْجَمَ formatorum (مُلْحَق ٱحْرَنْجَمَ), افعنلل (ut ٱقْعَنْسَسَ) et ٱفْعَنْلَى (ut ٱسْلَنْقَى). Hinc nonnulla de discrimine et septem generibus verbi sani et anomali. Finis: ويقال لهذه الاقسام السبعة تجمعها هذا البيت صحيح است مثال است مضاعف لفيف ناقص مهموز اجوف

Qui longe majorem partem compendii scripsit, fol. 91 r. lin. 4 ab inf. in loco de الفعل المضاعف scribendi finem fecit, ultimis verbis, quasi libro absoluto, in cuneum terminatis; hinc alius charactere neschi parum culto orationem continuavit.

5) Fol. 92 v. — fol. 107 v. *Exempla omnium formarum verbi sani primitivi conjugati et nominum derivatorum,* adjectis ad plerasque formas notis arabicis et turcicis, quae earum nomina et significationes indicant.

X.

[R. 232.]

Codex trilinguis, maximam partem arabicus turcicus, 8° lato, foll. 118, char. partim neschi, partim nesta'lîq. Singulae partes ab aliis scriptae. Ab initio partis primae adjectae sunt notae inter lineas et in marginibus.

1) Fol. 1 v. — 27 r. كتاب المسعود, *Compendium doctrinae de* الصرف, scriptum in usum alicujus filiorum Solimani I. Initium: الحمد لله المُسَبَّح المحمود والصلوة على رسوله محمّد الاشرف المودود وعلى آله واصحابه وهم اكرم عباد المعبود وبعــد فانّى جَمَعْتُ المصادرَ والافعال المشتقّة منها بالاذعان وكتبتُ صيغةَ المُجَرَّدات مع المعان واتيتُ بامثلة المزيدات للايضاح والانكشافِ التامّ وبيّنتُ القواعدَ اللازمةَ من الاعلال والادغام وعَيَّنْتُ بناء ابوابه بالامكان حتى تَيَسَّرَ الحفظُ على لِسانِ أَذْكَى *) الصِّبْيان من اكرم الانسان اعنى ثمرة الفواد لسُلْطان سليمان خان طوّل اللهُ عمره وعَمَّرَهم الى ما أَرَادَهُ الأَبَوَان والمسؤل من الله تعالى ان يُرشِدَهم الى قوام الطَّريق ويَزِيدَ علمهم بنظرهم الدقيق فانّى سمّيتها مسعودا بين كتب الصَّرف مَوْدُودًا. Primum filium regium, quem ايها السلطانُ الكريمُ appellat, docet quantum valeant quantique sint eruditio et eruditi, regiam autem dignitatem sine eruditione similem esse equi sine freno. Deinde, ubi ad rem ipsam venit: واعلم انّ

*) Cod. أَزْكَى.

الافعال المستعملة فى الفاظ العرب خمسة وثلثون بابا وهى على ضربين مجرّد ومزيد. Habes eandem divisionem quam vidimus in Cod. VIII, 4. Postquam sex formas verbi triliteri sani (الابواب الستّة) ad tria genera (ثلثة ابنية) retulit: 1) فَعَلَ يَفْعُلُ, فَعَلَ يَفْعِلُ, فَعَلَ يَفْعَلُ (2 ,فَعِلَ يَفْعَلُ 3) فَعُلَ يَفْعُلُ, فَعِلَ يَفْعِلُ, pro exemplo ponit verbum نَصَرَ per omnes formas conjugationis et nominum derivatorum, deinde has formas sigillatim persequitur, tandem de speciebus verbi anomali earumque derivatis disserit. Finis: همز الوصل يسقط فى حالة الوصل ويثبت فى حالة الفصل وهمز القطع ليس كذلك بل يثبت على كلّ حال.

2) Fol. 28 v. — 42 r. تذكرة جوامع الادوات scripta a محمّد بن احمد بن محمود, *Commentatio arabica in* فصول *divisa de syntaxi particularum et pronominum*, admixtis aliis, quae ad Logicam, Grammaticam, Rhetoricam, Lexilogiam et Interpretationem coranicam spectant. Initium: الحمد لله الذى جعل علم الاسلام مدارا لأصل الكلام، وانزل كلامه مؤسّسا على ما اسّس عليه الكلام، وهو الاسم والحرف والفعل على التمام، وعلى نبيّنا الخ قال المفتقر الى الله الودود، محمّد بن احمد بن محمود، اعلم انّه يجب على طلبة العلم وطلابه ان تحفظ الادوات من الحروف ليتأتّى الوصول الى معانى الكلام ويتيسّر الادراك لمبانى الاصول، ويتسهّل اخذ طرق الكلام، وسمّيته تذكرة جوامع الادوات. Multa bonae frugis in hoc libro insunt, qui non solum vulgaria repetit, sed in subtiliores interioresque linguae rationes inquirit. Ceterum ordo disciplinarum et argumentorum nullus apparet. Ultimum caput est de iis, quae apodosin requirunt (فى الاشياء التى تقتضى الجواب); extrema verba: لا تذهب تغلب اى انت تغلب عليه.

3) Fol. 43 v. — 45 r. رسالة الغالب والمغلوب, turc. Initium: اسكندر يونانى كه اكثر ربع مسكونه تيغ خونبار ولواء ظفر اثار ايله حكم ايلمشدر مركز اوستادى ووزيرى وصاحب راى وتدبيرى حكيم ارسطو رايندن بيرون ايش اشلمزدى. Hinc Aristotelem aït Alexandro librum scripsisse, كتاب التياسه (fort. السياسه) فى تدبير الرياسه, quem Alexander in omnibus expeditionibus secutus nullum hostem non vicerit. Ab ipso ejus initio expositam fuisse illam artem de الغالب والمغلوب, cujus lex haec, ut Alexander, antequam ipse hostem aggrederetur, literas sui nominis pro numeris computaret, deinde item hostis sui; hinc ea, quae infra docebitur, ratione usus auguraretur, uter victor futurus esset; quod si hostem potiorem esse intellexisset, aliquem ex ducibus exercitus sui quaereret, cujus nomen plus valeret, et hunc adversus illum mitteret. Quum autem ratio arithmetica literarum duplex sit, جملهٔ كبير et جملهٔ صغير, utramque adhiberi posse. Minorem magis notam et vulgatam esse, qua ا unum sit, ى decem, ق centum, غ mille; majorem a ى demum initium capere, ut ى unum sit, ك duo, et sic deinceps. Hinc docetur, quid inventis illis numeris faciendum sit, secundum duo disticha ʿAlii Chalifae:

وفى الزوج والأفراد يسمو اقلّها ... واكثرها عند التخالف غالبُ
ويُغْلب مطلوب اذا الزوج يستوى ... وعند استواء الفرد يَغْلب طالبُ

quae deinde turcice explicantur. Primum hemistichium significat: Postquam de utroque nomine in numerum converso toties noveni deducti erunt, dum aut ipse numerus novenarius supersit, aut minor, si de utroque vel par vel impar numerus superest, minor victorem indicat; ut si de Gajo duo supersunt, de Sempronio octo, ille victor erit; si de illo novem, de hoc unus, hic erit. Secundum: Si de altero par numerus superest, de altero impar, major victorem indicat. Tertium: Si de utroque idem numerus par superest, is vincet, cujus adversarius computum instituerit (المطلوب). Quartum: Si de utroque idem numerus impar superest, is vincet, qui computum instituerit (الطالب). Quo commodior esset rei conspectus, adjecta est tabula haec:

احكام ۲				احكام ۱		
۹ غالب	۹	۲		۱ غالب	۹	۱
۲ غالب	۸	۲		۸ غالب	۱	۱
۷ غالب	۷	۲		۱ غالب	۷	۱
etc.				etc.		

4) Fol. 46 v. — 58 v. نظم الاسامى *), *Poëma turc memoriale, quod verba persica adjectis turcicis reddit.* Initium:

چو بسم الله پس الحمد لله ... ديالم ثم توكّلنا على الله

In quindecim partibus poëmatis tantum sex metra adhibita eorumque nomina singulis partibus superscripta sunt. Sex primae, quarum suum quaeque metrum habet, incipiunt a binis distichis metri accuratius indicandi causa praemissis: prius quodque vel theologici, vel erotici, vel alius argumenti est; posterioris cujusque prius hemistichium nuda metri forma est, posterius ejusdem definitio verbis technicis expressa. Exemplum sit inscriptio et initium primae partis:

*) Sic nominari jubetur in duodecimo disticho ingressionis:
انك ويردم ادين نظم الاسامى ... كه بو رسمه بوليدر خوش نظامى
In indiculo, qui fol. 1 positus est, nominatur كتاب اللغة المنظومة.

القطعة فى بحر الهزج المسدّس المقصور

دل عاشق اكر نزديك اكر دور — اولور يارك خيالى ايله مسرور
مفاعيلن مفاعيلن مفاعيلْ — هزج بحرى مسدّس كلدى مقصور
خدا تكرى وتكريلق خدايى — كشى كندويه كلمكلك خودايى
چو يغلو چرب اولدى بستة بغلو — بله باغم دُر ايريلق جدايى
بهشت اوجمق طمو دوزخ يوزْ بد — كيجه شب روز كوندز مه بل آيى

Ut ex hoc ipso specimine intelligitur, argumentorum ordo nullus aut paene nullus est, sed verba, ut fors et metrum et consonantia finalis ferebant, mixta, item turcica persicis modo praemissa, modo subjuncta. Finis:

آخر انجام ايو آدلو نيك نام كردمش پرداخته ايلادم تمام.

5) Fol. 60 v. — 84 v. سير الكواكب السمائيّة بسعد كتاب شرح ربع الدايرة (in indiculo: الدولة الشريفة السليمانيّة لسيدى على زاده), *Commentatio turcica Mufthafa Ibn-ʿAlii*, vulgo *Sidi ʿAli-zâdae*, horoscopi (*muwaqqit*) ad templum Selimicum Constantinopolitanum, *de chronologia astronomica, civili et ecclesiastica.* Initium: الحمد لله الّذى جعل فى السماء بروجا وزيّنها للناظرين وجعلها سقفا محفوظا، وتبارك الله احسن الخالقين الخ بعده بو عبد ضعيف، المحتاج الى رحمة ربّه اللطيف، مصطفى بن علىّ، الموقّت بالجامع الخاقانى السلمىّ، بوّأه الله الملكُ العلّام، دارَ السلام، ايدر كه الخ. Narrat se quondam, quum in colloquio cum aliquot hominibus chronologiae (علم ميقات وفنّ اوقات) studiosis quaedam verba hujus disciplinae propria adhibuisset, ab iis rogatum esse, ut brevem commentationem turcicam scriberet, qua doceret rationem lunae primae, cujus observatio et indictio lege muhammedana sancita est, deinde quibus diebus sol in quodque duodecim signorum coelestium intret et quibus inde exeat, praecipue quo tempore in arietem intret et novus annus astronomicus incipiat, item quo tempore sol summam orbitam attingat, quot scripula (درجه) hora habeat, quae sint duodecim signa coelestia, quae anni partes, quae signa sol singulis anni partibus perlustret, deinde cur alii menses tricenorum dierum sint, alii undetricenorum, et quae vicissitudinum lunarium ratio, item quibus diebus mensis utile sit venam incidi et scarificari, hinc quando Constantinopoli quinae precationes diurnae faciendae sint, quando incipiendum, quando absolvendum jejunium, quando sit diluculum (سحر) et utrumque tempus matutinum (صبح كاذب et صبح صادق), quando instituenda sit precatio solennis duorum festorum annuorum (ايكى بيرام نمازلرى), quanto tempora quarundam urbium tempora constantinopolitana aut antecedant, aut sequantur; tandem pro appendice artem doceat de غالب ومغلوب et طالب ومطلوب et دوست واعدا. Haec igitur sunt argumenta commentationis, quam scriptor Solimano I dedicavit eique in fine ingressionis optima quaeque precatus est. Ubique cum astronomicis conjungit astrologica, ut quid portendat solis introitus in summam orbitam, aut in arietem, quid hoc illo tempore fieri, quid vitari oporteat, al. De علم الغالب والمغلوب eadem tradit, quae in tertia parte hujus codicis vidimus. Quae si ad الطالب et المطلوب transferuntur, hanc vim habent, ut, si الطالب potior fuerit, consecuturus sit المطلوبَ, sive res est, sive persona; sin contra, non sit; item si ad دوست et اعدا transferuntur, hanc vim habent, ut, si amicus potior fuerit, amicitia duratura sit, aut inimicitia finem habitura; sin minus, contra futurum sit. Abrupta est oratio fol. 84 v. inf.

6) Fol. 85 v. — 117 r. رَوْنَق بُسْتَان, *Nitor horti, commentatio turcica de colendis hortis.* Initium: حمد بى پايان، وشكر فراوان، خالق زمين وآسمان، ورازق انس وجان، حضرتنه كه خاك پاكى كزيدهٔ چار عناصر، ونخل آدمى آندن ظاهر ايدوب، فروع انبياء كبار، وعو برندهٔ ميوهٔ حكمت بى شمار، ايله پر بار، ايلدى الخ. Aït scriptor, quum accommodate ad vocem illam Muʿhammedis: حبّ الوطن من الايمان, *amor soli patrii pars fidei est*, semper hortorum omnis generis studiosus fuisset, se prope Adrianopolin amoenissimum hortum instruxisse, qui ab hominibus sui temporis magnopere celebratus sit. In quo colendo dum iis uteretur, quae partim ex libris, partim ex institutione aliorum, partim ex usu didicisset, sibi in mentem venisse, ut ipse amicis librum ea de re scriberet. Hunc se divisisse in tot capita (فصول), quot sint elementa et partes anni, his autem adjunxisse complementum sive appendicem (تتمّه) et clausulam (خاتمه). Primum caput esse de natura humi, secundum de serendis arboribus, tertium de putandis et copulandis (قطع ووصل), quartum de morbis arborum, appendicem de colendis oleribus et floribus, clausulam de legendis et conservandis fructibus. Primo igitur capite, fol. 86 v. — 88 v., docet, quotuplex natura humi sit et quibus arborum et plantarum generibus singula humi genera conveniant, item quomodo humus corrigenda sit; secundo, fol. 88 v. — 101 r., quando et quomodo vites et arbores serendae et colendae sint, item quae sint arborum et fructuum naturae, virtutes, vires; tertio, fol. 101 r. — 106 r., quomodo arbores resecandis ramis supervacaneis collucandae

(بوداغق) siut, deinde quomodo partes arborum cum aliis copulandae *), quae copulationis formae cuique arborum generi conveniant, quae instrumenta ad hunc usum adhibenda sint; quarto, fol. 106 r. — 112 r., qui sint morbi et quae medela vitium et arborum; in appendice, fol. 112 r. — 115 r., quomodo colendi sint melones, cucumeres, cucurbitae, raphani, rapae, lactucae, brassicae, mala aurantia, deinde rosae aliique flores; item quibus rebus horti a formicis, vermibus, scarabaeis, erucis aliisque pestibus muniendi sint; in clausula, fol. 115 r. — 117 r., praeter illa quae supra dicta sunt, quomodo quibusdam fructibus utendum sit et quomodo ex piris, malis, cydoniis vinum parandum. Finis: بو اسلوب اوزره اغزنه وارنجه بعده محکم بغلیه تا سنه طورر چوق زمان دویر بعون الله.

XI.

[Ac. K. 220.]

Codex arabicus, 4°, foll. 90, char. nesta'liq scriptus, *Commentarium* continens *in illud compendium de* الصرف, *quod nominatur* المقصود (Cod. IX, 3; plenius hic in praefatione مقصود التصريفية), quocum ut commentarius consonaret, auctor eum nominavit المطلوب. Orationi compendii membratim interpositus est. Initium: الحمد لله المتعالى عن الاخبار الاجلة (fort. العاجلة) العلومية القادر على احاطة النفوس المطفوحة من انواع البلية الخ. In marginibus passim notae adjectae sunt ex aliis libris, ut الدر المنقود (abjecto articulo در منقود, item brevissime منقود; item النقود في شرح المقصود, quod nescio an idem sit; etiam نقوط et, quod plane absonum est, نقطوط plus semel reperitur), تلويح, قمرية, شرح شكرية et شكرية, الافصاح في شرح المصباح, شرح الايضاح, شرح رضى, اصباح; apparent etiam nomina duorum scriptorum: دانيال et حسن چلبى. Finis: وبعضها نعلة اخرى وهي ما ذكرنا في اعور واعتور وغيرهما فيرجع هذا الكلام منه الى عور واعتور وغير ذلك تامل. Scriptus est codex ab 'Hosein Ibn-Mufthafa et absolutus mense Scha'bân A. H. 982 (Chr. 1575).

XII.

[Ac. K. 155.]

Codex arabicus, 4°, foll. 72, char. partim nesta'liq, partim neschi scriptus. Continet قواعد الصرف. *Leges flexionis grammaticae*, quarum hae sunt partes: f. 1 v. — 7 r. ingressio propaedeutica de notione verbi التصريف, et de vocabulis technicis hujus disciplinae; f. 7 r. — 16 v. primum caput (باب) de formis nominum et verborum et de potestatibus mutationum verbalium; f. 16 v. — 30 v. secundum caput de verbo sano; f. 31 r. — 36 v. tertium caput de verbo iteratae mediae; f. 36 v. — 44 r. quartum caput de verbo hamzato; f. 44 r. — 72 r. quintum caput de verbo infirmo. Initium: الحمد لمن تفرد بتجميل الاسماء والافعال وتوحد بتصريف الاحوال في الماضى والاستقبال. Citantur auctores سيبويه, ابن حاجب, الخليل, البصريون, يونس والكوفيون, ابو زيد, الجوهرى, الزنجانى, الفاضل الهروى, الفراء. In capite quinto, f. 62 r. — 65 v., occasione data disserit de permutationibus consonarum in universum, et necessariis, et licitis. El-Fâdhilum Heratensem (puto in libro *Mochtasar*, v. Herbel. s. v. *Heraovi)* leges permutationis literarum et ejus infirmitatis, quae ex abjectis literis et aliis mutationibus nascitur (الاعلال بالحذف وغيره), exposuisse easque nodos (عقد) nominasse aït, quod animi primo adspectu difficultate rei quasi constringantur illasque comprehendere recusent. Ceterum sex pluresne nodos ille statuerit, parum liquet, quoniam in ستة عقدة codicis manifesto aliquid peccatum est. Liber argumenti copiosissimi et haud vulgaris, subtilibus ratiocinationibus conditi. Finis: فان قلت لم قلبت العين من واو وياء ألفا دون لاميهما مع وجود المقتضى وهو تحركهما وانفتاح ما قبلهما قلت لكراهتهم اجتماع حرفى علة متحركين في اول الكلمة الحمد لله على الاتمام والصلوة على خير الانام وعلى آله الكرام واصحابه العظام. Scripsit codicem nescio quis Turca regnante Mu'hammede IV, cujus nomen in subscriptione positum est, A. H. 1062 (Chr. 1653).

XIII.

[Ac. K. 52.]

Codex arabicus, 8° max., foll. 19, char. nesta'liq scriptus: مجمع الامثال, *Paradigmata partis etymologicae grammaticae arabicae.* Initium: الحمد لله خالق الكونين والصلوة على نبى الفريقين وعلى آل رسول الثقلين وعلى اصحاب تمام الحرمين وبعد فان الافعال تنقسم الى قسمين ثلاثى ورباعى مجردين ومزيدين الخ. Ordo argumentorum hic: 1) التعريف في علم التصريف, i. e. definitiones verborum العلم, التصريف, اسم المصدر, المضارع, الحال, المستقبل, الماضى, الفعل, اسم الزمان, النهى, الامر, النفى, اسم المفعول, الفاعل, اسم المصغر, اسم المنسوب, بناء النوع, بناء المرة, الآلة, التعليم في اصطلاحات التصريف 2) فعل التعجب, التفضيل,

*) Copulandi sex species enumerat: زيكر, كوز اشلمه سى, يرمه, (بر پرمق كبى بر تازه بودق زيكر) interpretatur اشلمه سى; چبوق اشلمه سى, بيرق اشلمه سى, قلس اشلمه سى; quae praeter has species ferantur, futiles esse; capitales autem esse يرمه et بيرق اشلمه سى.

i. e. definitiones verborum الصحيح, المعتلّ, et quae sunt cetera verborum anomalorum nomina. 3) Paradigmata verbi triliteri sani et anomali formae I (in qua discretae sunt sex species: باب, باب فَعَلَ يَفْعُلُ, باب فَعَلَ يَفْعِلُ, وباب فَعَلَ يَفْعَلُ, وباب فَعِلَ يَفْعِلُ, باب فَعُلَ يَفْعُلُ, فَعِلَ يَفْعَلُ, hoc ordine), f. IV, f. II, f. III, f. V et hinc solito ordine usque ad f. XIII. 4) Paradigmata verbi quadriliteri sani et anomali formae I usque ad f. IV. Formae I subjecta sunt ea verba quae appellantur الملحقة بالفعللة, ut جَهْوَرَ, بَيْطَرَ, حَوْقَلَ, جلبب, قَلْسَى, عَذْيَطَ. Finem facit fol. 14 v. — 17 v. ذَيْلُ الكتاب, i. e. appendix de finibus analogiae in verbis servandae et de formandis nominibus verbalibus verbisque admirationis (cf. num. 1). Finis: ولا تقول ما اقاله واقل به، تدبّر تأمّل واحفظ، Codex scriptus est a Mu'hammed Ibn-El-Resûl Sebastae, urbe Armeniae minoris, hodie Siwâs.

XIV.

[Ac. K. 56.]

Codex arabicus, 8°, foll. 62, char. nesta'lîq scriptus in charta orientali. Primum in tribus foliis varia notata, deinde tres libri capitales syntaxis arabicae:

1) Fol. 1 v. — 30 r. *El-Kâfije Ibn-'Hâgibi.* Initium: قال الشيخ الامام العالم المالكيّ جمال الدين ابو عمرو ابن عثمان بن عمر بن ابى بكر المعروف بابن الحاجب الكلمة لفظ وضع لمعنى مفرد الخ. Finis: وفى الوقف فيردّ ما حذف والمفتوح ما قبلها تقلب الفا. Tota commentatio inter lineas et in marginibus densissimis notis stipata est, quarum auctores et fontes fere hi indicati sunt: جامى, سيد عبد الله, شرح مفتاح, مطوّل, سيد شريف, عجدوانى, دهلوى, ارانى, كشف, كبير, لباب. Scripta est A. H. 938 (Chr. 1531—2).

2) Fol. 30 v. — 54 v. *El-Misbâ'h El-Motharrezii.* Initium: امّا بعد حمد الله ذى الانعام، جاعل النحو فى الكلام، كالملح فى الطعام، الخ. Finis: وفى الاوّل ما سبق من الكلام. Hic quoque notarum nubes, petita ex انوار (alibi انوار انوار), المرح, ضوء, كاشف دقايق, افتتاح, اصباح (sic, dubium num المرج, an المرخ; reperitur etiam المروح). Unius interpretis nomen apparet حاجى بابا. — Fol. 55 r. nonnulla scitu digna notata sunt, ut tredecim loci orationis, ubi إنّ efferendum est (in his post ثُمَّ et حَتّى الابتدائيّة), et septem, ubi أَنَّ (in his post لَوْ et لَوْلاَ, ut لَوْ أَنَّكَ جِئْتَنِى لَأَكْرَمْتُكَ). Item duo disticha memorialia quatuor significationes verbi نَحْوًا vel نَحْوَ monstrantia:

نَحَوْنَا نَحْوَ دارِك يا حبيبى   لَقِينا نَحْوَ أَلْفٍ مِنْ رَقِيبِى
وَجَدْناهُمْ مريضا نَحْوَ كَلْبٍ   تَمَنَّوْا مِنْكَ نَحْوًا مِنْ شرابى

In primo hemistichio notatum est significare جانب, in secundo مِقْدار, in tertio مِثْل, in quarto نَوْعا. — Item discrimen quod intercedit inter الاشتقاق et العَدْل: الفرق بين العدل والمشتقّ أنّ الاشتقاق هو عَدْل من اللفظ والمعنى كضارب من الضرب والعدل اشتقاق اللفظ دون المعنى بَلْ هو نِكْرُ لفظ المشتقّ وإرادةُ معنى المشتقّ منه.

3) Fol. 55 v. — 62 v. *Centum Regentes El-Gorgânii*, et hi notis referti, non indicatis tamen auctoribus. Initium: الحمد لله ربّ العالمين والصلوة والسلام على محمّد وآله اجمعين، وبعد فانّ العوامل فى النحو الخ. Finis: فهذه مائة عامل فلا يستغنى الصغير والكبير والوضيع والرفيع عن معرفتها واستعمالها،. Scriptio absoluta A. H. 939 (1532—3). Ut in primis, ita in ultimis tribus foliis varia notata sunt.

XV.

[Ac. K. 59.]

Codex arabicus, 12°, foll. 123, char. neschi ad nesta'lîq vergente. Insunt iidem libri qui in codice antecedenti:

1) Fol. 1 v. — 52 r. *El-Kâfije* cum aliquot notis, scripta ab 'Alî Ibn-Welî A. H. 947 medio m. *Δû 'l-'higge* (Chr. 1541).

2) Fol. 53 v. — 108 r. *El-Misbâ'h*, ab initio cum notis petitis ex اصباح, شرح افتتاح, ضوء. Scr. eodem anno.

3) Fol. 109 v. — 123 r. *Centum Regentes*, et ipsi aliquot notis instructi. Scr. A. H. 959 (Chr. 1552).

XVI.

[Ac. K. 58.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 107, char. neschi scriptus in charta orientali. Insunt:

1) Fol. 1 v. — 54 r. *El-Kâfije* cum notis ex متوسّط, شرح ارشاد, شرح اياد, عجدوانى, هندى, ثقاعى, صحيح, راضى. Scriptio absoluta A. H. 897 medio m. Gumâda posteriore (Chr. 1492) a Sulthân A'hmed Ibn-Mu'hammed Ibn-Mu'hammed-Schâh Ibn-Mu'hammedî Ibn-Urug (اورج)-Beg Ibn-Tokatmisch Râïsî (تكتمش راى سى). — Fol. 54 v. et 55 r. varia notata.

2) Fol. 55 v. — 80 r. *El-Misbâ'h*, a tribus scriptus, cum notis ex اصباح, متوسّط, ضوء, شرح المختصر, افتتاح, خلاصات, حاجى بابا.

3) Fol. 80 r. et v. praemissa besmela: الاشكال عشرة (pro العشرة) قوله الكلمة لفظ وضع لمعنى مفرد فيه عشرة

اشكال الخ. *De decem difficultatibus quinque primorum verborum El-Kâfijae*, iu quibus tamen ad quintam tantum perventum est.

4) Fol. 81 v. — 84 v. *Fragmentum* utrinque truncum *commentarii in El-Kâfijam*, الوافية فى شرح الكافية *inscripti.* Particula El-Kâfijae, quae hic illustratur, in hoc ipso exemplo, Cod. 1, pertinet a fol. 2 r. lin. 7: الاعراب ما اختلف آخره به الخ, ad fol. 2 v. ult.: جمعُ المذكّر السالمُ وأُولو وعشرون واخواتها بالواو والياء. In eo exemplo El-Wâfijae, quod apud nos est Cod. XX, hoc fragmentum reperitur fol. 4 v. et 5 r.

5) Fol. 85 v. — 107 v. *Commentarius in praefationem El-Mifbâ'hi*, qui iu compluribus Codd. Dresd. extat (vid. No. 89, 2); sed hic omissa est ingressio illa, quam habet Codex XVII, 2. Initium: اما بعد امّا كلمة متضمّنة لمعنى الشرط فلذلك لزم دخول الفاء فى جوابها لزوما اكثريّا لا كليّا. Finis: لانّ العقل يجوّز ان يكون شيئًا آخر غير الخامس.

XVII.

[Pf. K. 20.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 139, char. neschi. Insunt:

1) Fol. 1 v. — 50 v. *El-Kâfije* cum notis.

2) Fol. 51 v. — 98 r. *Commentarius in praefationem El-Mifbâ'hi*, quem eundem exhibet Cod. XVI, 5, ingressione illic omissa instructus. Initium: الحمد لله الّذى لا يبلغ كُنْهَه جادٌّ ولا يحصى عددَ نِعَمه عادٌّ الخ. Deinde: امّـا بعد فهذه اوراق لاعراب ديباجة المصباح من فوايد غرايب المفتاح (Glossa: المفتاح كتاب واحد من المعانى) وابتدأ أوّلا بآية من كتاب الله تعالى تبرّكا وتيمّنا وببيت من الابيات ليُفيدَ مهارةً وتمرّنا الخ. Locus ille coranicus, a quo interpretando exorditur, est قال ربّ انى لا املك الّا نفسى واخى, desumtus ille ex Sur. V, v. 28. Versus autem, cujus interpretationem subjungit, Abû'l-Thajjibi (ابو الطيب) est:

مَنْ طَلَبَ المَجْدَ فَلْيَكُنْ كَعَلِـــيٍّ يَهَبُ الأَلْفَ وَهْوَ يَبْتَسِمُ

Transitum ad ipsum commentarium facit dissertatio, quam in describendo Cod. Dresd. 89 commemorare oblitus sum, de necessitate religiosa (وجوب) studiorum grammaticorum, de notione verbi النَّحْو, de fine illorum studiorum, de ortu et progressu artis grammaticae apud Arabes. Refertur ejus origo ad 'Alî Chalifam, a quo Abû'l-Aswad El-Duelî prima ejus elementa accepisse dicitur. De causa nominis الدُّؤَلى fol. 56 v. in margine notatum est, Duïl aliis videri nomen tribus arabicae, aliis avi Abû'l-Aswadi, aliis viri ex gente Kenanaea (اولاد كنانة), a quo viro genus Abû'l-Aswadi descendat; quum autem a Duïl nomen gentilicium aut patronymicum fiat, kesra in fet'ham mutata dici Duelî. — Inter lineas et in margine adjectae sunt multae notae ex commentario Sîdî-'Alî-zâdae (vid. Cod. X, 5. et XXVII, 1.), quibus plerumque subjunctum est سيد vel سيد على.

3) Fol. 99 v. — 129 r. *El-Mifbâ'h* cum notis ex شرح على زاده, افتتاح, شرح حاجى بابا.

4) Fol. 129 v. — 139 r. *Centum Regentes El-Gorgânii.* Subscriptio nulla.

XVIII.

[Pf. K. 257.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 24, char. nesta'lîq. Insunt:

1) Fol. 1 v. — 18 r. *El-Mifbâ'h*, scr. A. H. 1046 (Chr. 1636 — 7).

2) Fol. 19 v. — 24 r. *Centum Regentes*, eod. anno scripti.

XIX.

[Pf. K. 21.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 137, char. nesta'lîq: الوافية فى شرح الكافية, opus *Rukn-el-din 'Hasan Ibn-Mu'hammed El-Istirâbâdii*, mort. A. H. 717 (Chr. 1317 — 8); vid. Herbel. s. v. *Rocneddin* et *Vâfiah*. Fronti inscriptum est: هذا كتاب المتوسّط شرح الكافية; in fine: تمّت الوافية فى شرح الكافية; in ipsa praefatione: سمّيته بالوافية فى شرح الكافية لكونه وافيا لحلّ الفاظه وشرح معانيه وموصلا لطالبيه الى مقاصده ومغانيه. Initium: احمد الله على عظمة جلاله حَمْدَ غريقٍ بمطالعة جماله واشكره بجزيل نواله شُكْرَ معتقدٍ لمعاده ومآله الخ. Postquam primum copiosius in El-Kâfijam commentatus esset, se jam brevius verba et sententias ejus explicasse, analysin autem enunciatorum parcius instituisse, tamen plerorumque causas et rationes indicasse ait. Dedicatio haec est: جعلته لرسم خدمة الامير الكبير العالم الفاضل الكامل سلالة الامراء والوزراء مفخر العرب والعجم ناصر الدولة والدين شمس الاسلام والمسلمين يحيى بن المخدوم المعظّم ملك ملوك الامراء والوزراء صاحب السيف والقلم صلاح العالم جلال الدنيا والدين ابراهيم بن يغروش*) بيلكا ملك الختنى اعزّ الله انصارهما وضاعف اقتدارهما بسبب اشتغاله بهذا الكتاب الذى هو دستور فى هذا الفنّ لاولى الالباب. Singulis membris El-Kâfijae, saepe inchoatis tantum et per الخ abruptis, quae commen-

*) Cod. XX بغرش.

tario interposito dirimuntur, praefixum est قوله, et in hoc codice et in sequenti rubro colore scriptum. Ab initio usque ad fol. 15 r. aliquot notae adjectae sunt. Finis: وليكن آخر الكلام فى هذا الكتاب، والحمد لواجب الوجود، والشكر لمفيض الخير والجود. Scriptio absoluta A. H. 1086, m. Mu'harram d. quarto Chr. 1675) ab A'hmed Ibn-Timur-Dede.

XX.

Codex arabicus, fol., foll. 94 invicem alborum et rubrorum chartae orientalis, char. nesta'lîq scriptus, lacer, detritus, inquinatus, in marginibus passim resartus. Exciderat praeterea ultimum folium, sed manus recentior in folio adjecto orationem absolvit. Continet eundem librum, quem Cod. XIX, notis interlinearibus et marginalibus stipatum.

XXI.

Codex arabicus, 8° obl., foll. 196, char. nesta'lîq: الفوائد الضيائية, *Commentarius in El-Kâfijam, quem 'Abd-el-ra'hmân Ibn-A'hmed El-Gâmî*, celeberrimus poëta persicus, *filio, Dhijâ-el-dîn Jûsuf, composuit ab ejusque cognomine inscripsit.* Initium: الحمد لوليّه، والصلوة على نبيّه، وعلى آله واصحابه، المتأدّبين بآدابه، وبعــد فهذه فوائد وافية، فى حلّ مشكلات الكافية، الخ. Adjectae sunt notae marginales et interlineares. Commentarium ab auctore perscriptum esse A. Chr. 1473, constat ex ipsius clausula: قد استراح من كدّ الانتهاض، لنقل هذا الشرح من السواد الى البياض، العبد الفقير عبد الرحمن الجامىّ، وفّقه الله سبحانه فى وظائف عبوديّته للاعراض، عن مطالبة الاعواض والاغراض، ضحوة السّبت الحادى عشر من رمضان المنتظم فى سلك شهور سنة سبع وسبعين وثمان مائة من الهجرة النبويّة الهلاليّة. Hunc autem codicem absolvit Derwîsch Ibn-'Hasan A. H. 1013, m. Regeb d. quarto (Chr. 1604).

XXII.

[K. 15.]

Codex arabicus, 4°, foll. 143 chartae orientalis, scriptus char. neschi ad nesta'lîq vergente. Frons eleganter expicta, literae nitidae, totus codex solito cultior. Continet eundem librum quem Cod. XXI, cum aliquot notis marginalibus. Folio 1 r. inscriptum est: شرح الكافية للمولى العلّامة عبد الرحمن الجامىّ قدّس سرّه العزيز، ممّا ساقه التقدير الى سلك ملك العبد الفقير، احمد بن ابى السعود الحقير، عفى عنهما. Pater hujus A'hmedis fortasse fuit celeberrimus ille Abû'l-Su'ûd, Mufti Constantinopolitanus, de quo vid. Hammer-Purgstall in Hist. poes. othoman. II, p. 352 sqq.

XXIII.

[Ac. K. 54.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 237, char. nesta'lîq. Est idem opus, ultimo folio truncum. Extrema verba: فان لم يكن فكالمتّصل ومن ثمّه, ex oratione El-Kâfijae ipsius sunt atque in exemplo ejus, Cod. XVI, leguntur paulo a fine retro, fol. 54 r. lin. 1.

XXIV.

[K. 204.]

Codex arabicus, 8° lato, foll. 136 chartae orientalis, char. nesta'lîq scriptus, cum notis marginalibus et interlinearibus versus finem deficientibus, continens *Commentarium* الضوء *in locos selectos El-Mifbâ'hi.* De auctore, quem Herbelot simpliciter *Esfahani*, i. e. Ispahanensem, appellat, vid. B. de Sacy Anthol. gramm. p. 234. Substituta sunt pro deperditis folia chartae occidentalis 1—5, 12—28, 38 et 39, eaque expleta manu recentiore. Initium: بسم الله الرحمن الرحيم وبه نثقى والحمد لله ربّ العالمين وصلّى الله على محمّد وآله اجمعين، انّ احقّ ما يتوشّح بذكره صدور الكتب والدفاتر، ويتوفّر على نشره السنة البادى والحاضر، حمد الله تعالى الخ. Deinde narrat, quum ad se adolescentem plurimi convenissent studiosi disciplinarum philologicarum, quae propter multitudinem et diversitatem difficillimae nunc fere jaceant, se ab illis rogatum, ut compendium فى صنف الاعراب ederet, conscripsisse commentarium in El-Mifbâ'h: ex quo nondum terso, nedum perpolito, descripta et sparsa esse multa exempla, ubi quum oratio etiam corruptiones, transpositiones, adjectiones, omissiones passa esset, non defuisse homines malignos, qui librum cupide reprehenderent. Hinc se jam dudum illud rudimentum corrigere voluisse, sed usque rei difficultate deterritum tandem venisse ad virum eruditissimum: حضرة مولاى الشيخ الامام، ملجأ الانام، كاشف اسرار الحقايق، منشئ اللطايف والدقايق، ناشر اردية المعقول والمنقول، عامر ابنية الفروع والاصول، الخ (ipsum nomen deest), a quo non solum humanissime exceptus et institutus, sed aliquanto post, ut librum illum refingeret, monitus et, quomodo id institueret, edoctus sit. Itaque se ei paruisse et novum hoc opus ad eum detulisse. Initium ipsius commentarii: قوله امّا بعد حمد الله امّا كلمة فيها معنى الشرط فلذلك كانت الفاء لازمة لها الخ. Partes hae: 1) Fol. 1 v. — 4 r. Praefatio commentarii. 2) Fol. 4 r. — 8 r. Praefatio El-Mifbâ'hi. 3) Fol. 8 r. — 49 r. Primum caput (باب) فى الاصطلاحات النحويّة. 4) Fol. 49 r. — 65 v. Secundum caput فى العوامل اللفظيّة القياسيّة. 8) Fol. 65 v. — 111 v. Tertium caput فى العوامل اللفظيّة السماعيّة. 6) Fol. 111 r. — 117 r. Quartum caput فى العوامل

المعنوية. 7) Fol. 117 r. — 135 r. Quintum caput في فصول من العربية. 8) Fol. 135 v. — 136 v. Clausula libri, خاتمة. Finis: وهذا باب للاطناب فيه مجال لكنّه يفضى الى الملال فاقتصرت على هذا القدر فليس الرىّ عن التشاف. الكتب. Clausula librarii sic incipit: تمّ الضوء; postea plenius: كتاب ضوء المصباح. Descriptus est codex A. H. 883 (Chr. 1478—9) ex alio, qui a Ma'hmûd Ibn-'Alî Ibn-'Hosein absolutus erat ultima decade mensis Gumâda posterioris A. H. 822 (1419).

XXV.

[Ac. K. 55.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 209, char. neschi, continens *notas perpetuas ad Commentarium* الضوء *in tria posteriora capita et clausulam El-Misbâ'hi.* Tertium caput pertinet a fol. 1 v. ad 153 r., quartum ad fol. 161 v., quintum ad fol. 205 v., clausula ad fol. 209 v. Cf. Cod. XXIV fol. 65 v., ubi ea pars libri الضوء incipit, in quam hae notae scriptae sunt. Initium: بسم اللّه الرّحمن الرحيم ربّ تمّم بالخير شرح شرح الباب الثانى بحسن عناية اللّه، فالآن نشرع فى شرح شرح الباب الثالث مريدًا من اللّه تيسيره واتمامه، انّه ميسّر لكلّ مطالب عسيرة، وموفّق ومعين على تحصيل مقاصد كثيرة، قوله الباب الثالث فى العوامل اللفظيّة السماعيّة، قوله وهى اى العوامل اللفظيّة السماعيّة على ثلثة اصناف، قال الشارح انّما قدّم اى انّما قدّم المصّ فى المتن من تلك العوامل الحروف على الافعال والاسماء لانّ الحروف هى الاصل فى العوامل السماعيّة اذ لم يوجد فيها اطّراد بوجه مّا لانّ العامل فيها لا يكون الّا سماعيًّا فكانت متمحّضة فى السماعيّة واثبت قدما فيها بخلاف الاسماء والافعال. Finis: اذ فى كلّ منهما اطّراد الخ هذا هو جملة الكلام فى مواضع هذا القسم، فليكن هذا آخر ما اردنا شرحه فالحمد للّه على اتمامه حمدا كثيرا طيّبا مباركا والصلوة الدائمة القائمة على نبيّه خير البريّة محمّد وآله وصحبه اجمعين وسلّم تسليما Scriptus est codex ab الحاجى ممى شاه A. H. 1056 (Chr. 1646 et 1647) et ab aliquo literarum studioso legatus (وقف السوختة, ut inscriptum est primo folio r.), sed recepta a Christianis A. Chr. 1685, d 19. Aug., Nova Arce hungarica (Neuhäusel), inde ablatus.

XXVI.

[Ac. K. 234.]

Codex arabicus, 8° max., foll. 100, char. neschi ad nesta'lîq vergente: *Commentarius perpetuus in El-Misbâ'h ab 'Hâgî-Bâbâ compositus et* خلاصة الاعراب *inscriptus,* singulis orationis membris interpositus. Initium: الحمد للّه ذى الانعام، فاطر السموات والارض والانام، جاعل الملائكة لآدم خدّاما، والصلوة على محمّد وآله الكرام، واصحابه العظام، وبعد فهذه حواش كتبها حاجى بابا بن حاجى ابراهيم بن حاجى عبد الكريم بن عثمان الطويسوى (الطوسوى aut) للمصباح وسمّاها خلاصة الاعراب، قال المصّ (dubie scriptum قدّس اللّه روحه امّا بعد حمد اللّه ذى الانعام اعلم انّنا حرف بلا خلاف لدلالته على معنى فى غيره الخ. Post folium primum nonnulla exciderunt. Commentarius in خاتمة الكتاب, fol. 98 v. — 100 r., 'Hâgî-Bâbae opus esse nequit, quum ad verbum ex El-Dhau (Cod. XXIV) repetitus sit; quare hic non tota El-Misbâ'hi oratio, sed loci selecti explicantur.

XXVII.

[K. 320.]

Codex arabicus, 8° max., foll. 58, char. neschi scriptus, utrinque truncus. Praeterea aliquid excidit post fol. 8. Insunt:

1) Fol. 1 r. — 22 v. *Pars notarum Ja'qûb Ibn-'Alii (s. 'Alî-zâdae) ad eum Commentarium in praefationem El-Misbâ'hi, qui est in Cod. XVII,* 2. Inscribi solet اوراق لاعراب ديباجة كتاب المصباح; cf. Cod. Dresd. 89, 2. 'Alî-zâdae notae ibidem sunt in Codd. 152 et 246. Oratio El-Misbâ'hi scripta est liquore rubro, commentarius atramento superducta linea rubra, notae simpliciter atramento. Codex abrupte incipit ab his verbis notarum: لتصبك او يكون الفاء زائدة; sequitur ex oratione *El-Motharrezii* فى مختصراته, hinc verba commentarii متعلّق بنظرت, quae in Cod. XVII fol. 87 r. lin. 4 sq. leguntur. Pleraeque notarum 'Alî-zâdae hic cum ceteris conjunctim scriptarum in illo codice inter lineas et in marginibus positae sunt. Finem faciunt verba commentarii cum nota interposita: لكن يندفع ذلك السؤال العامّ بالاستقراء يعنى اذا لم يكن البحث من جهة العامليّة يلزم ثبوت الخامس بالاستقراء فى اجزاء الكتاب وابوابه لا بالعقل لانّ العقل يجوّز ان يكون شيئًا آخر غير الخامس. Initium codicis in Cod. XXVIII est fol. 74 r. lin. 1.

2) Fol. 23 r. — 58 v., ubi abrupta est oratio: توضيح الاعراب فى شرح قواعد الاعراب, *Commentarius El-Chirtibirtii in* الاعراب عن قواعد الاعراب *Ibn-Hischâmi,* qui in praefatione appellatur الشيخ الامام العالم العلّامة حجّة العرب جمال الدين ابو محمّد عبد اللّه بن يوسف; vid. Hâgî-Chalfa, I, p. 357 et 358. Initium commentarii, quod 'Hâgî-Chalfa esse dicit, hic non reperitur, quia librarius

omissa ingressione ab his verbis incepit: اما بعد فيقول المفتقر الى الله الغنىّ الجليل محمود بن الشيخ اسمعيل بن عبد الله بن يوسف بن هشام (sic). Quatuor illorum capitum, quae apud ʿHâǵî-Chalfam sunt, duo prima integra extant, tertium plus dimidium. In primo capite, fol. 26 r. — 44 r., de comprehensione et legibus ejus (فى معرفة الجملة واحكامها) sunt quatuor quaestiones (اربع مسائل): 1) fol. 26 r. — 28 r. definiuntur اللفظ vox, dictio, الكلام oratio, الجملة comprehensio; 2) fol. 28 r. — 35 v. de septem generibus comprehensionum, quae in الاعراب locum habent; 3) fol. 35 r. — 43 v. de septem generibus comprehensionum, quae in الاعراب locum non habent; 4) fol. 43 v. — 44 r. de iis comprehensionibus, quae post nomina indeterminata sunt صفات, post vere determinata (المعارف) احوال, post non vere determinata (المعارف غير المحضة) vel hoc vel illud. In secundo capite, fol. 44 r. — 49 r., de praepositionibus et verbis, quae ab iis reguntur (فى الجارّ والمجرور) sunt item quatuor quaestiones: 1) fol. 44 r. — 46 v. docetur, الجارّ والمجرور necessario pendere a verbo, quod proprie dicitur, aut ab aliqua voce, quae verbi vim habeat; 2) fol. 46 v. — 47 r. الجارّ والمجرور post nomina vel determinata vel indeterminata vice comprehensionis fungi; (ut رأيت طائرا على غصن, ubi على غصن, quum idem valeat quod يكون على غصن, vim habet comprehensionis locum indicantis, جملة ظرفيّة, quae صفة est nominis طائرا); 3) 47 r. et v. الجارّ والمجرور ubi صلة sit, aut praefixo nomine conjunctivo صلة, aut حال, pendere a verbo omisso, cujus vis repraesentari possit participio verbi كان, aut verbo استقرّ; 4) fol. 47 r. — v. 49 r. de duplici analysi subjecti τῷ الجارّ والمجرور postpositi, veluti in ابوه in صفة ex verbis مررت برجل فى الدار ابوه, ut فى الدار ابوه composita aut فاعل sit, a quo regatur فى per vim verbi استقرّ in ابوه inclusam, tota igitur comprehensio sit verbalis, جملة فعليّة; aut مبتدأ موخّر, cujus praedicatum praepositum sit فى الدار, tota igitur comprehensio sit nominalis, جملة اسميّة. Tertium caput de viginti particulis, quarum scientia necessaria est in analysi grammatica (فى تفسير كلمات يحتاج اليها المعرب وهى عشرون كلمة), quae divisae sunt in octo species (انواع): 1) quatuor, quae unum semper significatum habent, قطّ, عوض, أجل, بلى; 2) una, quae duos, اذا; 3) septem, quae tres, إذْ, لمّا, نعم, إي, حتّى, كلّا, لا; 4) quatuor, quae quatuor, لولا, إنْ, in cujus loco oratio deficit his verbis: وقد اجتمعتا فى قوله تعالى ولئن زالتا انْ امسكهما من احد من بعده الواو للقسم، واللام لام جواب، إنْ حرف شرط، زالتا فعل شرط، وإنْ نانفى، امسكهما فعل ومفعول به، واحد فاعل امسك، ومن زائدة.

XXVIII.

[W.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 98, char. nestaʿlîq, ab initio et in fine truncus. Exciderunt etiam aliquot folia inter primum et secundum. Continet easdem *ʿAlî-zâdae notas ad commentarium in praefationem El-Mişbâhi*, quarum pars est in Cod. XXVII, 1. Verba prima: قيل لا فراق منه لنا اوّلا من بيان امور اربعة in Cod. XVII extant fol. 55 v. lin. 6 sq., pag. nona ab initio commentarii; ultima: او لا يتعلّق بجعل جاعل in Cod. XXVII fol. 22 r. lin. 4 ab inf. paullo retro a fine notarum, ut ultimam modo paginam excidisse constet *).

---

*) Placet ex notis commentum quoddam Muhammedanorum de Christianis adjicere. Fol. 1 r. et v. ʿAlî-zâde: ʿAbd-allah, inquit, Ibn-Mubârek haec dixisse traditur: Pater quum moreretur, sexaginta millia drachmarum mihi reliquit, ex quibus triginta millia in discendum Jus (الفقه) et totidem in discendam Grammaticam (النحو) impendi. Sed utinam quae in Jus impendi, et ipsa in Grammaticam et humanitatis studia (الادب) impendissem; nam Christiani una litera (aut dictione, حرف) in libro divino corrupta impii facti sunt (كفروا). Quum enim in Evangelio scriptum reperissent: Ego Deus ولّدت, nasci jussi, Jesum ex intacta virgine, illi legerunt ولدت, genui. — Ad hoc portentum in margine notatum est: Hoc sic accipiendum, eos ex verbo ولدت sibi intelligere visos esse et proinde credidisse, Deum genuisse, illum autem filium Dei esse. Sed restat dubitatio haec, quod dicere licet, illa verba: ولدت عيسى من عذراء بتول, esse arabica, sensum eorum, quae in Evangelio sunt, reddentia, non ipsam orationem evangelicam, ut cogitari possit, illos non iterata litera lam verbi ولدت errasse; nisi forte regeras, ولدت esse vocem linguae arabicae et syriacae (السريانيّة) communem. Potest etiam dici, sententiam hanc esse, aliquos Christianorum indoctorum in Evangelio in linguam arabicam translato illud scriptum reperisse atque hinc in illum errorem incidisse. Quodsi dicas: ولدت simplici lam non minus transitivum est quam duplici, ut Deus in Corano aït: لم يلد ولم يولد, nec genuit, nec genitus est (Sur. 112, v. 3); quid igitur discriminis est, ut error ex altero natus altero tollatur? respondeo: Hoc interest quod, ut exemplum ponam, وَلَدْتَ زيدا من زينب significat, te patrem et genitorem Zeidi esse, Zenobiam matrem; substituto وَلَّدْتَ, te in universum effecisse ut nasceretur; verbum

XXIX.

(Ac. K. 222.)

Codex trilinguis, 8° max., foll. 111, char. in priore parte neschi, in posteriore nestaʿlîq.

1) Fol. 1 v. — 53 r. *Mufthafa Ibn-Behrâmi Commentarius perpetuus in Centum Regentes El-Gorgânii.* A librario inscriptum est هذا كتاب معرب. Initium: الحمد لله الذى انزل القران كلاما مؤلفا معجزا لقارئه وعالمه وزين الانسان بمعرفة اعراب النحو وبنائه الخ. Deinde de consilio libri: وبعد فانى نحوت ان اشرع تقدير اعراب العوامل من غير ايراد الاسولة والاجوبة من غوامض الفن ومشكلاته تسهيلا للمبتديين وتيسيرا للمستفيدين. Commentarius, ut fieri solet, singulis membris orationis interpositus est. Initium: الحمد مرفوع بانه مبتدأ واللام فى لله حرف جر فانى رأيت الشارحين. Finis: فلفظة الله مجرور بها الخ للعوامل لا تتعرض لاعراب العوامل فلهذا شرحت اعرابها وبعض ما يناسب المحل من المسائل من اولها الى آخرها لئلا يتحير المتعلم المبتدئ والمعلم المتبحر البالغ الى حد العلوم فالمقصود بهذا الشرح افادة المعلم واستفادة المتعلم وخاتمة الخير للشارح المصطفى بن بهرام غفر الله له ولوالديه واحسن اليهما واليه سنة ثمانين والف. Hinc commentarium A. H. 1080 (Chr. 1669 et 1670) conscriptum esse putes, nisi forte librarius, cujus clausula seorsim posita temporis indicatione caret, eam verbis commentatoris adjunxit. Scriptus est codex ab Idrîs Ibn-Jûsuf in urbe Trawnik (فى شهر التراونيكى) in schola ʿHâgg-Aʿhmedis (فى مدرسة الحاج احمد).

2) Fol. 54 v. — 111 v. *Seʿâdet-nâme*, i. e. *Schemʿii interpretatio turcica libri consiliorum persici (Pend-nâme) ʿAtthâriani*, quam suasu ʿOmar Ibn-ʿHoseini, Maecenatis sui, conscriptam Zeirek-Aghae (زيرك اغا), qui inter proceres aulicos Sulthâni Murâdi (sc. III, regn. A. Chr. 1574 —1595) insignem locum tenebat, dedicavit, ut in *sebebi-ta'lifi-kitâb* fol. 54 v. et 55 r. et v. ipse narrat. Initium: شكر وسپاس بى قياس شول قادر وقيومه كه لطيفهء بى غايت وكرم بى نهايتدن معجز شعار ونبوت دثار رسول لر كوندردى الخ. Ipsa interpretatio fol. 56 r. sic incipit: حمد بى حد آن خداى پاك را اول شريك ونظيردن پاك منزه خدايه حمد سز حمد انكه ايمان داد مشتى خاك را اول الله كه بر اوچ خاكدن خلق اولنمش انسانه ايمان ويردى كل أمر ذى بال لم يبدأ بحمد الله فهو ابتر واجذم حسبنجه حضرت شيخ بو كتاب مستطابنى حمد ايله ابتدا ايلدى واشرف نعم ايمان ايدوكنى اشعار اتكيچون حمددن صكره آنى ذكر ايلدى انكه در آدم دميد او روح را اول الله كه الخ. Sic singula hemistichia persequitur usque ad finem: كين نصايح را بخواند او بسى كر بو نصيحتلرى اول كمسه اوقيه چوق. Scripta est haec pars codicis A. H. 1078 m. Ssafar (Chr. 1667).

ولد autem, ubicunque adhibetur, protinus et quasi sponte menti hanc cogitationem subjicere, illud, quo effectum est ut aliquis nasceretur, non id esse, quo patres fimus; ut quum dicitur قوة مولدة, vis genitrix (in rebus naturalibus), et alia similia.

XXX.

[Ac. K. 256.]

Codex arabicus turcicus, 8°, foll. 78, char. nestaʿlîq.

1) Fol. 1 v. — 76 r. Idem *Commentarius in Centum Regentes*, qui est in Cod. XXIX, 1. Differunt duo exempla eo quod, quum illud ita incipiat ut diximus, hoc post besmelam haec tria enunciata: رضى الله تعالى عنكم اعوذ بالله من الشيطان الرجيم بسم الله الرحمن الرحيم in eaque commentarium exhibet; hinc demum, nullo intervallo relicto, fol. 2 v. in media linea tertia sequitur oratio El-Gorgânii: الحمد لله رب العالمين الخ, atque in eam et sequentem plane idem, qui in altero exemplo est, commentarius. Scriptus est A. H. 1094 (Chr. 1682 et 1683).

2) Fol. 77 v. — 78 v. Poëma morale turcicum quadraginta distichorum, cujus ratio haec est, ut bina disticha aliquod officium religiosum aut aliquam virtutem praecipiaut, allata in ejus commendationem in postremo hemistichio sententia Muʿhammedis. Sic oratio viginti officia et virtutes cum totidem locis traditionis propheticae percurrit. Initium:

خير امت او در كه همت ايدوب حفظ قرآنه سعى ايده قرآن
كه رسولك كلاميدر بو حديث خيركم من تعلم القرآن

Finis:

بقمين زينت دنيايه بولور آخرتده درجات عليا
بر حديثده ددى پيغمبر خيركم ازهدكم فى الدنيا

Metrum quatuor et triginta priorum distichorum est Chafîf: فاعلاتن مفاعلن فعلن, sex posteriorum Raml: فاعلاتن فاعلاتن فعلن.

XXXI.

[Ac. K. 57.]

Codex persicus turcicus in fine truncus, 8°, foll. 31 chartae orientalis, char. nestaʿlîq: تاج الرؤس وعز النفوس, *Opusculum de elementis linguae persicae scriptum ab* احمد بن

جدی که احاطت قصور .اسحاق البقالی القیصری Initium: وهم بحدّ مرکز آن نرسیده وثنای که اضعاف اعداد عدد .آن بسر نبرده خالقبرا که الخ Deinde notum esse dicit, Philologos et Grammaticam et Lexilogiam linguae arabicae studiosissime excoluisse, sed neminem ceteris linguis eandem operam navasse, ut Persae, Turcae, Arabes, alii, suas vicissim linguas facile discerent. Hinc se verbis technicis et fundamentis grammaticis linguae arabicae usum, quibus meliora et firmiora reperiri non possint, haec rudimenta linguae persicae scripsisse, quinque capitibus: 1) de nominibus concretis (در اسمای ذوات), 2) de nominibus abstractis (در اسمای معانی), 3) de derivatione formarum (در اشتقاق), 4) de Infinitivis auctis i. e. compositis (در مصدر مزید فیه), 5) de legibus grammaticis (در قواعد). Primum caput, fol. 2 v. — 18 v., postquam definitum est اسم ذات, usitatissima nominum concretorum per tres gradus (مراتب) persequitur ordine alphabetico (in quo ordine non apparent literae ثحذ صضط طعق, quia, ut est fol. 3 r. lin. 3 et 4, in verbis origine persicis non sunt usitatae): a) fol. 3 r. — 12 v. ea quae linguae persicae nec cum arabica nec cum turcica communia sunt, b) fol. 13 v. — 16 r. ea quae et in persica et in turcica usitata sunt, c) fol. 16 r. — 18 v. ea quae et in persica et in turcica et in arabica, certe in persica et arabica, usitata sunt. Quamquam non desunt in his, quae ab Arabibus vix intelliguntur, nedum adhibentur, ut شرم, خوار, چراغ, بیم. Quae nomina Turcis minus nota sunt, iis subjecta est translatio turcica, ut ab ipso initio, fol. 3 r.:

آب آبدار آبدان آب ریز
صو صولی قوق وصوقب قدم کاه

آپستن آبکامه آب کش آبکیر
یکلوعورت توخته سقا سکر

Ceteris subscriptum est مف, saepius ف, i. e. معروف. Omnia nomina ab eadem litera incipientia subjecta sunt verbo communi ab illa litera ducto, rubro liquore scripto, ut الالفیّة, البائیّة, qua البائیّة quoque comprehenditur, et sic porro usque ad الیائیّة. Idem factum in recensu Infinitivorum. Secundum caput, errore librarii fol. 12 v. — 13 v. inceptum, fol. 18 v. — 23 v. continuatum et absolutum, primum definit اسم معنی sive مصدر, et duplicem Infinitivum distinguit: مجرّد, nudum, i. e. simplicem, ut کردن, یافتن, et مزید فیه, i. e. compositum, ut کرد کردن, دریافتن, quorum naturam deinde turcice explicat, ut omnino turcica saepe immixta ad declaranda ea, quae prius persice dicta sunt. Hinc de formando Imperativo et Infinitivo et Futuro ex Imperativo, item de ب Imperativo praefigi solito disseritur. Sequitur recensus alphabeticus Infinitivorum simplicium, subscriptis interpretationibus turcicis. Cuique Infinitivo subjuncta est secunda persona singularis Imperativi cum ب praefixo, sic:

آراستن بیارا آرامیدن بیارام آزردن بیازار
بزمك بزه دکلنمك دکلی انجتمك انجت

Tertium caput, Fol. 23 v. — 30 r., de derivatione formarum, octo partibus (اقسام): 1) Fol. 23 v. — 26 r. de Aoristo, Perfecto et Imperfecto, per omnes personas. De Plusquamperfecto nihil. 2) Fol. 26 r. — 27 r. de Futuro et Praesenti. 3) Fol. 27 r. de Aoristo negativo. 4) Fol. 27 r. et v. de Futuro et Praesenti negativo. 5) Fol. 27 v. — 28 r. de Imperativo. 6) Fol. 28 r. — 29 v. de Prohibitivo; hinc de formando Verbo transitivo ab intransitivo, quamquam initium hujus loci negligentia librarii excidit; de formandis pluralibus Substantivorum, Nominibus unitatis et Nominibus abstractis in ی, Adjectivis compositis et Participiis in انْ; deinde de suffigendis Pronominibus مْ, تْ, شْ; iterum de formando Prohibitivo. 7) Fol. 29 v. de formando Participio in نْدَه et Verbo periphrastico inde petito, شونده أم etc.; tandem de formando plurali hujus Participii omninoque omnium nominum in ه (sc. های رسمی, non های اصلی) exeuntium. 8) Fol. 29 v. — 30 r. de formando Participio Praeteriti et hinc Verbo periphrastico, ut کرده, کرده اند, کفته, کفته اند. Apparet, in partem sextam vel auctoris vel librarii vitio nonnulla conjecta esse, quae neque hujus loci, neque hoc ordine persequenda erant. Quum singulis locis inde a tertio de formandis pluralibus Substantivorum praepositum sit verbum قاعده, illa ex quinto capite huc translata esse putaverim. Quartum caput, fol. 30 r. — 31 v., Infinitivos compositos subjecta interpretatione turcica recenset, sed non adjectis, ut supra, Imperativis, sic:

آباد کردن اروغ برآوردن ازرم
عمارت ایلمك ککرمك حرمت

داشتن استوار کردن آشکاره کردن الخ
دتمق برك ایلمك (*م (معروف i. e.)

In hoc recensu abruptus est codex. Ultima verba:

شرم داشتن شناسا کردن شناو کردن
اتنمق بللو ایلمك یوزمك

*) Alibi, ubi duo vel plura verba ejusdem significationis juxta se posita sunt, م secundo et sequentibus subjectum valet مثله.

CODEX RHETORICUS.

XXXII.

[Pf. K. 33.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 147, char. nestaʿlîq scriptus, inter lineas et in marginibus notis refertus.

1) Fol. 1 v. — 67 r. تلخيص المفتاح, *Epitome tertiae partis libri Miftâʿh-el-ʿolûm* scripti ab *Abû-Jaʿqûb Jûsuf El-Sekkâkî*, quam epitomen fecit *Ǵelâl-el-dîn Maʿhmûd Ibn-ʿAbd-el-raʿhmân El-Qazwînî*, qui vulgo *Orator Damascenus* (*Chathîb-Dimischq*) appellatur; vid. ʿHâǵî-Chalfa, II, p. 402 sq. Densae inter lineas et in marginibus notae adscriptae sunt ex المطوّل (Cod. Dresd. 344) et المختصر, quorum utrumque scripsit *Saʿd-el-dîn Mesʿûd El-Teftâzânî* (vid. ʿHâǵî-Chalfa p. 404), quare interdum notis subscriptum est سعد vel سعد الدين. Initium: الحمد لله على ما انعم، وعلّم من البيان ما لم نعلم، الخ. Deinde: امّا بعد فلمّا كان علم البلاغة وتوابعها من اجلّ العلوم قدْرا، وادقّها سرّا، اذ به يُعْرف دقائق العربيّة واسرارها، ويكشف عن وجوه الاعجاز فى نظم القران استارها، وكان القسم الثالث من مفتاح العلوم الّذى صنّفه الفاضل العلّامة ابو يعقوب يوسف السكّاكىّ رحمه اللّه تعالى اعظمَ ما صُنّف فيه من الكتب المشهورة نفعا لكونه احسنَها ترتيبا وأتمّها تحريرا وأكثرَها للاصول جمْعا، ولكن كان غيرَ مَصُونٍ عن الحشو والتطويل والتعقيد قابلا للاختصار مفتقرا الى الايضاح والتجريد، ألّفتُ مختصرا يتضمّن ما فيه من القواعد، ويشتمل على ما يحتاج اليه من الامثلة والشواهد، ولم آلُ جهدا فى تحقيقه وتهذيبه، ورتّبته ترتيبا اقرب تناوُلا من ترتيبه، ولم ابالغ فى اختصار لفظه تقريبا لتعاطيه، وطلبا لتسهيل فهمه على طالبيه، وأضفتُ الى ذلك فوائدَ عثرتُ فى بعض كتب القوم عليها، وزوائدَ لم اظفر فى كلام احد بالتصريح بها ولا الاشارة اليها، وسمّيته تلخيص المفتاح. Praefatio, المقدّمة, fol. 2 r. — 3 v., de natura facundiae et eloquentiae, الفصاحة والبلاغة; primus liber, الفنّ الاوّل, fol. 3 r. — 35 v., de علم المعانى; secundus, fol. 35 v. — 50 v., de علم البيان; tertius, fol. 50 v. — 62 r., de علم البديع; clausula, الخاتمة, fol. 62 r. — 67 r., de iis quae poëtae ab aliis aut vere mutuantur, aut mutuari videntur, et aliis rebus similibus, فى السرقات الشعريّة وما يتّصل بها وغير ذلك; deinde de ornando exordio, فى حسن الابتداء, de ornando transitu ad argumentum, فى حسن التخلّص, de ornanda conclusione, فى حسن الانتهاء. Nam his tribus locis orationis aut libri exquisitiore dictionis elegantia opus est. Transitus autem et transitum facere dicitur التخلّص, quia orator aut scriptor ibi ex ambagibus exordii se expedit ad argumentum accedens, non praerupte, sed ita ut quaedam inter exordium et argumentum congruentia servetur: التخلّص ممّا شبّب الكلام به من نسيبٍ او غيرِه الى المقصود مع رعاية الملائمة بينهما. Primi capitis argumentum, علم المعانى, sic definitur: علم يُعْرَف به احوال اللفظ العربىّ التى بها يطابق مقتضى الحال. Octo capita ejus enumerata sunt apud ʿHâǵî-Chalfam. In nostro codice pro احوال الاسناد definitius est احوال الاسناد الخبرىّ, affectiones praedicationis enunciativae; item post والاطناب adjectum est والمساواة: et dictio media, ex contracta et dilatata aequaliter temperata. Neque vero „conjunctio verbi cum subjecto“ ponendum erat pro الاسناد, quoniam in complexionibus nominalibus, جُمَل اسميّة, praedicatio fit sine verbo, neque المسند اليه „praedicatum“ et المسند „subjectum“ dicendum erat, sed contra. Quo autem modo argumenta octo illorum capitum inter se nexa sint, scriptor sic docet: Oratio est aut enunciativa, خبر, aut optativa, interrogativa, imperativa, prohibitiva, انشآء; nam si ea ratio, quae inter subjectum et praedicatum intercedit, externum aliquod habet (i. e. aliquod extra ipsam orationem vel in mente vel in natura positum), cui aut respondet, aut non respondet, enunciativa est; sin minus, optativa, interrogativa, imperativa, prohibitiva. Enunciatio igitur, الخبر, requirit subjectum, مسند اليه, et praedicatum, مسند, et praedicationem, اسناد; praedicatum autem ubi verbum est vel verbum valet, saepe habet annexa, متعلّقات. Praedicatio igitur et annexio, التعلّق, fiunt aut cum restrictione (quae est in notione particularum tantum, nisi, sed, tamen) بقصر, aut sine ea, بغير قصر. Omnis autem oratio, quae cum alia conjuncta est, aut conjunctione aliqua illi coordinata est, معطوفة, aut non coordinata, غير معطوفة. Et oratio eloquens, الكلام البليغ, aut plus continet quam ad id, quod dicendum est, necessarium erat, aut minus, utrumque consilio ac ratione. Secundi libri argumentum, علم البيان, sic definitur: علم يعرف به ايراد المعنى الواحد بطرقٍ مختلفة فى وضوح الدلالة عليه. Jam haec دلالة اللفظ est aut على تمام

ما وُضِع عليه, aut على جزئه, aut على خارج عنه: prima appellatur وَضْعيّة, ceterarum utraque عَقْليّة. Primae natura definitur verbo المطابقة, congruentia; secundae verbo التضمّن, inclusio synecdochica; tertiae verbo الالتزام, cohaesio metonymica et metaphorica. Agitur hic de التشبيه, الكناية, الاستعارة, الحقيقة والمجاز. Tertii libri argumentum, علم البديع, sic definitur: علم يعرف به وجوه تحسين الكلام بعد رعاية المطابقة ووضوح الدلالة, haec autem وجوه duplicis generis sunt, معنوىّ et لفظىّ. Hic omnia sententiarum et verborum lumina recensentur, definiuntur et exemplis illustrantur. Finis: يظهر ذلك بالتأمّل مع التذكّر لما تقدّم، والله تعالى الموفّق لاتمامه، هو المستعان على اختتامه، يا كريم اكرم.

2) Fol. 68 v. — 103 r. *El-Kâfije* cum notis ex *Ǵâmii El-Fewâïd el-dhijâïjje;* vid. Codd. XXI, XXII, XXIII.

3) Fol. 104 v. — 147 v. *El-Schâfije* (vid. Cod. VI) cum notis ex سيّد عبد الله.

CODICES LOGICI.

XXXIII.

[R. 31.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 165, maximam partem char. nestaʿlîq scriptus in charta orientali.

1) Fol. 1 v. — 69 v. *Pars commentarii El-Gorǵânii s. El-Sejjid el-scherîfi per* قوله *s.* قال *et* اقول *in locos selectos Logicae El-Schemsijjae Neǵm-el-dîn ʿAli Ibn-Omar El-Qazwînii* (cf. Cod. Dresd. 75, 3) cum notis interlinearibus et marginalibus. In duplici indiculo argumentorum, qui fol. 1 r. positus est, hic commentarius nominatur كوجك حاشيه، حاشيۀ صغير, parva adnotatio, cui respondet et الشرح الصغير للشريف Cod. XXXV, 2. Initium: الحمد لوليّه والصلوة على نبيّه، قوله ورتّبته على مقدّمة وثلث مقالات وخاتمة اقول هكذا وجدنا عبارة المتن فى كثير من النسخ والصواب آن لفظة ثلث منها زائدة الخ. Abrupta est oratio fol. 69 v. in loco de definitionibus, التعريفات, i. e. dissertationis (مقالة) primae capite (فصل) quarto. Extrema verba El-Qazwînii, quae hic apparent, sunt haec: وهو لاشتماله على الذاتيّات مانع عن دخول الاغيار الاجنبيّة فيه; ultima autem eorum verborum, quibus El-Gorǵânî in illa commentatur, haec: فيكون الحدّ التامّ بواسطة اشتماله على الذاتىّ المميّز مانعا عن دخول. Exciderunt inter foll. 52 et 53 aliquot folia chartae cujusdam subviridis tenui vitro similis tamque fragilis, ut quamvis clementer tractata in frusta concidat, quae hic illic inter reliquam chartam apparet, ut fol. 89, 94, 95, 109, 112. — Quum in nullo nostrorum codicum El-Schemsijje integra sit, argumenta ejus ex Cod. Dresd. 75, 3, enotavi: Praefatio, المقدّمة, duas quaestiones, بحثين, continet: 1) فى ماهيّة المنطق وبيان الحاجة اليه, 2) فى موضوع المنطق. Prima dissertatio est فى المفردات, quatuor capitibus: 1) فى الالفاظ, 2) فى المعانى المفردة, 3) فى مباحث الكلّى والجزئى, 4) فى التعريفات. Secunda dissertatio فى القضايا واقسامها, post praefationem فى تعريف القضيّة واقسامها الاوّليّة, tribus capitibus: 1) فى القضيّة الحمليّة, quod quatuor quaestiones continet: a) فى اجزائها واقسامها b) فى العدول والتحصيل c) فى تحقيق المحصورات الاربع d) فى القضايا الموجّهة, 2) فى اقسام الشرطيّة, quae aut متّصلة, aut منفصلة est, 3) فى احكام القضايا, quod et ipsum quatuor quaestiones continet: a) فى التناقض b) فى العكس المستوى c) deest d) فى لوازم الشرطيّات. Tertia dissertatio فى القياس, quinque capitibus: 1) فى تعريف القياس واقسامه, 2) فى الاقترانات الكائنة من الشرطيّات, 3) فى المختلطات, 4) فى القياس الاستثنائىّ, 5) فى لواحق القياس, quae sunt quatuor: a) القياس المركّب b) قياس الخلف c) الاستقراء d) التمثيل. Clausula, الخاتمة, duas quaestiones continet: 1) فى موادّ الأقيسة, 2) فى اجزاء العلوم, quae sunt a) موضوعات b) مبادٍ c) مقدّمات غير بيّنة مأخوذة على سبيل الوضع d) مقدّمات بيّنة بنفسها e) مسائل. Finis: وامّا محمولاتها فخارجة عن موضوعاتها لامتناع ان يكون جزء الشىء مطلوبا ثبوت له بالبرهان، وليكن هذا آخر كلامنا فى هذه الرسالة. — Fol. 70 r. vacat, fol. 70 v. et 71 r. varia notata sunt.

2) Fol. 71 v. — 122 r. *Pars commentarii perpetui per* قال *et* اقول *in eandem El-Schemsijjam*, cujus commentarii auctorem indiculus ille, quem supra dixi, simpliciter قطب الدين nominat, cum notis interlinearibus et marginalibus.

وبعـد. Deinde: وشكره اشرف ما يختلج فى العقول، فجمعت هذه الحواشى للمبتدئين باستعانة القادر من الكتب مع ضمّ ما لاح لبالى الفاتر الخ. Initium ipsius commentarii: قال الحمد لله الواجب وجوده الممتنع نظيره الممكن سواه وغيره اقول نذكر فيه ثلث مقالات الاولى فى بيان مفهومات هذه الاسماء والثانية فى بيان وجه الحصر ووجه تقديم البعض على البعض والثالثة فى السؤالات مع الاجوبة الخ. Sed Commentarius tantum ad primam partem libri spectat; ultima verba ʿHosâm-el-dîni, in quae noster commentatur, وقوله مختلفين بالعدد دون الحقيقة يخرج الجنس, in ipso illius libro leguntur fol. 150 r. hujus codicis, lin. antepenult. Ultima verba: لو قال قوله دون الحقيقة يخرج الجنس لكان اولى لانّه لا يدخل مقول على كثيرين مختلفين بالعدد فى الاخراج لانّ الجنس ايضا لانّ الجنس ايضا (sic). تمّت الحاشية بعون الله تعالى وحسن التوفيق وآله اجمعين (sic, omisso Prophetae nomine). Scriptio absoluta ab eodem qui ceteras partes codicis scripsit (vid. No. 2 in fine) A. H. 892 (Chr. 1487) med. m. *Dû 'l-ʿhiǵǵe*, die Jovis, vesperi.

5) Fol. 147 v. — 165 v. *Commentarius ʿHosâm-el-dîni per* قال *et* اقول *in locos selectos Isagogae Aϑir-el-dîni* cum notis. Auctor in indiculo et Codicis Dresd. 32, et hujus nostri nominatur حسام كاتى. Initium vid. in No. 4. Deinde: امّا بعد فانّ كتاب الشيخ الامام قدوة الحكماء اثير الدين الابهرى طيّب الله ثراه وجعل الجنّة مثواه المشهور بايساغوجى لمّا كان على بعض الاخوان متعسّرا وعلى بعضهم متيسّرا كتبت بالتماسهم اوراقا لتزيل تعسّره وتعمّم تيسّره والله خير الميسّرين والموفّقين قال ايساغوجى اقول للمنطقيّين اصطلاحات يجب استحضارها للمبتدئ الخ. Finis: اعلم انّ ما عليه الاعتماد والتعويل من هذه القياسات انّما هو البرهان لكونه مركّبا من المقدّمات اليقينيّة ولكن هذا آخر ما اوردنا من الاوراق لاتّضاح ما فى كتاب ايساغوجى، تمّت الخ. Scriptio absoluta A. H. 894 (Chr. 1488—9).

XXXIV.

(Ac. K. 51.)

Codex arabicus, 8° max., foll. 91, char. neschi et nestaʿlîq.

1) Fol. 1 v. — 6 r. *Pars Logicae El-Schemsijjae* cum notis, ab initio usque ad initium secundae dissertationis; vid. Cod. XXXIII, 1. Inscriptum est متن شمشيه. Initium: بسم الله الرحمن الرحيم ورتّبته على مقدّمة وثلث مقالات وخاتمة، امّا المقدّمة ففيها بحثان الخ. Ultima verba:

Initium post besmelam: قال ورتّبته على مقدّمة وثلث مقالات وخاتمة اقول الرسالة مرتّبة على مقدّمة وثلث مقالات وخاتمة، امّا المقدّمة ففى ماهيّة المنطق الخ. Deficit oratio in eodem illo de definitionibus loco. Extrema verba El-Qazwînii sunt haec: ويجب الاحتراز عن تعريف الشىء بما يساويه, Qothb-el-dîni haec: فانّ الاشتراك مخلّ فى المعرفة والجبالة لفهم المعنى المقصود نعم لو كان للسامع علم بالانفاظ الوحشيّة او كان هناك قرينة دالّة على المراد جاز استعمالها. Scriptio absoluta A. H. 893 (Chr. 1488) ineunte m. Rebîʿ el-awwel, d. Lunae, tempore meridiano, a Muʿhammed Ibn-Ibrâhîm.

3) Fol. 122 v. — 126 r. *Notae ad El-Schemsijjam et ad illum Qothb-el-dîni commentarium in eam* (No. 2). Initium: الحمد لله الملهم بالحقّ والمعلم بالصدق والصلوة على رسوله المجتبى وآله المرتضى، فانّى اردت ان اجمع ما احصر على شرح الشمسيّة المنسوبة الى القطبيّة (sic) من الايراد والاجوبة حتّى يكون تسهيلا للاستحضار ومتهيّئا لمن امتحن بالاستفسار، فيعود الضمير فى ورتّبته ليس على ما يلى عليه لعوده على الرسالة وهى مؤنّثة، وجوابه انّ بعضهم يرجعون الى الكتاب المذكور فى الديباجة لا الى الرسالة الخ. Sed hae notae subsistunt in defendenda definitione El-Qazwîniana verbi التصوّر, التصوّر حصول صورة الشىء فى العقل: quae ab ipso El-Schemsijjae initio reperitur; vid. hujus codicis fol. 72 v. lin. 5. Ultima verba: وامّا اذا عرّف بالصورة الحاصلة عن الذات المجرّدة فلا يرد من الاشكال. Subjunctum est: تمّ الكتاب بعون الله. Fol. 126 v. turcice notatum est, uniuscujusque mensis dies infaustos esse hos: 3, 5, 13, 16, 21, 24, 25. Ex faustis solus 1 indicatus est. Ibidem notata et definita sunt quinque universalia, الكلّيّات الخمس: الجنس, النوع, الفصل, الخاصّة, العرض العامّ.

4) Fol. 127 v. — 146 r. *Commentarius per* قال *et* اقول *in locos selectos Commentarii ʿHosâm-el-dîni in Aϑir-el-dîn El-Abahrii*) Isagogam in Logicam*, cum notis versus finem deficientibus. Initium: الحمد لمن حمده احسن كلّ المقول،

*) Sic recte dici, docet Commentarius Moʿhji'l-dîni in eundem ʿHosâm-el-dîni Commentarium, Cod. Dresd. 32 ab initio: وقيل انّ اثير الدين لقب الشيخ الابهرىّ بفتح الباء وبسكون الهاء اسم قبيلة وامّا الابهرىّ بسكون الباء وفتح الهاء فغلط مشهور ولهذا قيل اعلمْ أَبْهَرا وَاَقْرأْ أَبْهَرا.

القضيّة قول يصحّ ان يقال لقائله انّه صادق فيه او كاذب فيه.
Jam, quasi absoluto toto libro: تمّ بعون الله الملك الوهّاب.
Script. A. H. 985 (Chr. 1577—8).

2) Fol. 6 v. — 10 r. *Isagoge Aϑir-el-dini* integra. Inscriptum est متن ايساغوجى. Initium: الحمد لله على توفيقه، ونسأله هداية طريقه، ونصلّى على محمّد وعترته، امّا بعد فهذه رسالة فى المنطق اوردنا فيها ما يجب استحضاره لمن يبتدئ شيئا من العلوم الخ. Argumenta: 1) Fol. 6 v. lin. 3 — fol. 7 r. lin. 10 de اللفظ الدالّ, اللفظ المفرد والمؤلّف, اللفظ المفرد الكلّى والجزئى, اللفظ الكلّى الذاتى والعرضى, اقسام الذاتى, quae sunt الجنس, النوع et الفصل, deinde اقسام العرضى, quae sunt العرض اللازم et العرض المفارق, quorum utrumque est aut خاصّة, aut عرض عامّ. 2) Fol. 7 r. lin. 10 — fol. 7 v. lin. 3 de القول الشارح, quod est aut حدّ, aut رسْم, eorumque utrumque aut تامّ, aut ناقص. 3) Fol. 7 v. lin. 3 — fol. 8 v. lin. 6 de القضايا, quae sunt aut حمْليّة, aut شرْطيّة متّصلة, aut شرطيّة منفصلة; item aut مخصوصة, aut سالبيّة, earumque utraque aut موجبيّة, aut مهملة, aut جزئيّة مسوّرة, aut كلّيّة مسوّرة. Deinde المتّصلة est aut لزوميّة, aut اتّفاقيّة; المنفصلة autem aut حقيقيّة, quae est مانعة الجمع ومانعة الخلوّ, aut مانعة الجمع فقط, aut مانعة الخلوّ فقط. Deinde de التناقض, i. e. تناقض القضيّتين, et de العكس, i. e. عكس القضايا, et de utriusque diversis formis. 4) Fol. 8 v. lin. 7 — fol. 9 v. lin. penult. de القياس, qui est aut اقترانىّ, aut استثنائىّ, deinde de ejus partibus: المقدّمة, الحدّ الاكبر, الحدّ الاصغر, الحدّ الاوسط, deinde de اشكال القياس الاربعة et ضروب الصغرى والكبرى, tum de احوال القياس الاقترانىّ والاستثنائى, المنتجة الاربعة, tandem de البرهان. 5) Fol. 9 v. lin. penult. — fol. 10 r. lin. 5 de اقسام القضيّات الستّة, quae sunt الاوّليّات, المشاهدات, المتواترات, الحدْسيّات, المجرّبات, et القضايا التى قياساتها معها. 6) Fol. 10 r. lin. 5 — lin. 9 de الجدل, الخطابة, الشعر et المغالطة. Finis: والعمدة هو البرهان، ولكن هذا آخر الرسالة. Script. exeunte mense Schawwâl A. H. 985 (Chr. 1578).

3) Fol. 11 v. — 52 r. مراح الارواح, *Institutiones de* الصرف, *auctore Ac hmed Ibn-ʿAli Ibn-Mesʿûd*, cujus eundem librum vidimus supra in Cod. VII, 1, et VIII. Adjectae sunt aliquot notae. Sed fol. 11 r. ab aliquo ʿHasan Ibn-Aʿhmed notatum est, librum totum tam vitiose descriptum esse, ut corrigi non possit: طالع فى هذا الكتاب الفقير حسن ابن احمد فوجدته غلطا من اوّله الى آخره لا يقبل اصلاحا غفر الله لى ولكاتبه وللمسلمين اجمعين امين.

4) Fol. 52 v. — 69 v. *Compendium doctrinae de* الصرف, cum notis, quod idem habemus in Cod. IX, 2. Script. A. H. 988 (Chr. 1580—1).

5) Fol. 70 r. Fragmentum utrinque truncum de flectendis verbis hamzatis.

6) Fol. 71 v. — 89 v. كتاب المقصود cum notis, i. e., idem *Compendium doctrinae de* الصرف, quod est in Cod. IX, 3, et XI.

7) Fol. 90 v. — 91 v. *Exempla formarum verbi triliteri sani formae primae et duplicis verbi admirativi*, recentius in alia charta notata.

XXXV.

Codex arabicus, 8° lat., foll. 88, char. nestaʿlîq in charta orientali, ab initio truncus.

1) Fol. 1 r. — 24 r. *Commentarius Qothb-el-dini in El-Schemsijjam*, qui idem est in Cod. XXXIII, 2. Inter lineas et in marginibus densae notae adjectae sunt, quarum aliis subscriptum est سلطان vel شاه, aliis عماد vel عماد رح, aliis ه, aliis هه. Ex abrupto incipit ab his verbis: فى كون الشىء بحالة يلزم من العلم به العلم بشىء آخر, quae in Cod. XXXIII leguntur fol. 85 v. lin. 1 et 2. Finis idem est qui illic. Absoluta est scriptio A. H. 916 (Chr. 1511, ineunte mense Ðû'l-qaʿde, nocte diem Veneris antecedente.

2) Fol. 26 v. — 88 r. *Commentarius ʿImâd-el-dini per* قوله *et* قال الشارح *et* اقول *in Commentarium minorem El-Gorgânii in El-Schemsijjam El-Qazwinii*, quem habemus in Cod. XXXIII, 1. Fol. 26 r. inscriptum est: عماد لحاشيةً حاشيةُ عماد على الشرح الصغير, et in fine subscriptum: صغير للشريف. — Adjectae sunt notae, sed paucae. Subsistit commentarius in capite quarto dissertationis primae, de definitionibus. Initium: بسم الله الرحمن الرحيم قوله ورتّبته على مقدّمة وثلث مقالات وخاتمة اقول اعلم انّ من دأب المصنّفين ان يشيروا فى اوّل تصانيفهم الى اجزائها اجمالا الخ. Finis: وانت خبير بانّه لو قيل الامرين المتضايفين لكان اولى. Adjectum est: تمّ والله اعلم.

XXXVI.

[K. 247.]

Cod. arab., 8° min., foll. 72, maximam partem char. neschi antiquiore scriptus in charta orientali. Tres sunt libri partes eaeque singulae ab aliis scriptae: fol. 1 v. — 30 v. char. neschi, fol. 31 v. — 40 v. char. nestaʿlîq, fol. 41 v. — 72 v. char. neschi. Indiculus primo folio inscriptus: هذه

مجموعة لطيفة مشتملة على عدّة كتب منها تعليم المتعلّم *) وشرح المقصود فى التصريف وشرح آداب البحث للسمرقندىّ وشرح آخر للبهشتىّ وغير ذلك من المسائل partim vanus est; nam revera haec tantum insunt:

1) Fol. 1 v. — 30 v. رسالة فى آداب البحث, *Commentatio de regulis Dialecticae*, opus *Schems-el-din Mu'hammed Ibn-Aschraf 'Hosein El-Samarqandii* (de quo ejusque commentatoribus vid. 'Hâgî-Chalfa, I, p. 207 sqq.) cum commentario singulis orationis membris interposito et notis interlinearibus et marginalibus versus finem deficientibus, quarum multis subscriptum est حاشية دنقوز, i. e. ejus qui apud Hâgî-Chalfam p. 208 lin. 5 ديكقوز nominatur, quare non „Dikicoz", sed per Saghir-nûn Dincoz efferendum; aliis عبد الرحيم, vid. ibid. lin. 8; aliis قطب vel قطب كيلان, vid. No. 2. Initium: الحمد لله ربّ العالمين، والصلوة على رسوله محمّد وآله اجمعين، وبعد فقد قال الامام المحقّق، والهمام المدقّق، سلطان الحكماء المتأخّرين، جامع جميع فضائل العلماء، مولانا شمس الملّة والدين محمّد السمرقندىّ، تغمّده الله بغفرانه، واسكنه باعلى جنانه، المنّة علينا من منّ عليه لواهب افضل النعم الذى هو نعمة العقل وذلك الواهب هو الله تعالى الخ. Hinc putaveris esse commentarium *'Imâd-el-din Ja'hja Ibn-A'hmed El-Kâschii* (vid. 'Hâgî-Chalfa p. 208 lin. 2 et 3), sed dubitationem movet verbum قوله ab 'Hâgî-Chalfa positum, quum hic commentarius minime sit per قوله et اقول, sed ممزوج. Praefatio El-Samarqandii hoc habet singulare, quod post laudes Dei benedictionem Prophetae omisit; quare post illa, quae modo posui, commentator sic pergit: ولو اردف المصّ رحمه الله الثناء عليه تعالى بالصلوة على النبىّ وآله عليهم التحيّة والسلام كما هو دأب سائر المصنّفين لكان اولى. Reliqua praefatio El-Samarqandii haec est: هذه رسالة فى آداب البحث الّتى يحتاج اليها كلّ متعلّم لتكون حافظة له فى البحث من الضلالة وتسهّل عليه طريق الفهم والتفهيم وهى وان كانت متداولة بين المحقّقين لكنّها ما كانت منظومة فى سلك ومجموعة فى عقد اردت نظم منثورها وجمع مأثورها تحفة للاخ العزيز ملك الصدور والاعيان شرف الاماثل والاقران نجم الملّة والدين عبد الرحمن ادام الله تعالى بركاته فالتمست الهام الصواب من الحكيم الوهّاب، وهى مرتّبة على ثلثة فصول الاوّل فى التعريفات والفصل الثانى فى ترتيب البحث والفصل الثالث فى المسائل التى اخترعتها. Primi capitis argumentum commentator sic interpretatur: اى فى تعريف الالفاظ المصطلحة فيما بين المناظرين; secundi: اى فى ترتيب البحث والمناظرة والترتيب جعل كلّ شىء فى مرتبته; tertii: اى اخترعت النكات الّتى تدلّ عليها والّا ما اخترع المصّ تلك المسائل انفسها. Primum caput, fol. 2 v. — 10 r., continet definitiones horum verborum: العلّة التامّة, الشرط, العلّة, الرُكْن, الأَمَارة, الدليل, المناظرة, المعارضة, المناقضة, الدَوَران, الملزوم, اللازمة, التعليل, المستند, النقض. Secundum caput, fol. 10 v. — 23 r., est de ratione contra adversarium argumentandi ejusque objectiones et argumenta refutandi. Tertium caput, fol. 23 r. — 30 v., exempli causa proponit tres quaestiones argumentis rite demonstratas et contra objectiones defensas, quarum prima est ex Theologia scholastica (علم الكلام, quae sic definitur: علم يقتدر معه على اثبات العقايد الدينيّة على الغير والزامها ايّاه بايراد الحجج ورفع الشبه), haec: انّ واجب الوجود واحد; secunda ex Philosophia (الحكمة, quae sic definitur: علم باحث عن احوال اعيان الموجودات على ما هى عليه فى نفس الامر بقدر الطاقة البشريّة), haec: واجب الوجود يجب ان يكون موجبا بالذات, i. e. Ens absolutum non sponte sua operari, sed naturae suae necessitate; sic enim explicatur: انّ الموجب بالذات ما وجب صدور الاثر عنه ان شاء او لم يشأ والفاعل بالاختيار هو الذى ان شاء فعل وان شاء ترك; tertia ex Eristica (علم الخلاف, quae sic definitur: علم يقتدر به على حِفْظِ أَيِّ وَضْعٍ كان او على هَدْمِ (اىّ وضع كان بقدر الامكان *)), haec: قال الشافعىّ رحمه الله الاب يملك اجبار البكر البالغة على النكاح خلافا لابى حنيفة رحمه الله. Finis: وبها يحصل المطلوب كما مرّ فى الشقّ الاوّل من الترديد المذكور. In commentario fol. 9 v. lin. 4 commemoratur, El-Samarqandium etiam scripsisse شرح القسطاس et شرح المقدّمة البرهانيّة.

2) Fol. 31 v. — 72 r. حواش كتبناها للرسالة الموسومة بآداب البحث للامام الفاضل افضل المتأخّرين شمس الملّة والدين السمرقندىّ. Est Commentarius per قال et اقول in eundem librum, compositus a قطب الدين الكيلانى; vid. 'Hâgî-Chalfa p. 209. Notae tantum usque ad fol. 46 r. adjectae sunt. Initium: الحمد لله الذى هدانا الى سواء السبيل

---

*) تعليم المتعلّم postea deletum est.

*) Sic corrigendam esse orationem a librario corruptam fol. 23 r. lin. 7: علم يقتدر به على حوط فى وضع كان او على وضع كان الخ, intelligitur ex fol. 66 v. lin. 18 et 19.

وارشدنا الى اقتناء الفضايل بالبرهان والدليل، الخ. Post librum suum ita nominat, ut modo indicavimus: وبعد فهذه حواش كتبناها الخ. Verba El-Samarqandii inchoantur tantum et per الخ abrumpuntur. Primum caput fol. 31 v. — 54 r. Secundum caput fol. 54 r. — 66 r. Tertium caput fol. 66 r. — 72 v. Alias definitiones trium illarum disciplinarum, ex quibus tres quaestiones tertii capitis desumtae sunt, hic commentator dedit fol. 66 v. Ibidem lin. 11 الجدل idem esse aït quod الخلاف. Finis: فيحصل بها المقصود.

CODICES THEOLOGICI.

CORANI, CORANI PARTES ET FRAGMENTA.

XXXVII.

[K. 1.]

Pars Corani, tegumento solidissimo ex corio nigro munita, formae tam enormis, ut latitudine cubitum, longitudine cubitum cum dimidio aequet, chartae orientalis crassae et laevigatae foll. nunc 61 (nam Kehrii aetate 63 fuerunt), char. ϑulϑî vastissimo, alternis lineis auro et atramento scripta, ita ut eas quoque literas, quae atramento scriptae sunt, ambiat margo aureus, aureas autem tenue lineamentum nigrum. Paginae quinas tantum lineas continent, quarum prima et tertia et quinta aureae sunt, secunda et quarta nigrae. Versiculi dirimuntur orbiculis, item versiculorum quiniones et deniones verbis خمس, عشر etc. in margine positis, illis quidem aediculae vel turri infra rotundae, supra in apicem fastigatae, his orbi inclusis. Haec omnia multis coloribus varie expicta sunt. Nec minus ornatae inscriptiones suratarum laterculis inclusae. Ex ipso adspectu constat, hanc Bibliothecae nostrae gemmam geminam esse Codicis Dresdani 444, qui et ipse quando et cui scriptus sit, docent haec fol. 1 r. literis albis in quadra aurea char. riʿhâuî picta: كتب هذا الجزء وما قبله وما بعده من اجزاء الكتاب العزيز لتعظيم دين الاسلام بتوفيق ذى الجلال والاكرام باوامر المولى السلطان الاعظم ظلّ اللّه فى العالم عامرِ بلادِ اللّهِ بالعدل والامان غامرِ عبادِ اللّهِ بالفضل والاحسان المؤيَّدِ من الرحمن بنور الايمان اولجايتو قان خدابنده سلطان غياث الدنيا والدين محمّد الّذى به الرُبْع المسكونُ ممهَّد أتمّ اللّهُ نعمتَه عليه كما انتخبه وسلّم أزِمّةَ خَلْقه اليه وذلك من خالصِ ماله بلّغه اللّهُ من سعادة الدارين منتهى آمالِه بالمصطفى محمّد وآله, et quae fol. 2 r. supra et infra char. neschi atramento scripta sunt: وَقَفَ هذا الجزء وما قبله وما بعده من الاجزاء الثلثين طَلَبًا للفوز العظيم من اللّه سبحانه وتعالى يومَ العَرْضِ عليه والوُقوفِ بين يديه المولى السلطانُ الاعظم مالكُ رقاب الامم ظِلّ اللّه فى الارض مُحْيِى مراسم السنّة والفرض المخصوصُ بتأييد ربّ العالمين المتمسّكُ بحبل اللّه المتين سلطانُ السلاطين فى الارضين غياث الحقّ والدنيا والدين اولجايتو سلطان محمّد رَفَعَ اللّهُ فى مَعارِجِ القَبُول صالحَ أعمالِه وبلّغه من سعادة الدارين منتهى آماله بالنبىّ محمّد وآله. وشَرَطَ ان يكون بالروضة الشريفة فى ابواب البرّ الّتى انشأها بالسلطانيّة وَقْفًا صحيحا شرعيّا مؤبّدا مخلّدا لا يوهَب ولا يورَث الى ان يَرِثَ اللّهُ الارضَ ومَنْ عليها وهو خيرُ الوارثين. فمن غيّر ذلك او شيئًا منه او قصّر فى حِفْظه فقَدْ باءَ بغَضَبٍ من اللّه ومأواه جهنّم وبئس المصير ولا يقبل اللّهُ منه صَرْفا ولا عَدْلا وعليه لعنة اللّه والملائكة والناس اجمعين فمن بدّله بعد ما سمعه فإنّما اثْمُه على الذين يبدّلونه إنّ اللّه سميع عليم., et quae fol. 5 r. infra scripta sunt eadem manu: كتبه فقيرٌ الى اللّه طامعٌ فى كرم اللّه بمدينة السلم بغداد سنةَ ستّ وسبعمئة حامدا للّه ومصلّيا على رسول اللّه صلّى اللّه عليه وعلى آله وصحبه وسلّم. Ex his colligitur, Coranum in triginta partes divisum, ex quo et liber Dresdanus et noster decerptus est, scriptum esse Bagdadi A. H. 706 (Chr. 1306 — 7) et, quod propter magnitudinem et difficultatem operis credibile est, aliquot annis proxime antecedentibus et sequentibus, jussu *Oelǵaitu-Chân Chodâbende Ghijâϑ-el-din Muʿhammedis,* Imperatoris mogolici Ćingiz-Chânidae (regn. A. Chr. 1303—1316; vid. Herbel. s. v. Algiaptu, ut falso legit pro Eulgiaïtou), eumque imperasse, ut hic Coranus legati nomine in perpetuum asservaretur in domo quam habebat Sulthaniae, urbe a se condita in Armenia majore regnique sui sede. Fol. 1 v. et 2 r. in quadra magnifice expicta char. jâqûtî literis albis scripta sunt verba solemnia: وانّه لقران كريم فى كتاب مكنون لا يمسّه الّا المطهّرون تنزيل من ربّ العالمين.

Fol. 2 v. et 3 r. incipit *pars Corani decima*, Sur. 8 vers. 42 sqq., scripta char. ϑulϑi maximo aureo et variis coloribus ornamentisque implicato. Supra et infra orationem coranicam duarum illarum paginarum scriptum est literis albis in laterculis aureis: عدد آيات الجزء العاشر ماية عشرون وثمانى آيات وهو من اجزاء ثلثين. Sed hacc pars fol. 4 v. abrupta est post verba versiculi 45: ولكنّ اللّه سلّم انّه. Sequitur fol. 5 r. literis aureis in quadra alba *exitus partis Corani primae*, Sur. 2 vers. 135: ولكم ما كسبتم ولا تسألون عمّا كانوا يعملون; supra literis albis in laterculis aureis scriptum est: والباطن وهو بكلّ شىء عليم ex Sur. 57 vers. 2, infra itidem: وبلّغ رسوله الكريم. Fol. 5 v. incipit *pars Corani undetricesima*, Sur. 67 vers. 1 sqq., usque ad verba versiculi 1: وهو على, post quae oratio abrupta est. Infima linea literis albis in laterculo aureo haec habet: انّه لقران كريم فى كتاب مكنون لا يمسّه; verba orationem absolventia الّا المطهّرون cum folio sequenti excidisse videntur. Nam folium 6 r. ex abrupto incipit ab his verbis versiculi tertii ejusdem suratae: هل ترى من فطور. Hinc pars illa recte procederet usque ad finem, nisi quinque locis singula aut bina folia excidissent (non plura excidisse, intelligitur ex numero eorum versiculorum, qui desunt), atque bibliopegae vitio turbata essent nonnulla folia, quorum ordo sic restituendus est: 18, 60, 19, 58, 59, 20, 61, 21, 22, 48, 49. Hinc recte se excipiunt usque ad fol. 57, quod exit in verbum ultimum versiculi 40 suratae 77: للمكذّبين. Desunt igitur ad absolvendam partem undetricesimam decem versiculi ultimi ejusdem suratae. In media autem parte hiscunt haec: fol. 11 v. exit in Sur. 67 vers. 27: وجوه الذين كفروا, fol. 12 r. incipit a Sur. 68 vers. 17: اذ اقسموا; — fol. 16 v. exit in Sur. 68 vers. 48: وهو مكظوم, fol. 17 r. incipit a Sur. 69 vers. 8: ترى لهم; — fol. 18 v. exit in Sur. 69 vers. 20: حسابيه, fol. 60 r. incipit ab ejusdem suratae vers. 39: تبصرون; — fol. 48 v. exit in Sur. 75 vers. 32: كذّب وتولّى, fol. 49 r. incipit a Sur. 76 vers. 5: كان. Hinc intelligitur, excidisse initia suratarum 68, 69 et 76; ceterae his locis incipiunt: Sur. 67 fol. 5 v., Sur. 70 fol. 19 r., Sur. 71 fol. 22 r., Sur. 72 fol. 27 v., Sur. 73 fol. 34 r., Sur. 74 fol. 39 v., Sur. 75 fol. 45 v., Sur. 77 fol. 54 r.

XXXVIII.

[K. 7.]

Coranus a Derwîscho Muʿhammed Ibn-Schâh-Muʿhammed scriptus et exeunte mense Muʿharram A. H. 978 (Chr. 1570) absolutus, deinde, secundum inscriptionem turcicam et in primo folio et in ultimo positam, a Vezîro Musthafa-Pâschâ ineunte mense Regeb A. H. 982 (Chr. 1574 exeunte) templo Budano prope vicum Thabbâq-châne (جامع قرب محلّه طبّاق خانه) legatus, tandem, secundum inscriptionem germanicam a quodam Frid. Weiss in primo folio positam, A. Chr. 1686 d. 23. Aug. ad rationem Julianam, d. 2. Sept. ad Gregorianam, quinto die post Budam a Christianis receptam ibi inventus et A. Chr. 1687 d. 23. Febr. ab illo viro Bibliothecae nostrae donatus, formae maximae, foll. 371 chartae orientalis laevigatae, char. neschi majore vel riʿhânî elegantissimo scriptus. Surata prima in duabus primis paginis splendidissime scripta est in media area laterculi multa arte et vividissimis coloribus picti. Minori picturae ejusdem generis inclusa est inscriptio suratae secundae, sequentium autem suratarum inscriptiones simplicius in area alba positae literis aureis et inclusae laterculis caeruleis. Paginae duodenas lineas continent easque ambit limbus ex virgis variorum colorum compositus. In marginibus deniones atque haud raro quiniones versiculorum distincti sunt orbiculis scite expictis. Signa anagnostica colore rubro supra orationem coranicam posita; eodem colore in marginibus indicata literis minoribus initia et numeri triginta partium coranicarum. Circa margines utriusque lateris tegumenti coriacei, cujus et ipsius media area tota deaurata et figuris distincta est, impressa sunt haec: 1) بسم اللّه الرحمن الرحيم. 2) Sur. 31 vers. 26: ولو أنّ ما فى الأرض من شجرة اقلامٌ والبحرُ يَمُدّه من بَعْده سبعةُ أبْحُرٍ ما نفدتْ كلماتُ اللّه انّ اللّه عزيز حكيم. 3) Sur. 17 vers. 90: قُلْ لَئِنِ اجتمعت الإنْسُ والجِنُّ على أن يأتوا بمثل هذا القران لا يأتون بمثله ولو كان بعضهم لبعض ظهيرا. 4) Sur. 18 vers. 109: قُلْ لو كان البحرُ مدادا لكلمات ربّى لَنفد البحرُ قبل أن تنفد كلماتُ ربّى ولو جئنا بمثله مَدَدًا. 5) صدق اللّه العظيم.

XXXIX.

[Ac. K. 130.]

Coranus, fol. min., foll. 332 chartae orientalis non laevigatae, char. neschi majusculo et robusto scriptus, in marginibus inferioribus tineas passus et hic illic resartus, ceterum bene conservatus. Hic codex, etsi nullo ornatu conspicuus est, tamen singularem quandam commendationem ab iis habet, quae Acoluthus ab initio notavit: „*Victo a Belgis Anno* 1681 *Beû (alias Raja buti s. Rex albus dicto), Rege in Gorontalo, in Provincia Celebes jacente, Dominus Heinricus Muchius hunc Alcoranum ex templo ejus loci Muhammedico praedam asportavit, quem Generosissimus, Magnificus maximeque Strenuus Dominus Johannes Sigismundus ab Haunold, postquam longo tempore usibus meis benevole concessisset, tandem Anno* 1688 *d.* 4. *Novembr. pro suo studia mea Orientalia adjuvandi desiderio, exoptatissimum donum mihi obtulit.*" Prima sex folia et ultima item sex chartae recentioris, quae aut europaea, aut europaeae similis est, in ipsa codicis patria serius adjecta et ab alia manu genere scripturae paullo rudiore expleta sunt.

XL.

[Ac.]

Coranus, quem Acoluthus „Schmoelnitzio A. 1688 d. 20. Oct.“ accepit, fol., foll. 340 chartae orientalis, char. neschi scriptus, vetustior, passim lacer et resartus. Codex integer est, nisi quod librarii negligentia inter fol. 38 et 39 pars orationis coranicae excidit; quum enim fol. 38 exeat in verba مِن اللّٰه, Sur. 3 vers. 153, fol. 39 incipit a verbis وأَنّ اللّٰه, Sur. ejusdem vers. 165; ubi librarium ab illis verbis ad alia longius dissita, sed similia, festinasse patet. Item inter fol. 286 et 287 unum excidit, quum illud in medium versiculum duodetricesimum Sur. 47 exeat, hoc a medio versiculo sexto decimo Sur. 48 incipiat. Ordo nonnullorum foliorum a bibliopega turbatus sic restituendus est: fol. 312, 318, 314, 315, 316, 317, 313, 319.

XLI.

[Ac.]

Coranus, fol., foll. 168, char. neschi scriptus, partim lacer et resartus. Hiscunt haec: fol. 3 exit in verbum جَبْرة Sur. 2 vers. 53, fol. 4 incipit a verbo فلعنة ejusdem suratae vers. 83; — fol. 7 exit in verbum دون Sur. 2 vers. 160, fol. 8 incipit a verbo الغيب Sur. 3 vers. 39; — fol. 54 exit in verbum وقبّلوك Sur. 9 vers. 48, fol. 55 incipit a verbo هم ejusdem suratae vers. 89; — fol. 76 exit in verbum خلق Sur. 16 vers. 3, fol. 77 incipit a verbo وبينكم Sur. 17 vers. 98; — fol. 88 exit in verbum بالحقّ Sur. 21 vers. 56, fol. 89 incipit a verbo أفحسبتم Sur. 23 vers. 117; — fol. 100 exit in verbum أَاله Sur. 27 vers. 63, fol. 101 incipit a verbo وعن Sur. 30 vers. 19; — fol. 102 exit in verbum ترونها Sur. 31 vers. 9, fol. 103 incipit a verbo نذير Sur. 34 vers. 43. Scriptus est codex ab ʿHamze Ibn-ʿHasan et absolutus mense Gumâda posteriore A. H. 961 (Chr. 1554).

XLII.

[Pf. K. 5.]

Coranus, fol. min., foll. 172 chartae orientalis laevigatae, char. neschi antiquiore scriptus, male habitus, inquinatus, lacer, passim taeniis chartaceis agglutinatis resartus, foliis 169 et 172 recentius insertis suppletus. Et initio et fine deperdito incipit a medio versiculo 39 Sur. 2 et exit in verbum secundum versiculi 10 Sur. 62. Versiculi distincti sunt ternis punctis rubris. Initia et numeros triginta partium coranicarum manus recentior in marginibus char. dîwânî pendulo indicavit. Ibidem positae sunt recentius eae partes orationis coranicae, quas librarius, oculis fere ad idem verbum paullo post iteratum festinantibus, sat multas omiserat.

XLIII.

[K. 27.]

Coranus Bibliothecae nostrae donatus a Mag. Godofredo Edelmann, Past. Prim. Laubanensi, 4° min., foll. 279 chartae orientalis laevigatae, char. neschi non nitido, sed robusto et perspicuo scriptus.

XLIV.

[K. 85.]

Coranus, 4° min., foll. 293 chartae orientalis parum laevigatae, lacer et inquinatus, char. neschi minus eleganti scriptus a Mustafa Ibn-ʿAlî-Chalîfe A. H. 1075 (Chr. 1664—5).

XLV.

[Ac. K. 134.]

Coranus, 4° min., foll. 394, char. neschi robusto, inscriptionibus capitum et punctis versiculos separantibus et pausarum signis rubris, limbis nullis, scriptus a Ridhwân ʿAbd-allah A. H. 1045 (Chr. 1635—6).

XLVI.

[W. K. 82.]

Coranus, 4° min., foll. 320 chartae orientalis laevigatae, char. neschi scriptus non nitido, sed perspicuo, passim taeniis et laciniis chartaceis resartus, ab initio uno folio et in fine item uno truncus, a medio versiculo sexto Sur. 2 incipiens, et in verbum paenultimum Sur. 112 exiens. In marginibus Wagenseilius numeros paginarum editionis Hinkelmannianae adscripsit.

XLVII.

[K. 83.]

Coranus, 4° min., foll. 347 chartae orientalis laevigatae, char. neschi scriptus non nitido, sed robusto et perspicuo. Nihil excidit nisi folium ultimum cum Sur. 114.

XLVIII.

[Pf. K. 86.]

Coranus, 4° min., foll. 235 chartae orientalis laevigatae, scriptus char. neschi robusto, inquinatus et passim resartus. Et ab initio et in fine aliquot folia exciderunt. Incipit a medio versiculo 83 Sur. 2, et deficit in medio versiculo 10 Sur. 81.

XLIX.

[Pf. K. 87.]

Coranus, 4° min., foll. 463 chartae orientalis laevigatae, scriptus char. neschi non eleganti, sed perspicuo, inquinatus, lacer, maxime versus finem, et passim resartus. Excidit folium primum et in fine fere duo folia. Incipit a vers. 10 Sur. 2 et deficit in verbo ultimo vers. 2 Sur. 104.

L.

[Pf. K. 88.]

Coranus, 4° min., foll. 215 chartae orientalis laevigatae, scriptus char. neschi satis eleganti, sed inquinatus, lacer

et passim resartus. Inscriptiones capitum aureae sunt, aurea item puncta versiculos separantia et omnia حزب et سجده in marginibus adscripta, نصف حزب autem caerulea. Incipit a medio vers. 12 Sur. 4, et deficit in medio vers. 14 Sur. 59. Item e medio libro evulsa sunt duo folia inter fol. 123 et 124.

LI.

[Ac. K. 237.]

Coranus, 4° min., foll. 282, scriptus char. neschi robusto, inquinatus et versus finem passim resartus, inscriptionibus capitum et punctis versiculos separantibus et pausarum signis rubris, limbis nullis. Codex his locis truncus est: post fol. 8 unum excidit, quo fit ut, quum illud in vers. 96 Sur. 2 exeat, fol. 9 ab ejusdem suratae vers. 107 incipiat; deinde fol. 16 dimidium evulsum est, fol. 36 autem paene totum, ut exigua tantum ejus lacinia supersit; item evulsa sunt post fol. 207 quatuor folia, quo fit ut, quum illud in vers. 49 Sur. 34 exeat, fol. 208 a vers. 27 Sur. 36 incipiat; item post fol. 275, quod exit in vers. 20 Sur. 75, 276 incipit a vers. 23 Sur. 76, et post fol. 277, quod exit in vers. 27 Sur. 79, 278 incipit a vers. 29 Sur. 83; tandem ultimum folium deficit in besmela Sur. 100.

LII.

[Ac. K. 243.]

Coranus, 4° min., foll. 257, scriptus char. neschi perspicuo, sinistrorsum inclinato, inscriptionibus capitum et punctis inter versiculos et pausarum signis rubris, limbis nullis, ceterum multum inquinatus, lacer, resartus, atque etiam truncus. Excidit enim ipsum folium primum, ita ut quod nunc primum est incipiat a Sur. 2 vers. 12; post hoc autem iterum aliquid excidit, ita ut, quum ipsum in Sur. 2 vers. 26 exeat, fol. 3 ab ejusdem suratae vers. 44 incipiat; item post fol. 5, ita ut hoc quidem in Sur. 2 vers. 87 exeat, fol. 6 autem ab ejusdem suratae vers. 160 incipiat. Post fol. 112 recisa sunt folia 14; laciniae enim numerum indicant. Hinc fol. 112 in Sur. 14 vers. 4 deficit, 113 a Sur. 17 vers. 106 incipit. Ultimum folium deficit in Sur. 85 vers. 12.

LIII.

[Ac. K. 202.]

Coranus, 8° max., foll. 252, scriptus char. neschi robusto et mediocriter eleganti, limbis et capitum inscriptionibus et punctis inter versiculos rubris, pausarum signis nullis, non admodum munde habitus et versus finem lacer et resartus. Hiscunt haec: fol. 188 deficit in Sur. 27 vers. 35, 189 incipit ab ejusdem suratae vers. 57; — fol. 207 deficit in Sur. 33 vers. 15, 208 incipit a Sur. 45 vers. 17; — fol. 227 deficit in Sur. 57 vers. 18, 228 incipit ab inscriptione Sur. 58; — fol. 234 deficit in besmela Sur. 64, 235 incipit a Sur. 67 vers. 27; — fol. 240 deficit in Sur. 74 vers. 17, 241 incipit a Sur. 79 vers. 29. Ipsa oratio coranica desinit fol. 249 v. Sequitur fol. 250 r. — 252 r. institutio turcica de lectione totius Corani quoque septimanae die legendis quibusdam suratis consummanda; cui lectioni quae praemittenda et quae subjungenda est precatio arabica, in fine positae sunt. Scriptus est codex ab ʿOmar Ibn-Mufthafa Agriae (فى قلعهء اكرى) A. H. 1062 (Chr. 1651 — 2).

LIV.

[Pf. K. 89.]

Coranus, 8° maj., foll. 385 chartae orientalis laevigatae, char. neschi satis nitido scriptus et bene habitus. Ab initio folia 9 cum dimidio et in medio libro folia 8 (129 — 136), quae aut vacua relicta erant, aut exciderant, a Pfeiffero expleta aut substituta sunt.

LV.

[Ac. K. 162.]

Coranus, 8° maj., foll. 303, char. neschi ab initio et versus finem robustiore, in medio libro tenuiore, limbis et capitum inscriptionibus et punctis inter versiculos et pausarum signis, quae paucissima adscripta sunt, rubris, A. H. 1092 (Chr. 1681) scriptus et optime conservatus. Annus sic indicatus est: سنه
ب ص ع

LVI.

[Ac. K. 163.]

Coranus, 8° maj., foll. 402, char. neschi robusto scriptus, in duabus primis paginis expictus et in septendecim, quae proxime sequuntur, limbis et punctis inter versiculos aureis, deinde rubris, rubris item pausarum signis instructus, quae ut in prioribus paginis plane desunt, versus finem rursus deficiunt.

LVII.

[Ac. K. 164.]

Coranus, 8° maj., foll. 332, char. neschi robusto, limbis et capitum inscriptionibus et punctis inter versiculos rubris, pausarum signis nullis.

LVIII.

[Ac. K. 201.]

Coranus, 8° maj., foll. 312, char. neschi parum expedito nec satis pulcro, limbis et capitum inscriptionibus et punctis inter versiculos rubris, pausarum signis nullis.

LIX.

[K. 84.]

Coranus, 8° maj., foll. 335 chartae orientalis laevigatae, char. neschi pressiore. Nihil excidit nisi folium ultimum. Codex deficit in besmela Suratae paenultimae.

LX.

[Ac. K. 211.]

Coranus, 8° maj., foll. 342, char. neschi robusto, limbis praeter tres primas paginas nullis, capitum inscriptionibus et pausarum signis item nullis, punctis inter versiculos rubris, sed non ubique adjectis. Codex inquinatus, detritus et resartus est. Primum folium cum prima surata excidit; quod si numero comprehenditur, pro 342 foliis sunt 343.

LXI.

[Ac. K. 216.]

Coranus, 8° maj., foll. 315, char. neschi mediocriter eleganti, limbis nullis, capitum inscriptionibus et punctis inter versiculos rubris, parum munde habitus et primo folio truncus. Incipit a vers. 15 Sur. 2. Absoluta est scriptio primo mense Ramadhân A. H. 990 (Chr. 1582).

LXII.

[K. 90.]

Coranus, 8° maj., foll. 305 chartae orientalis laevigatae, char. neschi mediocriter eleganti, passim resartus et utrinque truncus. Incipit a verbo ultimo vers. 84 Sur. 6, deficit in verbo tertio vers. 65 Sur. 76. Praeterea in medio libro aliquot folia exciderunt inter fol. 57, quod exit in medium vers. 93 Sur. 9, et fol. 58, quod incipit a medio vers. 5 Sur. 12.

LXIII.

[Ac. K. 200.]

Coranus, 8° maj., foll. 343, char. neschi altius assurgenti et sinistrorsum inclinato, limbis et pausarum signis nullis, capitum inscriptionibus rubris, punctis inter versiculos item rubris, modo singulis, modo ternis, non adeo munde habitus, passim resartus nec plane integer. Pro folio primo quidem, quod exciderat, aliud recentius substitutum est, sed in fine codex deficit in medio vers. 7 Sur. 102.

LXIV.

[Ac. K. 208.]

Coranus, 8° maj., foll. 326, si folia e medio codice revulsa numero non comprehenduntur, char. neschi robusto, limbis et punctis inter versiculos rubris, pausarum signis nullis. Revulsa sunt duo folia inter fol. 100 et 101, tria inter 108 et 109, item exciderunt nonnulla inter 121 et 122, 123 et 124, 125 et 126. Scriptus est codex aut ipso A. H. 1088 (Chr. 1677—8), aut ante eum; is enim annus in latere interiore partis posterioris tegumenti notatus est ita, ut codicem tunc ab aliquo emtum aut dono acceptum esse appareat.

LXV.

[Ac. K. 209.]

Coranus, 8° maj., foll. 241, char. neschi non pulcro, sed perspicuo, limbis nullis, pausarum signis paucis, punctis inter versiculos rubris, modo singulis, modo ternis. Inscriptiones tantum tertio et quarto et quinto capiti praemissae sunt literis rubris. Codex admodum inquinatus, detritus et resartus est. Praeterea inter fol. 57 et 58 evulsa sunt, ut ex reliquiis apparet, folia quindecim, et inter fol. 2 et 3, 59 et 60, nonnulla exciderunt.

LXVI.

[Ac. K. 226a.]

Coranus, 8° lat., foll. 414, char. neschi robusto scriptus, multum tritus et passim resartus. Limbi circa paginas nulli. Laciniae tegumenti coriacei impressum est لا يمسّه الّا المطهّرون.

LXVII.

[Ac. K. 229.]

Coranus, 8° maj., foll. 171, char. neschi perspicuo, sed rudiore scriptus, omnibus ornamentis carens. Ne punctis quidem versiculi distincti sunt, nec capita inscriptionibus insignita. Ceterum admodum lacer et inquinatus est, item ab initio et aliis locis truncus. Incipit enim a Sur. 2 vers. 185; — post fol. 8, quod in ejusd. Sur. vers. ultimum exit, aliquot folia partim exciderunt, partim evulsa sunt, ita ut fol. 9 incipiat a Sur. 4 vers. 12; — fol. 47 exit in Sur. 7 vers. 170, fol. 48 incipit a Sur. 9 vers. 18; — fol. 69 exit in Sur. 12 vers. 17, fol. 70 incipit ab ejusd. Sur. vers. 33; — fol 75 exit in Sur. 13 vers. 25, fol. 76 incipit ab ejusd. Sur. vers. 40; — fol. 77 exit in Sur. 14 vers. 32, fol. 78 incipit a Sur. 16 vers. 82; — fol. 79 exit in Sur. 16 vers. 117, fol. 80 incipit a Sur. 18 vers. 49; — fol. 104 exit in Sur. 24 vers. 1, fol. 105 incipit ab ejusd. Sur. vers. 31; — fol. 109 exit in Sur. 25 vers. 29, fol. 110 incipit a Sur. 27 vers. 5; — fol. 111 exit in ejusd. Sur. vers. 45, fol. 112 incipit a Sur. 29 vers. 1; — fol. 123 exit in Sur. 33 vers. 12, fol. 124 incipit a Sur. 40 vers. 82; — fol. 144 exit in Sur. 49 vers. 4, fol. 145 incipit a Sur. 55 vers. 10; — fol. 146 exit in Sur. 56 vers. 48, fol. 147 incipit a Sur. 62 vers. 2; — folium ultimum exit in Sur. 109 vers. 6.

LXVIII.

[K. 121.]

Coranus, 8° min., foll. 317, char. neschi nitido scriptus et permunde habitus. Duae primae paginae pulcre expictae sunt, ceterae limbis et punctis inter versiculos aureis ornatae. Capitum inscriptiones rubrae sunt in areis limbo aureo cinctis. Etiam tegumentum auro variegatum est.

LXIX.

[K. 122.]

Coranus, 8° min., foll. 300, char. neschi eleganti scriptus, in duabus primis paginis varie expictus. Capita literis aureis in areis limbo rubro cinctis inscripta sunt, versiculi punctis aureis distincti et oratio coranica virgis variorum colorum inclusa, quas inter et rubras extremi marginis indicatae sunt partes coranicae omnes, i. e. quiniones et deniones versiculorum, *el-a'hzâb* et *el-eǵzâ* et utrorumque partes dimidiae. Tria ultima folia docent precationem perlecto Corano recitandam et pausas ex ratione El-Seǵâwendii in legendo Corano observandas earumque signa. Absolutus est codex a Molla Fejjâdh Ibn-Mu'hammed El-Baghdâdî medio mense Reǵeb A. H. 1087 (Chr. 1676).

LXX.

[K. 313.]

Coranus, 8° min., foll. 361, char. neschi. Abruptus est post Sur. 100 vers. 7. Praeterea exciderunt folia tredecim: unum inter fol. 16, quod exit in Sur. 2 vers. 177, et fol. 17, quod incipit ab ejusd. Sur. vers. 196; duo inter fol. 158, quod exit in Sur. 17 vers. 35, et fol. 159, quod incipit ab ejusd. Sur. vers. 82; item duo inter fol. 175, quod exit in Sur. 20 vers. 97, et fol. 176, quod incipit ab ejusd. Sur. vers. 134; octo inter fol. 201, quod exit in Sur. 24 vers. 61, et fol. 202, quod incipit a Sur. 26 vers. 72.

LXXI.

[Ac. K. 172.]

Coranus, 12° maj., foll. 399, char. neschi minuto nitidoquae scriptus et optime conservatus. Duarum primarum paginarum bini limbi et puncta inter versiculos, item duarum proxime sequentium simplex limbus et puncta aurea sunt, ceterarum limbus et puncta rubra, rubrae item capitum inscriptiones et pausarum signa. Scriptio absoluta est ab El-ʿHâǵǵ Chosrew mense Rebîʿ posteriore A.H. 997 (Chr. 1589).

LXXII.

[Ac. K. 173.]

Coranus, 12 maj., foll. 301, char. neschi minuto et mediocriter eleganti scriptus, limbis et punctis et pausarum signis rubris. In lacinia tegumenti coriacei impressa sunt verba solemnia: لا يمسّه الّا المطهّرون. Ipse Coranus exit fol. 300; fol. 301 indicantur leges singulares in hoc codice scribendo observatae et explicantur pausarum ex ratione El-Seǵâwendii positarum signa. Leges illae hae sunt: 1) ut partes coranicae (*el-eǵzâ*) dena folia expleant, 2) earum partes dimidiae quina folia, 3) earum partes quartae sive *el-aʿhzâb* quinas paginas, 4) ut quaeque pagina versiculo terminetur, quaeque linea verbo, 5) ut pausarum signa ea sint, quae praecepit El-Seǵâwendî, 6) recensio autem ʿ*Âſimi* (عاصم), quam ab eo acceptam propagavit ʿHiff (حفص), 7) ut deniones versiculorum ab initio numero indico ٩ insigniantur, 8) ut in nulla linea literae pressius scribantur, nec quidquam redundans in margine adjiciatur, 9) ut verba بسم الله الخ nunquam in fine lineae ponantur, item ut terna puncta rubra eos versiculos terminent, de quorum exitu omnes consentiunt, singula eos, quorum exitus ab aliis aliter constituitur. Sed ex his legibus tantum quarta et quae sequuntur usque ad nonam, atque, ut mihi videtur, ne hae quidem ubique, a librario observatae sunt.

LXXIII.

[Ac. K. 258.]

Coranus, 12° maj., foll. 322, char. neschi perspicuo, sed rudiore scriptus, limbis et inscriptionibus et punctis et pausarum signis rubris.

LXXIV.

[Ac. K. 259.]

Coranus, 12° maj., foll. 490, char. neschi satis eleganti, usque ad fol. 220 v. graciliore, deinde robustiore et luculentiore, limbis et inscriptionibus et punctis et pausarum signis rubris. Excidit folium postremum cum duobus ultimis versiculis Sur. 114.

LXXV.

[Ac. K. 238.]

Coranus, 12°, foll. 289, char. neschi minus luculento, sed perspicuo. Primo folio deperdito codex ab initio Sur. 2 incipit. Post fol. 280 perperam agglutinatum est folium, quod finem Sur. 74, Sur. 75 totam et initium Sur. 76 usque ad vers. 5 continet; fol. 282 autem recte continuatur Sur. 67 vers. 4, fol. 280 inchoatus. Folium postremum exit in Sur. 74 vers. 53, ubi fol. 281 agglutinandum erat. Revera igitur codex exit in Sur. 76 vers. 5.

LXXVI.

[Ac. K. 269.]

Coranus, 12°, foll. 450, char. neschi rudiore, limbis et inscriptionibus et punctis et pausarum signis rubris. Hiscunt haec: fol. 1 exit in finem Sur. 1, fol. 2 incipit a Sur. 2 vers. 75; — fol. 2 exit in Sur. 2 vers. 81, fol. 3 incipit ab ejusd. Sur. vers. 218; — fol. 166 exit in Sur. 11 vers. 103, fol. 167 incipit a Sur. 12 vers. 56; — fol. 168 exit in Sur. 12 vers. 76, fol. 169 incipit a Sur. 13 vers. 33; — fol. 210 exit in Sur. 18 vers. 94, fol. 211 incipit ab ejusd. Sur. vers. 109; — fol. 249 exit in Sur. 24 vers. 6, fol. 250 incipit ab ejusd. Sur. vers. 63; — fol. 261 exit in Sur. 26 vers. 141, fol. 262 incipit a Sur. 27 vers. 54; — fol. 263 exit in Sur. 27 vers. 81, fol. 264 incipit a Sur. 28 vers. 63; — fol. 325 exit in Sur. 39 vers. 50, fol. 326 incipit ab ejusd. Sur. vers. 61; — fol. 446 exit in Sur. 101 vers. 6, fol. 447 incipit a Sur. 105 vers. 5; — fol. 448 recte quidem Sur. 114 absolvit, sed post illud excidit initium precationis perlecto Corano recitandae, quae fol. 449 et 450 continuatur, sed finis ejus et ipse excidit.

LXXVII.

[W. K. 279.]

Coranus, 16°, foll. 308, char. neschi minuto, nullis nec limbis nec capitum inscriptionibus, sed punctis et pausarum signis rubris. Ab alio literis majoribus scripta sunt folia pro deperditis substituta, 136 — 143, 222 — 225, 303 — 308, in quibus etiam puncta et pausarum signa desiderantur.

LXXVIII.

[Ac. K. 168.]

Coranus cum translatione persica singulis lineis subjecta, 8° maj., foll. 396 chartae orientalis laevigatae. Arabica scripta sunt atramento char. neschi satis minuto, persica minio char. nestaʿlîq etiam minore et pressiore. Duae primae paginae splendidissime expictae sunt, ceterae limbos ex virgis caeruleis, albis et aureis compositos habent. Inscriptiones capitum et ipsae literis aureis in laterculis elegantissimis positae sunt, item capitum initia aureis ornamentis distincta. Pausarum signa nulla, puncta autem inter versiculos aurea. In marginibus partes coranicae et deniones versiculorum literis aureis, quiniones caeruleis indicati. Translatio eadem est quae in Cod. Dresd. 252, quamquam multa discrepant. Speciminis causa suratam primam et ultimam adscripsi:

بنام خدای بخشایندۀ مهربان.

سپاس وستایش مطلق مر خدایرا که پروردکار عالمیانست.
بخشایندۀ مهربانست. پادشاه روز جزاست. تو خداوندرا
می پرستیم وخاص از تو یاری میخواهیم. بنمای مارا راه
راست. راه آنانی که نعمت کردی تو بر ایشان. نه آنان که
خشم کرفتی بر ایشان ونه کمراهان.

بنام خدای بخشایندهٔ مهربان.

بگو ای محمّد پناه میکیرم بپروردکار مردمان. پادشاه مردمان. خدای مردمان. از بدی دیو وسوسه دهنده با زپس جهنده. آن دیوی که وسوسه کند در سینهای مردمان. از جنس پری وآدمی.

Ipse Coranus exit fol. 393 r. Sequitur brevis precatio arabica et clausula, in qua *'Aziz Ibn-Mu'hammed Ibn-'Hosein El-'Hâfizh El-Kâschâni*, filius ejus qui Cod. Dresd. 252 scripsit, hunc Coranum aït esse trecentesimum et tertium manu sua scriptum eumque absolutum mense *Ḏû'l-'higge* A. H. 947 (Chr. 1541), ac se sperare, postquam numerum millenarium compleverit, se amplissima Dei beneficia consecuturum esse. Pater quum in clausula Cod. Dresd. 252 eum 475mum a se scriptum esse dicat, ad minimum 778 Corani exempla habes a duobus scripta. Postremum locum tenet, ut in Cod. Dresd., *Fâl-nâme coranicum* versibus persicis conceptum. Initium:

هر که از قران کشاید فال خویش
بی شکی واقف شود بر حال خویش

Finis:

ی زغایب آیدش اخبار خوش
تا بکیرد در کنارش شاد وخوش

Primum praecipitur, quomodo se ad hoc opus praeparare debeant, et brevis precatio arabica docetur illi praemittenda; deinde ipsa augurii capiendi ratio exponitur, ut Coranum temere aperiant et in ea pagina, in quam forte inciderint, ad lineam septimam descendant ejusque primam literam pro augurio accipiant; tum recensetur, quid singulae literae ita inventae portendant. Appendix sex distichorum alius metri sic inscripta: در بیان امتیاز حروف از نیك وبد ومیانه, breviter comprehendit literas infaustas ت, ج, خ, غ, ك, م, medias sive ancipites ش, ص, ع, ن, لا, et faustas duodeviginti reliquas. Initium:

نظم فال کلام ربّانی با تو کویم اکر تو بر خوانی

Finis:

هچده حرفی که مانده است جز این همه نیکوست لا علی التّعیین

LXXIX.

[Ac. K. 167.]

Coranus cum translatione turcica passim paraphrastica, singulis lineis subjecta, 4° min., foll. 370, char. neschi. Arabica literis majoribus scripta, turcica minoribus. Limbi nulli sunt nec ulla pausarum signa, sed capita literis rubris inscripta et versiculi ternis punctis rubris distincti. Codex permunde habitus et optime conservatus. Fol. 1 v. testatus est Meninskius, se eum pluris quam triginta aureis a B. Arlascowicz emisse. Quum ipse nomen non adjecisset, Acoluthus subscripsit: „Hoc Alcorani pretium Illustris Viri Franc. a Mesgnien Meninski manu consignatum est.“ Ibidem Acoluthus nonnulla ex Lambeccii Commentariis et Podestae scriptis de raritate translationis turcicae Corani notavit. Surata prima:

اللهنك ادیله باشلدم که بخشاینده در ودنیاده وآخرتده رحمت ایدیجیدر. شکر وثنا اللّه مخصوصدر عالملری بسلیجی ومالکیدر. اسیرکیجی ورحمت ایدیجیدر. قیامت کوننك حاکمی ومالکیدر. سکا طپرز غیریه دکل دخی جمیع مهمّاتده یاردمجی*) سندن طلب ایدرز. بزه طغرو یول کوستر**). شول کمسنلرك یولی که آنلرك اوزرینه انعام ایلادك که مومنلر یولیدر. شول کمسنلرك یولی دکل که آنلرك اوزرینه†) اولنمشدر که یهود قومیدر دخی شول کمسنه لرك یولی دکل که یولدن ازمشلردر††) نصارا قومیدر. دعامزی قبول ایله.

Surata ultima:

ایت یا محمّد صغنرن ادمیلر تکرسنه. ادمیلر پادشاهنه. ادمیلر تکرسنه. شیطانك وسوسه سی شرّندن. اولکه وسوسه ایدر ادملر کوکوسلرنده. جنلردن وادملردن.

LXXX.

[Ac.]

Coranus ab ipso Acolutho scriptus, 4°, foll. 285. Literae aequales et perspicuae sunt, sed operosae et invenustae, quae typos illius temporis haud invidenda fide referant. Quando Acoluthus hoc exemplum perscripserit, nusquam indicatum est; sed id constare videtur, typothetae tradendum fuisse; parabat enim ille editionem Corani, cujus adornandae causa hos codices, quos nunc Bibliotheca nostra habet, collegerat.

LXXXI.

[K. 95.]

Coranus non totus, 4° min., in partes (*egzâ*) distinctus et 29 libellos comprehendens a quatuor manibus (A. B. C. D.) neschi robusto scriptos eodemque omnes corio obductos, limbis, partim et capitum inscriptionibus, quartarum partium (*el-a'hzâb*) et denionum (*el-a'schâr*) indicationibus et punctis inter versiculos rubris. Pausarum signa in partibus A. nulla sunt, item in parte D. cum limbis et inscriptionibus omissa, in ceteris autem rubro liquore, quamquam non ubique, adjecta. Partes A. alicui templo aut scholae legatae fuerunt a nescio quo Mu'hammede; omnibus enim inscriptum est وقف مرحوم محمّد چلبی. Partes B. Pfeifferi fuerunt, pars C. Wagenseilii. Desunt Partes II, V, XI, XII, XVII, XXII, XXV, XXVI. — Pars I foll. 22, A. Pars III foll. 17, B. Pars IV foll. 18, B. Pars VI foll. 22, A. Pars VII foll. 23, A. Eadem foll. 17, B. Pars VIII foll. 18, B. Pars IX foll. 21, A. Eadem foll. 18, B. Pars X fol. 18, B. Pars XIII foll. 21, A. Pars XIV foll. 21, A. Eadem foll 18, B. Pars XV foll. 19, B. Pars XVI foll. 23, A. Eadem foll. 18, B. Pars XVIII foll. 19, B. Eadem foll. 13, C. Pars XIX foll. 18, B. Pars XX foll. 16, B.

*) Lege یاردم.
**) Lege کوستر.
†) Excidit خشم aut simile nomen.
††) Excidit که.

Eadem foll. 19, D. Pars XXI foll. 17, B. Pars XXIII foll. 19, B. Pars XXIV foll. 16, B. Pars XXVII foll. 18, B. Pars XXVIII foll. 24, A. Eadem foll. 18, B. Pars XXIX foll. 19, B. Pars XXX foll. 20, B.

LXXXII.
[K. 91.]

Corani partes tredecim, totidem libellis comprehensae, 4°, praeter partem XXVI ab eadem omnes manu char. neschi robusto scriptae et eodem corio obductae, limbis nullis, punctis et pausarum signis rubris. Pars II foll 15. Pars VI foll. 16. Pars VII foll. 16. Pars VIII foll. 16. Pars X foll. 15. Pars XI foll. 17. Pars XII foll. 16. Pars XIV foll. 16. Pars XVI foll. 17. Pars XVII foll. 15. Pars XVIII foll. 19. Pars XIX foll. 17. Pars XXI foll. 17. Pars XXVI foll. 19. Haec pars limbos rubros habet, pausarum signa rarissima.

LXXXIII.
[Pf. K. 94.]

Corani pars I, Sur. I, 1 — II, 135, 4° min., foll. 27, char. neschi, nullis nec limbis nec pausarum signis, sed rubris inter versiculos punctis. Fol. 1 legitur مقابله اولندى, *collatum est*, sc. hoc exemplum cum alio emendandi causa.

LXXXIV.
[Pf. K. 93.]

Corani pars II, Sur. II, 136 — 253, 4°, foll. 22, char. neschi, limbis et punctis et pausarum signis rubris.

LXXXV.
[Ac. K. 239.]

Corani pars II, 8° maj., foll. 22, char. neschi, limbis et quartarum partium (*el-a͑hzâb*) et denionum (*el-a͑schâr*) indicationibus et punctis et pausarum signis rubris.

LXXXVI.
[K. 98.]

Corani pars IV, Sur. III, 86 — IV, 27, 8°, foll. 42, char. neschi, limbis nullis, capitum inscriptionibus et quartarum partium et denionum indicationibus et punctis inter versiculos aureis, pausarum signis rubris.

LXXXVII.
[Pf. K. 97.]

Corani pars VI, Sur. IV, 147 — V, 85, 4° min., foll. 22, char. neschi, limbis et punctis et pausarum signis rubris.

LXXXVIII.
[Ac. K. 139.]

Corani pars VIII, Sur. VI, 111 — VII, 85, fol. min., foll. 29, char. neschi majusculo et nitido, limbis ex virgis nigris, aureis, albis et rubris, punctis inter versiculos aureis. Signa anagnostica saltem nonnulla adjecta sunt. Olim legatum fuisse, docet verbum وقف passim marginibus inscriptum.

LXXXIX.
[Ac. K. 242.]

Corani partes IX, Sur. VII, 86 — VIII, 41, *et XIX*, Sur. XXV, 23 — XXVII, 56, 4° min., foll. 33, char. neschi, limbis et punctis rubris. Codex a tineis perrosus.

XC.
[Ac. K. 241.]

Corani pars X, Sur. VIII, 42 — IX, 94, 4° min., foll. 16, char. neschi crassiore, limbis nullis, punctis et signis anagnosticis rubris. Olim legatum fuit.

XCI.
[K. 23.]

Codex arabicus turcicus, 4° min., foll. 51, char. neschi robusto, qui in parte priore major est, in posteriore minor. Pars coranica ab alia manu in charta recentiore scripta est.

1) Fol. 1 — 22 *Corani pars XII*, Sur. XI, 8 — XII, 52, limbis et punctis et signis anagnosticis rubris.

2) Fol. 23 — 51 مرغ شمسى, *Aves Schemsii*, ut poëta ipse dicit fol. 26 v., aut ده مرغنامه, *Decem avium liber*, ut Hammerus ex Kinâlî-zâde in Hist. poes. othom., I, p. 257 sq., poëma turcicum Schemsii ejus, qui apud Hammerum quartus est, Selîmo I dedicatum. Initium:

قُوَّتْ دَسْتُور اللّه العليم   قَصْلْ بسم اللّه الرّحمن الرحيم
مِنَّت اُورَا طَاعَتَشْ رحمت نُمُودْ   دايما اَلْحمدُ للّه الوَدُودْ

Finis:

تَحْتِ حُكْمنده انك هركمكه وار   قِلْ سلامت يا غَنِي پَرْوردكار
بو خبر بونده تمام اولسون تمام   اِى سلامت اهلِ باقى والسلام

Decem illae aves sunt noctua, cornix, psittacus, kerkes (avis mythica), luscinia, upupa, hirundo, pavo, perdix, ciconia. Noctua ascetam agit, cornix poëtam et narratorem, psittacus doctorem theologicum, kerkes monachum erraticum, luscinia musicum, upupa oratorem, hirundo astronomum et astrologum, pavo mercatorem, perdix agricolam, ciconia virum sapientem et religiosum. Instituto colloquio quaeque avis, postquam antecedentis personam et orationem perstrinxit, se ipsam suumque vitae genus laudat. Tandem perdix vitam simplicem et frugi suo exemplo commendans hanc fert capitalem sententiam: missis vanis ambitiosisque studiis terram colendam esse, manibus opus faciendum, sobrie sancteque vivendum, egenis subveniendum, Deo et Caesari suum utrique tribuendum. Sed quod in hac quoque ratione quamvis laudabili nimium et parum est, id corrigit ultimo loco ciconia, perdicem reprehendens, quod operi faciendo nimis intenta preces ceterasque religionis partes atque ingenii cultum negligat, deinde imprimis precum necessitatem et efficaciam celebrat *), se exemplum proponit et

*) Hic docetur, literis nominis احمد, quo Mu'hammed propheta appellari solet, quatuor situs corporis in precibus moslemicis usitatos repraesentari, prima القيام, secunda الركوع, tertia السجود, quarta القعود.

ceteras ad pietatem erga Deum morumque honestatem, quippe rerum omnium cardinem et caput, hortatur. Probant illae consilium, ciconia autem ab iis rogata precibus pro Selîmo I recitatis poëma concludit. — Scriptum est hoc exemplum A. H. 996 (Chr. 1587 — 8).

XCII.

[Ac. K. 236.]

Corani pars XIV, Sur. XV, 1 — XVI, 128, 4° min., foll. 15, char. neschi, limbis et punctis rubris. Signa anagnostica plane nulla sunt.

XCIII.

[Ac. K. 271.]

Corani pars XVII, Sur. XXI, 1 — XXII, 78, 8°, foll. 19, char. neschi, limbis nullis, punctis et signis anagnosticis rubris.

XCIV.

[Pf. K. 92.]

Corani pars XXVI, Sur. XLVI, 1 — LI, 30, 4°, foll. 21 chartae orientalis. Novenae sunt in paginis lineae, ex his prima et media et ultima in ternis laterculis aureis scriptae char. ϑulϑî, ceterae in binis laterculis aureis char. neschi. Capitum inscriptiones et puncta inter versiculos aurea, pausarum signa nulla. Codex multum detritus et in margine a tineis exesus.

XCV.

[Ac. K. 240.]

Corani partes XXVI, Sur. XLVI, 1 — LI, 30, *et XXX*, Sur. LXXVIII, 1 — CXIV, 6, 4° min., foll. 28, char. neschi, limbis nullis, punctis et signis anagnosticis rubris. Codex scriptus est ineunte mense Muʿharram A. H. 1090 (Chr. 1679). In fol. 15 inter duas illas partes medio notatum est, eum ab ʿHosein Serbeluk et Domina ʿÂïsche templo principali urbis Pesth legatum esse.

XCVI.

[Ac. K. 248.]

Corani pars XXVII, Sur. LI, 31 — LVII, 29, 8° maj., foll. 23, char. neschi, limbis nullis, punctis et signis anagnosticis rubris.

XCVII.

Corani fragmenta, fol., foll. 11 chartae mollis et flaccidae, char. neschi. Fol. 1 incipit a Sur. 10 vers. 107 et exit in Sur. 11 vers. 27. Fol. 2 incipit a Sur. 12 vers. 84 et exit in Sur. 13 vers. 3. Fol. 3 incipit a Sur. 14 vers. 41 et exit in Sur. 15 vers. 42. Fol. 4 incipit a Sur. 16 vers. 79, unde oratio continuatur ad fol. 5, quod exit in Sur. 17 vers. 13. Fol. 6 incipit a Sur. 18 vers. 30, unde oratio continuatur ad fol. 7, quod exit in Sur. 18 vers. 99. Fol. 8 incipit a Sur. 29 vers. 49; hinc omnia integra usque ad fol. 11, quod exit in Sur. 32 vers. 20.

XCVIII.

[Ac. K. 311.]

Corani fragmentum, 4° min., foll. 60, char. neschi. Incipit a Sur. 5 vers. 82; hinc oratio continuatur usque ad fol. 45, quod exit in Sur. 9 vers. 103. Duobus foliis deperditis fol. 46 incipit ab ejusdem suratae vers. 124, a quo iterum omnia integra usque ad Sur. 11 vers. 33, in quo codex deficit.

XCIX.

[K. 318.]

Corani fragmentum, 8° obl., foll. 20, char. neschi, quod a Sur. 2 vers. 135 incipit et in Sur. 3 vers. 133 exit.

CODICES DE RECITATIONE CORANI.

C.

[Ac. K. 70.]

Codex arabicus turcicus, 8° lato, foll. 64 chartae orientalis laevigatae, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 4 v. *Muʿhammed Ibn-El-Ǵezerî Schâfeʿitae Muqaddime, poëma jambicum de Corano recte recitando.* Initium:

يقول راجى عَفْوِ ربّ سامعِ محمّدُ بن الجَزَرِىّ الشافعى
الحمد لله وصلّى اللّهْ على نبيّه ومصطفاهْ
محمّدٍ وآلِهِ وَصَحْبِهِ ومُقْرِئِ القران مع مُحِبِّهِ
وبعدُ إنّ هٰذِهِ مقدّمَهْ فيما على قارئه أنْ يَعْلَمَهْ
إنّ واجِبٌ عليهمُ محتّمُ قَبْلَ الشُروع أوّلا تَعَلُّمُ
مَخارِجِ الحُروف والصِفاتِ لِيَلْفظوا بأَفْصَحِ اللُّغاتِ
محرّرِى التجويدِ والمَواقِفِ وما ٱلّذى رُسِمَ فى المَصاحِفِ
من كلِّ مقطوعٍ وموصولٍ بها وتآء أنثى لم تكنْ تُكْتَب بِهَا

Capitum argumenta recensuit Nicollius in Catal. codd. mss. orient. Bibl. Bodlej. Part. II Vol. 2 pag. 190. Finis:

وقد تقضّى نظمِىَ المقدّمَهْ منّى لقارئ القران تقدمَهْ
والحمد لله لها ختامُ ثمّ الصلوة بعدُ والسلامُ

2) Fol. 5 r. *Fragmentum ex* كنز المعانى فى شرح حرز

الامانی, i. e. *Commentario in* حرز الامانی, *poëma Abû'l-Qâsim Ibn-Ferro Ibn-Chalaf Ibn-A'hmed El-Schâthibii*, de quo vid. ejusdem libri pag. 322. Persequitur hic commentarius in singulis partibus tres interpretationis locos: lexicalem, فی المبادی, i. e. فی المعنی اللغوی وما نسب الیه, cujus signum est ب; grammaticalem, فی اللواحق, i. e. فی الاعراب وما ینحطّ رحله لدیه, cujus signum est ح; realem, فی المقاصد, i. e. فی المقصود من الکلام مرموزا او منصوصا علیه, cujus signum est ص. Speciminis causa adjeci totum locum qui hic legitur:

باب البسملة وبسمل بین السورتین رجال نموها دریة وتحملا (sic) ب بسمل قال بسم الله کحوقل الی آخره ح رجال فاعل بسمل وبسنة (sic) حال من رجال الی آخره ص ای تلفظ بسم الله وفصل بها بین کلّ سورتین قلون والکسائی وعاصم وابن کثیر المرموز عنهم بالباء والراء والنون والدال وترك الباقون البسملة الی آخره.

Subscriptum est turcice: بو شاطبی شرحی در آدی کنز المعانی در. Fol. 5 v. septem principes lectorum coranicorum comprehensi sunt hoc versu persico vel turcico:

نافعْ وابن کثیرِ ثمْ ابو عمرو امامْ
ابن عامرْ عاصمْ وحمزه کسائی والسلامْ

Transversis tractibus superscriptum est, cujates illi fuerint, subscripti autem bini discipuli, qui eorum recensiones propagarunt. Nâfi' fuit مدنی et habuit discipulos ورش وقلون, Ibn-Keθîr fuit مکی et habuit discipulos بزی وقنبل, Abû-'Amr fuit بصری et habuit discipulos دوری وسوسی, Ibn-'Âmir fuit شامی et habuit discipulos ابن ذکوان وهشام, 'Âsim fuit کوفی et habuit discipulos حفص وابو بکر, 'Hamze fuit کوفی et habuit discipulos خلف وخلّاد*), Kisâî fuit کوفی et habuit discipulos دوری وابو الحارث.

3) Fol. 6 r. recensitae sunt familiae principum lectorum coranicorum et picta tabella organorum, quibus singulae literae efferuntur.

4) Fol. 6 v. — 61 v. الحواشی المفهمة فی شرح المقدّمة, *Commentarius in Mu'hammed Ibn-El-Ġezerii Muqaddimam* (No. 1) *ab ejus filio scriptus*, singulis versibus interpositus. Initium: الحمد لله المتعالی فی جلال قدسه، لا أحصی ثناء علیه کما اثنی هو علی نفسه، الخ. Deinde: وبعـد فانّ أولی ما تصرّف الیه الهمم العوالی، کلام الله الکبیر المتعالی، وأعمّ ما یبدأ به قبل تلاوته، تجوید حروفه وتصحیح قراءته، وکان أنفع ما ألّف فی ذلك الارجوزة المسمّاة بالمقدّمة، فیما یجب علی قارئ القران ان یعلمه، من نظم سیّدی ووالدی الامام العلّامة، شیخ الاسلام والمسلمین عامّة، رضی الله عنه وارضاه، ونفع ببرکة علومه وابقاه، فانّها مع صغر الحجم وحسن الاختصار، حوت ما لم یحوه فی هذا الفنّ الکتب الکبار، وقد سألنی بعض اخوانی من الطلبة أن أعلّق علیها شرحا یحلّ ألفاظها وعباراتها، ویوضح معانیها واشاراتها، فأجبته الی ما طلب، وعلمت أنّ ذلك قد وجب، فاستخرت الله تعالی وکتبت علیها تعلیقة، والله اسأل توفیقه، وسمّیتها الحواشی المفهمة، فی شرح المقدّمة، وبالله المستعان، وعلیه التکلان.

Hinc ipse commentarius, qui sic incipit: قال رضی الله عنه

یقول راجی عفو ربّ سامع، محمّد بن الجزری الشافعی، القول یعمّ المفرد والمرکّب مفیدا او غیر مفید،, pertinet usque ad fol. 56 r. Subsequitur continuata oratione caput, فصل, de praecipuis partibus eorum, quae lectorem coranicum et ante legendum et inter legendum observare decet, de perlectione Corani intra certa tempora, de iis locis ubi Coranum legere non licet, de Corano ediscendo et aliis rebus huc spectantibus, quas lectorem coranicum scire necesse est. In fine scriptor se hunc librum absolvisse aït die Jovis, ineunte mense Ramadhân A. H. 806 (Chr. 1404) Larandis, urbe lycaonica: بمدینة لارنده من معاملة قرمان من البلاد الرومیّة حماها الله تعالی وحرسها، وعمرها ببقاء ملك مالکیها، أعزّ الله انصاره، وضاعف اقتداره، وثبّت ونصر جیوشه واعوانه، وقهر اضداده، وکبت اعداءه وحسّاده، وکتب له السعادة الابدیّة، وألهمه العدل والانصاف فی الرعیّة، بمنّه وکرمه، تمّ.

5) Fol. 62 v. — 64 v. *Commentatiuncula turcica de vera pronuntiatione quarundam literarum in recitando Corano.* Initium: الحمد لله ربّ العالمین، والصلوة والسلام علی خیر البریّة محمّد خاتم النبیّین، وعلی آله وصحبه اجمعین، بلکل کیم جمله قرّا ایکی اوستنه وایکی اسرهیه وایکی اوترویه تنوین دیرلر الخ. Est de multiplici pronuntiatione nun quiescentis ante alias consonas, et in nunatione, et extra eam, de insertione sive assimilatione cum aliarum literarum, tum literae ل in articulo, de pronuntiatione crassa literae r, التفخیم, et contra tenui, الترقیق, item literae ل in nomine الله, de productione et correptione vocalis in pronomine suffixo ه, de السکتة, i. e. abruptione soni durante halitu, قطع الصوت

*) Cod. حلف وحلاد.

دون النفس, tandem de diversis speciebus productionis, المدّ. Finis: مدّ ابدال اولدر كه كلمه اوّلنده اولان همزه لرى بر الف مقدارى چككدر مثالى آمن وآزر وآدم وآيات والآخرة كبى، تمّ وبالخير عمّ.
Subscripsit Mu'hammed Ibn-A'hmed, se hunc librum emisse a librario constantinopolitano, صحّاف القسطنطينيّة, septendecim piastris, ١٧ غرش.

CI.

[Ac. K. 186.]

Codex turcicus, 12°, foll. 156, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 120 r. كتاب التجويد فى كلام المجيد, *de ratione Corani recte recitandi*, quae recitatio proprie الترتيل appellatur, cujus et nomen et religio praecepto illo coranico continetur: ورتّل القران ترتيلا, Sur. 73, vers. 4. Initium: الحمد لله الّذى انزل على عبده الكتاب، ووعد من تلاه وعمل به جزيل الثواب، Deinde, ubi ad rem venit: اعلم يعنى بلكل كم قران تجويد اوقمق فرضدر نتكم قرانده كلور فى قوله تعالى ورتّل القران ترتيلا الخ. Prolegomena, fol. 2 v. — 31 r., sunt de necessitate illius recitationis, de falsa pronunciatione duplici, اللحن الجلىّ et اللحن الخفىّ, de praestantia et praemiis rectae recitationis, de pravitate et poenis falsae, tandem de illius ratione et arte a Propheta per socios ejus et doctores priores et posteriores, علماء متقدّمين وعلماء متأخّرين, deinde per ابن لبّان et شيخ اسمعيل usque ad scriptorem continuata. Ipsius argumenti tractatio, fol. 31 v. — 120 r., per decem gradus, مراتب, procedit: 1) fol. 31 v. sq. de quintuplici nun quiescente, et in nunatione, et extra eam; 2) fol. 42 v. sq. de octuplici productione; 3) fol. 54 r. sq. de correptione; 4) fol. 67 v. sq. de literis crasse pronuntiandis, المفخّمات; 5) fol. 70 v. sq. de literis tenuiter pronuntiandis, المرقّقات; 6) fol. 74 r. sq. de pausis; 7) fol. 91 r. sq. de conjunctione vocalium cum elif waflato; 8 fol. 103 r. et v. de conatu pronuntiandi, الرّوم, i. e. levi tenuique kesrae et dhammae pronuntiatione in fine verborum ante pausam; 9) fol. 104 r. sq. de الاشمام, quo dhamma eodem loco labris ad eam pronuntiandam compositis ita innuitur, ut videri potius quam audiri possit; 10) fol. 106 r. sq. de vera pronuntiatione consonarum secundum organa et ordines. Clausula, fol. 119 r. — 120 r., et iis, qui Coranum secundum has leges recitent, et iis, qui talem ejus recitationem auscultent, in utraque vita optima quaeque pollicetur. Finis: غفر الله تعالى لجامعه ولقائله ولناظره ولكاتبه ولمن كان فيه ولمن قال آمين ولكافّة المسلمين آمين يا ربّ العالمين والحمد لله ربّ العالمين. Nescio an hic liber etiam ultra nomen idem sit quem Hâgî-Chalfa, II, p. 209, تجويد فى الكلام nominat et Kemâl-Pâschâ-zâdae tribuit; id certe constat, الكلام apud 'Hâgî-Chalfam, ut nomen libri loco respondeat, adjectivum المجيد vel simile aliquod requirere, ne quis putet illa verba significare „bonam metaphysicae expositionem".

2) Fol. 120 r. — 156 r. قواعد كلّى, *alius liber ejusdem argumenti,* cujus auctorem se profitetur nescio quis موسى فقيه, qui se hanc قاعده rogatu honorati cujusdam viri ex رساله, Abû'l-Qâsim El-Schâthibii excerptam turcice reddidisse aït, ut puelli, اوغلنجقلر, eam discere ex eaque utilitatem capere possint; atque ea quoque a se commemorata esse, in quibus 'Haff a ceteris lectoribus dissentit, حفصك خلافلرى. Initium: الحمد لله ربّ العالمين، والعاقبة للمتّقين، ولا عدوان الّا على الظالمين، والصلوة والسلام على خير البريّة محمّد وآله اجمعين، الله تعالى يه حمد ايدوب پيغمبره صلوت كتوردكمزدن صكره ودخى آنك آلينه واصحابنه كتوردوكمزدن بو ضعيف ونحيف قول موسى فقيه الخ
Octo capitum argumenta: 1) fol. 121 v. sq. de usu *isti'âdae,* i. e. verborum اعوذ بالله من الشيطان الرجيم, et *besmelae,* i. e. verborum بسم الله الرحمن الرحيم, ante lectionem Corani, et besmelae quidem etiam in ipsa lectione inter duas suratas; 2) fol. 124 r. sq. de pronuntiatione pronominis suffixi ه; 3) fol. 125 v. sq. de multiplici productione vocalium; 4 fol. 127 v. sq. de insertione sive assimilatione consonarum; 5) fol. 128 v. sq. de pronuntiatione nun quiescentis ante ceteras consonas, et in nunatione, et extra eam; 6) fol. 130 v. sq. de pronuntiatione mim quiescentis ante ceteras consonas, et de literis اوى modo producendis, modo corripiendis; 7) fol. 131 v. sq. de pausa triplici: a) perfecta, ubi ultima vocali prorsus abjecta in nuda consona subsistitur, الوقف على السكون, b) imperfecta, ubi ultima vocalis eatenus pronuntiatur, ut qui prope adstant, eam audiant, qui longius distant, non audiant, الوقف على الرّوم, c) minus perfecta, ubi lector labra celeriter ita componit, ut se ultimam vocalem pronunciatum ire tantum significet et vox in ipso hiatu deficiat, الوقف على الاشمام; 8) fol. 133 v. sq. usque ad finem: a) fol. 133 v. — 142 r. de orthographia coranica, et primum quidem de binis verbis modo non conjungendis, modo conjungendis, المقطوعات والموصولات; deinde, fol. 138 v. sq., de ت in fine quorundam verborum pro ة scribenda; b) fol. 142 r. — 156 r. maximam partem de orthoepia, et primum quidem de iis locis, ubi num الرّوم admittendum sit ambigitur; secundum, fol. 142 v. et 143 r., de literis quae inseri possunt et quae non possunt; tertium, fol. 143 r. et v., tabula comparativa literarum numeralium et

numerorum indicorum illis respondentium, in qua literae numerales singulorum generum copulatae sunt iisque subjecti numeri indici, ut بكر, ايقع, adjecta autem nomina ١١١١ ٢٢٢ numeralia arabica rubro colore scripta; quartum, fol. 144 r. et v., de pronuntiatione nun quiescentis ante ceteras consonas, et in nunatione, et extra eam; quintum, fol. 145 r. et v., de pronuntiatione mim quiescentis ante ceteras consonas; sextum, fol. 145 v. et 146 r., de insertione sive assimilatione literarum eorundem organorum; septimum, fol. 146 r. et v., de divisione literarum secundum organa et ordines; octavum, fol. 146 v. — 148 r., de pronuntiatione crassa et contra tenui literae ر; nonum, fol. 148 v. — 150 r., de multiplici productione literarum اوى; decimum, fol. 150 r. — 151 v., de pronuntiatione pronominis suffixi ه; undecimum, fol. 151 v., de pausis El-Segâwendii; duodecimum, fol. 151 v. — 152 v., de pronuntiatione quarundam literarum inter lectores coranicos controversa; tertium decimum, fol. 152 v. — 154 r., de organis quibus singulae literae efferuntur; quartum decimum, fol. 154 r. — 156 r., de septendecim pausis a Mu'hammede propheta in recitando Corano religiose observatis; quintum decimum, fol. 156 r., de حروف الصفير, الحروف المطبقة, الحروف المستعلية. Totum caput octavum magis in farraginis modum congestum, quam via ac ratione digestum est. Finis: والمستعلية ما يرتفع اللسان بها وهى المطبقة وخ غ ق' تم.

CODICES DE INTERPRETATIONE CORANI.

CII.

[K. 11.]

Codex arabicus, fol. min., foll. 419 chartae orientalis (nam procedunt quidem foliorum numeri ab ipso librario positi ad 430, sed exciderunt foll. 83, 86, 422 — 429, pro 103 autem scriptum est 104 et sic deinceps), char. neschi: *Commentarius Beidhawianus in Coranum*, in fine truncus. Inscriptio laterculo variorum colorum inclusa et literis albis rî'hânicis in area aurea posita frondibusque florentibus implicata: (sic) هذا كتاب انوار التنزيل للعلّامة القاضى البيضائى. Initium: الحمد لله الّذى نزّل القران على عبده ليكون للعالمين نذيرا' فتحدّى باقصر سورة من سوره مصاقع الخطباء من العرب العرباء فلم يجد به قديرا'. Adjectae sunt passim notae marginales et interlineares. Abruptus est codex in explicatione vers. 21 Sur. 84: واذا قرئ عليهم القران لا يسجدون لا يخضعون او لا يسجدون لتلاوته لما روى انّه عليه السلام قرأ واسجدْ واقتربْ فسجد بمن معه من المؤمنين وقريش تصفق فوق رؤسهم. Cum foll. 83 et 86 excidit pars Sur. 4; nam fol. 82 deficit in vers. 33, et fol. 84 incipit a vers. 39; item fol. 85 deficit in vers. 54, et fol. 87 incipit a vers. 67. Cum foll. 422 — 429 autem excidit pars posterior Sur. 74, Sur. 75 — 82 totae, et initium Sur. 83; nam fol. 421 deficit in vers. 30 Sur. 74, et fol. 430 incipit a vers. 3 Sur. 83. Legatus est codex duabus scholis, Pesthanae et Budanae, a Mufthafâ-Pâschâ Ibn-'Abd-allah Veziro his verbis fol. 1 r. char. rî'hânî inscriptis: وقف الفقير الى الغنىّ القدير مصطفى پاشا بن عبد الله الوزير هذا الكتاب المستطاب لله الملك الوهّاب ليستفيد منه اعالى المدرستين المبنيّتين ببلدتَىْ پشته وبودين صانهم الله الى يوم الدين بمنّه.

CIII.

[K. 2.]

Codex arabicus, fol., foll. 288, char. neschi: *Pars dimidia prior Commentarii Beidhawiani*, Sur. 1 — 17 continens. Sur. 17 sic exit: والقنطار الف اوقية ومائتا اوقية. Subscriptum est: تمّ الجلد الاوّل بعون الله الملك المنّان. Ab initio usque ad fol. 42 r. in marginibus adjectae sunt densae adnotationes ad Beidhawii orationem, ut Scheich-zâdae, Thajjibii, Chosrew-zâdae, item loci ex Abû'l-su'ûdi commentario coranico. Scriptus est codex ab 'Oϑmân Ibn-A'hmed Ibn-Bâlî Ibn-Mu'hammed Ibn-'Hamze in arce بكوله A. H. 1091 (Chr. 1680 — 1).

CIV.

[K. 8.]

Codex arabicus, fol., foll. 445, aut, si a duobus foliis vacuis 53 et 54 discesseris, 443, char. neschi et partim nesta'lîq scriptus a pluribus: *Adnotationes per* قوله *ad locos selectos Commentarii Beidhawiani in Sur.* 6, 67, 54, 7 — 18, 73 *et* 74 (hoc ordine), sine dubio eae quas 'Hâgî-Chalfa, I, p. 477 et 478, *Sinân-el-dîn Jûsuf Ibn-'Hosâm-el-dîni* esse aït, etsi Sur. 73 non commemorat et librum Sulthâno Selîmo II. oblatum esse perhibet, quum Murâdo III., filio illius, dicendum esset. Certe in nostro exemplo fol. 2 r. a lin. 18 multis et claris verbis affirmatur, scriptorem huic librum inscripsisse: ثمّ انّى اردت ان أسِمَ هذه العقيلة باسمِ مَنْ خضع لديه رقابُ الاكاسرة والسلاطين' وأكّوِىَ جبهةَ هذه النتيجة بسِمَةِ مَنْ انقاد له جبابرة الخواقين' الخ سلطان الاسلام والمسلمين' المختصّ من عند الله بالنصر العزيز والفتح المبين' السلطان بن السلطان بن السلطان' السلطان مراد

خان بن السلطان سليم خان ابن السلطان سليمان خان، خلّد الله الخ. Initium: يا من افحم شقاشق البلغاء ببدايع صنايع الآيات والذكر الحكيم، وابكم مصاقع الخطباء بدقايق لطايف البيّنات والفرقان العظيم، . Argumentum praefationis genere dicendi ʻHaririano elucentis: Quum doctrinae ornamenta et praemia non nisi summa industria compararentur, se a pueritia ad instantem senectutem disciplinis studiosissime incubuisse et plurimos libros perlegisse. Hinc multa magnaque doctrina collecta, se jam pridem, quum literarum studiosi undique ad se convenissent, et docendo et disputando eos instituisse, et quae sibi inter legendum in mentem venissent chartis mandasse, memorem proverbii: كلّ علم ليس في القرطاس ضاع. Deinde se invitum muneri judicis praefectum esse, quo molestiarum plenissimo dum per complures annos fungeretur atque ex aliis regionibus in alias transferretur, adnotationes suas a se ipso neglectas delituisse. Postea, quum a Deo quieti et otio redditus esset, amicos a se contendisse, ut quae prius partim ore docuisset, partim minus curate in chartas conjecisset, nunc colligeret et perpoliret. Itaque se ex illis ea selegisse, quae ad commentarium Beidhawianum adnotasset; et quae septem annis ante in partem suratae 6 et in suratas 67 et 54 commentatus esset, ea hic limatiora et pleniora denuo prodire. (Haec in nostro exemplo primo loco, fol. 2 r. — 52 v., posita duobus foliis vacuis, 53 et 54, a ceteris separantur.) Ceterum adnotationes suas modo تعليقات nominat, modo تحشيات. Adjectae sunt notae marginales scriptoris ipsius, et nonnullae librarii alicujus prioris. Singulae partes terminantur subscriptionibus ex illius libro transcriptis, partim cum temporis indicatione, partim sine ea. Posterioris generis sunt subscriptiones Sur. 67, fol. 43 r. — 49 v., Sur. 54, fol. 49 v. — 52 v., Sur. 7, fol. 55 v. — 116 r., Sur. 12, fol. 284 v. — 317 v., Sur. 13, fol. 317 v. — 332 v., posterioris reliquae. Sur. 6, (quam hae adnotationes totam illustrant, non partem ejus, ut aliquis ex loco praefationis, quem supra posui, conjicere possit) fol. 2 r. — 42 r., sic exit: هذا آخر ما تيسّر لي من التعليق على تفسير سورة الانعام حامدا لله انّه وليّ الالهام، ومصلّيا على نبيّه محمّد عليه الصلوة والسلام، ثمّ قال وقع الفراغ من تحريره وتنميقه ليلة الخميس الرابع من شهر محرّم الحرام مفتتح سنة اربع وسبعين وتسعمائة بمنّه ولطفه (Chr. 1566). Fol. 42 v. et 43 r. insertae sunt duae dissertationes de loco commentarii Beidhawiani in Sur. 6 vers. 159; prior scripta a مولانا احمد العبد القزويني رحمة الله عليه, posterior a مولانا الفاضل المحقق مير بادشاه سلّمه الله تعالى. Haec nomina cum euchologiis, praefixo lam auctoris, in fine dissertationum posita sunt. Sur. 8, fol. 116 r. — 141 v., finita est بنهار يوم الخميس العاشر من شهر شوّال المنخرط في شهور سنة احدى وستّين وتسعمائة بقسطنطنيّة المحميّة عن الآفات والبليّة *) (Constantinopoli, Chr. 1554); Sur. 9, fol. 141 v. — 204 r., بنهار يوم الثلثاء التاسع والعشرين من اوّل الربيعين سنة ثلث وستّين وتسعمائة بمحروسة قسطنطنيّة (Constantinopoli, Chr. 1556); Sur. 10, fol. 204 v. — 243 v., وقت ضحوة يوم السبت الرابع والعشرين من شهر اخرى الجماديين لسنة اربع وستّين وتسعمائة من الهجرة النبويّة (Chr. 1557); Sur. 11, fol. 243 — 284 v., يوم الاربعاء التاسع والعشرين من شهر اوّل الربيعين من شهور سنة ثلث وسبعين وتسعمائة هجريّة هلاليّة (Chr. 1565); Sur. 14, fol. 332 v. — 345 v., يوم الخميس خامس شهر اوّل الربيعين لسنة اربع وسبعين وتسعمائة من الهجرة النبويّة الهلاليّة (Chr. 1566); Sur. 15, fol. 346 r. — 359 r., ضحوة الثلثاء الثالث والعشرين من شهر شعبان المنخرط في شهور سنة اربع وسبعين وتسعمائة من الهجرة النبويّة الهلاليّة (Chr. 1567); Sur. 17 **) a vers. 12, fol. 388 r. — 409 r., بنهار يوم السبت العاشر من شهر آخر الربيعين لسنة ستّ وسبعين وتسعمائة بقسطنطنيّة المحميّة عن الآفات والبليّة (Chr. 1568); Sur. 18, fol. 409 r. — 436 v, في يوم عاشوراء من ايّام شهر المحرّم مبتدأ سنة سبع وسبعين وتسعمائة هجريّة هلاليّة (Chr. 1569); Sur. 73, fol. 437 r. — 440 r., بعيد ظهر اليوم السابع من شهر اوّل الربيعين سنة سبع وسبعين وتسعمائة هجريّة هلاليّة (Chr. 1569); Sur. 74, fol. 440 r. — 445 r., في التاسع والعشرين من شهر اولى الجماديين لسنة سبع وسبعين وتسعمائة هجريّة هلاليّة (Chr. 1569). Est hic scriptor imprimis utilis ad intelligendas argutias orationis Bei-

*) In ea parte hujus subscriptionis, quae euchologiam gentis et sociorum Muʻhammedis continet, fol. 141 v. lin. 16, miro errore scriptum مدارت الدين pro هداة الدين, ut recte est fol. 204 r. lin. antepen. Lege igitur utroque loco: وعلى آله واصحابه هداة الدين وحماة الاسلام.

**) Sur. 16, fol. 359 r. — 377 v. abrupta est in versu 92. Foll. 378 — 387 male ex alio exemplo inserta sunt; continent enim plane easdem ad Sur. 9 adnotationes, quae in hoc ipso codice leguntur a fol. 154 r. lin. 1 usque ad fol. 163 r. lin. 16. Atque etiam in ordine erratum est, ita ut folia 383 — 387 foliis 378 — 382 postposita sint, cum praeponenda essent. Vide igitur ne falsis custodibus, qui dicuntur, 377 v. et 382 v. et 387 v. fraudis tegendae causa adscriptis, in errorem inducaris. Ea autem folia, quorum locum illa occuparunt, frustra in toto codice quaesivi. Excidit cum iis finis Sur. 16 et initium Sur. 17.

dhawianae, quam magno doctrinae apparatu illustrat; eoque utilior, quod etiam diversarum lectionum rationem habet examenque instituit, ut qui Beidhawium edere volet, hoc duce carere vix possit. Ex ceteris interpretibus coranicis Zamachscharium, ut par est, summi facit et saepissime cum Beidhawio comparat; illum modo الزمخشرى, modo صاحب الكشّاف, modo جار الله, modo العلّامة, hunc المصنّف (المصّ vel المص), raro القاضى appellat. Praeter Zamachscharium autem plurimos eorum, qui aut in Coranum, aut in ejus interpretes commentati sunt, aut in aliis scriptis ad Coranum illustrandum aliquid contulerunt, in consilium vocat. E Lexicis tria adhibet: مختار الصحاح, الصحاح (quod fol. 47 v. in marg. simpliciter المختار appellatur) et القاموس. Lectorum coranicorum et antiquorum Grammaticorum notiorum, ut المازنى, الخليل, سيبويه, الاخفش, al., horum igitur longissimum agmen non producam; sed alios nostri auctores, maxime interpretes coranicos interpretumque interpretes et libros eorum, quos laudat, ordine alphabetico recensebo, adjecta in rarioribus locorum indicatione.

ابن الاثير فى النهاية, Historicus, fol. 358 r. lin. 22. ابن الاعرابى, Philologus, f. 63 v. penult. ابن الانبارى, interpres coranicus, qui f. 248 v. ult. cum 'Abd-el-qâhir inter celeberrimos artis grammaticae auctores refertur: عبد القاهر وابن الانبارى وغيرهما من مشاهير ائمّة النحو. ابن جنّى, Grammaticus, f. 123 v. lin. 13 et f. 205 r. lin. 5 ab inf., utroque loco cum ابن مالك copulatus. ابن الجُوزى (sic cum dhamma), Historicus, 187 r. ult. ابن الحاج حسن, adnotator Beidhawii; cf. 'Hâgî-Chalfa, I, pag. 478, l. 4 et 5. ابن الحاجب, cujus hi libri citantur: الكافية, f. 133 v. lin. 5; مقدّمة التصريف, 141 v. in marg.; ايضاح المفصّل, f. 248 r. lin. 5 ab inf., simpl. الايضاح, f. 319 r. lin. 15, al. شرح المفصّل, f. 198 r. penult. ('H.-Ch. No. 1573); الامالى, f. 188 r. lin. 3 ('H.-Ch. No. 1176). ابن الخطيب, cujus citatur رسالة فى بحث الرؤية, commentatio de visione Dei, f. 98 r. in marg. ابن زيد, interpres coranicus, 124 r. penult. ابن العادل, interpres coranicus, cujus commentarius, اللباب ('H.-Ch. No. 3174), modo sic, modo تفسير اللباب, f. 104 v. lin. 10 ab inf., modo لُباب التفسير, f. 77 v. lin. 10 et f. 106 r. lin. 12 et 14, appellatur. ابن عبّاس, interpres coranicus; cf. 'H.-Ch. pag. 332, 333, 348 No. 3175. ابن عصفور, interpres coranicus, f. 9 r. lin. 5. ابن عطيّة, interpres coranicus, f. 141 v. lin. 6, f. 191 v. in marg., f. 357 v. lin. 7 ab inf.; cf. Herbel. s. v. *Athiah*. ابن عمر, interpres coranicus, f. 357 r. lin. 5; cf. 'H.-Ch., II, pag. 334 lin. 9. ابن فورك, Theologus, f. 80 v. lin. 8; cf. Herbel. s. v. *Fourek*, et 'H.-Ch. No. 3183 et 3196. ابن كثير, interpres coranicus, f. 111 r. lin. 14; cf. 'H.-Ch. No. 3185. ابن كمال پاشا, al. كمال پاشا زاده, interpres coranicus *); cf. 'H.-Ch. No. 3186. ابن مالك, Grammaticus; vid. supra s. v. ابن جنّى. ابن مسعود, interpres coranicus; cf. 'H.-Ch., II, pag. 332 et 333. ابن هشام فى مُغْنى اللبيب, al. simpl. فى المغنى, Grammaticus. ابن الهمام فى شرح الهداية, f. 170 v. in marg., f. 362 v. in marg. ابو البقاء, interpres coranicus; cf. 'H.-Ch. No. 3198. الشيخ ابو الحسن الاشعرى, Theologus, f. 18 v. lin. 1, f. 80 v. lin. 4 et 5. ابو داود فى سُنَنه, f. 100 v. lin. 17. Idem cum ceteris principibus traditionariorum conjungitur fol. 240 r. in margine: رواه البخارى ومسلم ومالك وابو داود والترمذى عن ابى هريرة. مولانا ابو السعود, interpres coranicus, f. 264 v. in marg.; cf. 'H.-Ch. No. 485. ابو سعيد الخدرى, interpres coranicus, f. 120 v. lin. 8 ab inf. ابو العالية, interpres coranicus, f. 129 r. lin. 13, f. 129 v. lin. 3; cf. 'H.-Ch., II, pag. 334, 335, 352 No. 3206. ابو عبيد, Philologus, f. 428 v. lin. 6. ابو عبيدة, Philologus, f. 337 r. lin. 20. ابو على الفارسى, interpres coranicus, f. 91 r. ult., al. ابو على, f. 341 r. lin. 2, al. الفارسى, f. 59 v. lin. 16, f. 93 r. lin. 13; cf. 'H.-Ch., II, pag. 336. ابو عمرو بن العلاء f. 148 v. lin. 6 dicitur رئيس نُحاة البصرة et recitandi Corani auctor citatur juxta cum ابن كثير قارئ مكّة et قارئ مدينة نافع. الخطيب ابو الفضل الكازرونى, adnotator Beidhawii, f. 409 v. in marg., al. ابو الفضل الخطيب, f. 410 r. in marg., al. خطيب كازرونى, f. 15 r. in marg., al. المولى الكازرونى, f. 264 v. in marg., al. simpl. كازرونى, f. 266 r. et v. in marg.; cf. 'H.-Ch., I, pag. 474. الامام ابو منصور, interpres coranicus, f. 257 r. lin. 1, al. ابو منصور, f. 91 r. lin. 6; cf. 'H.-Ch. No. 3214. الشيخ ابو منصور الماتريدى, Theologus, f. 98 r. in marg., ubi cum الامام حجّة الاسلام

---

*) Hujus commentarium coranicum saepius cum invidia quadam refutare, a Beidhawio autem censuras et objectiones ejus defendere studet; quamquam nomen Ibn-Kemâl-Pâschae nunquam in ipsa oratione, sed fere in margine positum est, ne quis nesciat, quem tangant illa من زعم, من قال, al. Exempla sunt longae ejus refutationes fol. 142 r., ubi in margine etiam mentis imbecillitas, سخافة العقل, in eum conjicitur; deinde fol. 143 r., fol. 193 r. lin. 3 sqq., fol. 194 r. lin. 13 et 14, et 15—19, ubi, postquam subtilem quandam distinctionem ejus retulit, ipse adjicit: لا يخفى على ذى مُسْكة انّه لا فرق بينهما الّا بأن الخ, quasi ille sit غير ذى مسكة.

(الغزّالى*) copulatur; cf. Herbel. s. v. *Matridi*, et 'H.-Ch. No. 1998, 2359 et 3393. ابو موسى الاشعرىّ, interpres coranicus, f. 346 v. lin. 19; cf. 'H.-Ch., II, pag. 332 et 334. التقريب, الازهرىّ, interpres coranicus, cujus commentarius, saepissime citatur; cf. 'H.-Ch. No. 3473. الاقليد, cujus auctor f. 36 v. lin. 18 et 19 aliquid a Beidhawio sumsisse dicitur: نقل صاحب الاقليد عن المص انّ الخ, quocum pugnat temporis indicatio apud 'H.-Ch. No. 1069, nisi verba ejus sic accipiuntur: Auctor libri El-Keschf'an-el-'Allâme (Declarationis Zamachscharii, i. e. scriptae in commentarium ejus coranicum) se eum legisse dicit. الامام saepissime citatus secundum notam marginalem scriptoris ipsius f. 25 r. est صاحب الكافية, i. e. Ibn-el-'hâgib, mort. A. H. 646. Certe multo ante hoc tempus vixisse non potest qui hic El-Imâm appellatur; nam f. 49 v. in margine de coranico اقتربت haec leguntur: جوّز الامام ان يكون المراد اقترابها فى الساعة العقول والاذهان بناء على انّه لو اريد القرب الزمانىّ لأمكن للكافر ان يجاول ويقول قال الله تع فى زمن محمّد عم اقتربت الساعة وقد مضى سبعمائة سنة او اكثر ولم تقع. Saepissime item citatur تفسير الامام, quod num ejusdem, an El-Imâm Fachr-el-dîn El-Râzii sit (vid. 'H.-Ch., II, p. 354 lin. 7 et 8), nescio; sed tamen, quum illum ex professo in Coranum commentatum esse nusquam legerim, El-Râzii esse puto. الانتصاف, commentarius in El-Kesschâf, cujus auctorem Mâlikitam fuisse docet f. 34 lin. 5 ab inf.; cf. 'H.-Ch. No 1321. الانموذج, opus Zamachscharii, f. 428 r. lin. 4 et 5; cf. 'H.-Ch. No. 1390. بهلوان vel پهلوان, plene مولانا علاء الدين الشهير بپهلوان, f. 123 r. in marg., et forma cognominis arabica: مولانا علاء الدين الشهير بالبهلوان, f. 137 v. et 192 r. in marg., cujus citatur حاشية الكشّاف. التفتازانىّ, plenius سعد الدين التفتازانىّ, al. simpl. سعد, السعد et سعد الدين, (cf. Cod. XXXII), cujus hi libri citantur: حاشية الكشّاف, شرح الكشّاف, ut bis est f. 43 v in marg., شرح المقاصد et شرح المفتاح, f. 43 v. in marg. Cum El-Sejjid el-scherîfo s. El-Gorgânio, qui et ipse in El-Miftâ'h commentatus est, f. 19 r. in marg. conjungitur: المحقّق الشريف والمدقّق التفتازانىّ فى شرح المفتاح.

*) Sic cum teschdid; vide quae notavi ad indicem scriptorum Catalogi mei Dresdensis, pag. 94. Prorsus damnanda est haec scriptio, si verum est quod aliquis in Cod. Bibliothecae nostrae 187 (Kehr.) fol. 12 r. adscripsit: نقل من الامام الغزالى انّه قال انا غزالى بتخفيف الزاء منسوب الى غزال قرية من قرى طوس وتشديد الزاء خطاء، وقال رحمه الله من شدّد خفّفنى.

النهر لابى حيّان, proprio nomine تفسير ابى حيّان, f. 107 v. penult.; cf. 'H.-Ch., II, p. 337 et p. 351 No. 3201. تفسير ابن العلاءى, f. 254 v. in marg. تفسير التيسير, f. 433 v. lin. 18 et 19, al. simpl. التيسير, f. 356 v. lin. 4 ab inf., opus El-Nesefii, ut f. 130 r. lin. 3: كما فعله النسفىّ فى تيسيره, et f. 357 r. lin. 5: قال النسفىّ فى التيسير; cf. 'H.-Ch. No. 3415. تفسير الزجّاج f. 336 r. lin. 7; cf. 'H.-Ch., II, p. 336 et p. 362 No. 3277. تفسير القاضى عضد الدين, f. 260 v. in marg., al. قاضى عضد et القاضى عضد, f. 265 r. et 266 v. in marg., quem illum esse qui librum El-Mewâqyf scripsit (Cod. Dresd. 397), intelligitur ex nota marginali f. 291 r.: تفسير القاضى عضد الدين صاحب المواقف. تفسير القرطبىّ saepissime citatum; cf. 'H.-Ch. No. 3380. التفسير الكبير, commentarius coranicus Fachr-el-dîn El-Râzii, f. 47 v. et 50 v. et 51 v. in marg.; cf. 'H.-Ch., II, p. 361 lin. 8, et p. 377 No. 3387. تفسير الكواشى, cf. 'H.-Ch. No. 3390. Sed aliquoties nomen scriptoris de libro usurpatum est, ut f. 73 r. lin. 22 et f. 73 v. lin. 2: كذا فى الكواشى, et, quod magis mirum, صاحب الكواشى, f. 24 v. in marg.*). تفسير التيسير. تفسير النسفىّ, vid. supra s. v. تفسير التيسير. تفسير الوسيط, النيسابورىّ, cf. 'H.-Ch. No. 3421. تفسير الوسيط, f. 21 r. in marg., et simpl. الوسيط, f. 24 v. in marg. ثعلب, Philologus, f. 337 r. lin. 21. الثعلبىّ فى كتاب العرايس cit. in commentario coranico El-Qorthobii, f. 430 r. lin. 9 ab inf.; cf. Herbel. s. v. *Tha'lebi* No. 2. جابر بن عبد الله الانصارىّ, interpres coranicus, f. 124 r. ult.; cf. 'H.-Ch., II, p. 334. الحواشى السعديّة على الكشّاف, f. 40 r. lin. 23 et 24, f. 117 v. in marg. مولانا خسرو, adnotator Beidhawii, f. 15 v. et f. 23 v. in marg.; cf. 'H.-Ch., I, p. 476. الخطيب فى آخر علم المعانى, f. 107 v. lin. 18, i. q. خطيب دمشق, El-Qazwînî, in Telchîs-el-miftâ'h; vid. Cod. XXXII. الدرّ المصون, f. 243 r. in marg. super. الدرّ المنثور فى التفسير المأثور, opus El-Sujûthii, f. 339 v. penult., f. 352 v. lin. 22, f. 355 v. lin. 18. درّة الغوّاص, opus El-'Haririi, notum illud ex Anthologia Sacyana, f. 48 v. lin. 20**). دلايل الاعجاز

*) Sic, الكواشى, etiam f. 21 v. in marg. legendum videtur pro voce nihili اكداسى.

**) Dixit Beidhawi in commentario ad Sur. 67: لا يستأهل ان يسمّى طريقا, aut, ut in margine est, لان يسمّى طريقا. Recentior hic usus formae X verbi أهل pro كان أهلا, dignus fuit, a

auctore الشيخ عبد القاهر, f. 59 v. in marg., de quo f. 75 v. lin. 12 nude: الشيخ فى دلايل الاعجاز. Vide item s. v. ابن الانبارى. الامام الرازى, f. 136 v. in marg., f. 384 v. ult.; vid. supra s. v. الامام الربيع بن انس. interpres coranicus, f. 357 r. lin. 6; cf. 'H.-Ch., II, p. 335 ult. الشيخ الرضى, الفاضل الاسترابادى, الرضى الاسترابادى, الفاضل الرضى, الرضى (ut f. 83 r. lin. 5 ab inf. الفاضل الاسترابادى فى شرح الكافية), et simpl. الاسترابادى, f. 426 r. lin. 8, i. e. Radhî-el-dîn ille, El-Kâfijae commentator (cf. Herbel. s. v. *Radhieddin* No. 2), qui commentarius saepissime sic citatur: شرح الرضى. السُّدى (sic bis cum dhamma), interpres coranicus, f. 89 r. lin. 15, f. 383 r. lin. 15; cf. 'H.-Ch., II, p. 333 lin. 9, p. 335 ult., p. 363 No. 3286. سعد الدين, vide supra s. v. التفتازانى. سعدى چلبى, rarius سعدى افندى, ut f. 264 r. et 266 v. in marg., adnotator Beidhawii, saepe a nostro castigatus; cf. 'H.-Ch., I, p. 477. السكاكى, saepius صاحب المفتاح, cf. Cod. XXXII. السيد الشريف et saepius simpl. السيد, ut f. 88 r. lin. 16: السيد فى شرح المفتاح, i. e. El-Gorgânî, cujus praeter hunc ipsum commentarium in El-Miftâ'h (vide supra s. v. التفتازانى) hi libri citantur: حاشية المطول, f. 14 v. lin. 14 (cf. Cod. XXXII), حاشية الكشاف, f. 182 v. in marg., et شرح المواقف, f. 49 v. lin. 4. Hic est is, de quo non erat quod in Catalogi Dresdensis No. 397 dubitanter loquerer. السير, f. 110 v. lin. 7 ab inf.; cf. 'H.-Ch., II, p. 333 lin. 7. السيوطى, vide supra s. v. الدر المنثور. شرف الدين الطيبى, f. 247 v. et 378 r. in marg., et saepius simpl. الفاضل الطيبى, الطيبى, adnotator Beidhawii, de quo apud 'H.-Ch. nihil reperio; nisi forte adnotationes suas ad Beidhawium inclusit commentario suo in El-Kesschâf; in hujus enim commentatores eum refert nota marginalis f. 56 r., ubi scriptoris بعض شراح الكشاف sic explicatur: الطيبى والقطب العلامة وصاحب الكشف. شهاب الدين, interpres coranicus, f. 59 v. lin. 18, f. 345 v. lin. 4, ib. lin. 5 ab inf. Is Beidhawium adversus Abû-'Hajjânum defendit f. 337 v. lin. 11, f. 339 v. lin. 3, f. 343 v. lin. 13. الشيخان, de sociis Mu'hammedis, Abû-Bekr et 'Omar, f. 129 r. lin. 5 ab inf. et lin. penult.; de traditionum auctoribus, Buchârî et Muslim, صاحبا الصحيحين, f. 160 v. lin. 9 et 10 et f. 380 r. lin. 6 et 7; de Corani interpretibus, Zamachscharî et Beidhâwî, f. 379 v. lin. 17, ubi vide notam marginalem. صحيح البخارى, f. 428 r. penult., f. 428 v. lin. 1 et 19. صحيح مسلم, f. 139 v. lin. 7 ab inf. الضحاك, interpres coranicus, f. 68 v. penult.; cf. 'H.-Ch., II, p. 333 ult., p. 335 penult., p. 369 No. 3323. الطحاوى, ICtus, f. 129 v. lin. 20. عبد القاهر, vid. supra s. v. دلايل الاعجاز. عصام الدين فى شرحه للتلخيص (sic) الموصى, f. 19 r. in marg., ubi El-Teftâzânî ab eo citatur; cf. 'H.-Ch., II, p. 410 penult. عطا بن طاوس, interpres coranicus, f. 34 r. lin. 24. Simpl. عطا, f. 102 r. lin. 6, copul. cum الزجاج, et f. 212 r. antepen., qui num idem sit, an 'Athâ ille ex tribus unus factus, cujus dicitur تفسير عطا ('H.-Ch. No. 3339), nescio. عكرمة, interpres coranicus, f. 190 r. lin. 4 ab inf.; cf. 'H.-Ch., II, p. 335 lin. 4 et p. 371 No. 3341. العلامة الشيرازى, commentator El-Kesschâfi, f. 149 r. in marg., ubi بعض الناظرين من الشراح (شراح الكشاف) sic explicatur: وهو العلامة الشيرازى ومولانا سعد التفتازانى ومن يحذو حذوهما; cf. 248 r. lin. 1 cum nota marg. الشيخ على السمرقندى, f. 36 r. in marg. مولانا عماد الدين f. 290 v. in marg. is esse dicitur, qui in ipsa scriptoris oratione بعض الاصحاب appellatur. القاشانى, interpres coranicus, f. 322 v. in marg.; cf. 'H.-Ch. No. 3374. قانون الطلب, opus El-Sekkâkii, f. 241 r. ult. cum nota marginali, ubi commemoratur ejus الباب الثالث فى الامر, caput tertium de Imperativo. قتادة, interpres coranicus; cf. 'H.-Ch., II, p. 335 ult. et p. 375 No. 3377. الامام القشيرى, Theologus, f. 110 r. lin. 4 ab inf.; cf. 'H.-Ch. No. 3383. المولى القسطلانى, f. 46 v. in marg. قطب الدين الرازى, brevius القطب الرازى, f. 427 r. lin. 3, et simpl. قطب الدين, subjuncto passim العلامة, vel القطب et قطب, f. 242 r. in marg., f. 38 v. in

---

nostro ex auctoritate El-'Haririi damnatur his verbis: هذا من مشاهير الغلط والنصح (lege والفصيح) لا يكون اعلاء قال فى درة الغواص يقولون فلا (فلان له) يستأهل الاكرام وهو مستأهل للانعام ولم يسمع هاتان اللفظتان فى كلام العرب ولا صوّبهما احدٌ من أعلام الادب ووَجْهُ الكلام أن يقال فلان يستحق التكرمة وهو اهل للتكرمة. Ad درة الغواص in margine notatum est: كتاب الّفه الشيخ ابو محمد القاسم البصرى فى بيان مواضع الغلط فى عبارات الأعلام وسمّاه بدرة الغواص فى اوهام الخواص.

marg., it. العلّامة الرازى, f. 422 r. lin. 3, interpres El-Kesschâfi; vid. supra s. v. شرف الدين الطيّبى, et cf. 'H.-Ch., II, p. 329 lin. 3. القطرب, Philologus, copul. cum ابو عبيدة, f. 337 r. lin. 20. الكازرونى, vid. supra s. v. ابو الفضل. الكرخى, ICtus, f. 129 v. lin. 20. الكشف, commentarius in El-Kesschâf, auctore الثعلبى ('H.-Ch., II, p. 351 lin. 2), vid. supra s. v. شرف الدين الطيّبى; it. f. 359 v. in marg., ubi صاحب الكشف opponitur vulgo interpretum El-Kesschâfi, عامّة شرّاح الكشّاف. الكلبى, interpres coranicus; cf. 'H.-Ch., II, p. 333 lin. 8 et p. 377 No. 3389. الكورانى, interpres coranicus, f. 149 r. in marg.; cf. 'H.-Ch. No. 3391. اللبّ, f. 418 r. lin. 2; شارح اللبّ et شرح اللبّ, f. 249 r. lin. 3, f. 333 antepen., f. 346 v. lin. 4 et 5. اللوامح citantur in اللباب, f. 289 r. lin. 1. الليث, Philologus, f. 193 v. in marg. المالكى, Philologus, f. 29 v. lin. 14. مجاهد, interpres coranicus; cf. 'H.-Ch., II, p. 335 lin. 2 et p. 378 No. 3395. الامام محمّد فى الاصل, f. 162 r. lin. 5; cf. 'H.-Ch., I, p. 326. محيى السنّة, interpres coranicus, f. 135 v. penult. المصابيح, corpus traditionum, f. 108 v. lin. 7, in quod commentarium scripsit Beidhawi, quem ipse citat ib. lin. 14 et 15. معاذ بن جبل, interpres coranicus, f. 71 v. lin. 4 ab inf. المعالم, f. 357 v. antepen. المفتاح وشروحه, f. 50 r. in marg. المفصّل, opus Zamachscharii, f. 148 lin. 3—5, f. 249 r. lin. 1. مقاتل, interpres coranicus; cf. 'H.-Ch., II, p. 333 penult. et p. 379 No. 3405. المقاصد, fol. 5 v. in marg. Ejus commentarius scriptus ab El-Teftâzânio vid. supra s. v. التفتازانى. ابو طالب المكّى, f. 139 v. lin. 18; cf. 'H.-Ch., II, p. 338 penult. Simpl. مكّى (sic, sine articulo) f. 59 r. lin. 17, f. 77 v. penult., f. 317 r. lin. 18, interpres coranicus; cf. 'H.-Ch. No. 3407. المواقف et شرح المواقف (vid. supra s. v. السيّد الشريف), f. 3 r. lin. 1, f. 3 v. lin. 3. الهروى cit. ab ابو حيّان, f. 132 v. lin. 6 et 5 ab inf. هشام بن الحكم, Theologus, qui Deum res, antequam fiant, nescire putavit, f. 150 v. lin. 8. الامام الواحدى, f. 136 v. in marg., f. 151 r. penult., f. 192 r. in marg., al. simpl. الواحدى, f. 25 v. lin. 5 ab inf., interpres coranicus; cf. 'H.-Ch., II, p. 337 lin. 7, p. 339 lin. 7, p. 344 penult., p. 382 No. 3423. الواقدى, Historicus, cit. ab النسفى فى تفسيره, f. 381 v. lin. 11. وهب, interpres coranicus, f. 124 r. lin. 13; cf. H.-Ch. No. 3429. الفاضل اليمينى, interpres El-Kesschâfi, f. 120 r. lin. 10 ab inf. — De vita scriptoris hoc adjicio, ex nota ejus ad Sur. 9 vers. 25, fol. 154 v. lin. 1—3, intelligi, eum A. H. 960 (Chr. 1553) Meccae fuisse, puto peregrinationis sacrae causa; ibi enim loquens de شجرة اهل بيعة الرضوان (vid. Abulfedae Ann. moslem. I. p. 124) haec dicit: والعبد الفقير، المقرّ بالذنب والتقصير، الراجى عفو ربّه القدير، رأى فى طريق العرفات موضع تلك الشجرة فى سنة ستّين وتسعمائة والحمد لله الف حمد على تلك النعمة الجليلة، وعلى سائر نعمه الجميلة. Ceterum non semel haec sententia apud eum invenitur, lectiones ab auctoribus septem recensionum coranicarum atque ab his retro ab ipso Propheta continua traditione propagatas eandem omnes et a religione et a lingua auctoritatem habere nec ullam erroris suspicionem in eas cadere. Quod non omnes viros doctos sensisse docent loci f. 141 r. antepen. sqq., ubi narrat, 'Hamzam ab El-'Asma'i falsae pronuntiationis accusatum esse, quod pro وَلَايَتِهِمْ, Sur. 8 vers. 73, وِلَايَتِهِمْ dixisset (لحّنه الاصمعى فى قراءته بالكسر); sed erroris crimen in ipsum accusatorem retortum esse, quod haec lectio esset متواترة. Item f. 36 v. lin. 11 sqq., postquam Beidhawii sententiam retulit, lectionem Ibn-'Âmiri in Sur. 6 vers. 138: وكذلك زُيّنَ لكثير من المشركين قَتْلُ أَوْلَادَهُمْ شُرَكَائِهِمْ *), parum arabicam et in licentias poëticas referendam esse (ضعيف فى العربيّة معدود من ضرورات الشعر), his verbis adversus eum insurgit: قيل فيه سوء الادب لأنّ القرّاء السبعة لم يقرؤا حرفا الّا بأثر واتباع لا يرى (sic) واجتهاد وقراءتهم متواترة وانكارها انكار القرآن والقراءة ممّا يشتهد (يستشهد .l) بها لا لها (عليها .l). Eadem causa agitur f. 59 v. lin. 14 sqq., ubi de lectione Nâfi'i in vers. 9 Sur. 7, مَعَائِش pro مَعَايِش, sic disputat: أجمع نحاة البصرة على أنّ هذا غلط اذ لا يهمز الّا اذا كان حرف المدّ فيه زائدا نحو صحائف ومدائن، وأمّا معايش فالياء فيه اصل لأنّه من العيش، وحكى الفارسى عن المازنى أنّ نافعا لم يكن يدرى العربيّة، وفيه أنّ القراءة كلّها متواترة مسموعة عن النبىّ صلعم فكيف يقال أنّه غلط مخالف للعربيّة،

*) Ut nomen actionis regat primum Accusativum objecti, deinde Genitivum agentis, inusitate Accusativo illo a nomine actionis sejunctum. Beidhawi hujus audaciae exemplum e poëta affert:

فزججتها بمزجة زجّ القلوص أبى مزادة

والقرانُ مما يستشهد به لا عليه، قال شهاب الدين قد فعلت العربُ مثل هذا فهمزوا مَنَائِر ومَصَائِب فى جمع منارة ومصيبة والاصلُ مَنَاوِر ومَصَاوِب ومَن نَسَبَهُ الى الغلط عنى أنه كذلك بالنسبة الى الجادّة، ثم قال وهذه القراءة لم ينفرد بها نافع بل قرأها جماعة جلّة كابن عبّاس رضى الله عنهما وهو الّذى قرأ على جماعة من الصحابة كعثمان وابى الدرداء ومعاوية رضوان الله تعالى عليهم اجمعين، وقرأ بها زيد بن علىّ رضى الله عنهما وهو على جانب من الفصاحة والعلم الّذى لا يدانيه الّا القليلُ، وقرأ بها الاعمش والاعرج فهو عربىّ صريح. Ex hoc loco perquam memorabili discitur, legem illam Grammaticorum Basrensium, quam B. de Sacy retulit in Gramm. arab. I. §. 235, non esse extra omnem controversiam positam nec in ipso Corano ab omnibus lectoribus ubique observari. — Legatus est codex templo aut scholae alicui, Belgradensi puto, a Qapudân-zâde Mu'hammed Efendi, Muftio Belgradensi, A. H. 1071 (Chr. 1660 — 1), in cujus rei testimonium fol. 1 r. inscriptum est char. nesta'lîq majore: وقف قپودان زاده محمد افندى المفتى

١٠٧١

بمدينه بلغراد

عفى عنه

ita ut pars postrema nominis مدينة longius protracta eadem nomen سنة repraesentet.

CV.

[K. 22.]

Codex arabicus, 4º min., foll. 261, char. nesta'lîq admodum presso scriptus: *Adnotationes ad commentarium Beidhawianum in Sur.* 50—114, ita scriptae ut oratio adnotatoris nulla re ab oratione Beidhawii distinguatur, nisi ipso sensu et interdum verbis اى et يعنى. Ceterum singuli loci Beidhawiani cum adjunctis adnotationibus fere parvo intervallo inter se separantur *). Initium: الحمد لله المنعم المنّان والصلوة على سيّد من ارسل لهداية نوع الانسان وعلى آله واصحابه الّذين هم قادة اهل الايمان الى سبيل السعادة والرضوان الكلام فيه كما مرّ فى ص والقران ذى الذكر امّا من حيث القراءة فالجمهور على اسكان الفاء (القاء l.) التى in quibus verbis Beidhawii sunt illa ab الكلام usque ad ذى الذكر. Quum ne suratae quidem inscriptionibus distinctae sint, etsi majora intervalla ad eas recipiendas apparent, illarum initia, quo facilius reperiantur, hic enotavi: Sur. 50 fol. 1 v. Sur. 51 fol. 9 v. Sur. 52 fol. 18 r. Sur. 53 fol. 24 r. Sur. 54 fol. 33 v. Sur. 55 fol. 40 r. Sur. 56 fol. 48 r. Sur. 57 fol. 57 r. Sur. 58 fol. 67 r. Sur. 59 fol. 74 r. Sur. 60 fol. 82 v. Sur. 61 fol. 88 r. Sur. 62 fol. 91 r. Sur. 63 fol. 94 v. Sur. 64 fol. 96 v. Sur. 65 fol. 98 v. Sur. 66 fol. 103 r. Sur. 67 fol. 107 r. Sur. 68 fol. 113 v. Sur. 69 fol. 120 v. Sur. 70 fol. 126 v. Sur. 71 fol. 130 v. Sur. 72 fol. 133 v. Sur. 73 fol. 140 r. Sur. 74 fol. 144 v. Sur. 75 fol. 151 r. Sur. 76 fol. 157 r. Sur. 77 fol. 165 r. Sur. 78 fol. 170 r. Sur. 79 fol. 176 r. Sur. 80 fol. 183 r. Sur. 81 fol. 188 r. Sur. 82 fol. 192 v. Sur. 83 fol. 194 v. Sur. 84 fol. 197 r. Sur. 85 fol. 199 v. Sur. 86 fol. 203 r. Sur. 87 fol. 206 r. Sur. 88 fol. 210 r. Sur. 89 fol. 212 r. Sur. 90 fol. 216 r. Sur. 91 fol. 218 v. Sur. 92 fol. 221 r. Sur. 93 fol. 222 v. Sur. 94 fol. 224 r. Sur. 95 fol. 225 r. Sur. 96 fol. 226 v. Sur. 97 fol. 230 v. Sur. 98 fol. 232 v. Sur. 99 fol. 235 r. Sur. 100 fol. 236 r. Sur. 101 fol. 237 v. Sur. 102 fol. 238 v. Sur. 103 fol. 240 v. Sur. 104 fol. 241 v. Sur. 105 fol. 242 v. Sur. 106 fol. 244 v. Sur. 107 fol. 246 r. Sur. 108 fol. 247 r. Sur. 109 fol. 248 r. Sur 110 fol. 249 r. Sur. 111 fol. 251 r. Sur. 112 fol 253 r. Sur. 113 fol. 256 v. Sur. 114 fol. 259 r. Finis: اللّهمّ اجعلْ امر الدين اعزّ مطلوبنا وثبّتنا على نهج الاستقامة واعذنا فى الدنيا من موجبات الندامة يوم القيمة ونسئلك العفو والعافية والمعافاة الدائمة فى الدين والدنيا والآخرة برحمتك يا ارحم الراحمين والحمد لله ربّ العالمين والصلوة والسلام على خير خلقه محمّد وآله وصحبه اجمعين وعلى سائر الانبياء والمرسلين وعلى الملائكة المقرّبين من اهل السموات واهل الارضين سبحان ربّك ربّ العزّة عمّا يصفونه وسلام على المرسلين والحمد لله ربّ العالمين، تمّت الحواشى المعلّقة لحلّ مغلقات انوار التنزيل واسرار التأويل الّذى صنّفه الامام العلّامة حبر الائمّة سيّد العلماء المحقّقين وسند الفضلاء المدقّقين ناصر الملّة والدين جامع علوم الاوّلين والآخرين عبد الله ابن ابى القاسم على بن عمر البيضاوىّ تغمّده الله تع برحمته ورضوانه واسكنه جنانه تمّ. Auctor harum adnotationum quis sit, neque ex iis ipsis, neque ex 'Hâgî-Chalfae recensu adnotatorum Beidhawii, I, p. 473 sqq., conjicere potui. Citantur tantum antiquiores interpretes, non recentiores turcici.

*) Ex re ipsa atque ex fol. 10 r., 202 v. al., ubi قوله illis intervallis minio inscribi coeptum est, intelligitur, hunc codicem ex eorum numero esse, qui manum rubricatoris (liceat enim hoc vocabulum fingere) effugerunt, id quod saepissime factum est.

CVI.

[Ac.]

Codex arabicus, fol. 339, char. neschi. *Pars prima commentarii Abû'l-Su'ûd Ibn-Mu'hammed El-'Imâdii in Coranum, qui inscribitur* ارشاد العقل السليم الى مزايا الكتاب الكريم, *complectens Sur.* 1—6. Cf. 'Hâgî-Chalfa, I, No 485, et Catal. Dresd. No 368.

CVII.

[K. 9.]

Codex arabicus, fol., foll. 453, char. nestaʿlîq: *Pars posterior ejusdem Commentarii. Sur.* 16 — 114. Legavit codicem Scheich Suleimân-Efendî, paraeneta templi principalis Budensis (الواعظ بجامع كبير در قلعهٔ بدون).

CVIII.

[K. 103.]

Codex arabicus, 4°, foll. 211, char. neschi a pluribus scriptus, ab eodem illo Suleimân-Efendi legatus. Tres primae partes et quinta eadem manu scriptae sunt char. neschi rudiore, quarta in charta vetustiore char. neschi satis culto.

1) Fol. 1 r. — 119 v. *Commentarius* ab initio truncus *in Sur.* 95 — 114 *et postremo loco in Sur.* 1. Initium: كتب له السيّئات، ويقول الله تع لملائكته احفظاه وشدّداه، فاذا بلغ اربعين سنة آمنه الله تع من البلايا الثلث البرص والجنون والجذام، الخ. Est haec particula dicti Muʿhammedis, quo sensum vers. 4 Sur. 95 declarasse traditur, ut est in Cod. CV fol. 226 r. lin. 13: وعن انس رضه قال قال رسول الله صلعم المولود حتى يبلغ الحنثَ ما عَمِلَ مِنْ حسنة كُتِب لوالدَيْه، فان عمل سيّئة لم تُكْتَب عليه ولا على والديه، واذا بلغ الحنث وجَرى عليه القلمُ أمَرَ اللّه تع الملكَيْن اللّذَيْن (Cod. الذين) معه فيحفظانه (Cod. ويحفظانه) ويسدّدانه، فاذا بلغ اربعين سنة الخ. Hinc ultro intelligitur, pro لملائكته احفظاه وشدّداه in hoc codice legendum esse: لملكَيْه احفَظاه وسدّداه. Res nota de binis angelis singulorum hominum comitibus custodibusque. A Turca scriptum esse librum, docent interpretationes turcicae verborum arabicorum in marginibus, ubi etiam crebra مطالب adscripta sunt, i. e. quaestionum in commentario institutarum argumenta. Sur. 1 finitur commentatione de quaestionibus ex ea nascentibus et de sententiis inde eruendis: مجلس فى سؤالات الفاتحة واشاراتها, fol. 114 v. — 119 v. Quales illae sint, ex fine cognoscere licet: اشارة اخرى وهى ان الالف*) آلآء اللّه تع مع العارفين واللام لطف اللّه تع مع العارفين والحاء حلم اللّه تع على العارفين والميم معرفة اللّه تع فى قلوب العارفين والدال دفع اللّه تع البلاء عن العارفين، تمّ معنى الحمد للّه ربّ العالمين والصلوة والسلام على سيّدنا وآله وصحبه وعلى سائر الانبياء والمرسلين وعلى الملائكة المقرّبين واهل الطاعة اجمعين تمّ.

*) Sc. in verbo الحمد, Suratae primae primo.

2) Fol. 120 v. — 129 v *Excerpta theologica*: a) Fol. 120 v. — 122 v. *Fragmentum de rebus ultimis*, ab initio truncum; nam in recensendis decem catervis, in quas divisi erunt homines e sepulcris excitati, a tertia incipitur: وامّا الفوج الثالث فيحشرون من قبورهم مقطوعة الايدى والارجل الخ (Cod. الرجل). Novem priores omnes diversis de causis in gehennam mittentur, sola decima in paradisum. Sequitur traditio prophetica de quatuor generibus eorum, qui nullum neque examen nec supplicium passi protinus ad portam paradisi adducentur, et de ratione, qua Deus rixam de antecessu inter eos ortam componet *); deinde alia de iis, quae Muhammedani scelesti moribus inemendatis mortui in vita futura patientur, et de Gabrielis et Muhammedis commiseratione. Tantum ad hanc partem spectat inscriptio fol. 120 r. posita: هذه اوراق مكتوبة فى بيان حشر الاموات وكيفيّة حشرهم وبيان مصيرهم. b) Fol. 122 v. — 128 r. الباب الرابع فى فضل الصوم, *Caput quartum nescio cujus libri de praestantia mensis Ramadhani, de religione et praemiis jejunii ramadhanici, item de excellentia Corani, qui eo mense a coelo demissus esse dicitur.* Citantur commentarii coranici Zamachscharii, Fachr-ed-dîn Râzii (التفسير الكبير) et Thabarii (التفسير الطبرى). Finem facit *carmen de praestantia Ramadhani, quod desinit in preces ad Deum.* Initium:

يا باغى النجاة بالقيام اطـــــلب ذلك فى شهر الصيام

Finis:

فأجْمعنا فى نعمها واسعة مع الموحّد الموصوف بالاسلام

Metrum hujus carminis vehementer vacillare aut potius nullum esse, vel ex his duobus distichis apparet. c) Fol. 128 v. et 129 r. et v. manu recentiore notatae sunt *aliquot traditiones, narrationes et scriptorum dicta de statu animarum inter mortem et resurrectionem medio.* Ex his plura adjici possunt iis quae Hammerus dedit in libro Rosenöl, I, p. 302 et 303, ut hoc: Duces Arabum proelio Bedrensi interfectos Propheta sic appellavit: O tu et tu (suo quemque nomine

*) Juvat hunc locum penitus orientalem latine redditum adscribere. „Propheta haec dixisse traditur: Die resurrectionis quatuor homines ad portam paradisi adducentur nullum neque examen nec supplicium passi. Quorum primus erit vir doctus, qui doctrinam factis expresserit; secundus peregrinator sacer, qui in itinere a facinoribus abstinuerit; tertius martyr, qui vulneribus incuratis in acie pro Islamo occubuerit; quartus vir liberalis, qui rem bene partam sincero animo in causam divinam impenderit. His inter se rixantibus, quem primum in paradisum intrare conveniat, Deus Gabrielem mittet litem juste dijudicaturum. Is martyri dicet: Quid fecisti in mundo, quod paradisum intrare postulas? Respondebit: Dei causa martyr occubui. Iterum quaerenti, a quo praemia martyrum didicerit: A doctis, respondebit. Tum Gabriel: Modestiam igitur serva, ne praei doctorem. Hinc ad peregrinatorem sacrum et deinceps ad liberalem conversus idem dicet. Ibi vero doctus: Mi Deus, inquiet, creaveras me corpus gerentem, quod viribus egebat; quare doctrinam non nisi munificentia liberalis comparavi; promisisti autem in libro tuo, te beneficos mercede beneficiorum non esse frustraturum. Tum Deus: Verum dixit doctus; heus Ridhwân! aperi portam, ut primus intret liberalis, ceteri eum sequantur.

vocans), ego quae Dominus meus mihi promiserat vera comperi: num vos quoque quae Dominus vester vobis promiserat vera comperistis? Rogatus autem, cur mortuos appellaret, respondit: Per illum, penes quem animae meae arbitrium est, nae isti vobis melius orationem meam audiunt, respondere modo nequeunt. Item: Auctore Ibn-ʿAbbâs Propheta dixit: Nemo sepulcrum alicujus, quem in mundo norat, praeteriens eum salutat, quin hic illum agnoscat et resalutet. Item: El-Sujûthî dicta Prophetae et traditiones indicare aït, si quis consulto sepulcrum alterius invisat, hunc quid ille faciat sentire orationemque ejus audire. Hoc commune esse et martyribus, et ceteris, neque certis temporibus adstrictum. Item: Nisi sepulti orationem eorum, qui sepulcra sua invisunt, audirent et intelligerent, inutilis esset illa adhortatio, qua sacerdos modo sepultos alloquitur (التلقين, cf. Muradgea d'Obsson transl. a Beckio, I, p. 410 sq.). Hinc cognoscitur, homines morte non plane esse desinere (أنّ الموت ليس بعدم صِرْف), sed tantum e statu in statum, e sede in sedem migrare. Id quod revera hominem efficit, animus est; hic autem perdurat, nec sentire nec cognoscere post mortem desinit. Quod autem morte a corpore divellitur, id hanc tantum vim habet, ut usum et imperium ejus amittat. Item: Propheta quum rogatus esset, num mortui loquerentur, respondit: Loquuntur vero ac se invicem invisunt. Item: Propheta ei, qui testamentum non fecisset, colloquium cum aliis mortuis permitti negavit. Item: In traditione est, postquam mortuus in sepulcro collocatus sit, cognatos et liberos prius mortuos ad eum venire et de iis, quos vivos reliquit, rogare, quomodo hic se gesserit, quid ille fecerit, al. El-Ghazâlî beatas tantum animas hanc facultatem habere aït, suppliciis obnoxias habere negavit. Tandem ex libro كنز الاسرار mirum commentum affertur, animas credentium et piorum in puteo Zemzem habitare, incredulorum et impiorum in بَرْهُوت, puteo quodam Jemenensi, ad cujus rei fidem fabula narratur non minus mira. Eodem modo alia commenta fulciuntur: impios in sepulcris facies a regione Meccana avertere, pios ad eam obvertere; mortuos pro meritis alios aliis rebus incubare, alios flere, alios ridere; studio sanctitatis asceticae homines tam perspicaces fieri posse, ut mortuos vel in sepulcris jacentes, vel extra sepulcra obambulantes oculis videant.

3) Fol. 130 v. — 170 r. هذه احاديث اربعين لمحمّد ابن ابى بكر, *Quadraginta dicta Muʿhammedis, collecta et similibus dictis exemplisque historicis adstructa a Muʿhammed Ibn-Abî-Bekr.* Initium: الحمد لله ربّ العالمين، والعاقبة للمتّقين، ولا عُدْوانَ الّا على الظالمين، والصلوة والسلام على خير خلقه محمّد وآله وصحبه الطيّبين الطاهرين، وبعد فانّ العبد المذنب محمّد بن ابى بكر بَعْدَ طولِ خَوْضه فى بحر الذنوب والعصيان، طلب رضاء الرحمن، ومخالفةَ الشيطان، والنجاةَ من النيران، والدخولَ فى دار الجنان، ولم تسمح له نفسُه بسلوك سبيل الايمان، غيرَ أنّه وجد فى حديث خيرِ الانسان، صاحبِ المعجزات والبرهان، أنّه قال مَنْ جمع اربعين حديثا فهو فى العفو والغفران، فجمعتُ اربعين حديثا بالاسانيد المفصّلة الى النبىّ المختار، عن المشايخ والائمّة الكبار، ويُروى كُلٌّ عن بعض الصحابة الابرار، وزِدتُ فيه ما يليق للوعظ من الحكايات المسموعات من العلماء والذاكرين فى الاخبار والآثار، عَسَى أن يأمن*) مِنْ سخط الملك الجبّار، ويجد مُناه فى الآخرة من الحكيم الستّار، ببركة ما جُمِعَ من الاحاديث والاخبار، والتمس الدعاء من الناظرين فيه، والواعظين منه، فرحم اللّه تع من يذكره بالدعاء ولا ينساه. Ultimum dictum est de genere hominum perditissimo novissimis temporibus exorituro; ultima verba: قالوا يا رسول اللّه كيف يحفظون دينهم، قال عم كالجمر فى اليد (Cod. اليدى) إن وضعه طَفِى وإن امسكه يحترق، صدق رسول اللّه وصدق حبيب اللّه، تمّت الاحاديث الشريفة. Fol. 70 v. notata sunt tria: 1) Praeceptum El-Bûnii de duobus nominibus divinis, الرقيب المقتدر, mixtis literis ita gemmae annuli inscribendis, ut ab eo, qui annulum gerat, pestem defendant. 2) Parvum carmen contra linguam maledicam adhibendum, quod incantationis genus عَقْد اللسان appellatur. 3) Sententia ex خُلاصة الفتاوى petita, si quis post preces de rebus mundanis loquatur, aut edat et bibat, preces irritas fieri et iterandas esse.

4) Fol. 171 v. — 176 r. هذا دعاء القنوت للفاضل المرحوم شعبان السفريحصارىّ عليه رحمة البارى رحمة واسعة, *Schaʿbân Ibn-Ismâʿîl El-Sifriʿhiṣârii commentarius in precationem submissionis.* Initium: الحمد لله مُلْهِم الصواب، ومنوِّر الالباب، والصلوة والسلام، على محمّد وآله الكرام، امّا بعد فهذه كلمات فى تفسير دعاء القنوتِ جَمَعْتُها من كُتُبِ المحقّقين، أعانَهم اللّه الملكُ المعين، متوكّلا على اللّه فى الآمال، ومنيبا اليه فى المبدأ والمآل، وانا الفقيرُ شعبانُ بنُ اسماعيلَ السِّفْرِيحِصَارِىّ عَفَى عنهما الملكُ العافى. القنوت على اربعة معانٍ الخ. Interpretatio singulis verbis et membris precationis interposita est. In marginibus adscriptae sunt aliquot adnotationes ipsius commentatoris et interpretationes persicae verborum arabicorum ex المصادر (vid. Cod. I) petitae. Finis: واختيار اكثر

*) Sic, oratione a prima persona ad tertiam redeunte, ita ut subjectum sit العبد المذنب الخ.

المشايخ رحمهم الله انه يقول اللهم ربنا آتنا فى الدنيا حسنةً وفى الآخرة حسنةً وقنا عذابَ النار، وهو المختار، كذا فى شرح الهروى. هذا آخر ما كتبه محمد بن آيدين عفى الله عنهما فى سنة سبع واربعين وتسعمأئة، رقم ٩٤٧، تمّ. Est igitur hoc exemplum scriptum a Mu'hammed Ibn-Aidin A. H. 947 (Chr. 1540 — 1). Fol. 177 r. et v. recentius inscriptum est responsum turcicum (*fetwâ*) de mense Schawwâl post mensem Ramadhân recte auspicando, si nova luna post Ramadhâni tricesimum diem nondum appareat, aut jam post illius undetricesimum diem, aut in aliis urbibus post illum, in aliis post hunc.

5) Fol. 179 v. — 207 r. هذه اوراق منظومة مؤلّفة فى طريق التصوّف للفاضل المرحوم الشهير بشيخ رفاقى من بلدة قيصريّة المحميّة عاها (Cod. عفاها) الله تع عن الآفات والبليّة. Est كنز الرموز*), *carmen turcicum de vita ascetica*, *scriptum a* شيخ رفاقى *Caesareensi*, *cujus nomen poëticum est* عارفى**). Initium:

بلبل طبعم نوايه بشلدى
مرغ جانم بر هوايه بشلدى
اوردى دل شهبازى پرواز اوزدى قيد
قصد بو كم مرغ قدسى قله صيد

Solitos locos ingressionis sequitur indicatio causae carminis, ad quod scribendum se noctu inter extasin mysticam voce divina, هاتف دولت, impulsum esse dicit, et adhortatio ad comparandam sanctitatem asceticam. Carmen ipsum primum vim et significatum horum verborum in doctrina mystica explicat: الزكوة, ترك النفس, ترك الوجود, الاسلام, العشق, الروح, القلب, النفس, المعرفة, التوحيد, العلم, الحجّ, الصوم, التصوّف, العقل; deinde stationes, المقامات, viae asceticae recenset: الخوف والرجاء, الشكر, الفقر, الصبر, الزهد, التوبة, الرضاء, التوكّل; tum status altiores et extaticos, الاحوال, persequitur: القبض والبسط (contristatio et exhilaratio), الأُنس, الشوق, الفناء والبقاء. Passim interpositae sunt narrationes, حكايات, sententiarum exempla. Sequuntur varia praecepta ad idem argumentum spectantia, quorum primum speciminis causa excripsi:

فى بيان الجمع والتفرقة

ايكى لك كردندن اولماسڭ ارى	سن سڭا اولدڭ حجاب اى يول ارى
جانڭى يقماغه روى شمع بول	بزم وحدتده پس اندن جمع اول
بر دل ويوز آرزو مشكل اولا	بر كرك مقصد شو كم بك دل اولا
هر كمى كوڭلى پريشان ايلدى	بل كه بنياديني ويران ايلدى
جمع اولا عين فناده چونكه جان	مرغ آزاد اولدى اول روح روان
چونكه بازارڭ طلو غوغا اولور	بنده لكده تفرقه پيدا اولور
تفرقه افعال حقدندر عيان	جمع اولور اوصافنه كر ايرسه جان

De collectione et dissipatione.

Nisi a dualitatis macula (pr. pulvere) *purus eris, tute tibi, o viator, obex fies. Pete modo cereum, ut animum comburas, deinde in convivio unitatis intra te collectus esto!* (sc. haec inter se pugnant.) *Unum cor et centum voluntates, res est difficilis; unum propositum habere oportet eum, qui unum cor habet. Quisquis cor dissipaverit, cum scito fundamentum suum evertisse. Quum animus in ipsa extinctione****) collectus fuerit, meabilis ille spiritus avis libera fiet. Quum forum tuum tumultus plenum est, in servitio dissipatio existit* †). *Certum quidem est, dissipationem ex factis Dei esse* ††); *collectus vero fit animus, si ad qualitates illius pervenit.*

Sub finem poëta laudat musicam Derwischorum, السماع, hortatur ad sacra illa non profananda, ad fallacem mysticismi speciem a vero et interno discernendam, ad viam asceticam non suo Marte, sed duce magistro insistendam, ad hunc librum assidue legendum. Hinc subito oestro percitus identidem vinum mysticum poscit, quo orbem perfundat, quon-

*) Sic poeta ipse, fol. 182 v. lin. 5:

ايلدم بو عرصه ده درج كنوز   اسم ورسمى اولا پس كنز الرموز

**) Hoc colligo ex disticho ultimo ejus partis ingressionis, quae فى سبب النظم inscripta est: fol. 183 r. lin. 9:

كور نجه سرّيله سويلر عارفى   كه اولميه هركمسه معنى واقفى

***) Sc. mystica illa in Deum resolutione.

†) Id est: tum non unum id petis, ut Deum recte colas, sed animus et voluntas in diversas partes distrahitur.

††) Id est: Deum ejus auctorem esse, ut omnia, quae ab hominibus fiunt, ille ut fiant efficit.

iam verba in hac re nihil valeant; immo quicquid dicat, fabulas esse, quicquid enarret, mera idolorum fana*); pectore, studio, factis opus esse, ut superato mari ad novum mundum pervenias, in quo tui conscientiam propriamque mentem prorsus amittas, vel potius ad novum mare oris nullis circumscriptum, in quod navicula relicta totum te ingurgites. Quum igitur affectatio frustra sit, verba nihil nisi mentem obturbent, se jam dicendi finem facere. Ultimi versus:

ایلدم توفیق دن مرکب ولی   بولمدم الا تحیّر منزلی
چونکه کوردم حیرت اولمش در کمین   ایلدم خاموشلغی آخر گزین
طول عرض اتمه مزیّن نامهء   مصلحت بودر شکست ایت خامهء.

6) Fol. 207 v. — 209 r. *Dicta prophetica de solvendo jejunio et de cibo inter jejunium paullo ante auroram sumendo*, الفطر والسحور, arab.

7) Fol. 210 v. et 211 v. *Miscellanea turcica et arabica*, inter quae eminet locus ex commentario Abû'l-Munta'hî aut Abû'l-Muntemî (nam parum distincte scriptum est nomen in celeberrimum librum Abû-'Hanîfae, الفقه الاكبر, de ratione quae intercedit inter Deum et facta hominum, quatenus voluntati ejus aut respondent (الطاعات, divisae in الفرائض et الفضائل), aut non respondent (المعاصى), fol. 210 v.; item utilis est distinctio inter ملك, i. e. eos imperii turcici fundos, qui intra ipsa urbium pomoeria siti plane privatorum sunt, ita ut hi omnia proprietatis jura in eos exerceant; et میری (pro اميرى), i. e. eos fundos, qui extra urbium pomoeria siti a privatis ita possidentur et coluntur, ut pro iis vectigal sive indictionem fisco debeant, nec vendere eos, nec donare, nec legare, sed tamen liberis jure hereditario transmittere possint; si autem liberis carent, fundi ad principis arbitrium redeant, fol. 211 v. Ibidem animum feriunt hae sententiae:

. احمد بن سهل

اعوذ بالله من إمارة الصبيان ورياسة النسوان

Dixit A'hmed Ibn-Sahl: Ad Deum confugio ab imperio puerorum et principatu mulierum.

قال افلاطون

الملوك حكّام على الناس والعلماء حكّام على الملوك

Dixit Plato: Reges sunt gubernatores hominum, viri docti gubernatores regum.

افلاطون

ابكِ على العالم يوم يموت وعلى الجاهل حتّى يموت

Idem dixit: Deplora doctum, quum moritur, indoctum, donec moritur.

قال ارسطاطاليس

اذا جاعت النفوس صارت الاجسام ارواحا واذا شبعت النفوس صارت الارواح اجساما

*) ساقيا مَىْ وير كه بو افسانه در
هرنه كه وصف اتسم اول پتخانه در

Dixit Aristoteles: Quum animi esuriunt, corpora fiunt spiritus; quum saturi sunt, spiritus fiunt corpora *).

CIX.

[Pf. K. 38.]

Codex mixtus, 12°, fol. 329 chartae partim orientalis, partim occidentalis, aut 327, si demseris duo ultima folia, quorum tantum laciniae extant, char. nesta'lîq et neschi et diwani-neschisi scriptus a pluribus. Sunt enim varii libelli in unum volumen coacti. Ab initio, fol 1 r. — 3 r., versiculi scripti sunt, sententiae, traditiones, praecepta medica, responsa de jure, al. Fol. 2 r. nomina inscripserunt duo viri, quorum alter post alterum hunc librum possedit, Re'geb Ibn-Jûsuf paraeneta sacer Agriensis (الواعظ بمدينة اكرى), et 'Alî Ibn-Sefer, judex Temeswariensis (القاضى بمدينة طمشوار). Serius ea videntur scripta esse, quae fol. 120 r. leguntur: افندم پچوى مفتيسى مرحوم ومغفورلد فضيلتلو على افندى سنه ١٠٥٣ دار فنادن دار بقايه رحلت ايلدكدن دلى خضرك اوغلوغى يوسف خليفه بو كتابى مرحومك مخلّفاتندن اشترى **) ايدوب صكره بز فقيره صله يه كتدبكمزده اشترى ايلدوكى بها ايله بزه بيع وتمليك ايلدى فى سنه ١٠٦٤. Fuit igitur hic liber 'Alî-Efendii, sine dubio ejusdem illius judicis Temeswariensis, qui postquam simul cum Muftio urbis Fünfkirchen A. H. 1053 (Chr. 1634 — 5) mortuus est, Jûsuf-Chalîfe (vulg. Kalfa), filius Delî-Chydhri, eum ex hereditate illius emit, postea autem, quum ad eum, qui haec scripsit, venisset, eodem pretio ei vendidit A. H. 1064 (Chr. 1653 — 4).

1) Fol. 3 v. — 68 r. *Adnotationes arabicae per* قوله *ad initium commentarii Sa'd-el-din El-Teftâzânii in El-Kesschâf Zamachscharium.* Initium dico praefationem et partem ad primam suratam spectantem. Prima verba: لك

*) Egregium hoc et subtile dictum plus semel in nostris codicibus inveni, sed, ut fit, partim aliis auctoribus tributum, ut in Cod. 36 (Kehr.) fol. 80 v. Mâmûno Chalifae, in Cod. 24 (Kehr.) fol. 15 r. indefinite alicui Philosopho. بعض الحكماء, ubi pro النفوس legitur البطن: إنّ البطن اذا شبعت صارت الارواحُ اجساما واذا جاعت صارت الاجسامُ ارواحا. De nomine بطن feminino vid. Diss. mea crit. de glossis Habicht. p. 45.

**) Sic pro اشترا.

اللّهمّ الحمد والمنّة، وعلى رسولك وآله واصحابه الصلوة والسّلام والتحيّة، قـــال الامام الهمام، علم أعلام علوم الاسلام، علم علمي العالمَ وأعْلَمُ العلماء الأعْلام، الخ. Initium ipsius commentarii, ad quem hae adnotationes scriptae sunt, hoc est: الحمد لله الّذى انزل; nam quae sequuntur: لاولى الالباب, وانطقه بالصدق, نزّله بالحق, sqq., non statim illa sequi, sed ex iis quae sequuntur decerpta esse apparet. Ante locos commentarii illustrandos relictum est intervallum ad recipiendum قوله; sed tantum in primis foliis usque ad octavum hoc verbum rubrica insertum est. A dextra initii alius adscripsit: بو حاشيه ابو السعود افندى مرحومڭ خطّ شريفيدر فاتحه شريفه اوزرينه, *Hac adnotationes ipsa manu beati Domini Abû'l-suʿûdi scriptae sunt ad primam suratam* *). Neque est quod de rei veritate dubitemus; nam totus literarum habitus, puncta diacritica parcius adjecta, multa verba in ipsa oratione omissa et in margine adscripta, liberalis eruditionis industriam, non quaestus faciendi diligentiam produnt, nec quidquam in toto libello reperi doctissimo Muftio indignum, nisi quod calamo festinante fol. 14 v. lin. 11 بالتاء scriptum est pro بالباء, et f. 18 v. l. 12 واحد pro واحدا. Sed siut licet haec ab illo descripta, conscripta esse non possunt. Obstat enim locus f. 15 v. l. 5 et 6, ubi ipse adnotator haec dicit: والرماء مصدر كالمراماة كذا سمعته منه ره ثما وقع فى بعض النسخ الرماة مكانه تصحيف. Illud ره autem post pronomina et verba tertiae personae semper El-Teftâzânium indicat, qui quum A. H. 792 (Chr. 1389 — 90) mortuus sit, Abû'l-suʿûd A. H. 982 (Chr. 1574—5), hic illum audire non potuit. Quodsi quaeritur, unde constet, in El-Teftâzânii commentarium scriptas esse has adnotationes, quum ejus nomen nusquam appareat: primum praeter hunc ipsum commentarium in El-Kesschâf ejusdem scriptoris adnotationes in eum, الحواشى, citantur f. 53 r. l. 2 et 3 et f. 55 v. l. 1, deinde شرح المفتاح f. 43 r. l. 6 et 7 (etiam حواشى شرح المفتاح ib. l. 8), tum شرح التلخيص f. 45 r. ult., tandem شرح المقاصد f. 18 v. l. 4: quae omnia in El-Teftâzânium conveniunt; cf. hujus catalogi p. 347 col. 1, p. 366 col. 1 s. v. التفتازانى, et Herbel. s. v. *Takhtazani*; sic enim scripsit pro Teftazani. Eum autem librum, in quem ille commentatus est, esse El-Kesschâf, ex ipso initio adnotationum intelligitur, f. 3 v. l. 14 et 15, ubi ille commentarius esse dicitur شرح لمعانى الكتاب، وكشف للكشّاف الكاشف عن اسراره على اولى الالباب، , quocum congruit locus f. 66 r. l. 10 et 11: لا يقال الافضاء على مذهب المصّ مم **) لانّه يجوز عند المعتزلة تخلف المراد من ارادته تع; notum enim, Zamachscharium fuisse Motazelitam. Ceterum ne quis ex illo كشف للكشاف conjiciat has adnotationes ad الكشف El-Θaʿlebii pertinere (cf. hujus catal. p. 368), saepe commentator illum citat ac passim impugnat, ut f. 47 r. penult., saepius quam alium El-Kesschâfi interpretem, Qothb-el-dîn El-Râzî (cf. p. 367 sq.), ut f. 25 r. l. 4. Illum semper appellat صاحب الكشف, hunc المولى الرازى, Zamachscharium ipsum المصّ, raro صاحب الكشّاف, ut f. 45 r. l. 4, f. 48 v. antepen. Qui has adnotationes fecit, idem scripsit حواشى شرح المفتاح, ut ipse dicit f. 43 v. l. 7. Lexica citat praeter الصحاح *) haec: الاساس (ʿH.-Ch. No. 563) f. 9 r. ult. et f. 10 r. ult., f. 11 v. l. 5 et 9, f. 16 r. ult. et v. l. 2, f. 32 r. l. 4, تاج الاسامى (ʿH.-Ch. No. 2041, ubi pro الاسامى est الاسماء) f. 13 v. l. 10, المغرب f. 4 v. l. 10. Etiam ab his significationes verborum repetit: ابن السكيت f. 4 r. l. 8, الخليل f. 11 r. l. 2, ابو زيد f. 13 r. l. 1, ابو عمرو ibid. Reliqui nostri auctores hi sunt: ابن الحاجب ejusque interpres الرضى f. 6 v. ult., f. 20 v. l. 11, f. 45 r. l. 2 et 4 et 12, f. 63 v. l. 2 et 4, ابن عبّاس f. 50 r. l. 12 et ult., ابو داود copul. c. الترمذى (sic cum ذ) f. 50 v. ult., السكّاكى فى f. 7 r. l. 2, الزجّاج f. 57 r. l. 13, امرؤ القيس f. 63 r. ult. et v. l. 1, على رضه f. 7 r. l. 1, الفرّاء تصريفه f. 28 r. l. 9. Praeterea libros citat hos: اللباب f. 22 v. l. 5, et المفتاح f. 35 r. l. 2 et 3, f. 55 r. l. 13. Finis: وقول المصّ كانّه قيل كيف يحمدون يوجّه انّ الجواب ح لا يفيد زيادة

*) Adnotationes ad primam suratam fol. 47 v. lin. 9 incipiunt; quae antecedunt, ad ingressionem Zamachscharii et commentatoris pertinent.

**) Id est ممنوع vel ممتنع, *ἀδύνατος*; idem invenitur f. 19 v. l. 6, et praefixo ف: فمم f. 20 v. l. 6, item omisso signo compendii فمم f. 20 v. penult. Alia ejusdem generis, modo cum illo signo, modo sine eo: ح pro حينئذ f. 21 r. l. 7, وح pro وحينئذ f. 63 r. l. 3 et 5, فح pro فحينئذ f. 25 r. ult.; ظ pro ظاهر, *manifestus*, *probabilis*, f. 44 v. l. 11, cum art. الظ f. 48 r. l. 4; مح pro محال, *absurdus*, *rationi repugnans*, f. 19 r. ult., cum art. المح f. 19 v. l. 1; المط pro المطلوب, *quod quaeritur*, f. 4 v. l. 3; لا يخ pro لا يخلو, *non vacat*, seq. عن, f. 8 v. l. 7 et 11 et 13, f. 13 v. l. 14.

*) Durum Zamachscharii judicium de Gauharii celeberrimo opere, certe de codicibus ejus, refertur f. 61 v. l. 9—12: وما ذُكر من كون الهمزة مقلوبة من الواو فى آلة بالكسر فقد صرّح بخلافه كثيرٌ من ائمّة اللغة ولو سُلّم فأصالة همزة اله ممنوعة وإن ذكره الجوهرى وقد سُئل المصّ عن الصحاح فقال مملوّ حشوا وغلطا.

بل يكون بيانا لكيفيّة لحمد بانّه يكون مع ساير العبادات، والله تعالى اعلم بالصواب، واليه المرجع والمآب، تم.

2) Fol. 69 v. — 78 v. *Disputatio arabica de partibus coranicis in precatione aut elata voce, aut pressa recitandis.* Illud dicitur الجهر, hoc المخافتة sive الاخفاء, sc. فى القراءة; nam المخافتة et الاخفاء plane idem esse, docet f. 70 v., ubi in inscriptione capitis lin. 2 est الجهر والمخافتة, in ipso capite lin. 13 الجهر والاخفاء, et sic deinceps promiscue. Initium: خير صدر الرسايل والصحايف، صدر خير الكتب والمصاحف. Deinde: (* فهذه رسالة جمعت ما فيها من بعض الكتب والدفاتر، مع ضمّ ما سمح به العقل القاصر والذهن الفاتر، وعرضتها على عتبة مَنْ خصّه الله سبحانه وتعالى بانواع الفضايل والكمالات الفاخرة، واسعده بسعادتي الدنيا والآخرة. Et sic pergit hunc virum, ad quem disputationem detulit, a doctrina ac liberalitate et prosa oratione et versibus effusissime laudare **) eique optima quaeque precari; tandem profitetur, se illam ejus jussu scripsisse: وانّما وقع ذلك باشارة منه اليّ، وهى غنيمة عظيمة وبشارة لديّ; quodsi ei probetur, hoc benignitati ejus deberi; sin minus, suae imbecillitatis vitium esse: فان وقعت فى حَيّز القبول فمن مِنَن المولى الجليل، والّا فمن قصور هذا العبد الذليل. Ratio disputandi haec est, ut primum locos El-Hidâjae, cujus auctor modo صاحب الهداية, modo المصنّف appellatur, et commentationes nescio cujus interpretis in eos referat, deinde adhibitis aliis interpretibus et doctoribus suas sententias illi opponat. Adversarium nusquam nominat, sed indefinite الشارح, ذلك القائل, هذا القائل, من قال, هو de eo dicit. Alii interpretes et doctores qui citantur, hi sunt: محمّد, الخبّازيّ, صاحب النهاية, صاحب العناية, ابن الهمام (ابن الحسن الشيبانيّ .sc) in الجامع الصغير et المبسوط (vid. ʿH.-Ch. No. 3913), quorum librorum hunc post illum scriptum esse aït f. 74 r. l. 5—10, القدوريّ in compendio suo (فى مختصره), العلّامة الاتقانيّ, الهندوانيّ, الكرخيّ, صاحب, صاحب الخانيّة, صاحب المحيط, الفقيه ابو جعفر

*) وبعد vel امّا بعد in intervallo ante فهذه rubro colore scribendum omissum est. Idem factum de omnibus capitum et partium inscriptionibus.

**) Theologum vel ICtum fuisse, intelligitur ex verbo اجتهاد in his verbis f. 70 r. l. 4 et 5: اعنى به سلطان سرير الفضل والاجتهاد.

وما قيل من انّه يجوز. Finis: المحشّى الفاضل *), التدوين ان يتكلّم بكلمات من الحروف الّتى لا يتحرّك فى النطق بها اللسان فممّا لا ينبغى ان يحرّك له اللسان، هذا آخر ما نظمه البنان، فى سلك التحرير والبيان.

3) Fol. 79 v. — 82 v. رسالة فى بيان السنين والشهور, turc., in fine abrupta. Initium: الحمد لله (** جعل الشمس ضياء والقمر نورا وقدّره منازل لتعلموا عدد السنين والحساب الخ. Deinde: وبعد †) اصحاب فهم ودرايته روشن وظاهر، وارباب عقل وفراسته باهر وزاهر، در كه كتب ودفاترده مسطور ومزبور، والسنه وافواهده مذكور ومشهور، اولان سنين وشهور، ايكى نوعدر، برى شمسى برى هلاليدر الخ. Primum de anno solari et lunari in universum dicit, deinde de quatuor aeris solaribus: تاريخ اسكندرى s. يونانى, Seleucidica, تاريخ قبطى, Diocletiana, تاريخ جلالى, Gelâliana, تاريخ معتضدى, Moʿtadhidea. Postquam earum nomina posuit et a quo mense et die syro-macedonico et romano annum incipiant indicavit, sigillatim de iis disserit, de prima f. 80 v. et 81 r., de secunda f. 81 r. et v., de tertia f. 81 v., de quarta f. 81 v. et 82 r. Hanc aeram minus notam, cujus ne nomen quidem apud Idelerum est, condidit El-Moʿtadhid-billah, Chalifa ʿAbbasida (regn. A. H. 279 — 289, Chr. 892—902; vid. Abulf. Ann. mosl., II, p. 270 — 288, et ibidem p. 274 paucissima de nova aera A. H. 282, Chr. 895, ab eo instituta), qui quum die undecimo mensis ʿHazîrân s. Junii regnum suscepisset, qui dies idem longissimus anni est, ab eo tamquam a Naurûz novae aerae initium fieri, ut autem summa annorum solarium et lunarium dehinc congrueret, undenos dies, quibus illi hos superant, tertio quoque anno in mensem intercalarem collectos annis lunaribus adjici, temporis particulas autem ex die intercalari et aliis nascentes extremis annis adjici jussit ††). Hinc f. 82 r. et v. de anno

*) Non est indicatum, ad quem librum hic adnotator حواشى scripserit; id tantum constat, eum scripsisse post adversarium nostri, quum f. 76 r. l. 14 dictum sit: كما ذهب اليه هذا القائل وتبعه المحشى الفاضل.

**) Sic, omisso الّذى.

†) وبعد, rubrica inserendum, hic quoque omissum est.

††) مطلب تاريخ معتضدى خلفاى بغداددن معتضد بالله دار خلافهٔ بغدادده خليفه اولدوغى كون حزيرانك اون برى واقع اولوب اول كون اطول ايّام اولماغين نوروز عدّ ايلمشلر وهلالى وشمسى سنه لرك آخرلرينى بر كونه كتورمكيچون سايرلردن زيادجه دقّت واهتمام ايلمش وشمسيّه دن لازم كلان اون بر

lunari muʿhammedano disserit, quo in loco oratio exit in haec verba: روايت اولنور كه على ابن ابى طالب كرّم الله وجهه حضرتلرينه بر نصرانى كلوب سؤال ايلدى كه قران عظيمده سورهٔ كهف ده فلبثوا فى كهفهم ثلثمأئة سنين

4) Fol. 83 r. — 90 r. *Commentatio arabica*, ab initio trunca, *de natura Dei*. Primae sex lineae, quae sic incipiunt: عموم من وجه بحسب الوجود، اقول لا خفاء فى انّك تقدر ان تقصد بعض الاشياء وان لا تقصد, finem continent capitis quod videtur esse de voluntate Dei, فى ارادة الله. Sequuntur capita de vita Dei, فى حياته, f. 83 r. — 84 r., de auditu et visu ejus, فى سمعه وبصره, f. 84 r. et v., de oratione ejus, فى كلامه, f. 84 v. — 88 r., ubi ʿHanbelitarum (الحنابلة), Kiramaeorum (الكرامية), Motazelitarum (المعتزلة) et Aschʿaraeorum (الاشاعرة) singularia placita recensentur et ad regulam sunniticae veritatis examinantur; deinde de decreto absoluto, فى القضا والقدر, f. 88 r. — 89 r. *), tum de reliquis attributis Dei, فى سائر صفاته, f. 89 r. et v. Enumerantur et definiuntur haec quatuordecim: 1) الحكمة 2) الجود 3) العناية 4) اللطف 5) البداية 6) الازلية 7) فوق التمامية 8) التمامية 9) الملكية 10) الوحدانية 11) القيومية 12) الخيرية 13) القهر والتجبر 14) الحقيقة. Tandem clausula, الخاتمة, de divisione attributorum ejus, فى تقسيم صفاته, f. 89 v. et 90 r. Dividuntur autem in tria genera, اقسام ثلثة: 1) حقيقية, positiva absoluta, ut الحيوة, 2) الاضافية, positiva relativa, ut كونه خالقا وربّا, 3) السلبية, negativa, ut كونه ليس جوهرا ولا عرضا. Finis: واذا نقص ما عداه عنه لم يثبت صفة لا حقيقية ولا اضافية ولا سلبية وذلك النقص هو التوحيد وما يكون فى نفس الامر من غير تعقل النقص هو الوحدة، تمّت. Haec verba et quae proxime antecedunt, repetita sunt ab العلامة المحقق الطوسى, i. e. El-Ghazâlio; sententia autem ejus haec est, attributa, quae dicuntur, Dei non in ejus natura sita esse, sed in ratione, quae inter Deum et res universas praeter eum intercedat, et in notione, quam mentes creatae ex comparatione Dei cum illa rerum universitate de eo sibi informent: الاقسام الثلثة المذكورة كلّها ثابتة فى العقل موقوفة على وجود الغير وعلى المقايسة بينه وبين غيره. Itaque illis attributis revera nec compositionem ullam, nec pluralitatem in Deo effici, et si actu quodam mentis humanae, qui التوحيد appelletur *), ea, quae praeter Deum sunt, quasi deleantur et ad nihilum redigantur, nullum jam attributum divinum, sed Deum simplicem et unum superesse, qui et qualis sine illo mentis humanae actu semper natura sua sit. Vides, hanc rationem, ut multa apud El-Ghazâlium, inter theologiam vulgarem et pantheismum mysticum medium quendam locum tenere.

5) Fol. 91 r. — 94 v. *Commentatio arabica*, ab initio trunca, *in locum El-Hidâjae de temporibus quibus Deum precari non licet*. Prima verba: غير مكروه بمكّة لما روى ابو ذرّ النبى عن الصلوة فى هذه الاوقات مقرونا بقوله الّا بمكّة. Interpretes El-Hidâjae quos citat et plerumque refutat, sunt صاحب العناية، الشارح الدهلوى، الفاضل المحشّى، صاحب الدرر والغرر. Finis: من حيث انّ القبح فيها على طريق المجاورة لا على طريق الاتّصال فلا يورث شيئًا سوى الكراهة، والله سبحانه اعلم واحكم، تمّت.

6) Fol. 94 v. — 100 v. *Commentatio arabica*, in fine trunca, *de quaestione: num liceat legare aedificium, quippe quod mobile sit* **), *sine fundo in quo constructum est?* (فى جواز وقف البناء بدون الارض وهو منقول) Initium: انّ اشرف الطاعات واعلاها، وامتن جهات القربة وابقاها، شكر من بسط الارض ودحاها، ورفع السماء وبناها. Deinde scriptor narrat, se hanc commentationem composuisse jussu viri optimi et doctissimi, quem citra nominis indicationem et prosa oratione et versibus laudat, ita ut et sententias traditas de illa quaestione collegerit, et quae ipse primus de ea excogitasset adjunxerit. Primum in ingressione, مقدّمة, f. 95 r. l. 10 — v. l. 8, demonstrat, summis doctoribus consentientibus in universum licere fundos legare, ac docet, quatenus liceat res mobiles una cum illis legare; deinde ad ipsum argumentum transgressus hunc locum in libris spectatissimis de jure †) tractatum esse, plurima autem de eo in

---

كون ايّام متداخله يى اوچ ييلده بر علالى سنه يه ضمّ ايليبوب اول سنه يى اون اوچ آى حساب ايلمشدر وكبيسه دن وبقيّة تداخلدن لازم كلان كسورى اقتضا ايلدوكى اوزره سنه آخرلرينه ضمّ ايليبوب انلرك بو ضابطه لرى اوزره شمسى وهلالى سنه لرك آخرلرى ابدًا بربرينه متقارب اولمشدر.

*) Hoc caput sic inscriptum est: الفصل الحادى عشر. A ceterorum initiis tantum argumenta indicata sunt, loci autem ad recipiendos numeros vacui relicti. Quodsi illud indicium sequimur, caput, cujus extrema pars hanc commentationem incipit, septimum erit, et sic deinceps.

*) Scilicet non vulgari illa unius Dei confessione, sed speculativa et mystica mentis abstractione ab omnibus iis, quae praeter Deum vel sunt, vel videntur esse.

**) Id est: quum aedificium destrui atque ex eadem materia alio translata ibi denuo construi possit.

†) Ex iis nominat duos tractatus Et-Chaffâfi et Hilâli (postea Hilâl El-Baſrî) de legatis, وقفى الخصّاف وهلال (explicatius f. 97 r.

الذخيرة inveniri ait. Jam orationem El-Dachîrae huc pertinentem refert, f. 95 v. l. 13 — f. 96 r. l. 15, hinc in eam commentatur; sed nostrum exemplum in fine abruptum tantum ad ea verba pervenit, quae extant f. 96 r. l. 1 — 3. In universum illud, quod in quaestione positum est, licere negatur. Alii scriptores et libri a nostro citati, praeter Abû-'Hanîfam ejusque discipulos Mu'hammed El-Scheibânî et Abû-Jûsuf, hi sunt: ابن الهمام, qui aliquid ex الخلاصة repetiit, f. 95 r. l. 15 et 16; البدايع, f. 98 r. l. 7, 14, 16, f. 99 v. l. 2; الدرر والغرر, f. 98 v. penult.; الامام الزاهدى in شرح مختصر القدورى, f. 99 v. l. 16 et in marg., et in القنية, f. 100 r. l. 5 — 7; الامام السرخسى, f. 95 v. l. 6; صاحب انفع الوسائل in الطرسوسى, ubi priores scriptores الاسبيجابى فى شرح مختصر الطحاوى et الذخيرة citat, ceterum ut El-Imâm El-Zâhidî a nostro refutatur, f. 97 v. l. 1 sqq.; فتاوى سراج الهدى فى فصوله, f. 95 r. in marg.; فتوى قارى الهداية الدين قارى, f. 99 r. l. 12, brevius فتوى قارى الهداية, f. 99 v. l. 15; فتح القدير, f. 95 r. l. 11 et v. l. 8, f. 99 v. l. 14; الفقيه absol., interpres aut adnotator El-Chulâsae, f. 95 v. l. 2; الشيخ قاسم, f. 99 v. l. 5 et in marg., a nostro refutatur; الكافى, f. 96 r. antepen., in quo citatur الذخيرة. Ultima verba: فاختلاف الجهة لا يضرّ فى تحقق التبعيّة فى تحصيل ما هو المقصود الاصلىّ وهو التقرّب الابدىّ بأىّ جهة كانت.

7) Fol. 101 r. — 106 v. السبعة السيّارة, *Septem Planetae**), i. e. *Commentatio arabica*, utrinque trunca, *de septem quaestionibus controversis, partim e theologia practica, partim e philosophia petitis.* Prima verba: على رفعها الى مجالسهم العالية، ومحافلهم الغالية، رجاء من خدمتهم السامية، اللحظ الى جلّ نقدها، وطمعًا من همّتهم النامية، فى الفوز بحلّ عقدها، docent commentationem ab auctore ad viros quosdam doctos delatam eorumque judiciis submissam esse. 1) Fol. 101 r. — 102 r. quaeritur, num et quatenus liceat in lotione sacra pro ipsis membris fractis ferulas, quibus munita sunt, tergere, et membra fissa aquâ modo perfundere, aut fricare, aut pro iis loca corporis circumjacentia lavare. 2) Fol. 102 r. — 103 r. quaeritur, quatenus ei, qui nec servo manumittendo, nec cibo decem egenis praebendo, nec vestitu iis donando jusjurandum expiare possit, continuo trium dierum jejunio pro piaculo uti liceat. 3) Fol. 103 r. quaeritur, uter discipulorum Abû-'Hanîfae, Abû-Jûsuf an Mu'hammed El-Scheibânî, ex auctoritate magistri statuerit, corpus inter precandum, quum post primam suratam ante الركوع alia pars Corani, ad minimum tres ejus versiculi, recitatur, illico prosternendum esse, ita ut, si haec prostratio omissa fuerit, nulla alia compensari possit; uter item ex auctoritate magistri contrarium statuerit. 4) Fol. 104 r. — 105 r. quaeritur de placito Abû-'Hanîfae, eleemosynam soluti jejunii ramadhanici (صدقة الفطر s. الفطرة) non alterutri, sed utrique eorum, qui servum communem aut servos communes habeant, pro eo aut pro iis solvendam esse; si autem servus duobus communis ab iis ita vendatur, ut et ipsi et emtor jus pacti rescindendi habeant, deinde dies solvendi jejunii praetereat stante hac conditione, eleemosynam a venditoribus deberi, si pactum rescindatur, ab emtore, si ratum fiat. 5) Fol. 105 r. — 106 v. quaeritur de propositione metaphysica, non posse cogitari, duas res ita in unam coire, ut unitatis notio vere ac proprie in eas cadat: فى بحث استحالة اتحاد الشيئين بالمفهوم الحقيقى للاتحاد. In hac quaestione commentatio deficit. Ultima verba: وكذا اذا كان الامران اللذان صارا موجودين بوجود واحد بعد الاتحاد موجودين بوجود ثالث مغاير In marginibus et inter lineas adscriptae sunt notae ipsius auctoris. Est autem ratio ejus haec, ut primum scriptoris alicujus locum referat, deinde eum examinans doceat, quae in eo falsa, certe non recte accurateque dicta sint, aut dubitationi et ulteriori disputationi locum dent. Sic in quaestione prima disputat in verba Ssadr-el-scherî'ae in commentario El-Wiqâjae, in fine capitis de tergendis membris (باب المسح). Citantur ابن الهمام in شرح المحيط البرهانى, الاصلاح والايضاح in المولى الفاضل, et البداية. In quaestione secunda disputat in interpretationem loci El-Wiqâjae*), ab initio libri de juribus jurandis (كتاب الايمان), quam interpretationem El-Maulâ el-fâdhyl in El-Iflâ'h we'l-Îdhâ'h opposuit interpretationi Ssadr-el-scherî'ae in commentario El-Wiqâjae. Citantur الكافى, الذخيرة, المبسوط. In quaestione tertia disputat contra auctorem libri الدرر والغرر, qui ab initio capitis de سجود التلاوة placita Abû-Jûsufi et Mu'hammedis El-Scheibânii ita confuderit, ut quod illius sit, huic tribuerit, quod hujus, illi; codices autem libri qui a se visi sint, in his unum ab ipso auctore scriptum, illo loco omnes inter se congruere, quamquam El-Nihâje in explicandis verbis El-Hidâjae sententias Abû-Jûsufi et Mu'hammedis recte discernat; hinc atque ex iis verbis, quibus المولى

---

l. 9: قول الخصّاف فى كتاب الوقف, et f. 96 v. l. 8 et 9: انّ الشمسان (علالا رضه صرح فى كتاب الوقف الخ), quos dicit esse العتابيّة, البزّازيّة, الظهيريّة, الخانيّة; deinde النيّران فى هذا الباب.

*) Sic ipsum auctorem commentationem inscripsisse, quod ea contineantur اسئلة سبعة دوّارة بين النظّارة, septem quaestiones inter viros contemplationis studiosos agitatae, constat ex reliquo fine praefationis, f. 101 r. l. 3—5.

*) Auctorem El-Wiqâjae f. 102 r. l. 5 et 6 nominat Tâg-el-scherî'a: قال تاج الشريعة رح فى اوايل كتاب الايمان من الوقاية.

(الشهير بأخى*) lectores non ad ipsam El-Nihâjam, sed ad Ghurar-el-aʿhkâm remittat, dicens: من اراد التفصيل فلينظر الى غرر الاحكام, hinc igitur verisimile esse, eum ipsa El-Nihâjae verba non vidisse, sed citationi in illo libro inventae fidem habuisse **). Atque in hoc errore eum tam constantem fuisse, ut etiam in adnotationibus ad commentarium Ssadr-el-scheriʿae in El-Wiqâjam (حاشيته على شرح صدر الشريعة للوقاية), postquam ex auctoritate الشيخ السماونى alteram illarum sententiarum recte Abû-Jûsufo tribuisset, alteram Muʿhammedi, tamen adjecerit, in El-Ekmelijje rem contra narrari (ما فى الاكملية على عكس ما ذكره الشيخ من مذهبيهما), deinde lectores iisdem verbis, quibus in altero libro usus esset, ad Ghurar-el-aʿhkâm remiserit. In quaestione quarta disputat in alium locum illius libri, El-Durar we'l-Ghurar, quem, etsi item in omnibus codicibus eodem modo scriptum viderit, tamen vitiosum esse tum contradictione eo implicata, tum auctoritate El-Wiqâjae et El-Hidâjae demonstrat. In quaestione quinta disputat in locum subtilitate metaphysica refertissimum, excerptum e شرح التجريد العتيق (i. e. commentario El-Iffahânii in Naſîr-el-dîni Teǵrîd-el-kelâm, quem ʿH.-Ch., II, f. 195 l. 3 الشرح القديم nominari dicit), atque in locum ejusdem argumenti ex adnotatione ad El-Teǵrîd conscripta ab El-Fâdhyl el-scherîf, i. e. El-Ǵorǵânio, vid. ʿH.-Ch. ib. l. 3 sqq. In nota marginali f. 106 v. citatur ابن الخطيب فى حاشيته, vid. ʿH.-Ch. ib. l. 8 sqq.

8) Fol. 107 v. — 115 r. *Commentatio arabica Muʿhammed Ibn-Aʿhmed El-Zaghrawii in complures locos ex El-Iflâʿh, El-Durar et El-Wiqâje excerptos.* Initium: الحمد لله الذى خصّ من اهل الارضين، عناية الهداية بالمسلمين، الخ وبعد فانّى لمّا عُزلتُ عن خدمة القضاء، بلا داعٍ منّى ولا اقتضاء، وقد اعتدتُ فى هذه الخدمة تتبّعَ كلّيّات الكتب فى تقرير المسائل، بسبب وقايع الجزئيّات (جزئيّات l.) النوازل، وترْكُ المعتاد، اصعبُ من خَرْط القتاد، فلم آلُ جهدا فى وقاية النفس عن التعطيل، بل فى صرف الهمّة نحو الجدّ فى التحصيل، فاخترتُ من بين ما يُرْجى به الفوزُ والفلاح، مطالعةَ الدرر والاصلاح، مع شرحيهما الكافى فى غاية الكشف والايضاح، وسعيتُ فى ادار (إدارة l.) نظرى من البداية الى النهاية، رجاء منهما*) كفاية الدراية، فبدا لى مواضعُ لم اقدر على فتح مُعْضِلاتها، وحلّ مُشْكلاتها، فطفقتُ أن اسوّد ما تسودّ به سويداء البال، لأتقوّى به أوانَ العرض فى المقال، Itaque se ex iis, quae in duos illos libros notasset, nonnulla, ut doctrinae specimina essent, quibus ad viros principes mittendis eorum sibi gratiam conciliaret, collegisse et primum ad viros doctissimos detulisse, qui ea ita probaverint, ut ipse de ingenii sui acumine bene sentire coeperit. Hinc se etiam ausum esse ea summo cuidam viro offerre, multorum jam doctorum altori et patrono: quem enixe laudat eique optima quaeque precatur. Theologum fuisse haec denominatio docet: وارث علوم الانبياء والمرسلين. Haud obscure significat se sperare fore ut illius commendatione denuo munus aliquod impetret. Jam promiscue locos ex El-Iflâʿh et El-Durar affert ir eosque eodem modo, quo in superiore commentatione factum est, disputat. Ex El-Wiqâje unus locus allatus est f. 113 et 114. El-Iflâʿhi auctorem nominat المولى الفاضل, El-Durari مولانا خسرو, El-Wiqâjae تاج الشريعة. Citantur قاضيخان فى الوديقة ,المحيط ,الذخيرة ,شرح الشرعة لابن ,شرح المجمع لابن ملك ,شرح الجامع الصغير بعض مشايخنا فى شرح حيل الخصّاف ,سيدى على. Finis: فبعد تحقّق اولويّة **) تلك العبارة اختيار عبارة عباله ههنا يقتضى ترجيح المرجوح مع فساده، ولا يخفى فساده، تمّ. Subscriptum est: انا الفقير محمّد بن احمد الزغروىّ المنفصل عن قضاء نوه, *Ego gratiae divinae indigus, Muʿhammed Ibn-Aʿhmed El-Zaghrawi, a munere judicis urbis Novae remotus;* quae verba si non autographum produnt, certe ex autographo repetita sunt.

9) Fol. 116 v. — 120 r. *Commentatio arabica Mahmûd El-Anqarii*, nomine *Qaffâb-zâde notioris, in duos locos excerptos ex* مبارق الازهار, *commentario Ibn-el-Meliki in* مشارق الانوار, *in locum commentarii Ssadr-el-scheriʿae in El-Wiqâjam, et in locum El-Wiqâjae ipsius*, quem commentator Ibn-Kemâl El-Wezîr reprehendit, noster autem excusat et defendit. (Auctor El-Wiqâjae ab eo quoque Tâǵ-el-scherîʿa nominatur, f. 119 v. l 3: قال تاج الشريعة فى كتابه المسمّى بالوقاية.) Initium: الحمد لله الذى هدانا لهذا وما كنّا لنهتدى لولا ان هدانا الله، والسلام على من بعث الينا الخ. Deinde dicit se haec scripsisse exhibenda viro summo, doctissimo et optimo: عرضًا الى الجناب العالى الذى هو شمس سماء الفضل والكرم، وبدر افق الجود والحلم والشيم،

*) Hunc libri الدرر والغرر auctorem f. 104 r. l. 8 nomine vulgato simpliciter اخى appellat, quod quum etiam *frater meus* sonet, hanc argutiam in adnotatione sic ostentat: ما فى هذا التعبير من الايهام اللطيف، والسرّ الشريف، غير خفىّ، على نفس ذكىّ.

**) Pro قول الدرر كذا فى النهاية f. 104 r. in marg. videtur legendum esse قول الغرر الخ.

*) Id est ex duobus illis libris: El-Durar et El-Iflâʿh.

**) Hoc verbum scholasticum, ab أَوْلَى derivatum, *praestantiam* significat.

وهو الصدر الاعظم، والنحرير الافخم، افضل الفضلاء واعدلهم، مرجع العلماء واكملهم، الخ. Citatur liber المصابيح. Finis: وما يقال من انّه لا يدلّ على ان لا يكون الظنّ مناطا لا يشف (يشفى .l) العليل، ولا يرو (يروى .l) الغليل، تمّت. Subscriptum est: حرّرها الفقير محمود الشهير بقصّاب زاده الانقرى. In duabus paginis vacuis f. 120 v. et 121 r. scriptum est fetwâ s. responsum de jure, turc., ad hanc quaestionem: Si Zeid ex Mysticis, qui ab Ummi-Sinân nomen habent (ام سنان صوفيلرى), manus complodens et sacrosanctum Lâ ilâh illâ'llâh frequentans in orbem saltat (دوْر ايتدوكده), 'Amr autem ei dicit: Impius es, Zeid contra: Tu ipse impius (كافر) es: quid ex lege Zeido faciendum? Respondetur, hos fanaticos (qui in responso امّى سنانليلر appellantur) multis modis impietatis reos esse; hinc quid commeruerint ultro intelligi. Qui viros eruditione celebres propter eam ipsam oderit et contemnat, eum jure impium haberi; omnes autem Ummi-Sinanitas illud facere. Quamvis enim doctores ecclesiastici responsis suis mysticas choreas (دوران) damnent, et qui novas istas caerimonias sequantur, impios esse edicant, Ummi-Sinanitas tamen illorum sententias aspernatos usque debacchari. Etiam mulierculas ab iis quasi in furorem actas e penetralibus domorum prorumpere et in alienis aedibus cum alienis viris familiariter convenire, sanctissimos autem mystagogos, alta voce Lâ ilâh illâ'llâh canentes, illas, scilicet sacris suis initiandas, in secretiora conclavia abducere. Haec quum sole clariora sint, Ummi-Sinanitas religionis morumque corruptores (دجّاللر) censendos esse, et qui eos non pro merito oderit, eum in Moslemis non numerandum; qui vero maritus uxorem ad illos commeare sinat, eum cum uxore diris devovendum. Subscriptum est nomen Muftii: حرّر الفقير عمر عفى عنه.

10) Fol. 122 r. — 123 v. *Fragmentum commentationis arabicae in interpretationem loci El-Hidâjae de tergendo capite in lotione sacra.* Interpres non nomine suo, sed الفاضل الشارح appellatur. Praeter eum citatur adnotator aliquis, المحشّى الفاضل, et Ibn-El-Humâm, interpres El-Hidâjae. Initium excidit; prima verba sunt: كالسواد والبياض، وما نحن فيه من قبيل الثانى دون الاوّل. Recepit ille interpres sententiam, الربع in praecepto de tergenda quarta parte capitis per synecdochen de toto capite intelligendum esse, quae Ibn-El-Humâmi quoque sententia fuit; contra noster primum in universum notiones multitudinis et paucitatis inter se conciliari non posse demonstrat, deinde sigillatim illam sententiam refutat. — In pagina vacua f. 124 r. scriptum est معمّا, i. e. aenigma turcicum metricum.

11) Fol. 125 r. — 129 v. *Commentationes arabicae plurium scriptorum et librorum in locum El-Hidâjae de servo vendito, qui aere alieno obstrictus est.* Scriptores illi et libri sunt الاصلاح والايضاح, صدر الشريعة, النهاية, الاكمل, الفاضل الرومى, العناية, قاضى زاده افندى, الدرر والغرر. Primum ipse locus El-Hidâjae positus est, qui sic incipit: ولو كان المولى باعه من رَجُل واعلمه بالدين فللغرماء ان يردّوا; hunc sequuntur illorum disputationes, quibus is, qui haec conscripsit, praemisso اقول suas sententias implicuit. Ultima verba: وان كان مراده انّه يكون كذا اذا وفى ثمنه ووصل اليه يكون كلامه قاصرا عن ايفاء المراد. Fol. 130 v. — 131 v. ab alio ille locus iterum excriptus est et subjuncta disputatio in ea, quae El-Ekmel et auctor El-Nihâjae in eum commentati sunt. Finis: فلا شكّ انّه اقوى من مفهوم المخالفة حتّى اثبته من لم يثبت ذلك.

12) Fol. 132 v. — 141 r. *Commentatio arabica in locos de* الاجارة, i. e. rei aut operae locatione, *ex El-Hidâje ejusque commentario, El-ʿInâje, excerptos,* scripta a *Mustafâ Ćelebî Ibn-Muhammed,* vulgo *Chôǵeki-zâde* (qui postea in schola Sulthâni Bâjezîd professoris munere functus est) A. H. 951 (Chr. 1544 — 5), Constantinopoli in examine publico coram Abû'l-suʿûd, vulgo Chôǵa Ćelebî, postquam ille duos menses hujus mulâzim sive discipulus fuit. Abû'l-suʿûd autem tum Qâdhî-ásker rumeliensis erat. Inscriptum est f. 132 r.: هذه الرسالة لمولى الموالى، جعله اللّه تعالى فى درجات الاعالى، مصطفى چلبى افندى الشهير بخواجكى زاده المدرّس الان فى مدرسة سلطان بايزيد خان، عليه الرحمة والغفران. Initium: لك الحمد بلا غاية، ولك الشكر بلا عدّ ولا نهاية، Deinde: فقد وَرَدَ الاشارة مِنْ اعلم العلماء، واكرم الفضلاء، الّذى تَلاطم بَحْرُ علمه فى زماننا امواجا، وكان بين الفضلاء سراجا وهّاجا، وهو الجامع بين السعادتين، ولذلك ديل *) ابو السعود فى الدارين، الى اضعف الضعفاء، اعنى الملازمين الفقراء الغرباء، بأن ينظروا فى مَباحث الاجارة من كتاب الهداية، الّذى لا يمكن الوقوف على كُنْه اسراره الّا بالعناية، فكتبتُ بعد النظر ما لاح بالبال، وإنْ لم يساعدنى الحال، فى سنة احدى وخمسين وتسع مأئة لأكون خادما بالقلم واللسان، وداعيا بالجنان والاركان، مع تفرّق البال، وتشتّت الحال، من شدايد الزمان، والتأخّر عن الاقران، فالمسؤول مِنْ كرمه العميم أن يستر هَفَواتى لسانا واقلاما، كالّذين اذا مرّوا باللغو مرّوا كراما، اللّهمّ جعلته عَلَما بين العلماء

*) Videtur excidisse قيل.

العظام، اجعله من الّذين لا خوف عليهم ولا هم يحزنون يوم القيام، . Sequitur ipsa commentatio per قال et اقول, cum adnotationibus ipsius scriptoris. Auctor El-Hidâjae appellatur المص, El-ʿInâjae الشارح. Citantur hi: الزمخشرى in الاساس et مقدّمة الادب, الجاربردى in شرح الشافية, الامام, المبرّد, الواحدىّ وهو استاذ ابو (ابى l.) حامد الغزالى, النووىّ (sic bis) الاصلاح الايضاح in ابن كمال پاشا, الاخفش, الجامع, فى تهذيب الاسماء (ex quo, tamquam e Lexico, f. 134 r. l. 7 — 9 interpretatio arabica verborum العُشْب, العاشب et أَعْشَبَ affertur), الامام البزدوىّ, شرح الاقطع, معراج الدراية, شرح المجمع, صاحب الغاية, كنز الاصول, مختصر القدورى. Finis: وجوابه ان يقال سلّمنا ذلك الّا انّ المنافع تتقوّم بالعقد وتأخذ حكم الماليّة كما هو المذكور فى كتب الاصول. Subscriptum est: حرّرها مولى الموالى، جعله اللّه فى درجات الاعالى، مصطفى چلبى ابن محمّد الشهير بخواجكى زاده فى زمن الامتحان العامّ، بمحضر اشرف الانام، فى سنة احدى وخمسين وتسع مأئة فى محروسة قسطنطنيّة، وذلك بعد الملازمة بشهرين. Ad اشرف الانام in marg. adscriptum est: الشهير بخواجه چلبى وكان ح قاضيا بالعسكر المنصور فى ولاية روم ايلى. Fol. 141 v. turcice عنوان عرض, i. e. exordium libelli vel literarum ad honoratiores: سدّهٔ سدره آيين، وعتبهٔ سپهر تمكين، جنابنه عرض بندهٔ كمترين بودركه الخ, et tria alia exordia. Deinde Achii (اخى) definitio tabulae asservatae (اللوح المحفوظ): اللوح جسم كتب اللّه تعالى فيه صُوَر جميع الكاينات ممّا كان وسيكون. Tandem e شرح المفتاح memorabile hoc excerptum: الفرق بين تأمّل وفتأمّل وفليتأمّل انّ تأمّل اشارة الى الجواب القوىّ وفتأمّل اشارة الى الجواب الضعيف وفليتأمّل اشارة الى الجواب الاضعف. Haec spectant ad illa *teemmel* al., quae scriptores scholastici in fine eorum frequentant, quibus ad objectionem aliquam respondetur aut argumentum aliquod impugnatur.

13) Fol. 142 r. — 143 v. *Commentatio arabica in locos de* الغصب, i. e. rapina, *ex El-Hidâje et El-ʿInâje excerptos, scripta*, ut in fine est, *ab* الفقير شيخ المعزول عن مدرسة القاضى عبد اللطيف in examine publico. Initium: الحمد للّه الّذى يسّر لنا الهداية، ونوّر قلوبنا بالعناية والكفاية، وبعد فانّى لمّا ابتليت بالامتحان مع الاخوان، بامرِ مَنْ بيده العنان، عند اعالى الانام، من العلماء الاعلام، المختصّين بالفضايل والكمالات، لا زال بابهم مرجعا لاعالى العلم وذوى الحاجات، سوّدتُها مع قلّة البضاعة، وقصور الباع فى هذه الصناعة، فالمأمول من كرمهم الجسيم، ولطفهم العميم، ان ينظروا اليها بنظر العناية، ويستروها بنظر (بذيل l.) العفو والحماية، لا وهذه نتيجة العلماء الكرام، وزبدة الفضلاء الفخام، اكثر اللّه امثالهم الى ساعة القيام، Deinde: والصلوة الخ. Citatur الشيخ ابو الحسين القدورى فى شرح مختصر الكرخىّ. Finis: لانّ المراد من الانقطاع عند محمّد هو الانقطاع عن ايدى الناس ممّا خدم به الفقير شيخ. Subscriptum est: كما صرّحوا به المعزول عن مدرسة القاضى عبد اللطيف، هكذا هذه العبارة، تمّ. Fol. 144 r. variae notae, in iis haec de Abû-ʿHanîfe: قال احمد بن الصلت سمعتُ ابا نعيم يقول وُلد ابو حنيفة رضى اللّه عنه سنة ثمانين ومات سنة مأئة وخمسين وعاش سبعين سنة وكانت ولادته فى عصر الصحابة رضوان اللّه عليهم اجمعين وتفقّه فى زمن التابعين وادرك الصحابة وناظَرَ التابعين وكان منهم رضى اللّه عنهم اجمعين.

14) Fol. 144 v. — 165 r. *Ingressio persica ornatissima operis historici de Sulthânis ʿOθmânidis ad Bajezidum II deducti eique dedicati a Júsuf Ibn-El-ʿHasan El-ʿHoseinî*, vulgo *Qâdhî-Baghdâd* appellato. (Haec ejus nomina leguntur f. 153 r. l. 2 et 3; cf. ʿH.-Ch. No. 149, et II, p. 204 l. 2, it. Herbel. s. v. *Cadhi Bagdad.*) Initium: سپاس بى قياس وثناى بى منتها پادشاهى را عمّ سلطانه كه ايّام جبروت انجام سلطنت قديمش از وصمت انقضا وانفصام معرّاست الخ. Longam ʿhamdalam et taflijam sequitur a f. 149 r. ذكر دعاى پادشاه اسلام، اعلى اللّه تعالى لواء معدلته بين الانام، , ubi scriptor Bajezidum laudat eique bene precatur; a f. 153 r. ذكر سبب تأليف واحوال مؤلّف, ubi narrat se Schirazo, urbe patria, exulem Baghdadum venisse, ibi judicem factum studia doctrinae officiis muneris aliquantum postposuisse, sed bonitate naturae suae nec a pietate nec a scientia detrimentum cepisse, atque etiam studia theologica et scholarum templorumque aedificia collapsa restaurasse. Eorum vastitatem quasi ad oculos ita depingit: بيشتر مدارس مدروس الاركان، ومساجد مطموس البنيان، صحن صَلات، عرصهٔ فَلات، ومربع اسلام، مرتع انْعام، شده، در مسجدها سُقوف در سُجود، وجُدْران در رُكوع،

خطيب غراب، وبوم قايم المحراب، كشته، قنديل مسجد ماه تابان بر سقف آسمان معلّق، وفراشش خشت خام بر فرش زمين مطبق، مدارس كه از كثرت طلّاب بقاع صف صف بود، قاع صف صف شده، حجراتش عاليها سافلها، محلّ درس وتعليم، مقام ترس وبيم، شده، بر صفحهٔ از صفحات رخام مدرسهٔ مرقوم يافتم

هذى مدارس قوم قد عهدتهم
فى قصد درس وبحث ما لهم خطر
صاحت بهم نايبات الدهر فانقلبوا
الى القبور فلا عين ولا أثر

Hanc miseriam invectam fuisse بواسطهٔ فترات. Sua igitur opera res brevi in melius conversas esse; imprimis scholam ad sepulcrum Abû-ʿHanifae (مدرسه ومزار امام اعظم ابى حنيفه نعمان بن ثابت), item scholam Merganiticam (مدرسهٔ مرجانيّه) laetissime effloruisse. (Illam dicit extra urbem sitam esse: در ظاهر ان مملكت واقع است, hanc intra: در داخل دار الدرس ساخته) Eo tempore se nonnulla composuisse, ut adnotationes (حواشى) ad El-Kesschâf, El-Miftâʿh, El-Telwîʿh, El-Hidâje, deinde commentarium (شرح) in Tegrîd-el-kelâm, Sulthano inscriptum (كه معنون ومحلّى باسم سامى نواب حضرت پادشاه دين پناه است، اعزّ الله تعالى انصاره، وضاعف مكنته واقتداره), et alia. Sed hanc prosperitatem iterum pessumdatam esse a secta orthodoxiae infestissima (Schiîtas dicit, sub Ismâʿîl Schâh in Persia rerum potitos), quae illas regiones devastaverit, praefectum earum interfecerit, religioni gravissima vulnera intulerit: طايفهٔ متبدّعه كه اهلاك حرث ونسل شعار، وافساد دين ودنيا دثار، ايشانست، اوراق مصاحف اسلام قلادهٔ رقاب كلاب، وسنك منجنيق فساد از خشت مساجد ومحراب، كردانند، رسوم شريعت غرّا را بأباطيل تأويل باطل، سازند، ومبانى ملّت زهرا را بقواطع فساد اعتقاد خراب وعاطل، بيت

فليس لهم فى صفحة السرّ نكتة   سوى ميل الحاد وتأويل باطل

Hinc majoribus in dies malis ingruentibus, se quadam nocte cum cereo, lucubrationum socio, colloquentem ab eo jussum esse adire Bajezidum, principem omni virtute ornatissimum; quod quum fecisset, se ab eo summa beneficia accepisse. Inde sibi in mentem venisse, ut laudes Sulthanorum illius gentis celebraret, ad imitationem clarissimorum scriptorum (*عتبى يمينى, ابرهيم صابى et وصّاف, qui Maʿhmûdum Ghaznevidam, Bûjidas et Cingiz-Châuidas immortalitati tradiderint, et صاحب ديوان, qui facta et mores regum orientalium descripserit: واز چهرهٔ مخدّرات صفات ملوك شرق مشاطهٔ بيان صاحب ديوان پرده برداشته. Deinde difficultates, quibus aliquamdiu ab opere retentus sit, enumerat; in his, quod jam nonnulli historiam Oϑmânidarum et persice et turcice ediderint; sed quum non omnes scite et ad rei magnitudinem accommodate scripserint, ac Maecenatibus bene precari eosque laudare officium moslemicum sit, ipse autem, quo gratum erga eos animum demonstret, nihil praeter stylum habeat, se hunc experiri constituisse. Summis quidem scriptoribus se inferiorem esse, vulgaribus vero suae aetatis superiorem: واكرچه جواد مضمار كلام با مركب چابك سواران ميدان بيان، كه كوى فصاحت در خم چوكان اقتدار ايشان بود، همعنانى نتواند نمود، امّا از خرّ سواران بازار روزكار در رفتار كمتر نخواهد بود، وهرچند طاير مقصوص المنقار اقلام با شهبازان بلند پرواز، كه شكار معانى كار ايشانست، طيران نتواند نمود، از دانه چينان خرمن زمن باز نخواهد ماند. Immo si Sulthanus sibi faverit, se rem tam bene gesturum esse, ut priorum opera oblivioni tradi possint. Hinc f. 161 v. — 164 v. decem utilitates historiae rerum gestarum exponit. Postea dicit se sperare nonnulla ex iis, quae scripturus sit, ipsis Sulthanis institutioni et exemplo futura esse et librum Bajezido probatum iri. Exit oratio in inchoatas laudes filii Bajezidi, non dicitur cujus: ذكر شعبهٔ شجرهٔ عالى ثمره رسّخها الله تعالى فى مقرّ السعادة والدوام، ورشّح عليها مدرار الفضل من غمام الانعام،. Fol. 165 v. — 167 r. varia, ut locus de recta ratione templum intrandi, excerptus ex commentario arabico Ibn-Sejjid-ʿAlii in librum شرعة الاسلام; institutio turcica de conficiendo electuario philosophorum (معجون فلاسفه) de ejusque vi et usu, et alia de conficiendo electuario ad coïtum corroboranti; commentatio arabica de dicto Muʿhammedis: اذا سئلتم من الله الجنّة فاسئلوا الفردوس فانّه اعلى الجنّة واوسطها, excerpta ex aliquo libro illius Qâdhî-Baghdâd.

15) Fol. 167 v. — 169 r. *Pars ingressionis persicae ornatissimae operis historici alicui Timuridarum dedicati*, puto Mîrzâ-Chalîlo, qui avo Maracandis successit et ab A. Chr. 1405 ad 1415 regnavit. Hoc inde colligo, quod f. 168 v. l. 6 et 5 ab inf. tempus scriptae ingressionis sic indicatum est: در تاريخ بيست چهارم ذى الحجّة الحرام حجّة اثنى عشرة وثمانمائة, i. e. A. Chr. 1410, exeunte Aprili; rex autem, quem scriptor laudat, praeter alia appellatur فرمان حفيظى كه بر حسب فحواى فرماى ايران وتوران. Initium:

*) Hoc clientelae nomen ʿOtbî a cognomine Maʿhmûdi, Jemîn-eldaule, duxit.

یا نار کونی بردا وسلاما ابرهیم خلیل را در آتش سوزان گلستان روح وریحان داد، Chalil s. Abraham cum Deo primo loco positus et ipse argumento esse potest, librum illi Chalilo inscriptum esse. Fol. 168 v. transitur ad utilitates historiae, et inde ad laudes regis, maxime a religiosa pietate, qua ductus legendo Corano, contemplandis rebus divinis, laudando et precando Deo unice vacet, quid? quod ab interregno et turbis civilibus (فترة), quo tempore caerimoniis religiosis lege obstrictus non esset, ad hoc tempus, quo orbis terrarum ei pareat, ne unam quidem precationem divinitus praescriptam omiserit, atque etiam officiis ex imitatione Prophetae derivatis et operibus supererogatoriis assidue operam dederit. Dei autem beneficio cives sub justo ejus imperio tranquilla felicitate frui animorumque ulcera et vulnera benignitate ejus sanari. Exit oratio in versus, quibus scriptor eum laudat eique bene precatur. Duo ultima disticha:

تابعش باد یار شادی وبخت   حاسدش باد جفت ناله وآه
در نفسهای دشمنش تضمین   هر نفس صد هزار وا نفساه

16) Fol. 169 v. — 172 r., 173 r. — 174 r., 175 r. — 190 v., 194 v. — 214 r., 218 v. — 244 r., 245 v — 247 v., 250 r. — 251 r., 258 v. et 259 r., 261 v. et 262 r., 266 r., 268 r., 270 v., 271 r. et v., 280 v. et 281 r., 290 v., 292 v. — 297 r., 304 r. et v., 307 r. — 311 r., 312 r. et v., 314 r., 318 r., 323 v., 324 r. — 325 v. *Epistolae turcicae, persicae, arabicae, partim ad familiares, partim ad reges, proceres et viros doctos scriptae, partes epistolarum, formulae epistolares, libelli supplices eorumque fragmenta.* Initium facit f. 169 v. تعزیه نامه, epistola consolatoria de morte filii, turc. Sequuntur f. 169 v. — 172 r. epistolae turc. honoris et amicitiae causa scriptae, quarum argumentum fere hoc est, scriptorem recte valere atque alteri bene precari ejusque consuetudinem desiderare, item literas ejus summo cum gaudio accepisse et novas exspectare, al. Immixta sunt epistolarum inscriptiones, exordia, fragmenta, versiculi. Talia item inveniuntur f. 182 v., 183 v., 184 r. et v., 188 v., 189 v., 190 r. et v., 194 v., 205 r. Fol. 173 r. epistola turc. filii illius قاضی بغداد, de quo vid. No. 14, qua aliquem literarum studiosum doctori in discipulos recipiendum et fovendum commendat *). Item commendaticiae sunt epistolae turcicae f. 170 r., 173 v., 174 r., 183 r., 184 v., 189 v. et 190 r., 195 r. et v. **), 206 r., 207 r. et v., 208 r. et v., 209 r., 219 r. Ex arabicis f. 178 r. et v., 189 r. et v., 195 r., 206 v., prima et quarta commendaticiae sunt, secunda post regis laudes et bona vota summum ejus denuo videndi desiderium celebrat, tertia gratias pro acceptis literis et bona vota continet. Fol. 175 r. et v. duae epistolae turcicae, quarum posterior fine caret, Veziro munus recens acceptum gratulantur, duae aliae f. 176 r. et v. ad viros doctos scriptae desiderium reditus vel saltem literarum accipiendarum declarant. Scriptoris nomine insignis est f. 177 r. epistola turc. Ǵaʿferi, Nischânǵii imperialis (موقع جعفر چلبی), A. Chr. 1514 supplicio affecti vid. Hammeri Hist. regni osman., ed. post., I, p. 726 sq., et Hist. poes. osman., I, p. 180 sqq., qua Magnum Vezirum certiorem facit, Qâpiǵî-Bâschî Muflîʿh-el-dîn Begum mandata ejus ad se pertulisse iisque redditis Constantinopolin revertisse, quod argumentum solitis gratiarum actionibus, laudibus et bonis votis exornatum est. Alia ejus epistola turc. fol. 177 r. et v. Sulthâno Aʿhmed, fratri Selîmi I, eadem nuntiat, nisi quod is, qui mandata principis attulit, hic est Scherâbdâr-Bâschî Aʿhmed Beg. Fol. 177 v. et 178 r. nescio cujus epistola turc. ejusdem argumenti ad Sulthânum Maʿhmûd, qui per quendam Thâliʿî Ćelebî mandata ad scriptorem miserat. Fol. 179 r. Aʿhmed Pâschâ Ibn-Welî-el-dîn Iskender Pâschae turc. rescribit, pro quinquaginta vel sexaginta malis cydoniis (اللی التمش دانه ایوا), quae ille petierit, se quot habeat, id est septem, mittere, quam paucitatem deinde excusat. Fol. 179 r. et v. literae turcicae, quibus Bâjezîd II nuntiat, se Ainabachti (اینه بختی), i. e. Naupactum, die tertio Muʿharrami a Venetis deditione cepisse, vitis fortunisque incolarum pepercisse et praesidium in ea posuisse (vid. Hammeri Hist. regni osman., ed. post., I, p. 650). Fol. 179 v. et 180 r. et v. ejusdem Bâjezîdi epistola persica ad Ǵem fratrem, quam pertulit Wezîr Timûrtâsch Ćelebî. Argumentum hoc: Quum Bâjezîd versus praefecturam Ǵemi iter parasset, ita autem multis ultro citroque commeantibus in illis regionibus insoliti motus facti essent, Bâjezîd eos excusat fratrisque animum demulcet. Fol. 180 v. — 182 r. epistola persica Maʿhmûd Pâschae ad Sulthânum ʿHasan, qua ei Sulthânum Ǵihânschâh a se devictum esse nuntiat. Fol. 185 r. exordium epistolae persicae sic inscriptae: مکتوب مولانا اسعد الدین الدوانی لسید نظام الدین احمد الحسنی الحسینی الشیرازی. Is in ipsa epistola appellatur: قرة العیون النبویة، افتخار الائمة الهاشمیة، سلطان النقباء والسیادة، منبع المجد والسعادة، Fol. 185 v. epistola turcica, qua is, ad quam data est, rogatur, ne de Sipâhio, cui commissa sit, hominum malevolorum mendacia credat *). Fol. 186 r. — 187 r. epistola

*) Subscriptum est, ut Turcae saepissime articulo arabico abutuntur: من العبد الحقیر ابن القاضی البغداد; item alii epistolae turc. ejusdem argumenti ab eodem datae f. 207 r. subscriptum: من المخلص القدیم احمد الحسینی ابن القاضی البغداد.

**) F. 195 v. l. 5. citatum est hemistichium arabicum, quo beneficentia erga eum, a quo literae reddendae erant, per similitudinem commendatur: وللارض من كاس الكرام نصيب, *Terra quoque ex poculo hominum liberalium partem accipit*, quod morem libandi Orientalibus cum Graecis et Romanis communem prodit.

*) Faceti sunt versiculi arabici lin. 6, quibus aliquis se ipsum proposito Dei ac Prophetae exemplo de maledicorum protervia consolatur:

قيل ان الاله ذو ولد   قيل ان الرسول قد كهنا
ما نجا الله والرسول معا   من لسان الورى فكيف انا

Deus filium genuisse, Propheta hariolus fuisse dictus est; quum igitur nec Deus nec Propheta linguas hominum effugerint, qui ego effugiam?

arabica, qua discipulus doctorem pro commilitone, a quo ejus animus alienatior erat, deprecatur. Fol. 188 r. et v. epistola turcica, qua aliquis hominem aulicum de rege ei offenso consolatur, causam inimicis et invidis tribuit eumque denuo in gratiam regiam venturum, istos vero poenas daturos esse promittit. Fol. 196 r. — 197 v. epistola persica ornatissima ad Maʿhmûd Pâschâ Vezirum, qua scriptor ei nuntiat se mense Muʿharram ineunte literas ejus ex دار السداد محمّد آباد datas accepisse ex iisque intellexisse, coepta bene succedere et hostes Islami vinci. Inscriptum est: جوابْ مكتوب كُتب الى جناب الوزير الفاضل محمود پاشاه الرومىّ عليه الرحمة والرضوان. Eum tum in India egisse, et nomen urbis Muʿhammedâbâd, et hic locus, f. 197 r. antepen. et pen., significat: واكرچه ميان هند وروم بُعْد مكانيست، امّا يقين دانند كه ازدواج بياض رومى نهاد، ومداد هندى سواد، مستلزم انتاج قرب جانيست, *Etsi Indi ac Graeci locorum longinquitate dirimuntur, tamen constat, ex conjugio chartae, specie Graecam referentis, et atramenti, fusco Indo similis, necessario animorum conjunctionem nasci.* Fol. 197 v. — 199 v. epistola persica ad Sulthânum ʿHosein Baiqarâ, qua scriptor literas ejus ab Emîr Ǵelâl-el-dîn ad se perlatas esse nuntiat. Fol. 199 v. — 201 r. epistola persica ad Sulthânum Emîr-zâde Schâh Ǵihânschâh El-Lârî. Per solitas ambages scriptor dicit se literas Sulthâni accepisse datas d. 27 Ramadhâni ex دار السداد محمّد آباد, unde quum intellexisset illum victoriam reportasse et arcem hostilem جرون expugnasse, se incredibili gaudio perfusum esse; از استماع فتح جرون، دفع تمع ضيا اسم ظلام رسم ملعون، صداى شكر، ونداى ذكر، بقبّهٔ كردون رسيد، الخ. Quae sequuntur docent nomen regionis ditioni moslemicae subjectae fuisse Bîǵânger (مملكت بيجانكر) ejusque incolas idola coluisse; quare scriptor Deo gratias agit, quod illa victoria verae religioni viam in istam superstitionis silvam patefecerit. Quamquam nondum tota Moslemis parebat, sed tantum aliquot loca et castella ejus (بعضى از بقاع وقلاع بيجانكر، مسخّر لشكر ظفر اثر، كشته است); late enim patebat eratque اعظم دار الحرب كفّار، واكبر ولايت فسدهٔ نابكار. Sperat scriptor omnes illas terras ad Islamum conversas milites, arma, equos, vestes aliasque copias suppedituras esse. A Sunnita ad Sunnitam scriptam esse epistolam, extrema verba argunt: بمحمّد وحيدر، وابو بكر وعمر، . Fol. 201 r. — 202 r. epistola persica verbis (من لسان) Sulthâni Muʿhammed Schâh Behmenidae scripta ad Sulthânum Maʿhmûd Schâh الكجراتى, cui ille nuntiat literas ejus sibi redditas esse ab Islâm Chân et se vicissim has literas ad eum perferendas dedisse Sejjido Muzhaffer-el-dîn, deinde ei precatur, ut in bello suscepto feliciter pergat et arcem Gulnâr (حصار كلنار), ad quam castra posuerit, expugnet بمحمّد وحيدر. Fol. 202 r. — 203 v. epistola persica, qua scriptor Muʿhammedi II precatur, ut Graecos graecique imperii reliquias profliget. Fol. 204 r. et v. epistola persica in fine trunca, qua scriptor Sulthâno ʿAlâ-el-dîn El-Gîlânî pro literis ab eo acceptis gratias agit. (Multae harum epistolarum inde a fol. 196 r., si non omnes, a Ǵâmio, celeberrimo poëta persico, scriptae videntur.) Fol. 206 r. epistola turcica ad Ǵelâl-zâde Efendî, qua rogatur, ne eam scholam, in qua scriptor professoris munere fungebatur, اوتوز fieri sinat; id alibi fieri posse (باشد كه غير يرده اوتوز اولنه), suae autem scholae dedecori futurum esse (فقيروك مدرسه سى اوتوز اولمه كمال قبح اولا). Quid hoc sit: triginta fieri, nescio. Fol. 210 r. et v. epistola persica ad principem aliquem, ex abrupto incipiens. Scriptor queritur, homines sibi obnoxios (متعلّقان بندهٔ اخلاص شعار) a nonnullis aulicis (بعض از ملازمان دركاه عالم پناه) oppressos opes suas, ut isti illudentes dixerint, mutuas dedisse, id est rapina amisisse, tum inter turbas aufugisse et laborioso itinere ad se venisse. Narrationem concludit gravi hoc disticho arabico: شكوتُ وما الشكوى لمثلى عادة، ولكنْ تفيض الكأْس عند امتلائها، *Queror, etsi vir mei animi queri non solet; sed quum plenus est calix, redundat.* Fol. 210 v. exordium epistolae persicae ad Sulthânum ʿHasan Beg. Fol. 211 r. — 213 v. duo تنبيه نامه, i. e. epistolae quibus aliquis promissorum beneficiorum admonetur, turc. Medulla epistolae prioris ab ʿAbdallah quodam scriptae inclusa est his duobus distichis arabicis, f. 211 v. lin. 12 et 13: احرّك لا أنّى عرفتك ناسيا، لحقّ ولا أنّى اردتُ تقاضيا، ولكنْ رأيتُ السيف من بعد سلّة، الى الهزّ محتاجا وإن كان ماضيا، *Quatio* (i. e. excito) *te, non quod te ullius officii obliviosum noverim, nec quod quasi debitum exigam; sed vidi gladium semel strictum iterum* (ad novum ictum) *quatiendum esse, etsi acutus est.* In posteriore eaque copiosiore scriptor primum amicitiam suam et Isʿhâqi illius, ad quem scribit *), summque ejus videndi

---

Hic ذو كهنا scriptum est, recto قد كهنا fol. 2t3 v. lin. 2, et fol. 326 v. lin. 10, ubi iidem versus citati sunt.

*) De amicitia quae animas ante Adamum creatum conjunxerit, fol. 213 r. lin. 4 — 6:

نحن اللذان تعارفتْ ارواحنا من قبل خلق الله طينةَ آدم

in quam sententiam citatur propheticum illud: انّ الارواح جنودٌ مجنّدةٌ فما تعارفت (Cod. تعاقت) منها ايتلفت. Deinde hoc distichon:

desiderium celebrat. Deinde se munere honorifico, quo ille ornatus sit, magnopere laetatum esse dicit. Hoc quando factum sit, docet chronostichon turcicum, f. 213 r. lin. 2: چونكه او مه منزلت اتدى سعود شرف، دل ددى تاريخنى اوله سعادت قرين, i. e. A. Chr. 1530—1. Tum de male-
٩٣٧
dicentia inimicorum in se queritur, de qua si ille plura cognoscere velit, rogat ut ea ab ʿAbd-allah filio petat, cui hae literae commissae sint. Verum magis mirandum et dolendum hoc esse, quod etiam ab amicis (quo plurali Isʿhâqum tecte significat) opem non accipiat. Egregii sunt versus persici, quibus in hanc sententiam utitur, fol. 213 v. lin. 7 et 8:

يارى از ياران نمى بينيم يارانرا چه شد

دوستى كر آخر آمد دوستدارانرا چه شد

لعلى از كان مروّت بر نيامد سالهات

تابش خورشيد وسعى باد وبارانرا چه شد

Adjumentum ab adjutoribus non accipimus: adjutoribus quid accidit? Amicitia si periit, amicis quid accidit? Plures annos ex fodina humanitatis tuae rubinus nullus provenit: calori solis, industriae venti et pluviae quid accidit? Tandem in gravem hanc interrogationem erumpit:

آيين وفا ودوستدارى

در شهر شما مكر نباشد

Fidei et amicitiae usus num forte in vestra urbe nullus est? Hinc affirmat se, si posset, ipsum ad illius officium venturum fuisse eique bene precatur. Fol. 214 r. initium تنبيه نامه turcici, f. 219 v. et 220 r. continuati et finiti. Fol. 218 v. epistola persica gratulatoria de accepto munere aulico. Fol. 220 r. — 222 v. epistola turcica consolatoria, qua ad querelas viri docti de fortuna adversa respondetur, gravissimis illa et elegantissimis sententiis referta. Scriptor de literis gratias agit et quantam inde voluptatem ceperit declarat. Sed fuisse in iis querelas de aerumnis ex ipsa doctrina subnatis, quibus motus ille in otium et solitudinem secedere, immo peregre proficisci constituerit. Itaque primum docet, quanti et quam utilis sit doctrina *); deinde illud consilium oppugnat, patientiam commendat, homines doctos aliis consuetudinem et institutionem debere monet; ceterum mala perferendi conditionem omnibus mortalibus impositam esse; sapientis vero esse bona e malis, quantum possit, seligere atque ex ipsis malis utilitatem capere, omnia autem juxta cum Deo velle, ut recte possit dicere: اريد ما تريد فا *) يكون الّا ما اريد, *ego volo quae tu vis, itaque nihil fit nisi quod volo.* Praeterea fortunam secundam malis, adversam bonis propriam, illam odii, hanc amoris divini argumentum videri. Quare tristitiam excutiendam esse. His incommoda peregrinationis adjungit. Tum sensus animi et consilia etiam cum amicis communicare vetat; vulgus amicorum esse جواسيس العيوب وملاطيس القلوب, exploratores vitiorum et malleos animorum, sapientes autem et fideles hac aetate vix superesse **). Hinc iterum illud inculcat, in hoc mundo bona malis mixta esse ***); aegri autem animi

شَرِبْنا على ذِكْرِ الحبيب مُدامةً

سَكِرْنا بها من قبل ان يُخْلَقَ الكَرْمُ

*) Hic quoque alti spiritus doctrinae orientalis apparent, ut f. 221 r. l. 3: ورد فى كتاب الاحياء، الناس موتى الّا العلماء، et l. 4 et 5: ورد فى الحديث بين الحجج، الناس عالم ومتعلّم والباقى همج، . His consona sunt persica illa, f. 228 v. l. 12 et 13:

اى كشته بعقل وزيركى فرزانه

تحصيل كمال خويش كن مردانه

صافيست كسى كه علم وحكمت دارد

باقى همه دُرْدْ اند درين ميخانه

O tu, qui mentis vigore ingeniique acumine egregie doctus factus es, summas tibi laudes comparare strenue stude. Vinum limpidum in hoc oenopolia (i. e. mundo) is est, qui doctrinam et sapientiam in se habet: reliqui omnes faeces sunt.

*) In codice omissum est ما post اريد, et ف ante ما.

**) رباعى

رفتند جماعتى كه دانا بودند

در علم ونظر واقف ودانا بودند

امروز ازان قوم اثرى باقى نيست

كويا كه حباب موج دريا بودند

Decesserunt multi rerum gnari, in doctrina et contemplatione egregie versati. Hodie illorum nullum vestigium superest: bullas fluctuum marinorum fuisse dixeris.

Et paullo post: نظم

روى كريز نيست كه كردون كمان كش است

جاى درنك نيست كه كيتى مشوّش است

با هركه انس كيرم ازو سوخته شوم

بنكر كه أنْس وإنْس به تصحيف آتش است

Quo fugiam non habeo, ipsum enim coelum arcum tendit; diutius morari autem non possum, totus enim mundus perturbatus est. Cum quocunque familiaritatem jungo, ab eo uror; vide modo ut uns (familiaritas) *et ins* (genus humanum) *ex âtesch* (ignis) *male scripto oriantur.*

***) هر كلك خارى وهر ملك خمارى واردر، فرح وترح توأمان وتهنيت وتعزيت همعنان در، تنسّم رواحك تبسّم صباح پى رويدر، خير شر ايچنده منزوى وشر خيرله محتويدر، *Omnis rosa spinam, omne vinum crapulam adjunctam habet; laetitia et tristitia gemellae sunt, gratulatio et consolatio jugales; aurae vespertinae aurora matutina pedissequa est.* Cf. quarta et septuagesima sententiarum ʿAlii. Ceterum ex hoc loco intelligitur, quomodo et oratio et interpretatio loci a Meninskio ad verbum تنسّم citati emendanda sit.

medicinam esse non hominum delenimenta, sed coeli undique contemplationem; sapientem mala fortiter ferre atque in ipso carcere aequum animum servare *); praeterea ista incommoda mox praeteritura et commoda ex iis proventura esse. Tandem longitudinem epistolae excusat eamque bonis votis concludit. Fol. 223 r. — 224 r. Lâmiʿî, poetae turcici (de quo vid. Hammeri Hist. poes osman., II, p. 20 sqq.) literae supplices, مكتوب توقع, ad Magnum Vezirum, turcice. Primum monet, et majores suos Portae osmanicae fideliter serviisse, et se jam duos Sulthânos utraque oratione celebrasse, nunc autem ipsum Vezirum assidue laudare eique bene precari **), literis vero tantopere studere, ut jam quinque et triginta libros ediderit: اورب علم وهنر ذيلينه بنجه، ايرشدى نظم ونثرم سى وبنجه، . Deinde pro viro docto, qui, etsi in summo consilio aulico ab ʿUlemâ commendatus esset, tamen quinque annos frustra expectaverit, deprecatur, ut, si non munus, certe inopiae levamen impetret. (Hanc epistolam a Lâmiʿî scriptam esse, non solum inde colligo, quod bona pars sequentium manifesto ex collectione epistolarum ejus desumta est, de qua vid. Hammerus l. l. lin. ult., sed maxime ex significatione nominis, quae inest in his verbis f. 223 v. l. 1 et 2: بو عبد مخلصك وچاكر متخصصك عنوانى مهر وماه كبى لامعى لغله محرّر وداعى لغله مقرّر اولمشدر. Fol. 224 r. et v. دعا نامه turcicum, i. e. libellus Prusanorum ad Magnum Vezirum. Hospitio et legatis (عمارت واوقاف) Sulthâni Murâd in urbe Prusana priorum curatorum incuria et fraude pessum datis, eum principem, qui nunc illorum administrationem gerat, detrimentorum et impedimentorum recensum ad Portam misisse ab eaque potestatem petiisse pecunias perditas suis quasque locis repetundi. Itaque rogant, ut Vezirus civitati Prusanae in hac re faveat denuoque bene de ea mereat. Fol. 224 v. — 225 v. epistola turcica Derwîschi e posteris Prophetae *) ad Magnum Vezirum. Priores curatores hospitii et legatorum Prusanorum Sejjid Muʿhammed Buchârii (vid. Hammeri Hist. regni osman., I, p. 114 et 341, et Hist. poes. osman., II, p. 176 — 178), jussum imperiale secutos, in cibis ex culina illius hospitii distribuendis se comesorum vulgo praetulisse et, quum aestate cum ceteris Derwîschis rus ire soleat, reliquo autem tempore turba plebeja culinam obsidens viro religioso et quietis amanti molesta sit, sibi tantum rerum ad vitam necessariarum dedisse, quantum ciborum accepturus fuisset, si ex culina petiisset. Eum autem, qui nunc illo munere fungatur, hoc improbasse et ut a Porta vetaretur impetrasse. Jam igitur petit, ut pristina ratio restituatur. Fol. 225 v. — 226 v. Lâmiʿî epistola turcica Prusae ad Magnum Vezirum scripta, qua nuntiat se cum his literis ad eum misisse exemplum novi carminis sui *Weise we-Râmîn* (vid. Hammeri Hist. poes. osman., II, p. 21 et 63 — 89) ejus jussu descriptum a يحيى نالى چلبى, sene sollertissimo, qui nunc prae egestate erudiendis pueris victum quaerat. Eundem descripsisse exemplum corporis carminum suorum sive dîwâni prope decem millia distichorum continentis (نسخهء كلّيات ديوان بنده كه على الترتيب اون بيك بيته قريب در) et fere triginta alia opera (كتب ورسائل) a se ad Vezirum missa. Esse praetoriani filium (قول اوغلى) ejusque patrem munus custodiendi mausolei sulthanici (حضرت سلطان، عليه الرحمة والغفران، تربسنه تربه دارلق) accepisse, cujus muneris diploma his literis adjunctum sit; nunc autem visu ejus vehementer hebetato, se Vezirum rogare, ut patris munus ad filium transferat, aut, si quid obstet, huic in aliquo telonio scribae locum tribuat. Deinde dicit se a Veziro novum carmen incipere jussum *Heft peiker* delegisse (vid. Hammerus l. l. pag. 21 et 90); primum enim hoc argumentum a nullo poëta osmanico occupatum esse; deinde, quum alii Constantinopolin aedificiis ornent, sibi quoque visum esse septem palatia extruere illis praestantiora et, quod quidem speret, usque ad resurrectionem sarta tecta futura. Carmen tria quatuorve millia distichorum habiturum; jam fere mille finita esse. Postremo egestatem illius librarii iterum urget, quam si Vezirus levarit eumque necessitate puerorum erudiendorum exolverit, se hoc beneficium sibi datum arbitraturum esse. Fol. 226 v. et 227 r. ejusdem ad nescio quem epistola turcica. Queritur de infrequentia literarum; testatur se toto animo ei deditum esse ac semper fore, quamvis locorum intervalla et temporis diuturnitas intercedant. Haec se ideo exposuisse, ne ille putaret se propter literarum intermissionem ejus et officiorum suorum oblitum esse. Ceterum se ei per eundem Derwîschum, cui has literas perferendas dederit, misisse exemplum carminis sui *Wâmiq u-ʿAdrâ* **) (vid. Hammerus l. l. pag. 21 et

---

*)
خردمند اكر جا بزندان كند
زطبع خوش آنرا كلستان كند
چو در فسحت بسط ره يافت دل
چه غم دارد از قبض اين مشت كل

Sapiens si in carcere habitat, bona indole cum rosario similem reddit. Quum animus in apertum expansionis (hilaritatis) *viam reperit, quid angustias hujus pugilli pulveris* (corporis) *curat?*

**) Vix mollius quidquam atque facetius cogitari potest hac similitudine, fol. 223 r. antepen.:

بنده دن افلاكه اوچمز بر عبادت بلبلى
الميا برك دعاكنى كل كبى منقارنه

Nulla supplicationis luscinia a me ad sphaeras evolat, quin folium boni voti pro te ceu rosam in rostrum sumat. Fol. 225 v. lin. 10 pro افلاكه legitur آفاقه, f. 228 r. l. 5 كردونه (nam كرونه error librarii est). Utroque loco pro الميا oratione integra est كالميا, i. e. كه الميا, quasi *k'almaja*, ut *ch'* et *qu'* apud Italos et Gallos pro *che* et *que*.

*) Vid. fol. 225 r. lin. 2 et ult. Num Lâmiʿî hanc originem professus sit, mihi non constat. Sed fortasse hanc epistolam et superiorem illius Derwischi et Prusanorum mandato scripsit.

**) Haec nomina corrupta sunt in Chrestom. pers. Wilkenii, pag. 170 lin. 3, ubi pro دامق وغدر است legendum وامق وعذراست.

45 — 63; translatio germanica brevior ab eodem edita est Vindobonae, 1833.) Fol. 227 v. et 228 r. ejusdem epistola turcica ad Magnum Vezirum, quacum ei misit exemplum jussu ejus descriptum dîwâni sui prope decem millia distichorum continentis et priorem prope quingentis distichis superantis (بو دیوانچه نك اوّلکی دن بیش یوز بیته قریب زیاده سی واردر). Rogat ut et librum, et eum, cui commissus sit, benigne accipiat *). Deinde, quamquam et corporis et animi molestiis conflictetur, novi carminis *Heft peiker* jam fere mille et ducenta disticha finita esse nuntiat. Fol. 228 r. — 229 v. ejusdem epistola turcica ad ʿAbd-allah filium, literarum studiosum, fere eodem tempore scripta; nam totidem disticha illius carminis finita esse dicit. Quum autem filius carmen ejusdem nominis et argumenti a Newâî compositum in bibliothecis et librariorum tabernis frustra a se quaesitum esse asseverasset, pater eum excusatum habet; si reperiri potuisset, gratum futurum fuisse; quum autem non possit, nihil referre. Deinde sibi nuntiatum esse dicit, illum in societatem procerum venisse, unde ei largissimos studiorum fructus brevi percipiendos promittit. Sed quod ille patris monita de munere professoris nondum ambiendo verbis acerbis et argumentis nullis reprobaverit utque sententiam mutaret peticrit, de hac immodestia eum objurgat et praecoces hos spiritus damnat. Tum eum aliorum maledicentiam, suae vitiositatis conscium, non solum patienter ferre jubet, sed etiam par pari referre vetat; non omnia enim, quae bona videantur, laudanda esse, non omnia quae mala, vituperanda; quam sententiam hoc disticho persico confirmat:

بر آستانهٔ میخانه کر سری بینی
مزن به پای که معلوم نیست نیّت او

Si in limine oenopolii caput depositum vides, ne feri pede; ignoras enim consilium ejus. Fol. 230 r. — 231 r ejusdem epistola turcica, qua vim et usum electuarii cujusdam (معجون), quod ab amico rogatus ei misit, utraque oratione celebrat. Fol. 231 r. et v. ejusdem epistola turcica ad Qâdhî-âskerum. A Sulthano novum carmen scribere jussum, se Qâdhî-ʿaskerum de *Heft peiker* turcice reddendo consuluisse et, quum ille argumentum probasset, opus aggressum esse. Jam intra duos menses fere tria millia distichorum finita esse, ei mox mittenda; quorum vitia ut ab eo excusentur rogat et cur id speret indicat. Fol. 232 r. et v. encomium persicum Solimani Magni propter victoriam A. Chr. 1526 de Hungaris reportatam. Describitur trajectus Savi et Dravi; prope viginti arces expugnantur; rex hungaricus exercitu instructissimo adversus Moslemos profectus vincitur; exercitus partim occiditur, partim capitur, partim Danubio hauritur. De regis interitu nihil. Inscriptio haec est: صورت تقریض است برای فتح ممالك انكروس منحوس;

*) Fol. 227 v. fin. 15: بیت

نملة جاءت برجل من جراد تو سلیمانی کن ای آصف نهاد

Formica pedem locustae attulit: tu Salomonis benignitatem imitare, o Asafi ingenio praedite! Vid. Hammeri liber Rosenöl, pag. 169 et 170.

initium: حمد نا محدود، وثناء نا معدود، از زبان هر موجود، finis: نقطع دابر القوم ;مر آن واجب الوجودی را که الخ الذين ظلموا، والحمد لله ربّ العالمين، والصلوة على سيّدنا محمّد وآله اجمعين. Fol. 233 r. et v. epistola turcica, qua adolescens doctorem rogat ut se in discipulos recipiat. Fol. 233 v. et 234 r. alia ejusdem argumenti. Fol. 234 v. — 235 v. epistola turcica Lâmiʿî ad Magnum Vezirum, quacum ei per ʿAbd-allah filium tres libros prosa oratione scriptos misit: *Mirʾât-el-esmâ*, *ʿIbret-numâ*, et *Munâzharâti-behâr u-schitâ* (vid. Hammerus l. l. pag. 20, ubi pro Ibret-numâ scriptum est Ibret-name; argumentum disceptationis veris et hiemis explicatum est pag. 29 — 40). Hac occasione usus filium Veziro commendat eumque quatuor fratres habere dicit, quorum unus in aliqua schola (*medrese*) literis operam det, reliqui mox ad eadem studia dimittendi sint. Fol. 236 r. et v. alicui turcice ad epistolam respondet, qua ille munus professoris sibi mandatum esse nuntiaverat. Scholae talem virum gratulatur, hoc distichon ad eum accommodans: نه بمنصب بود بلندیٔ مرد، بلكه منصب بود بمرد بلند، *Non vir munere nobilitatur, sed munus viro*, deinde ei bene precatur, plura autem adjicere dicit esse ارسال كزبره كرمانه، والقاء قطره عمانه، *coriandrum in Kirmaniam mittere et guttam in mare jacere*, quae sunt proverbia de re supervacanea, ut apud Graecos γλαῦκ᾽ εἰς Ἀθήνας. Fol. 236 v. — 242 r. Muʿhammedi, viro in alta dignitate constituto, pro beneficiis ab eo in ʾAbd-allah filium collatis gratias agit et Rûschenî-zâde aliquem commendat; f. 238 r. — 239 r. pro acceptis literis gratias agit et scriptorem laudibus bonisque votis cumulat; f. 239 r. — 240 r. summam amicitiam ardentissimumque amici desiderium declarat; f. 240 r. — 241 r. pro literis gratias agit, quantopere amicum desideret exponit, et si quid in hac epistola peccaverit, veniam petit; f. 241 r. — 242 v. gratias agit pro literis et pecunia, medicina inopiae tam praesentis, ut jam de vendendis aliquot libris quamvis necessariis cogitaverit. Fol. 242 v. inf. promittitur epistola, qua aliquis responderit ad literas, quibus de existimatione sua ab homine malevolo attentata certior factus esset; sed quae f. 243 r. et v. sequitur epistola turcica, aliquem de morte cognati aut amici consolatur. Alia ejusdem generis est f. 251 r. de morte filii. Fol. 243 v. adolescens literarum studiosus doctori commendatur in discipulos recipiendus; ejusdem argumenti itemque turcice scriptae sunt duae Aʿhmed El-ʿHoseinii f. 280 v., una f. 296 r. sic inscripta: توقیع تربیت طالب علم, ita ut توقیع sit pro توقّع, quod petitionem significat ut رجا et ترجّی, una inchoata tantum f. 296 v., duae f. 323 v. et 325 r. Fol. 244 r. gratulatio turcica de accepto munere judicis Qâhirensis (مصر قضیلغی); f. 310 v. et 311 r. exordium gratulationis turcicae ad regem recens inauguratum; f. 312 r. et v. epistola arabica, qua Muʿhammed II Ainâlo, Sulthano aegyptio (regn. A. Chr. 1453 — 1461), susceptum regnum gratulatur. Inscriptio etiam nuntium de Constantinopoli eodem anno expugnata promittit, sed epistola in gratulatione desinit. Fol. 245 v. et 246 r.

exempla persica exordiorum et aliarum partium epistolarum; turcica et arabica ejusdem generis sunt f. 247 v., 258 v., 259 r., 271 r. et v., 292 v., 293 v., 295 v., 296 v., 297 r., 309 v. Fol. 246 r. — 247 r. epistola persica, qua aliquis ex patria exul Magni Veziri opem implorat. Fol. 250 r. et v. epistola turcica, qua pro literis gratiae aguntur et novae petuntur. Similes epistolae vel officii vel humanitatis vel amicitiae causa scriptae sunt f. 258 v., 261 v., 262 r. (in qua aliquis queritur, quod misso professoratu munus judicis molestiarum plenissimum susceperit, maxime quod reditus ejus, ex quo huc venerit, binos et tricenos nummos pro singulis causis non superaverint: قاضیلق محصولی دخی بندهکوز بونده کللدن اوتوز اکی شردن زیاده اولمش دکلدر), 266 r., 270 v., 290 v. (ab ʿAbd-allah, Professore scholae Constantinopolitanae ad aedem S. Sophiae, عبد الله المدرّس بمدرسه ایا صوفیه, ad amicum provincialem scripta), 293 r., 293 r. — 295 r., 310 r. et v, 318 r. Fol. 250 v. epistola turcica exordio carens, qua Aʿhmed, praefectus alicujus sanǵaqatus, Portae commendatur, quod totam illam regionem ab infestatione latronum (qui باباش حرامی لری appellantur) liberaverit, praecipue autem in suo sanǵaqatu Arabes rebelles (عصاة عرب) usque ad ardua montium juga persecutus multas pecunias publicas ab iis raptas reddere coegerit easque aerario restituerit. Aliae tales epistolae turcicae sunt f. 266 r., qua Mewlânâ Muʿhammed Ibn-El-Sejjid Zein-el-ʿâbidîn e gente Prophetae commendatur, quamquam epistola post ipsum illius nomen abrupta est; f. 268 r., qua Emîr Efendî aliquis tutelae alius, in cujus regionem negotiorum causa ex سرحدّ روم profecturus erat, commendatur; f. 295 v. توقیع منصب, quo Mewlânâ Moʿhjî 'l-dîn, qui aliquamdiu vicarius judicis Prusani fuerat, ab hoc Portae commendatur, ut eum alicubi judicem faciat; f. 296 r., 308 r. — 309 r. et 311 r. sex epistolae argumento ad illam f. 268 r. accedentes; f. 325 v. judex aliquis anatolicus Sulthanum rogat, ut Iflâthûn-zâde (Platonis filius), qui prius ipsius vicarius fuerit, deinde scheich sive concionator ordinarius ad aedem Prusanam Jildirim-Châni (i. e. Bâjezîdi I) factus sit, jam novo Prusae incendio et domicilio et majore parte rerum suarum privatus aut illud munus recuperet, aut aliud fructus et honoris ejusdem impetret. Fol. 293 v. literae turcicae ad regem aliquem, quibus aliquis magistrorum palatii pro Muʿhammede, praefecto cellariorum (كلارجی باشی), quem inimici apud regem calumniati erant, ita ut eum a munere removeri juberet, pro eo deprecatur ejusque intemeratam probitatem testatur. Fol. 296 v. et 297 r. epistola turcica, qua alicui pro novo beneficio gratiae aguntur ejusque benevolentia ut perpetua sit rogatur; fol. 304 r. et v. alia, qua aliquis Magno Veziro gratias agit, quod se a munere judicis Damasceni ad munus judicis Qâhirensis provexerit; fol. 324 r. finis epistolae turcicae, qua pro beneficio gratiae aguntur. Fol. 324 v. epistola turcica Muftîʿh-el-dîni, judicis Eskischehrensis, qua administratorem (*mutewelli*) scholae alicujus ex legato conditae graviter accusat, quod in largissimo legati fructu jam dudum professoribus ne obolum quidem de salario solverit, nunc autem discipulos quoque stipendiis et pecuniis mensalibus (حقوق طلبه وطعامیه لری) defraudet. Miratur quod is, ad quem literae datae sunt, hominum male fidorum testimoniis fretus tali viro administrationem legati commiserit, praesertim quum viri probi non desint. Rogat Sinân Ćelebî Efendio, judici Prusano, mandetur, ut in totam illam administrationem inquirat. Si ipse, cui prius talis inquisitio mandata sit et qui bene compertum habeat quid hic terrarum fiat, illi adjungatur, etiam plura cognitum iri. Ita et illum, ad quem scribit, a Deo largissima praemia accepturum, et se in judicio extremo quasi istorum scelerum conscium et celatorem non iri punitum. Restat epistola fol. 307 r. et v. ad Schihâb-el-dîn Beg scripta. Primum scriptor narrat, ex quo huc in Wilâjeti-Rûm venerit, se rebus angustis pressum ad viros principes aut ad amicos literas dare non potuisse, et quod pecuniam, quam Aʿhmed Aghae debeat, nondum reddiderit, ejus rei Schihâb-el-dînum veniam petere vult. Deinde rogat operam det, ut ea ziʿâmet, quam prius Ainâl quidam habuerit, postea ipse acceperit, novissime autem filii Ainâli jussu imperiali recuperaverint, sibi reddatur, quoniam timarorum suorum, quos enumerat, fructus paene nulli sint, et ziʿâmet illa, quum tantum duo et viginti millia asprorum ex ea redeant, inter quatuor vel quinque homines recte dividi non possit. Tandem eum commendat, cui has literas perferendas dedit, Muʿhammed Ćelebî scribam, qui postquam reipublicae diu servierit, expeditionibus adverus Tebrîzum et Arabes susceptis (تبریز وعرب سفرلری) interesse non potuerit omninoque propter virium defectum emeritus sit, nunc autem munus praefecti arcis Toqatensis (توقات دیزدارلغی) petiturus, literis commendaticiis Paschae hujus provinciae instructus ad aulam proficisci constituerit. — His epistolis immixtae sunt praefationes arabicae variorum librorum, hae:

17) Fol. 174 v. *Praefatio adnotationum* (*ʿhawâschî*) *ad commentarium Schems-el-dîn El-Iffahânii in Thawâliʿ-el-enwâr*, Sulthano alicui dedicatarum. Initium: باسم من لاح على بساط الامكان آثار وجوب وُجوده، ولاح بحدايق الاكوان ازهار فيضه وَجوده. Finis: والى الله ابتهل لان يهديني الى سواء الطريق، انّه باجابة رجاء المؤمّلين حقيق،

18) Fol. 191 r. — 193 v. *Praefatio commentarii in Abû-Jaʿqûb Jûsuf El-Sekkâkii Miftâʿh el-ʿolûm*, Bâjezîdo II dedicati. Initium: الحمد لله الّذى يسّر لنا عنان بدايع المعانى، من الاوّل والثوانى،. Laudat scriptor opus El-Sekkâkii *), sed artem rhetoricam, per quam solam recte intelligi possit, nunc paene perditam esse queritur; unde bene factum esse quod ipse ab

*) Hoc opus esse aït عَلَما فى فنون الاطناب والايجاز، واقتنان الحقيقة والمجاز، وتناسب الصُدور والأعجاز; sic autem enumeratione partium principalium Rhetoricam designari, docet alius quoque locus hujus codicis, fol. 198 r. l. 4 et 3 ab inf., ubi de oratione simplici et sincera sic est: وزبان زارى تصنّع سلك اطناب وايجاز، وتكلّف اساليب حقيقت ومجاز، از سر نيازخواهان است كه الخ

adolescentia usque ad aetatem virilem ei constanter operam dederit. Ita se cognosse quanti sit commentarius Nizhâm-el-dîn El-Sejjid el-scherîfi s El-Gorǵânii in illud opus, et alter, ex quo El-Gorǵânî plurima repetierit, Saʿd-el-dîni s. El-Teftâzânii. Ex horum conjuncto studio se multa rectius intellexisse quam vulgus interpretum. Ceterum errare eos, qui commentarium El-Gorǵanii tam caeca superstitione sequantur, ut quodcunque ille dicat verum esse clament. Dectrinam non paucis quibusdam quasi testamento legatam esse, ut post illos nemo mortalium ea potiri queat; immo tantum abesse ut ipsius Dei liberalitas res arcanas hominibus invideat, ut Coranus oratione haud obscura eas exponat, quamquam scientia divina humanam omnem superet *). Inter illa autem studia rhetorica regnum suscepisse Bâjezîdum fil. Muʿhammedis, qui multis laudatur; ei se hunc commentarium dedicasse, in quo El-Gorǵânii et El-Teftâzânii bona conjunxerit, alterum ex altero suppleverit et correxerit, dissensiones eorum recte dijudicaverit, etsi se ipsum non ab omni errore liberum existimet. Nomen commentarii his verbis significatur: قرّ عنونته، بل زيّنته، بغز (بعز l.) القابه، وغر احسابه، sed ipsum hinc definire non audeo. Adjectae sunt glossae inter lineas et in marginibus. Finis:

شعر

فيعطى لنا القدر الجميل فاته
سجيّته عين يسنّى بها الدعر

وبالله التوفيق، واليه انتهاء الطريق،

19) Fol. 194 r. *Praefatio libri*, cujus et scriptor et inscriptio latent, *de legatis* **) *Adrianopolitanis*, in quae scriptor inquirere jussus erat a Bâjezîdo II, ad quem hunc librum detulit. Initium: الحمد لله الّذى تحيّرت عقول العقلاء فى بيداء ذاته، وتجزت افهام الفضلاء فى فضاء صفاته، . Finis:

بيت

وعين الرضا عن كلّ عيب كليلة
ولكنّ عين السخط تبدى المساويا

والله المستعان، وعليه التكلان،

20) Fol. 253 v. et 254 r. *Praefatio opusculi theologici, quo dubitationes et objectiones imperiti cujusdam scriptoris refutantur*, Bâjezîdi II jussu scripti eique dedicati. Initium: سبحانك سبحانك، ما اعظم شانك، واعزّ سلطانك، واجلّ برهانك، والله المستعان على ما اقول، وعليه . Finis: واعمّ احسانك، التكلان فيما اردت اليه الوصول،

21) Fol. 281 v. — 282 r. *Praefatio adnotationum* (ʿ*hawâschi*), Bâjezîdo II dedicatarum, *ad alias adnotationes ad commentarium in Teǵrîd el-kelâm* (حواشى شرح التجريد). Hae antiquiores adnotationes sine dubio El-Gorǵânii sunt, de quibus vid. ʿH.-Ch., II, p. 195. Initium: امّا بعد حمد من يستحقّ الحمد لذاته وصفاته، ويستوجب الشكر لجزيل والى الله الرجعى، والعاقبة لمن . Finis: الآئه وعميم انعامه، اهتدى، . Sequitur initium ipsarum adnotationum: قوله خصّ بالذكر من صفاته ما هو اخصّ به تعالى، اقول المراد بالاخصّيّة الاظهريّة فى الاختصاص دون المعنى الظاهر منها الخ

22) Fol. 282 v. — 284 r. *Praefatio commentarii in Mirʾât el-ușûl fî scharʿh mirqât el-wușûl, ab ipso ejus auctore scripti.* Initium: لك الحمد يا من خلق الانسان من صلصال، فجعل الشرع له العقل والعقل له العقال، . Medulla praefationis haec est: Inter libros de *ușûl el-fyqh* eminent *Ssadr-el-scherîʿae El-Tenqîʿh* ejusque commentarius ab eodem scriptus *El-Taudhîʿh* (vid. ʿH.-Ch. No. 3674), et *Saʿd-el-dîn El-Teftâzânii* commentarius ad utrumque spectans *), *El-Telwîʿh ila keschf ʿhaqâïq el-Tenqîʿh.* Sed quum hic quoque, ut ipsum nomen indicat, difficultates non omnino explanaret, nec omnes attingeret, praeterea Ssadr-el-scherîʿam immodice impugnaret, multi in sententiis ejus interpretandis, confirmandis, refutandis, operam posuerunt, aut rectius perdiderunt; nam vel optimi inter eorum libros, *El-Naqd* et *El-Tergîʿh* (vid. ʿH.-Ch., II, p. 446 l. 2), errorum pleni sunt. Itaque noster eos superare studuit hoc libro: *Mirqât el-wușûl ila ilm el-ușûl*, et commentario in eum: *Mirʾât el-ușûl fî scharʿh mirqât el-wușûl*; deinde in ipsius commentarii prolegomena commentariolum edidit, qui quum a viris doctis cum favore exceptus et cupide multumque descriptus esset, eodem modo totum librum suum explicare instituit. Finis: انّه على ما يشاء قدير، وبالاجابة جدير، وهو حسبى ونعم الوكيل،

23) Fol. 284 r. — 285 r. *Praefatio commentarii in El-Gorǵânii commentarium in El-Sekkâkii Kitâb el-miftâʿh* **). Initium: نحمدك يا من علت سرادق كبريائه عن ان يجول

---

*) والعلم ليس وقفا على قوم حتّى يغلق بعدهم بابه على العالمين، بل فائض العلم المبين، ما هو على الغيب بضنين، حتّى نطق به الكتاب الحكيم، وفوق كلّ ذى علم عليم،

**) Nam sine dubio lin. 15 pro الاوقات legendum est الاوقاف in his verbis: الى تفتيش الاوقات الكائنة فى محروسة ادرنه المحميّة، حرسها الله عن الآفات والبليّة،

*) Nam, ut est fol. 283 r. lin. 4—9: *Habenam studii et curae ad solvendos nodos expediendasque difficultates amborum flexit, ut et textus explicaretur, et commentarius clarior dilucidiorque fieret.*

**) Sic ipse scriptor. Sed ex iis, quae sequuntur, hic quidem tertiam El-Miftâʿhi partem de arte rhetorica intelligendam esse constat.

حول بيانها العبارات والاشارات، وانقطعت دون معارج اعتلائه السنة الحقائق والمجازات والكنايات والاستعارات، . Narrat scriptor, se finito artis rhetoricae studio post primam adolescentiam partem vitae in El-Gorgânii commentarium penitus intelligendum impendisse, et quum ad se in quadam terra commorantem homines artis rhetoricae studiosi convenissent illumque commentarium se duce interpretari coepissent, ita autem praestantiam suae explicationis cognossent atque ut eam commentario comprehenderet petiissent, se iis hoc libro satisfecisse, eumque nescio cui Sulthano dedicasse. Finis: والله ولىّ الاعتصام، وهو حسبى فى نيل المرام،

24) Fol. 285 v. — 288 r. *Praefatio commentarii El-Dhau in locos selectos El-Mifbâ'hi*, cujus initium et argumentum indicavi supra, pag. 342 col. 2. Adjectae sunt glossae inter notas et in marginibus. Finis: والله تعالى ولىّ التوفيق، وبتحقيق الامنيّة حقيق، وهو حسبنا ونعم الوكيل،

25) Fol. 288 v. *Praefatio speciminis a mulâzimo aliquo de loco El-Hidâjae ex libro de emtione venditione excerpto conscripti.* Initium: الحمد لله الّذى اعطانا هديّة الهداية، ذلك المأمول. واغنانا عن الغيب بعطيّة عين العناية، Finis: وبالله اعتصم واستعين، وهو حسبى ونعم المعين،

26) Fol. 301 v. *Praefatio* non tota *libri de Astrologia*. Hoc conjicio ex initio: الحمد لله الّذى جعل النجوم مصابيح لما بعدها من المفاتيح، وكلّ مصباح مفتاح، ولكلّ مفتاح اسم (الاسم .l) الآلهى فتّاح، ; constat enim scriptores mu'hammedanos saepe ipsis verbis 'hamdalae argumentum libri significare. Nescio an nomen quoque libri ex his verbis post positis elici possit: فقد استخرجتُ مَنْ له الطول، وبه وبعد القوّة والحول، فى نظم اللؤلؤ المستور، من خلف الستور، باسم من دخل فى زهرة (زمرة .l) الحسان، وعدّ من فرائد العقبان، يوسفىّ الصفات اسما وفعلا الخ. Ille Jûsuf, cui librum dedicatum esse haec verba et quae sequuntur indicant, erat Qâdhî-âsker regnante Sulthâno Murâd, nescio quoto; appellatur enim القاضى (قاضى .l) الجيوش السلطانيّة المرادية. Abrupta est praefatio in laudibus hujus viri: حتى وضع له القبول فى القلوب، وفتح عليه ابواب الخير والتوفيق من علّام الغيوب،

27) Fol. 305 v. et 306 r. *Praefatio commentarii in librum* كشف الاسرار فى المنطق *scriptum a* محمّد بن نامادر ابن محمّد الخونجى. Initium: اسبّح لله فاطر ذوى العقول النوريّة، ومظهر خفيّات الاسرار الربوبيّة، . Deinde dicit, illum librum, quamquam utilissimus sit, tamen idoneum interpretem nondum nactum esse; nam eum, qui hoc nomen affectaverit, vel propter invidiam pravumque studium, vel propter ingenium libro intelligendo impar, nihil nisi futiles dubitationes et objectiones protulisse. Itaque se voluntati quorundam virorum doctorum obsecutum hunc commentarium scripsisse eumque regi (*Schâh*) Ma'hmûd dedicasse. Finis: وها انا افيض فى المقصود، متوكّلا على الصمد المعبود، ونذكر قبل الشروع فى شرح ترجمة الكتاب للمص (فى شرح .l الكتاب ترجمة المص) ترغيبا فى استفادة الشارع بكتابه، فنقول Inter fol. 305 v. et 306 r. nonnulla excidisse interrupta oratio ostendit.

28) Fol. 311 v. et 312 r. *Praefatio commentationis de quodam versiculo coranico.* Initium: اللهمّ لك الحمد على ما وفّقتنا لمتابعة السنّة والكتاب، واوقفتنا مواقف ترقى (?) الخطاء عن الصواب، . Versiculorum coranicorum eandem omnium divinam perfectionem esse aït, quam nullum ingenium, nulla ars assequi, nedum superare possit, sed gradu tamen inter se differre et alios aliis praestare, ut hunc versiculum *), cui explicando postquam praeter alios auctor libri الاصباح عن المصباح in eo ipso singularem quandam operam dederit, se primum separatim librum de eo scripsisse eumque principi alicui viro (بعض الاعالى والملوك) dono obtulisse, sed quum ille a labore legendi abhorruisset, se eum tersiorem reddidisse et sententias iterum diligenter examinasse **); hanc novam recensionem autem se dedicasse viro, quem ex nominibus honorificis summum aliquem in administranda republica locum tenuisse apparet. Finis: وعلى الله التوكّل والاعتماد، فانّه خير مؤمّل ومعاد،

29) Fol. 313 r. et v. *Praefatio* in fine trunca *commentarii a Mu'hammed Ibn-'Abd-allah El-Herawi scripti in Schems-el-dîn El-Samarqandii Âdâb-el-ba'hϑ.* Cf. Cod. XXXVI, 1. (Nomen suum ipse interpres post وبعد sic indicat: فيقول افقر الخلائق الى الله العلىّ، محمّد بن عبد الله الهروىّ،). Initium: خير المبادى ما ينادى على حمد من سدّد النظر، والزم الافحام للمناظرين فى ذاته من ذوى الفكر، . Post laudes operis Schems-el-dîni priores interpretes multa expedienda reliquisse aït; quare se jam dudum sententias adhuc obscuras illustrare voluisse, sed temporum iniquitate ab efficiendo proposito impeditum esse, donec

*) هذه الآية الرفيعة الغرّاء، والكلمة المنيفة الشمّاء، scilicet quem inscriptio libri indicabat, qua nos caremus.

**) Id sic dictum est: رفعت عن وجهها الغبار، وعيّرتها بمعيار الاعتبار،

favore regis, in quo laudando praefatio desinit, sibi laetiores dies illuxerint. Quum eum السلطان العادل والخاقان الفاضل appellet, ʿOϑmanidam fuisse puto. Ultima verba: لاهل المكرمات والفضائل امام. Hic interpres ab ʿH.-Ch. No. 293 omissus est.

30) Fol 316 r. — 317 v. *Praefatio libri El-Fetâwâ el-tâtârchânijje cum parte prolegomenorum.* Initium: تحمد ربّنا على ما اسبغ علينا من العطاء، واسبل من الغطاء، . Dicit scriptor, de quo vid. ʿH.-Ch. No. 2039, se a summo Châno (الخان الاعظم، القهرمان المعظّم،) jussum esse librum colligere responsa de jure, casus juris, statuta Imamorum et dicta doctorum de officiis et juribus continentem, quem qui habeat ceteris ejusdem argumenti omnibus carere possit. Itaque se hos libros excussisse: الفتاوى ,الذخيرة ,المحيط, الفتاوى العتابيّة ,جامع الفتاوى ,الخلاصة ,الظهيريّة ,الخانيّة, التهذيب ,الحجّة ,النسفيّة ,السراجيّة ,الصيرفيّة ,العناية, الهداية ejusque commentarios, النوازل ,التفريد ,التجريد, خزانة الفتاوى ,الفتاوى الناطقيّة ,جامع الجوامع ,الحاوى ,الوقاية, الصغرى (aut conjunctim الكبرى والصغرى), الكبرى ,الفقه, العيون ,المضمرات ,المختار ,الملتقط ,الينابيع, et alios quos ab initio eorum locorum nominaverit, ubi dicta doctorum cum auctoritatibus relata sint. Ceterum se brevitati studuisse et argumenta rationesque plerumque omisisse, sed nomina librorum, unde sua sumserit, integra posuisse, non siglis adumbrasse, praeter unum المحيط, pro quo saepissime citato compendii causa م scripserit. In statutis, quae in omnibus libris invenisset, se sat habuisse unam auctoritatem citasse; quae alibi absolute, alibi restricte dicta vidisset, ea se utroque modo retulisse; si quid in aliis libris invenisset, in aliis non invenisset, se utrosque distincte nominasse; tandem in disponendis capitibus se El-Hidâjam secutum esse. Jam ad ipsum argumentum transgressus caput (باب) praemittit de doctrina in universum et de incitamentis ad eam comparandam, idque dividit in septem sectiones (فصول), quarum prima, quae tota extat, doctrinam definit, secunda, cujus ultima pars excidit, praestantiam doctrinae et doctorum et muneris docendi versiculis coranicis et dictis Muʿhammedis (اخبار) et sociorum ejus posteriorumque doctorum (آثار) probat. Ultima verba: ثمّ شرب الخمر وقال لم اعلم بتحريمها ولا يعلم الحلال

Item duae praefationes persicae:

31) Fol. 251 v. — 252 v. *Praefatio, prolegomena et pars ipsius tractatus de notis numerorum indicis* *) *ad genus scribendi arcanum adhibendis, auctore* (* حسام الصفناقى. Ipse opusculum nominat رساله در بيان قواعد خطّ صفناقى. Praefatio, quae sic incipit: الحمد لله الّذى زيّن وجه حبيبه بتجلّيات حظوظ خطوط اسرار جلاله، وعيّن عين حبيبه (sic) بلمعات مشارق انوار جماله، , docet illud scripturae genus, quod scriptor a se ipso nominavit, inventum esse A. H. 750 (Chr. 1349—50), hoc opusculum autem A. H. 862 (Chr. 1457—8) compositum et Sulthâno Muʿhammed II, cujus laudes post tasmijam celebrantur, dedicatum esse. Divisum est in prolegomena, مقدّمه, sectionem, فصل, et clausulam, خاتمه. Prolegomena sunt de notis numerorum indicis, deinde literis arabicis ad numerandum traductis (حساب ابجد s. حساب جمل). Notae indicae novem primorum numerorum a mathematicis (مهندسان) ad novem sphaeras coelestes designandas excogitatae esse dicuntur, ut ١ prima sphaera esset, ٢ secunda, et sic deinceps. Quod de ipso tractatu superest fol. 252 v., docet novem notas indicas ita ad duodetriginta literas arabicas indicandas adhiberi, ut prima (ا) quatuor repraesentet, ceterae ternas, easque antiquiore illo ordine quo in Ebǵed se excipiunt, triplex autem potestas nudo signo, adjecto puncto, et alio signo (علامت) distinguatur. Finis: وآن نه كلمه كه عبارت از ابجد اين خط است اينست بخط عرى.

32) Fol. 314 r. et v. *Praefatio interpretationis persicae Corani ab ʿHosein Wâʿyzh Kâschifî factae.* Initium: بعد از تمهيد قواعد محامد آلهى، وتأسيس مبانئ ثناخوانئ حضرت رسالت پناهى، عليه وآله واولاده صلوة مصونة عن التناهى، نموده مى شود كه الخ Dicit scriptor se antea ab Emîro, quem ʿAlî-schîrum esse tam ex ʿH.-Ch. No. 4274, quam ex ipsa hac praefatione constat, jussum esse Coranum persice interpretari, cujus interpretationis a se (** كتاب جواهر التفسير لتحفة الامير inscriptae et quatuor volumina comprehensurae primum volumen ad Emîrum missum et ab eo probatum esse. Postea autem opere intermisso, ab initio A. H. 897 (Chr. 1491) se instinctu divino Coranum brevius et simplicius in linguam patriam convertere coepisse, ut ille, dum opus majus absolveretur, adminiculum Corani intelligendi haberet. Hunc librum se ab ejus nomine inscripsisse مواهب عليّه, *Dona alta*, quasi ʿ*Aliana* ***). Sensum manifestum orationis ara-

*) Hic ارقام هندسى (non هندى) et ارقام هندسه nominantur, ab علم هندسه.

*) Sic nomen ter scriptum est, fol. 251 v. lin. 5, fol. 252 r. lin. 1 et 5.

**) Nomen libri consonantia verborum التفسير et الامير concluditur. Quod autem in ʿH.-Ch. latine reddito post „Emiro" adjectum est „Fârisi", adjectivum, quod librum persicum esse indicat, falso habitum est pro alio nomine ejus, qui lin. seq. امير عليشير appellatur.

***) Hinc augeri possunt quae ʿH.-Ch. dedit in No. 3259.

bicae se persica ita reddere, ut haec saltem nonnullas diversarum interpretationum illius admittat, ex causis partium Corani ad Mu'hammedem demissarum et narrationibus de vitis et rebus gestis Prophetarum probabilissima et notissima presse et perspicue *) referre, nonnullas sententias subtilissimorum doctorum colligere, tandem in enotandis lectionibus, quae alicujus momenti sint, sequi librum Imâmi 'Âfim, qui in his terris summam auctoritatem habeat, ita tamen ut nonnullas inter 'Haffum et 'Afimum controversas, quibus tota sententia mutetur, adjiciat. Finis: والله الهادى، وعلى كرمه اعتمادى.

Praeterea haec insunt:

33) Fol. 214 v. — 217 v. *Libelli arabici gratulatorii ad Bâjezîdum II a bello peloponnesio* (A. Chr. 1500) *reducem nova editio Ma'hmûdo filio ejus inscripta.* In praefatione, quae sic incipit: انّ اولى ما يجرى به الاقلام، فى اوّل كلّ كتاب وكلام، اسم الله الخ, scriptor narrat se Bâjezîdo illo tempore ea quae sequuntur obtulisse, i. e. odam (*qafîde*) de laudibus ejus illo bello partis, epigramma (*qyt'a*) de tempore expugnatae Methonae, et specimina eorum quae ipse cum amicis disputans in disciplinis philosophicis nova invenisset. Hinc Bâjezîdum professoribus octo scholarum principalium constantinopolitanarum ultimam illam partem vel confirmandam vel refutandam tradidisse: quorum plerosque mandatum primum deprecatos et vana causatos esse, deinde venia non impetrata post longiorem moram protulisse quae argumento neutiquam satisfacerent et doctrinae eorum haud optimum specimen essent; tamen se iis sententiarum suarum tenacibus aliquatenus concedere coactum esse, ne spes beneficii pro opera accipiendi frustra esset. In parte illa controversa se non nisi ea, quae ad rem pertineant, breviter exposuisse, a vanis amplificationibus, iterationibus, citationibus, qualia illi in commentatione sua frequentaverint, se consulto abstinuisse, novam autem hanc editionem Ma'hmûdo Principis filio dedicasse, cui cum patre optima quaeque precatur. Ceterum quod monita quaedam de re militari adjunxerit, id propterea factum esse, quod reges, etiamsi ceteros homines mentis vigore et acumine superent, tamen, quum paucissima ipsi experiri possint et plurimis negotiis distrahantur, rectis consiliis omnium maxime egeant **). Sequitur oda illa, qua Bâjezîd laudatur, Methone ejusque expugnatio describitur, Corone item expugnata attingitur ***), postremo Sulthanus rogatur, ut egestatem poetae munusculo levet, Deus autem, ut Sulthanum et cives beneficiis cumulet. Initium: حمدا لمن تنزّه عن وصمة الشجون، سبحان من تقدّس عن ريبة المنون. Finis: لا ابعد الممالك عن ظلّك الظليل، يا من تكون دولتنا اينما تكون. Subjunctum est chronostichon, quod supra diximus, sic inscriptum: تأريخ الحصن المفتوح والفتح المشروح. Initium: حصن المتون اذا انفتح، من لطف وهّاب المنح. Finis: يدعون فى تأريخه، ازداد عمرا مَنْ فتح, cujus posterius hemistichium, si literae computantur, annum mu'hammedanum 906, i. e. A. Chr. 1500, repraesentat. Jam transitur ad partem illam paraeneticam prosa oratione scriptam, sed ejus tantum ingressio extat; ultima verba: وهذا اوان الشروع فى المراد، متحرّزا عن تكثير السواد، واسراف الطرس والمداد.

34) Fol. 262 v. — 263 v., 264 r., 264 v. — 266 r. *Tres commentationes arabicae in locos de rapina ex El-Hidâje, El-Wiqâje et El-'Inâje excerptos*, in examine publico scriptae. Citantur commentarius Ibn-Kemâl Pâschae in El-Hidâjam ejusdemque in hunc commentarium adnotationes (*'hâschije*) et *Iflâ'h-el-wiqâje* (vid. 'H.-Ch. No. 830), Ibn-el-'hâgibi *Muqaddime li'l-i'râb*, Ekmel-eldîn interpres El-Hidâjae, Ssadr-el-scheri'a, auctores librorum *El-Ghâje* et *El-'Inâje*, El-Maulâ el-Chajâlî, Abû 'l-'Hasan *) El-Qodûrî in *Schar'h mochtafar El-Karchi*, et El-Fâdhyl el-schâri'h, non indicato nomine. Initium primae commentationis: الحمد لوليّه، والصلوة على نبيّه، محمّد وآله واصحابه اجمعين، وبعـد فهذه عجالة كتبتها مع تشتّت الحال، وتوزّع البال، وتزاحم بواعث الملال، باشارة مَنْ اشارته حكم، واطاعته غنم، ادام الله تعالى مدّة ايّامه، وادرّ علينا من سُحب الطافه ويمّ انعامه، قـال صاحب الهداية كتاب الغصب الخ. Finis: فانّه يضمّن قوله انّ لا مثل له اى. Initium secundae: الحمد لذاته لوليّه بذاته، فى كمال اطاعته والصلوة منه على مزيّته الجامعة لجميع صفاته، قـال استاذنا وهو القسم. Finis: واستاذ الكلّ بلا اذن من له الاذن الخ. Subscriptum est: حرّره عبدكم، ايضا لكنّه ليس بمعتبر.

*) Ipsa verba sunt: واز اسباب نزول وقصص انبيا آنچه اصحّ واشهر است بطريق خير الكلام سمت ذكر خواهد يافت, quae spectare videntur ad pervulgatum illud: خير الكلام ما قلّ ودلّ

**) فانّ الملوك وان كانوا اكثر فطانة من سائر الناس، ولكنّ فراسة من اياس، احوجُ الناسِ الى الإرشاد فى الافعال، وذلك لقلّة التجارب وكثرة الاشغال.

***) Corone uno mense post Methonem expugnata est; vid. Hammeri Hist. osman., I, p. 654. Ad eam spectat exitus hujus distichi, f. 216 r.:

يا واحد الزمان ويا ملجأ الامان
يا صاحب القران ويا قاهر القرون

*) Sic recte hic est pro Abû 'l-'Hosein, ut pag. 380 col. 2 lin. 9 scripsi ex codicis nostri fol. 143 r. lin. 5.

المحتاج الى الغنيّ احمد بن افضل الدين حنفيّ. Tertia eadem est quam descripsimus in No. 13, nisi quod nomen scriptoris hic omissum est *).

35) Fol. 266 v. — 267 v. *Commentatio arabica ejusdem generis in locos ex El-Miftâ'h excerptos.* Initium post besmelam: قال السكّاكيّ القسم السابع والقسم الثامن في تجريد الاستعارة وترشيحها. Citantur interpretes Ibn-el-neggâr (ابن النجار) et El-Scherîf s. El-Ǵorgânî. Finis: وباقي الاقوال المحرّرة ممّا لا يلتفت اليه حتّى نتكلّم عليه.

36) Fol. 298 v. — 300 v. *Commentatio arabica in locum libri metaphysici El-Mewâqyf* (cf. pag. 366 col. 2 lin. 10 et 11) *de causa imperfecta et perfecta,* العلّة الناقصة والتامّة. Initium post besmelam: قال في المواقف العلّة الناقصة متقدّمة على المعلول تقدّما ذاتيّا. Finis: قولك العلّة متقدّمة قلنا, ubi oratio abrupta est. Citatur unus صاحب التلويحات.

37) Fol. 302 v. — 303 r. رسالة فوايد النقابة لامير قوام الدين يوسف الشيرازيّ المشتهر بين العباد بقاضي بغداد, *Commentatio persica ejusdem scriptoris qui in No. 14 commemoratus est, de munere Naqib-el-eschrâf s. Principis posterorum Mu'hammedis* (vid. Muradgea d'Ohsson a Beckio translatus, II, p. 481 — 487), scripta jussu viri alicujus ex proceribus. Initium. تيمّنا باسم الّذى نوّر مشكوة ذوات الهداة بمصابيح العزّ والسيادة، وفتح مغاليق ابواب الالباب بمفاتيح (Cod. بمصابيح) الفضل والسعادة، Hunc principatum dicit in universum ideo institutum esse, ne praefectus et curator gentilibus Prophetae nobilitate impar eorum dignitati detrimentum inferret. Esse autem partim angustiorem, partim latiorem. Illum (نقابهٔ خاصه) intra dignitatem gentilem cura et consilio tuendam consistere, hunc (نقابهٔ عامه) ultra ad imperandi, coercendi, puniendi arbitrium procedere. Illius igitur duodecim esse partes: 1) Ut princeps caveat, ne quis aut extrinsecus in gentem se insinuet, aut ex gente se subducat vel fortuito excidat. 2) Ut integritatis gentilis servandae causa accurate norit, quomodo stemmata decurrant seque diffundant et implicent. 3) Ut liberos gentilium, et mares et feminas, singulatim in album referat. 4) Ut gentiles ad honestos liberalesque mores hortetur, qui originis splendorem existimationis decore augeant. 5) Ut eos a quaestus vilitate studiorumque turpitudine avocet, ne gens in contemtum veniat. 6) Ut eos a sceleribus et flagitiis retineat, ne genti infamia inferatur. 7) Ut eos a superbia, injustitia, violentia abstrahat, contra ad animos civium humanitate sibi conciliandos incitet. 8) Ut eos in jure suo adipiscendo et obtinendo adjuvet. 9) Ut eam partem praedae, quae iis ex lege debetur (Sur. 8, 42, et 59, 7), solus pro iis exigat collectamque recte distribuat. 10) Ut eos a filiabus cum viris genere imparibus matrimonio jungendis dehortetur. 11) Ut, si quis gentilium scelus paret, eum moneat ne in poenam incurrat, si vero non auscultet, ita castiget ut rescipiscat. 12) Ut legatorum gentilium curam gerat, capita integra servet, fructus adaugeat eosque recte inter gentiles distribuat. — Latiorem (نقابهٔ عامه) praeter has partes quinque alias comprehendere: 1) Ut princeps, si qui gentiles inter se litigent, arbitrium suum interponat. 2) Ut in bona gentilium imperium habeat. 3) Ut in eos gentiles, qui scelus commiserint, poenas et supplicia constituat. 4) Ut mulieres coelibes inter gentiles ad nubendum adigat, ne luxuriose vivant. 5) Ut gentilibus mente captis aut rationis non bene compotibus usu bonorum interdicat, dum sanam mentem receperint. — Hinc nonnulla ex *A'hkâmi sulthânî,* libro Judicis *Mâwerdi* *), atque *interprete El-Minhâǵi* (شارح المنهاج) de iis, quae in administro hujus muneris requiruntur, deinde de ejus potestate judiciaria, quam aut totam retinere, aut totam judici ordinario cedere, aut cum eo partiri licet. Finis: وتفاصيل آن در كتب مطوّلات سيما در احكام مسطورست، واللّه ولىّ الاعانة.

38) Fol. 306 v. *Commentatiuncula arabica de variis Philologorum sententiis de origine ac potestate verbi* اللّهمّ. Initium: اللّهمّ اصله عند البصريّين يا اللّه الخ. Finis: وبالنظر الى اصل الكلام يتعيّن المخاطب فقط. Auctor lectores ad commentarium a se in لباب الاعراب scriptum remittit, in quo uberius de eadem re disputaverit.

39) Fol. 326 r. — 327 v. *Objurgatio turcica hominum vulgarium ob levitatem ac temeritatem, qua de Ssûfiis, viris religiosis et sanctis, quasi sui similibus judicare soleant.* Initium: بعد الحمد لوليّه، والصلوة على نبيّه، وعلى عترته وصحبه الطاهرين، وعلى الايمّة المهتدين اجمعين، بلكل، وآكاه اولغل، اى فرقهٔ ناجرين، واى زمرهٔ خاسرين، Ultima verba, post quae oratio abrupta est: بن كندو طريقمده اولن صوفيّه طايفه سنه

*) Pag. 380 col. 1 lin. ult. post البداية adjiciendum est في البداية, et col. 2 lin. 6 pro يستروها scribendum يستروا عيوبها. Ceterum quod ead. lin. conjeci pro بنظر scriptum fuisse بذيل, id hoc exemplo confirmatur, sed pro ساعة القيام lin. 8, ut meo periculo consonantiae finalis causa scripsi, hic quoque est قيام الساعة; quamquam ipse librarius auri obsecutus primum يوم القيام scripserat, quod postea delevit.

*) Quem 'H.-Ch. No. 150 genuino nomine *El-A'hkâm el-sulthânijje* vocat.

Restant alia leviora, quae jam subjungam: a) Poetica, fol. 172 r., 188 v., 190 r. *) et v., 209 r. (Alexandri M. epitaphium, nimirum arabicum), 245 r. (ghazela persica *Maghribii*), 269 v. et 270 r., 271 r. (de vi salutari temporis antelucani, turc.), 302 r., 314 v., 315 r. et v. et 318 v. — 323 v. versiculi arabici, persici, turcici, inter quos eminent fol. 269 duo epigrammata memorialia, alterum Kemâl-Pâschâ-zâdae, alterum Saʿdî Efendî Muftii, de numero versiculorum coranicorum (6666), promissionum (وعد, 1000), comminationum (وعيد, 1000), jussorum (امر, 1000), vetitorum (نهى, 1000), parabolarum (امثال, 1000), narrationum (قصص, 1000), licitorum et illicitorum (حلال وحرام, 500), invocationum Dei (دعا, 100), abrogantium et abrogatorum (ناسخ ومنسوخ, 66). Kemâl-Pâschâ-zâde pro simplici امر habet امر عبادت, pro نهى: نهى وتهديد, pro امثال: امثال وعبر, pro قصص: اخبار وقصص, pro دعا: تسبيح ودعا; numeri vero in utroque epigrammate iidem sunt, de quibus quid sentiendum sit non est quod moneam. Item eminent fol. 315 r. et v. et 318 v. — 323 v. epigrammata theologica, philosophica, mystica, ethica, paraenetica **). Omnia persica sunt, praeter duo, alterum fol. 315 v., quod idem legitur in Enchiridio studiosi ed. Caspari, pag. ۲۴ in notis: رضينا قسمة الخ, alterum fol. 318 v.: لمّا دعا اللّه داعينا لطاعته، باكرم الرّسل كنّا اكرم الامم، *Quum Deus eum, qui nos ad illius obedientiam vocavit, nomine honoratissimi legatorum vocaverit, nos honoratissimus coetuum sacrorum facti sumus.* Praeterea hemistichium arabicum, fol. 319 v., quod quamquam parvum est, tamen totam Mysticorum sententiam de vitiositate subsistentiae individualis extra essentiam divinam universalem gravissime eloquitur: وجودك ذنب لا يعادله ذنب, *Subsistentia tua est peccatum, cui nullum aliud par est.* Fol. 322 r. illis epigrammatis interposita est magnifica ode persica in laudem alicujus regis, quae sic incipit: زهى فرشته صفت خسروى كه در ملكوت، دعاى جان تو كويد هميشه جان سروش، *Macte, angelice, cosroïce! pro cujus anima Gabriel semper in coelis Deum precatur.* Solitus odarum exitus, qui *machlaʃ* vocatur, deest; ultimum enim undevigiuti distichorum hoc est: رسيد اختر سعدت باوج جاه شرف، بدست ساقى اقبال جام دولت نوش، *Faustum tuum sidus ad summum absidis verticem pervenit; hauri jam poculum felicitatis manu fortunae ministrantis tibi porrectum!* b) Medica et diaetetica, turc., fol. 244 v., 245 r., 257 v. et 258 r., 268 r., 272 r., 272 v. — 280 r., 291 r. — 292 v., 297 v. et 298 r. In his longius excerptum ex opere majore de aphrodisiacis (علم الباه), fol. 275 r. — 277 v., sic inscriptum: الباب الخامس شول ادويه لروك بياننده در كم جماعه غايت لذّه ويرر هم فاعله وهم مفعوله شويلكم حكماء متقدّمين واطبّاء متأخّرين تجربه واستعمال برله بولب دررلر*), *Caput quintum de iis medicamentis est, quae concubitum et agenti* (viro) *et patienti* (feminae) *dulcissimum reddunt, quemadmodum antiquiores philosophi et recentiores medici experientia et usu invenerunt.* Aliud fol. 278 r. — 279 r.: الباب السادس عشر شول ادويلروك بياننده در كم بو ادويلر سببيله عورتلر بكر قز اوغلان كبى اولالر شويله كم هيچ فرق اولميه, *Caput sextum decimum de iis medicamentis est, per quae mulieres* (virum passae) *instar intactarum puellarum fient, ut nullum discrimen supersit.* Aliud fol. 279 r. — 280 r.: الباب الثامن عشر شول ادويه لرى بيان ادر كم حامله اولمين عورتلره علاج ايده لر حامله اوله لر بو ادويه لروك علاجى سببيله باذن اللّه تعالى, *Caput duodevicesimum medicamenta docet mulieribus infecundis salutaria, quorum usu permittente Deo gravidae fient.* Aliud fol. 291 v. et 292 r.: الباب الثالث عشر شول ادويه لروك بياننده در كم الك واياغك پرمقلرى ارا سنده دورتلر جماعه غايتده قوى قلور وذكرى قايم ادر ضعيف وسست اولمز نقدر ادرسه, *Caput tertium decimum de iis medicamentis est, quae inter digitos manus et pedis pungendo insinuata vehementer ad concubitum corroborant et penem erigunt, ut, quantumvis faciat, non elanguescat.* Aliud fol. 292 r. et v.: الباب الرابع عشر شول اغزده دوتجق حبلروك بياننده در كم حالت جماعده غاينده لذّت ويرر مجرّد فاعله, *Caput quartum decimum est de iis pilulis in ore tenendis, quae inter concubitum soli agenti* (viro) *plurimum voluptatis creant.* In fine capitis notatum est tales pilulas vocari ملذّذات جماع. Aliud fol. 298 r.: الباب الحادى عشر شول ادويه لروك بياننده در كم ذكره طلا ادرلر غليظ وقايم اولور, *Caput undecimum de iis medicamentis est, quae peni illita turgidum stabilemque*

*) Plane horatianum est hoc distichon:

ما فات مضى وما سيأتى فأين، قم فاغتنم اللذّة بين العدمين،

Quod te effūgit, praeteriit, et quod venturum est, effugiet: age, carpe voluptatem inter haec duo τὰ μὴ ὄντα.

**) Fol. 315 v. med. legitur exemplum interpretationis Corani allegoricae, ad Sur. 2 vers. 262 spectans:

چار مرغ است چار طبع بدن　جمله را بهر دين بزن كردن
پس بايمان وعشق وعقل ودليل　زنده كن هر چهار را چو خليل

Quatuor aves sunt quatuor temperamenta corporis: eorum omnium pietatis causa cervices caede; deinde fide, amore, ratione et argumentatione omnia quatuor in vitam revoca ut Abrahamus.

*) Haec est forma genuina et antiquior pro recentiore دررلر, proprie *stant*, i. e. *sunt*, quod cum gerundio بولب conjunctum antiquitus tempus perfectum efficiebat, pro بولمش دررلر. Sic 259 v. lin. 10 ويروپدررم *dedi.*

reddunt. Huc illud quoque pertinet, quod fol. 297 v. legitur. c) Fol. 248 v. — 250 r. formulae arabicae, quibus subscribendis judices acta et documenta confirmant eorumque apographa instar authenticorum reddunt, quod proprie dicitur اِمْضَاء. Fol. 270 v. literae publicae turcicae, quibus professori Nafu'h, postquam duos annos a suo munere abstractus A'hmedis loco moti vicarius fuit, pro vicenis aspris quotidianis ei primum assignatis tricena, quae petierat, decernuntur. d) Fol. 254 v. — 257 r. et 259 r. — 261 r. duae precationes arabicae contra pestilentiam cum prolegomenis turcicis de earum origine, vi et usu. Utraque, ut fieri solet, a Mu'hammede repetitur, qui posteriorem quidem in itinere nocturno per septem coelos ab ipso Deo accepisse dicitur, quum adspectu pestilentiae *) in quarto coelo habitantis territus remedium asseclas suos ab ea defensurum petiisset. Fol. 301 r. precatio arabica, quae vocatur دعاء احقاف. e) Fol. 269 v. et 270 r. septendecim sententiae Mu'hammedis, quamquam in iis sunt quae ad الحديث القدسي referantur, i. e. ab ipso Deo acceptae dicantur. Ex eodem genere, quod attigi pag. 384 col. 1 in nota et in centum dictis 'Alii pag. 106, hae duae sunt: طلب العلم يوما واحدا افضل عند الله من عبادة الف سنة, *Unum diem doctrinae studere apud Deum plus meret quam mille annos eum colere*, et: النظر في وجوه العلماء عبادة, *Deum colit qui facies doctorum intuetur.* Ad doctrinam morum pertinet haec: لا صغيرة مع الاصرار ولا كبيرة مع الاستغفار, *Pervicaciâ nullum non peccatum grave, veniae* (divinae) *imploratione nullum non leve fit.* Faceta haec est: المؤمن في المسجد كالسمك في الماء المنافق في المسجد كالطير في القفص, *Sincere credens in templo est ut piscis in aqua, hypocrita ut avis in cavea.* Vere et hoc dictum: اللطيفة اوّلها فرح وآخرها ترح, *Jocus primum hilaritatem, ultimum molestiam creat*, i. e. simultates, iras, jurgia. In mingendo Mu'hammedanorum fere eundem morem esse qui Graecorum fuit (Hesiodi Opera et Dies vs. 729 et 730), haec sententia docet: اذا بال قائما فكانّما بال على الكعبة, *Si quis stans mingit, idem facit ac si Caabam commingat.* Tres aliae sententiae, duae Noahi, una Mu'hammedis, fol. 272 r. leguntur, quarum tertia ei, cujus studia doctrinae mors praematura interceperit, duos angelos pollicetur in sepulcro usque ad resurrectionem eum instituturos. f) Fol. 268 v. et 269 r. *institutio turcica ad eam hariolandi artem, quae ab Arabibus* الرمل *appellatur, a nobis Punctirkunst.* Est autem haec, ut primum quatuor series punctorum, aliam super aliam, temere in chartam conjicias; deinde ordine procedens bina deleas, donec de quaque serie aut duo supersint, aut unum; tum puncta reliqua eodem ordine, quo series collocatae erant, ita enotes, ut duo puncta linea transversa indices, unde variae figurae existent; tandem in tabula earum, quae hic quidem non integra adjuncta est, quid haec illa portendat quaeras. Vana industria istorum artificum cuique figurae proprium nomen fecit, veluti ⁞, quae infausta est, vocatur قبض خارج, compressio externa; ⁞, quae fausta, قبض داخل, compressio interna; ⁞, quae item fausta, فرح, gaudium, cet. g) Fol. 289 r. — 290 v. excerpta ex opere arabico de الوضع, i. e. de ὀνοματοθεσία sive causis verborum, cum commentario. Initium: المشهور من وضع المفردات ليس لافادة مسمّياتها لاستلزامها الدور. Finis: عليك الحق بتتبّع هذا، هذا ما افاده افضل المتأخّرين مولانا علىّ العوبمى (العوبمى aut القوسى, aut) عليه الرحمة. h) Fol. 303 v. *traditiones arabicae de ornamentis et dignitate posterorum Mu'hammedis.* De extremis duobus foliis, 328 et 329 tantum laciniae supersunt in iisque reliquiae epistolae turcicae commendaticiae et duarum precationum arabicarum, quarum posterior prolegomena persica habet, unde eam a Mu'hammede repeti constat.

*) Quum طاعون arabice masculinum sit, vir esse dicitur caecus et surdus et mutus, altera manu hastam igneam, altera caput recisum tenens, quod locum aliquem invasurus hasta feriat: tum guttas sanguinis destillantes illi loco pestilentiam inferre.

CX.

Codex mixtus, 8° max., foll. 152, char. neschi et nesta'lîq scriptus, varia, maximam partem theologica et mystica, continens.

1) Fol. 1 v. — 4 r. رسالة في تفسير آية الله نور السموات والارض الى آخر الآية, *Commentatio arabica de interpretatione Sur. 24 vers. 35.* Initium: الحمد لله الّذى تعلّم بعلم الالهيّة والعرفان، وتعيّن الموجودات من العدم الى الاعيان، Finis: والمراد من اوّل ما خلق اللهُ العقلُ عقلُ ذلك الروح وهو عقل الكلّ ومنه عقول الانبياء والاولياء وعقول الملائكة الاصفياء، صلوات الله عليهم اجمعين. De ratione interpretandi Corani in prooemio hoc memorabile est: *Quamquam interpretes de hoc versiculo diversissima statuunt, tamen omnium sententiae verae sunt. Nam quisque versiculus mare est infinitum et lumen vim immensam in se habens, ut Propheta dixit:* انّ لكلّ آية ظهرا وبطنا ولبطنه بطنا الى سبع ابطن, *Quisque versiculus coranicus habet sensum externum et internum, internus autem alium interiorem in se habet, et sic deinceps usque ad septimum.*

2) Fol. 4 v. — 5 v. رسالة في تفسير قوله تعلى افمن شرح الله صدره للاسلام الآية, *Commentatio arabica de interpretatione Sur. 39 vers. 23.* Initium El-Ghazâlium auctorem exhibet: (sic) قال الامام حجّة الاسلام ابو حامد محمّد الغزالى

الحمد :Finis. قدّس اللّه سرّه العزيز فى قوله تعالى اثمن الخ للّه على هذا الاعتقاد والصلوة على رسوله محمّد اشرف العباد واليه (وآله .l) الطيّبين الاوتاد وسلّم تسليما كثيرا كثيرا.
Scriptum est hoc exemplum mense Ramadhân A. H. 975 (Chr. 1567).

3) Fol. 6 r. — 9 r. رسالة الايمان, *Compendium arabicum doctrinae dogmaticae, de natura et partibus et argumentis fidei*, in sectiones (فصول) divisum. Initium: الحمد للّه ربّ العالمين الّذى كلّف الايمان على عباده العاقلين البالغين، Finis: ربّنا لا تزغْ قلوبنا بعد اذ هديتنا وهَبْ لنا من لدنك رحمةً انّك انت الوهّاب. Scriptum est hoc exemplum eodem anno et mense quo No. 2.

4) Fol. 9 v. — 23 v. مقدّمة غزنوى, *Compendium arabicum de iis rebus, quibus Deus colitur*, ut ipse auctor, *Aʿhmed Ibn-Muʿhammed Ibn-El-Saʿid El-Ghaznewî**), in praefatione dicit: اردتُ ان اجمع لهم مختصرا نافعا فى العبادات، حجمه صغير، وعلمه كبير، ونفعه غزير، يستبصر به المبتدى، ويستذكر به المنتهى، ذكرتُ فيه المُهِمّ الّذى لا يستغنى عنه المكلّف، وبيّنتُ فيه الفرائض والواجبات والسُنن والآداب. Initium: الحمد للّه الّذى عمّ البلادَ بنعمته وارفاده، والسحابَ بارعاده، Ipsi operi praemissa est laus et commendatio doctrinae**), maxime theologiae practicae et jurisprudentiae, adhibitis sententiis Muʿhammedis et sociorum ejus; deinde de vita, virtute et doctrina Abû-ʿHanîfae, cujus placita hic scriptor sequitur, primum vaticinia Muʿhammedis, deinde testimonia aliorum ***) afferuntur. Traditur etiam fol. 11 v. — 12 v. longa precatio, quam حفص بن غياث illi acceptam retulit, cujus singula membra cognomina Dei a singulis literis incipientia collecta exhibent, quare Abû-ʿHanîfe dixisse fertur: انّى دعوتُ اللّه باسمائه على حروف باتاثا. Literae autem eo se ordine excipiunt, quem praeivit ultimus versiculus Sur. 48: محمّد رسول اللّه الخ, in quo ubi quaeque primum invenitur, ibi in precatione collocata est. Ceterum quum in versiculo omnes literae insint, in precatione una ى deest, quoniam ab ea nullum cognomen divinum incipit. Est igitur literarum ordo hic: م, ح, د, ر, س, و, ل, ا, ز, ث, لا, ص, غ, ج, ت, ب, ف, ك, ش, ع, ن, ذ, ه, خ, ط, ظ, ق, ض. Membrorum omnium prima verba sunt اللّهمّ انت, media cognomina divina cum aliqua precatione, ultima اسألك رضوانك والجنّة. Clausulae argumentum commune est: O Deus, benedic Muʿhammedi et genti ejus, al. Ipsum compendium fol. 12 v. incipit. Divisum est in فصول, quae usitatum ordinem locorum theologiae practicae sequuntur. Eorum omnium fundamentum esse dicitur cognitio et confessio Dei unius ab omni imperfectione liberi, معرفة اللّه والتوحيد والتنزيه, ac fides in eum atque in ejus angelos et libros et legatos, والايمان باللّه وملائكته وكتبه ورسله. Haec si quis teneat, Moslemum censeri, فاذا فعل هذا حُكم باسلامه. Deinde vero eum obligari statutis Islami, احكام الاسلام, i. e. quinque religionibus externis atque aliis, sicubi quaeque usu veniat: quibus omnibus contineri cultum Dei, العبادة. Primum igitur agit de precibus, الصلوة, in iisque de purificationibus, الطهارة; post quem locum nostrum exemplum desinit. Finis: ويدخلنا الجنّة مع عباده الصالحين بفضله وكرمه، انّه بالناس لرؤف رحيم.

5) Fol. 25 v. — 30 v. رسالة قضا وقدر, *Tractatus arabicus de decreto absoluto*. Initium: الحمد للّه الّذى خلق العالم، على احسن النظام، بالقدرة والاختيار، وكلّف بنى آدم، بالاحكام المنتظمة على وجه الاحكام، من غير اكراه ولا اجبار، *). Quum haec quaestio ex gravissimis sit et multi in ea erraverint, scriptor se eam accurate et ad rationis et ad auctoritatis normam tractaturum esse promittit. De ratione quam librarius in scribendo tenuit, lecturos moneo eum primum versibus rectis medias areas, hinc obliquis margines exteriores complexisse. Idem in tractatu sequenti factum. Finis: فهذا جور منه واشراك معا هذا وانّ رأيهم فى العدل والتوحيد يكذّب بعضه بعضا وكفى ذلك للمسترشدين نقضا ونقضا، تمّ رسالة الشريفة فى آخر ربيع

*) Sic nomen est post وبعد: يقول الفقير الى اللّه تعالى احمد بن محمّد بن السعيد الغزنوىّ.

**) Ecce locum de dignitate et utilitate doctrinae Ciceroniano illo de studiis literarum in oratione pro Archia poëta graviorem: Moʿâð Ibn-Ǵebel: Doctrinam, inquit, comparate; hanc enim qui comparat, bonum opus facit, qui ei studet, Deum colit; qui de ea disputat, Deum laudat, qui in eam inquirit, pro religione militat; qui ignorantes eam docet, bene de iis meret, qui dignis eam largitur, Deum sibi conciliat. Enimvero doctrina pharus est bonos ad Paradisum dirigens: tristes exhilarat, peregrinantes comitatur, cum solitariis colloquitur; ad res secundas viam facit, ab adversis miseros defendit; apud amicos ornamento est, contra inimicos arma suppeditat; in morte suos sustentat, in sepulcro contubernalis est, in resurrectione pro iis intercedit, tandem ad beatorum sedes eos deducit.

***) In his brevis de vita ejus relatio, quam excripsi fol. 380 col. 2 lin. 13 sqq. Adjectum est in hoc exemplo وروى عنهم post وادرك الصحابة.

*) Animadverte consonantiam triplicem per اللفّ والنشر sibi respondentem.

الاوّل فى شهر اسكوب سنه ۹۸۲, i. e. Scupis s. Scopis, urbe Moesiae superioris, nunc Serviae, A. Chr. 1574 — 5.

6) Fol. 31 v. — 42 r. رسالهٔ ناسخ ومنسوخ, *Tractatus arabicus de locis coranicis abrogantibus et abrogatis.* In epilogo fol. 42 r. auctor nominatur الشيخ ابو القاسم هبة الله بن سلامة بن نصر بن على المفسّر. Initium: الحمد لله الّذى هدانا لدينه، وفضّلنا بما علّمنا من تنزيله، . Postquam argumenti gravitatem testimoniis comprobavit, se hunc tractatum edidisse aït, ut, quum interpretes coranici de ea re non satis caute dixerint atque alia cum aliis confuderint, et tirones et provectiores librum haberent, quo tuto et commode uterentur, illi ad discendum, hi ad repetendum. Novem capitum (ابواب) inscriptiones et argumenta haec sunt: 1) باب الناسخ والمنسوخ, ubi primum docetur quid sit النسخ et in اللغة et in الشريعة, deinde quae sint abrogatorum coranicorum tria genera: a) ما نسخ خطّه وحكمه, quorum et literae et sententiae abrogatae sunt, b) ما نسخ خطّه وبقى حكمه, quorum literae abrogatae sunt manentibus sententiis; c) ما نسخ حكمه وبقى خطّه, quorum sententiae abrogatae sunt manentibus literis. Primi generis exemplum est tota quaedam surata, quam Enes Ibn-Mâlik abrogatam esse tradidit his verbis: *Actate legati Dei suratam legebamus suratae* التوبة (Sur. 9) *aequalem*), ex qua nihil nisi unum versiculum retinui, hunc:* لوكان لابن آدم واديان من ذهب لابتغى اليهما ثالثا ولو كان ثالث لابتغى اليه رابعا ولا يملأ جوف ابن آدم الّا التراب ويتوب الله على من تاب, *Si homini duae valles essent auri plenae, tertiam ad eas appeteret, si tertia, quartam, nec quidquam ventrem hominis explet nisi terra* (sepulcri); *tamen Deus clemens est erga eos qui resipiscunt.* Aliud exemplum ʿAbd-allah Ibn-Mesʿûd tradidit: *Legatus Dei*, inquit, *mihi versiculum legendum dedit, quem edidici et in codicem meum retuli; quum vero postridie chartam vacuam vidissem illique rem narrassem, respondit: O fili Mesʿûdi, superiore nocte sublatus est* (رفعت البارحة). Secundi generis unum exemplum hoc est: ʿOmar Ibn-Chatthâb dixisse traditur: *Nisi vererer ne homines me accusarent quod Corano aliena adjecissem, versiculum de lapidatione* (آية الرجم) *in Coranum referrem; per Deum enim aetate legati Dei eam sic legimus:* (?) لا ترغبوا عن آبائكم فانّ ذلك كدبكم الشيخ والشيخة اذا زنيا فارجموهما البتّة نكالا من الله والله عزيز حكيم. Tertii generis longe maximi exempla in 63 suratis dispersa sunt, ut praeceptum faciei inter precandum Hierosolymis obvertendae, jejunii prioris (الصوم الاوّل) observandi, Polytheistis parcendi et Arabes idololatras missos faciendi. 2) باب ذكر السور الّتى لم يدخلها ناسخ ولا منسوخ, de 43 suratis in quibus nec abrogans nec abrogatum est. 3) باب ذكر السور الّتى فيها ناسخ وليس فيها منسوخ, de 6 suratis, in quibus est abrogans, non abrogatum. 4) باب ذكر السور الّتى دخلها المنسوخ ولم يدخلها الناسخ, de 40 suratis, in quibus est abrogatum, non abrogans. 5) باب ذكر السور الّتى دخلها الناسخ والمنسوخ, de 25 suratis, in quibus utrumque est. 6) باب خلاف المفسّرين على اىّ شىء يقع المنسوخ من كلام القران, ubi docetur alios contendere abrogationem non nisi in jussa et vetita cadere; alios, cadere etiam in enunciata assertoria potestatis imperativae et prohibitivae; alios, cadere praeterea in enunciata assertoria omnis generis; alios, abrogationem in iis quoque enunciatis locum habere, ex quibus aliquid per الّا exceptum sit, quoniam id, a quo exceptio fiat, ea ipsa partim abrogetur; tandem alios abrogationem ex Corano plane tollere, sed hoc quidem falso. 7) باب ما ردّ تعالى على الملحدين والمنافقين من اجل معارضتهم فى تنقّل احكام الكتاب المبين, de locis coranicis, quibus impii et hypocritae mutabilitatem statutorum muʿhammedanorum abrogatione invectam vituperantes refutantur. 8) باب ذكر ما جاء من النسخ فى الشريعة على التوالى, de duodecim statutis abrogatis. 9) باب المنسوخ على نظم القران, ubi omnes suratae ita recensentur, ut in singulis, num quid abrogatum sit, nec ne, et si est, quid illud sit, indicetur. Priora octo capita tantum fol. 31 r. — 32 v. complent, nonum inde ad fol. 42 r. pertinet. In epilogo scriptor dicit se haec repetiisse ex libris summorum interpretum et traditionariorum de hoc argumento, ut El-Kelbii, Moqâtil Ibn-Suleimâni, Muǵâhid Ibn-Ǵebri, ʿIkrime Ibn-ʿAmmâri, Muʿhammed Ibn-Saʿd El-ʿAufii, tandem ex commentario coranico Jaʿhja Ibn-Selâmi, et praeterea ex quinque et nonaginta aliis commentariis coranicis. Finis: فاسئل الله تعالى الكريم المنفعة به والسلامة فيه من الزيادة والنقصان.

7) Fol. 45 v. — 86 v. مشكلات مثنوىٔ شريف كه كاشف الاسرار ومطلع الانوارست, *Kâschif el-esrâr u-mathlaʿ el-enwâr*), commentarius persicus in aliquot versus Meϑnewii Gelâleddiniani ad intelligendum difficiliores.* In epilogo breviter شرح مثنوىٔ مولوى nominatur. Initium: الحمد

*) In codice est بعد لها سورة التوبة, pro quo legendum videtur يعدلها الخ; nam si بعدها fuisset, vix illud ل irrepsisset.

*) Nam haec verba ipsum nomen libri esse epilogus docet, in quo fol. 127 r. sic est: ثم اين رساله را كاشف الاسرار ومطلع الانوار نهاديم.

لله الّذى انعم علينا وهدانا للاسلام، وجعلنا من امّة حبيبه محمّد عليه افضل الصلوات واكمل التحيّات، وعلى آله الطيّبين والطيّبات، قال الفاضل الكامل، العالم العامل، عمدة الاولياء والصالحين، مفخر الاصفياء والعارفين، مولانا جلال الملّة والدين، بيت بشنو از نى چون حكايت ميكند الخ, quod est Meϑnewii initium. Epilogus incipit fol. 86 v., sed finis ejus ad fol. 127 r. rejectus est, id quod his verbis ad infimum fol. 86 v. adscriptis indicatur: بو رساله نك تمامى قرق قادمه دن صكره صول صحيفه ده واقع اولمشدر غلط مجلّد, *Finis hujus tractatus errore bibliopegae post quadraginta folia in pagina sinistra* (immo dextra) *invenitur.* Ultima verba epilogi: ولنختم بالصلوة على خير البريّة.

8) Fol. 88 v. — 93 r. حسن ودل فتّاحىٔ نيشابورى, *Fabula Fettâ'hii Nisaburensis de Pulcritudine et Corde* (vid. Hammeri Gesch. d. schön. Redek. Pers. p. 291), cujus oratio quo est planior et facilior, eo sensus mystici plenior; omnia enim hic allegorice interpretanda sunt, de conjunctione animi humani (Cordis) cum Deo (Pulcritudine) superatis multis impedimentis et interpellationibus tandem perfecta, plane ut in libris ejusdem nominis et argumenti scriptorum turcicorum Âhî et Wâlî; vid. Catal. Dresd. No. 236. Initium: الحمد لله ربّ العالمين، والصلوة والسلام على خير خلقه محمّد وآله اجمعين، چنيـــن كويد مخترع اين حكايت، ومبدع اين روايت، كه در يونان پادشاهى بود عقل نام او الخ. Argumentum fabulae: *'Aql* (Ratio), rex Graecorum et totius occidentis, aetate jam provectior filium suscipit *Dil* (Cor, Mentem). Adultum urbi munitae *Beden* (Corpori) praeficit, in quo ille *Kumbedi-dimâgh* (Cameram cerebri) sibi fanum deligit. Quondam in Dili circulo *Tewârich* (Historia) narrat in hoc mundo esse fontem *Âbi-'hajât* (Aquae vitalis), ex qua qui bibat immortalis fiat; sed viam et locum nec ipse nec alius convictorum sciscitanti Dilo indicare potest. Prae desiderio Dilum vitae taedet; secedit, solus desidet, negotia praefecturae negligit. Venit ad eum *Nazhar* (Visus et Speculatio), cui custodia urbis commissa est. Causam aegritudinis quaerenti Dil rem narrat. Jubet eum Nazhar bono animo esse; se ipsum illam aquam quaesiturum. Dil consilium probat eumque dimittit. Primum Nazhar venit in urbem *'Âfijet* (Bonae valetudinis, quae a juvene *Nâmûs* (Honore) regitur. Is Nazharo dicit aquam vitalem per translationem significare gloriam et nominis splendorem rebus gerendis comparandum. Dubius Nazhar ultro proficiscitur; tandem in asperum montem *Aqabeï-zuhd u-rijâ* (Jugum abstinentiae et simulatae sanctitatis) ibique ad anachoretam *Zarq* (Hypocrisin) venit, qui aquam vitalem fontem paradisi esse interpretatur, ad quem perveniatur fundendis lacrimis poenitentiae et habitu ad tristitiam componendo. Animi etiam nunc haerens Nazhar discedit et post aliquot dies in arcem *Hidâjet* (Bonae directionis) venit, a cujus rege *Himmet* (Favore, Studio) aquam vitalem revera in natura esse audit, sed difficillime adiri. Nihilo minus instanti Himmet dicit orientem versus esse regem *'Ischq* (Amorem), qui venustissimae filiae *'Hosn* (Pulcritudini) ad montem Qâf condiderit *Schehri-didâr* (Urbem visionis) atque in ea instruxerit amoenissimum hortum *Gulscheni-ruchsâr* (Rosarium faciei). In illo horto esse arcanum fontem *Serčeschmeï-fum* (Scaturiginem oris) in eoque inclusam aquam vitalem *). Inde cum *Raqîb* (Maligno observatore sive speculatore) profectus Nazhar in hortum venit, ubi habitat *Qâmet* (Statura), qui consilio itineris et literis Himmeti a Nazharo acceptis eum puero suo *Sâq* (Cruri) clam Raqîbo ad urbem visionis ducendum tradit, Raqîb autem, postquam se illos assequi non posse intellexit, delusus in urbem suam revertitur. In itinere Nazharo obvius fit *Zulf* (Cincinnus), unus ex aulicis 'Hosnae, qui eum crine donat, quem si angustiis pressus combusserit, se ei statim affuturum esse promittit. Tandem in urbem visionis pervenit, cujus quatuor vici sunt: *'Ischwe*, *Girischme*, *Schîwe* (quae omnes oculorum et gestuum molles delicias et nequitias significant) et *Schemâïl* (Veneres). In Gulscheniruchsâr discursantes invenit pusillos Aethiopas, pueros *Châli* (Naevi) 'Hosnae **) hortique custodes. Dum oculos pascit, ebrius in eum consurgit *Ghamze* (Nictus amoris interpres), ipsius frater, qui puellus a praedonibus Chatajensibus raptus in aulam 'Hosnae delatus ab eaque sagittariis suis praefectus est. Nazharum vestibus detractis occisurus in brachio ejus concham conspicit, qua mater utrumque filiorum contra fascinationem munivit. Ita fratrem agnoscit et laetus domum deducit. Rei nuntio accepto 'Hosn Ghamzam de fratre interrogandum arcessit, quem ubi peritissimum gemmarum existimatorem esse audiit ***), se jam dudum pulcherrimum signum ex gemma factum habere, sed nec quae gemma sit, nec cujus imago, scire meminit. Postridie Nazharum primum quaestionibus tentat, deinde *Ssadr* (Pectus), thesaurarium suum, illud signum afferre jubet. Nazhar statim Dilum agnoscit et in laudes ejus effunditur, quibus amore incensa 'Hosn Nazharo imperat, ut eum sibi adducat. Id Nazhar ita tantum effici posse aït, ut aliquis ex ministris 'Hosnae secum ad Dilum proficiscatur eique specimen fontis vitalis afferat, cujus cupidissimus sit. Itaque 'Hosn cum eo mittit *Chajâl* (Phantasma amasiae), sollertissimum pictorem et ipsius ἐνοπτροφόρον (آيينه دار); praeterea ambobus ad Dilum perferendum dat annulum, in cujus gemma imago fontis vitalis scalpta est. Itinere perfecto Nazhar Dilo gesta refert, annulum tradit et Chajâlum introducit. Specimen artis rogatus Chajâl illico 'Hosnae imaginem pingit, qua inflammatus Dil iter ad eam urget.

*) Hic aliquid excidisse apparet, in quo mentionem factam fuisse oportet Raqibi, comitis Nazharo invito adjuncti, et literarum ab Himmet Nazharo ad fratrem Qâmet datarum.

**) غلامان خال حسن.

***) از كوهر شناسى با بهرهٔ تمامست, in quibus verbis *geuher*, quum et gemmam et rei substantiam valeat, pulcram ambiguitatem habet a lingua latina alienam.

Sed *Wehm* (Falsa opinio, Error), Vezirus ejus, rem ad ʿAqlum defert et suspiciones in eo movet, quibus ductus rex filium cum sociis in vincula conjici jubet. Habet autem annulus ab ʿHosna Dilo missus et ab hoc Nazhari custodiae traditus hanc vim, ut qui eum in ore teneat, sibi aquam vitalem gustare videatur et oculis cerni non possit, item ut, quandocunque velit, ad urbem visionis transferatur. Nazhar igitur eo in os indito in Gulscheni-ruchsâr venit, ubi quum ex aqua vitali bibere vult, annulus ex ore inhiantis in fontem decidit, qui et ipse ex adspectu evanescit. Nazharo vehementissime dolenti supervenit Raqîb et pessime habitum in carcerem detrudit. Tandem Nazhar crinis illius memor eum comburit: subito adest Zulf et vinculis solutis eum in Gulscheni-ruchsâr reducit, ubi Nazhar ʿHosnae facta refert. Irata Ghamzam cum eo clam ad urbem Beden profectos Dilum et Chajâlum liberare jubet. Discedunt cum manu puerorum Chatajensium artis magicae et venandi peritorum. Interea ʿAql duces in confiniis imperia habentes Nazharum ab introitu regni prohibere et, si illabi conaretur, comprehendere jussit. In his ducibus sunt Zarq anachoreta et filius ejus *Teube* (Poenitentia), qui in monte abstinentiae et simulatae sanctitatis arcem habet. Forte Ghamze et Nazhar cum pueris ad radices illius montis ebrii obdormiscunt. Custos arcis ubi eos prospexit, rem hero renuntiat. Confestim instructis copiis Teube eos oppressum it, sed ipse ab experrectis tunditur, arx ejus diripitur, monasterium Zarqi evertitur. Hinc sublatis signis victores Nâmûsum petunt, quem uno congressu *Qalender* (Mysticum erraticum) faciunt; postquam vero prope ad urbem Beden venerunt, habitum mutant et pueri quidem dorcadum *) speciem sumunt. Interim Teube eos ad urbem praevenit et regi quae acciderunt nuntiavit. Is pavens Dilo e vinculis exemto et splendida veste donato imminens periculum ostendit; si ab ʿHosnae amore desistere nolit, imperium exercitus capessere, urbem visionis expugnare atque ita illa potiri jubet; si vero ipse victus fuerit, ab omnibus excusatum iri affirmat. Invitus Dil conditionem accipit. *Ssabr* (Patientia), dux exercitus, suos lustrat; deinde Dil cum rege et proceribus aciem educit. Mox dorcades illae in conspectum veniunt: ad quas venandas quum Dil praecurrit, modo fugientes, modo subsistentes eum usque ad urbem visionis producunt, rex autem post aliquot dies cum exercitu subsequitur. Tum ʿHosn ad patrem scribit, se non solum Chajalum transfugam jam dudum frustra a rege ʿAql repetiisse, sed eum illa postulatione iratum nunc infesto exercitu advenire. His literis excitus rex *Mihr* (Amorem), summum ducem suum, exercitum lustrare atque educere jubet. Primo die Ghamze cum suis hostes aggreditur, sed nihil decernit; postera nocte ʿAql illos invadit, sed *Nesîm* (Zephyrus) armiger milites ejus dissipat. Sic victoria adhuc ancipiti, tertio die ʿHosn Châlum in consilium advocat. Is suadet, ut fortissimum fratrem germanum, qui falso pro ipsa ʿHosn appellari soleat **), ex geniis montis Qâf arcessat; si quisquam Dilum capere possit, hunc posse; hunc, quamvis fortiter pugnent hostes, omnes victurum. At, inquit ʿHosn, quid tam longe absens contra praesentes potest? Tum Châl globulum ex ambra comburit, quo ille continuo accitur. A sorore edoctus quid ab eo velit, heros exercitum denuo instrui jubet. Adduxit autem secum *Hilâl* (Lunam novam), cubicularium suum et egregium sagittarium, qui proelio commisso sagittam a Ghamze acceptam in Dili pectus dirigit, qua e curru dejectum per aerem rapit. Amisso duce exercitus cum rege fugit; sed Zulf ʿHosnae jussu eos persecutus ʿAqlum et Ssabrum capit. *Nâz* (Deliciae), nutrix ʿHosnae, ei suadet, ut Dilum aliquot dies, dum ad se redeat, in carcere detineat, ceterum quaesitum mittat, quid velit, quid jubeat. Postquam igitur ʿHosn Mihrum victoriae nuntium ad patrem legavit, Dilum in *Ćâhi-ðaqan* (Puteo menti, i. e. lacuna in mento) in Gulscheni-ruchsâr collocat, et *Laʿli* (Rubini, i. e. labii rubino similis), pincernae sui, precibus mota illi per *Tebessum* (Lenem blandumque risum) vinum mittit. ʿIschq de victoria certior factus ʿAqlum quoque filiae tradi jubet, ipse autem in occidentem profectus urbem Beden imperio suo subjicit. Interim ʿHosn prae amoris impatientia a *Wefâ* (Fide), Mihri filia, de Dilo sibi conciliando consilium petit. Offert illa ʿHosnae *Bâghi-dilkuschâï* (Hortum laetitiae), quem prope urbem habeat; ibi esse *Ćeschmeï-âschinâï* (Fontem notitiae vel ineundae consuetudinis) et *Qafri-wiſâl* (Palatium explendi amoris); suadet Dilum in hortum transferri jubeat, quo si aliquoties ambulatum iverit, illum mox amoris vim sensurum. Placet consilium: Zulf Dilum noctu illuc defert, ʿHosn subsecuta ad culcitam dormientis accedit, caput ejus amplectitur et sinui admotum lacrimis irrigat, quo expergefactus, ut se in ʿHosnae amplexu videt, clamorem edit ac sensibus alienatur. ʿHosn in Qafri-wiſâl discedit, postquam exanimem Chajâlo, Nazharo et Tebessumo commisit et ad fontem notitiae deponi jussit, ubi ad se redit. Postera nocte Chajâl ante Dilum magnum cereum accendit; ʿHosn cum Wefâ et Nâz in tecto palatii sessiunculam habet, Dil cum Chajâlo et Tebessumo ad fontem convivatur. Sed post aliquot noctes ita peractas ʿHosn desiderio victa denuo cum Nâz et Wefâ consilia agit. Constituitur, ut Zulf quaque nocte Dilum a Tebessumo medicata potione inebriatum in tectum palatii apportet, ac postquam ʿHosn cum eo consueverit, mane ad fontem reportet. Eventus votis respondet, sed ad breve tempus. Est enim inter pedissequas ʿHosnae *Ghair* (Aemula), filia Raqîbo patre digna, quae, quamvis ʿHosn eam furta sua celet, tamen ea persentiscit. Itaque ʿHosnam aliqua nocte clam secuta quid rei agatur videt et cito domum redit. Postridie injuriam, quam sibi factam esse censet, ita ulcisci statuit, ut ʿHosnae amplexus Dili praeripiat. Dum hic igitur cum Nazharo et Chajâlo ebrius ad fontem jacet et illa in urbe dormit, ipsa cum aliquot puellis in hortum praecurrit, vestes suas arte magica ad speciem vestium ʿHosnae transformat, convivium in tecto palatii instruit, Dilum et Nazharum clam Chajâlo illuc transfert et animo satisfacit. Chajâl autem experrectus quum nec Dilum nec Nazharum videat, confestim tectum palatii adscendit, ubi illum in amplexu Ghairae haerentem, hunc prae ebrietate sui non compotem invenit. ʿHosn ab eo arcessita nefando spectaculo tam vehementer percellitur, ut

*) In آهو, quod et dorcadem et peccatum significat, iterum ambiguitas inest de industria quaesita.

**) Videtur pulcritudo terrestris significari, quam vulgus hominum temere pro coelesti appetat.

procidens in clamorem erumpat, quo excitata Ghair in *Schehri-seksâr* (Urbem caninam) evadit, Dilum autem cum Nazharo et Tebessumo ʿHosn ira et zelotypia ardens in vallem *Zindâni-itâb* (Carcerem expostulationis) rapi jubet. Ghair ultra in urbem Beden profecta patri res gestas nuntiat, quibus auditis ille in vallem illam properat et Dilum cum sociis male mulcatos et in *Schehri-seksâr* avectos prope eam in *Qalʿaï-higrân* (Castello exilii), quod in *Bijâbâni-firâq* (Deserto separationis) situm est, in carcerem condit. Tum Ghair, ʿHosnam dolore confectura, ei de consiliorum suorum eventu epistolam mittit. Sed tamen literis inter ʿHosnam et Dilum per Chajâlum tabellarium reciprocatis animi amantium sibi reconciliantur. Interim Ssabr Himmetum de accepta clade certiorem facit. Is, quod ab ʿAqlo et Dilo multis beneficiis obstrictus Nazharo ad aquam vitalem directo omnium malorum auctor fuerit, suum esse arbitratur, si Dil adhuc vivat, ei opem ferre, sin minus, ab ʿIschqo poenas capere. Itaque cum copiis versus urbem visionis profectus in hortum fratris Qâmet venit, a quo Dilum in Qalʿaï-higrân captum esse audit. De eo liberando meditatus, exercitu apud fratrem relicto solus ad ʿIschqum pergit ab eoque honorifice excipitur. Deinde colloquio regem permovet, ut ʿAqlum Vezirum et Dilum generum accipiat. Mox ʿAql ab Himmeto et Mihro e custodia in aulam adducitur, Dil autem cum sociis ab Himmeto ejusque copiis expugnato castello exilii e carcere liberatur, Raqîb vicissim ibidem vinculis oneratur et Ghair accenso zelotypiae igne concrematur. Inde Himmet cum suis in urbem visionis redux Dilum et ʿHosnam connubio jungit. Nuptiae in Bâghiâschinâï celebrantur per quatuor dies, quibus ex ordine epulas dant Mihr, Qâmet, Zulf et Ghamze. Primo die pro acroamate verborum certamen instituunt *Gul* (Rosa) et *Def* (Tympanum manuale), secundo *Nachl* (Palma) et *Mei* (Vinum), tertio *Benefsche* (Viola) et *Ćenk* (Psalterium), quarto *Nerkes* (Narcissus) et *Kâse* (Patera). Nuptiis peractis ʿAql a Mihro in urbem Beden reductus eam ex illo tempore pro ʿIschqo regit. Dil autem quondam cum Himmeto et Nazharo circum Gulscheni-ruchsâr ambulans ad fontem oris venit, quem viridario *Chatth* (Lanugine genarum) cinctum et in ejus margine senem viridi vestitu indutum et coelesti luce circumfusum videt. Ab Himmeto hunc *Chidhr* (Eliam) prophetam esse accipit eumque adire et salutare jubetur. Comiter exceptus a sanctissimo viro theosophiam et ascesin mysticam discit. Hinc laudatissima vita omnium amorem et optimam existimationem meret, defunctus autem multos filios (Mysticae asseclas) et egregia nominis monumenta relinquit. Unus ex illis filiis is est, qui hanc narrationem scripsit, Fettâʿhî Nisaburensis. Finis: ومخترع منظومی ومنثوری، اقلّ العباد فتّاحیٔ نیشابوری، والحمد لله ربّ العالمین، والصلوة علی محمّد خیر خلقه وآله اجمعین، . Scriptum est hoc exemplum A. H. 972 (Chr. 1564 — 5).

9) Fol. 94 v. — 125 r. شبستان خیال *), *Cubiculum phantasiae* aut *phantasmatis*, *opus persicum ejusdem Fettâʿhii* (vid. Hammeri Gesch. d. schön. Redek. Pers. p. 291) *ex prosa oratione et versibus mixtum et quasi encyclopaediam humanae vitae comprehendens.* Initium: حمد خدایرا که چشمهٔ میم حمدش دریاییست در حدّ کمال کرم، ودایرهٔ میم نعتش سفرهایست در نعت نوال قدم، . Post laudes Prophetae (نعت النبیّ علیه الصلوة والسلام) et orationem ad Deum (المناجات) venit ad consilium scripti libri et indicationem partium ejus (تألیف الکتاب وتعریف الابواب). Dicit se, Fettâʿhî Derwîschum, hac aetate, qua eruditio et poesis maxime floreat *), absoluto libro *ʿHosn u-Dil* alium scribere constituisse ex utraque oratione mixtum, cujus elaborata dictio se in animos amicorum insinuaret atque imprimeret. Nomen ei se fecisse شبستان نکات وگلستان لغات, *Cubiculum acuminum et rosarium verborum.* Capita octo sunt: 1) Fol. 99 r. — 102 v. فی الایمان والاسلام. 2) Fol. 102 v. — 104 v. فی ذکر الملوك واعوانهم. 3) Fol. 104 v. — 107 r. فی العلم. 4) Fol. 107 r. — 108 v. فی الزهد. 5) Fol. 108 v. — 113 v. فی أطباق الاخلاق وأجناس الناس. 6) Fol. 113 v. — 117 r. فی المستلذّات. 7) Fol. 117 r. — 121 v. فی المشتهیات (pro فی المشتهات). 8) Fol. 121 v. — 123 v. inscriptione caret. Capita in فصول subdivisa sunt: primum in quinque: a) فی میامن الایمان وسلامت الاسلام, b) فی الصلوة, فی الحجّ والعمرة وما, d) فی الصدقة وما يناسبها, c) وما يناسبها, يناسبهما, e) فی الصوم; secundum in tria: a) فی العدل والریاسة, فی ذکر, c) فی ذکر الوزراء والعمّال, b) والظلم والسیاسة, فی المتجنّدة والأعونة; tertium in quatuor: a) فی تعلیم العلوم, فی ذکر القضاء وما يناسبه, b) وتفصیل (l. وتحصیل) الفضایل, c) فی ذکر, d) فی ذکر الوعّاظ والحفّاظ والخطباء والادباء, الاطبّاء والمنجّمین والشعراء; quartum in tria: a) فی العبادة, والفسق, b) فی السلوك والخرقة وما يناسبهما, c) فی الفقر, والتصوّف والارشاد; quintum in novem: a) فی ذکر الشریف

*) Ab initio est شبستانی خیالی, sed in fine fol. 125 r. recte ut supra scripsi. Aliud nomen vide ab auctore in prooemio positum.

*) Hoc loco summos poëtas persicos antiquiores recenset ac laudat, hos: فردوسی (16), انوری (23), سنائی (29), عطّار (46), خاقانی (40), سعدی (65), نظامی (32), کمال (51), خواجو, اوحدی, جلال, حسن, (74) خسرو, عماد, خواجوی, (87) (58), بساطی, (97) خجندی, (100) حافظ, (99) سلمان, (78) ناصر (101), عصمت (102), کاتبی (106). Numeri a me adjecti sunt libri Hammeriani *Gesch. d. schön. Redek. Pers.*; quae nomina numeris carent, ibi aut desunt, ut خواجوی, aut ad duos pluresve trahi possunt, ut reliqua.

في ذكر الحريص والطامع (c ,في ذكر الكريم والبخيل (b ,والدنى في ذكر (e ,في الصدق والكذب والغيبة (d ,والمنزوى والقانع في العطل (المعطّل .l) والبطّال (f ,الاحباء والاعداء والحسّاد في مذمّة (i ,في السفرة والتجّارة (h ,في الدهقنة والفلاحة (g ,في الغنى والجاه (a sextum in quinque: ;بُغاية السوقيّة *) في الاماكن والدور (b ,في الاثواب والدواب والحواشى والمواشى (c ,في الحدايق والانوار والشقايق والازهار (d ,والمساكن والقصور (e ;في ثمرات الاشجار وطيّبات الاثمار septimum item in quinque: في اصناف الطعام (a ,في الاشربة والابرزة **) (b ,في (c في الحسن والمحابة والعشق (d ,الالحان والاغانى والاوتار والمثانى وارباب؛ (e ,في المباشرة ; octavum in duo: في اسنان العمر (a ,في الحيات والممات والدنيا والعقبا (b. Finem faciunt duae sectiones: fol. 123 v. — 124 v. فصل في النصيحة, et fol. 124 v. et 125 r. فصل في خاتمة الكتاب. Ibi hoc chronostichon est:

شبستانی چنان زیباست نزد هر سخن دانی
که تاریخ تمام او بود زیبا شبستانی

Hic liber cubiculum est quod omni orationis perito tam decorum videtur, ut tempus ejus absoluti his verbis indicare liceat: zîbâ schebistânî (decorum cubiculum). Haec duo verba si computantur, annum muʿhammedanum 843 repraesentant, ut recte in margine adscriptum est, i. e. A. Chr. 1439 — 40. Finis:

تمّ تسوید شبستان خیال
بعنایت خدای متعال.

Exemplum absolutum est a Ǵemâlî Ben-Seifî Scopensi (*El-Uskûbî*) A. H. 974 medio mense Ramadhân (Chr. 1577).

10) Fol. 127 v. — 136 v. شرح قصيدة (القصيدة pro) الميميّة المشهورة الخمريّة للفاضل الكامل داود بن محمود بن محمّد القيصرى, *Dâûd Ibn-Maʿhmûd Ibn-Muʿhammed El-Qaisarî commentarius arabicus in odam mysticam item arabicam, quae propter literam consonantiae finalis El-Mîmijje et propter vinum amoris divini imaginem El-Chamrijje vocatur.* Initium: الحمد لله الذى تجلّى لقلوب عباده المصطفَيْن ازل الآزال، واحيى ارواحهم بتجليات الجمال والجلال، . Absoluta explicatione odae ab ابو جعفر عمر بن علىّ السعدىّ المعروف بابن الفارض البغدادىّ نزيل مصر *) factae, quae *El-Tâïjje* et *Nazhm el-sulûk* (Poëma profectionis, sc. ad Deum) vocatur, scriptor ab amico rogatus est, ut El-Mîmijjam quoque interpretaretur; quae quum sine pleniore notitia amoris divini recte intelligi nequeat, prolegomenis tripartitis primum f. 127 v. — 128 v. de amoris divini origine et natura, deinde f. 128 v. — 129 v. de ejus partibus, tandem f. 129 v. et 130 r. de ejus effectibus disseruit. In hanc, ut ita dicam, metaphysicam amoris inclusit nucleum totius doctrinae mysticae, cujus fundamentum est emanatio pantheistica. Ortus igitur est amor tum quum Deus, veluti calix rosae nondum evolutae in se contractus, otiosus suique non bene conscius, se suasque qualitates per se ipsum cognoscere coeperat. Ergo primus Dei actus et quasi expergefacti motus non amor fuit, sed العلم, *scientia Dei de se ipso*; hinc demum natus est المحبّة الذاتيّة, *amor essentialis*, i. e. studium essentiae divinae per qualitates suas se manifestandi, quo Deus ad ulteriorem naturae suae explicationem impulsus est. Tamen et qualitates illae tum nondum ab essentia divina discretae, et totus ille amor intra fines ejus subsistens **) nec nomen nec qualitates habens, quibus ab ea distingueretur aut eam excederet, ipsissima essentia monadis divinae erant (عينُ عينِ الذات الاحديّة غيرُ ممتازة عنها اصلا) ideoque, ut illa ipsa, mentibus creatis plane inaccessae sunt. Prior hic gradus naturae divinae, ejus *involutionem* comprehendens, appellatur المرتبة الاحديّة, *gradus unitaticus s. unitatis absolutae*, in quo nulla omnino pluralitas fuit, nec intra Deum, nec extra. Sequitur المحبّة الاسمائيّة والصفاتيّة,

*) Hoc nomine comprehenduntur ae propter avaritiam et fraudulentiam ex ordine perstringuntur quicunque in foro vel tabernis operam et merces vendunt, ut عطّار ,صايغ ,بزّاز ,قصّاب ,خبّاز, نقّاش ,نجّار ,حلّاج ,صحّاف ,مجلّد ,سهّام ,حدّاد ,بقّال al.

**) Puto الأمْزِرة legendum esse, a أَمْزار ,مِزْر; nam fol. 119 r. lin. 2 sq., ubi scriptor more suo verbis et literis ludit, sic est: بنج را که بنکست چون قلب کنی جنب شود، ومزر که بوزه است چون بگردانی رزم کردد، , *Beng*, *quod maslocum significat, inversum fit gunub* (emisso semine pollutus), *et mezer, quod cerevisiam significat, inversum fit rezm* (pugna).

*) Apud Ibn-Challikân ed. Wüstenf. Fasc. V. pag. 114 origine Amathenus (حموى), natalibus et domicilio et morte Qâhirensis (مصرىّ) fuisse dicitur.

**) المحبّة الذاتيّة هى المحبّة التى تنشأ من ادراك الذات الالهيّة ذاتها بذاتها ومن طلب الذات ظهورها بصفاتها التى هى فى مرتبة الاحديّة عينها، وهى عينُ الذات الاحديّة وأصلُ المحبّة الصفاتيّة والاسمائيّة وغيرها. Habes igitur in hoc sive amore, sive studio, sive impulsu, idem quod Hegeliani nostri aliis verbis dicunt, ideam comprehensam aeterna quadam αὐτοκινήσει ad realem πληρώματος sui evolutionem tendere.

amor nominalis et qualitativus, i. e. studium nominum et qualitatum, quae ex divina essentia se evolverunt, per opera se manifestandi. Hic igitur amor, non ipsa essentia divina aut amor essentialis, causa proxima fuit mundi creandi et vinculum est creati (سبب ظهور جميع الموجودات ورابطة انواع التأليفات الروحانيّة والجسمانيّة); nam essentia divina propter *αὐτάρκειαν* suam naturis et rebus creatis non eget ideoque eatenus tantum, quatenus causa nominum et qualitatum est, ipsa causa mundi dici potest *). Accedit المحبّة الافعاليّة, *amor actualis*, i. e. studium principiorum actuum divinorum (الشؤون الغيبيّة) in mundo creato per actus se manifestandi **). Posterior hic gradus naturae divinae, ejus *evolutionem* comprehendens, appellatur المرتبة الواحديّة, *gradus unitarius s. unitatis relativae*, in quo Deus in summa multitudine naturarum et rerum creatarum sine essentiae participe aut virtutum socio solus Deus est. Jam Deus explicatus est الحضرة الواحديّة, *Schechîna unitaria*, vel, quatenus mundo manifestatur, الحضرة العالميّة الالهيّة, *Schechîna mundana divina*; qualitates autem jam ab essentia divina et a se invicem discretae, in mundo distincte apparentes et per multas multiplicesque formas existentiae individualis realitatem suam asserentes ***), Cabbalistarum sefîrôth, sunt الحضرات الكونيّة, *Schechînae naturales*, i. e. in rerum natura conspicuae. Huc usque amoris genera Deum quasi deorsum ad creata deducunt: ultimo loco venit amor creaturas sursum ad Deum evehens, المحبّة الآثاريّة, *amor operibus divinis infusus*, i. e. studium naturarum et rerum creatarum ad alias, in quibus vestigia et *ἀπαυγάσματα* perfectionis divinae apparent, se applicandi; quo studio si tamquam catena vel scala utuntur ad altius altiusque escendendum, tandem ad Deum, omnis perfectionis auctorem et exemplar, perveniunt. Per gradus enim Deus in creata eorumque formas descendit ac se quasi spectandum praebet *). Illa vestigia autem et, ut ita dicam, particulae Dei per totam naturam fusi eatenus tantum percipiuntur, quatenus animi ad hunc usum apti et idonei sunt ac simile aliquid consentaneumque in se habent; est enim ille amor plane sensus interioris, *αἰσθητόν τι* (امر وجدانيّ), uti delectatio quae ex musica percipitur, quam si homini aurium obtusarum et animi torpentis verbis describere labores, operam incassum effundas. Summa species hujus generis est mutuus amor angelorum; secunda amor animarum coelestium et sphaerarum elementarium; tertia amor animorum humanorum rationabilium, qui sine corporum vel sensuum igniculis innata quadam aequalitate et consensione inter se conciliantur; quarta amor naturarum et rerum elementarium, in plantis et metallis occultus, in animantibus apertus. Omnino nihil est in rerum natura, quod non amore aliquo trahatur, quoniam omnia aliquod perfectionis exemplar habent, ad quod tendant: id autem est amare. Quum vero omnia genera perfectionis ex Deo emanent, non minus omnia genera amoris ad Deum redeunt, sive ii qui amant ejus rei sibi conscii sunt, sive non sunt. Qui igitur ultra creata, ultra nomina et qualitates Dei usque ad ipsam ejus essentiam penetrat et hanc solam amat, is omnium perfectissimus est, ut Propheta, de quo traditum: ما زاغ البصر وما طغى, *Non declinavit acies nec aberravit*, i. e. acies mentis ejus semper in Deum ipsum et solum directa fuit; secundum gradum tenet qui nomina et qualitates Dei amat, tertium qui opera et actus Dei (الآثار والافعال), scilicet ea omnia, quia et quatenus Dei sunt; nam si ipsa per se spectantur, a Deo diversa et aliena sunt (فانّها من حيث أعيانها أغيار) ideoque mentem a Deo abstrahunt. — Initium odae: شربنا على ذكر الحبيب الخ, quem eundem versum ex citatione commemoravi pag. 384 col. 1 in adnotatione. Finis commentarii: ورزقنا وايّاكم مقامات العارفين المقرّبين وكمالات الكاملين المكمّلين انّه ارحم الراحمين والحمد لله ربّ العالمين. Scriptio absoluta est A. H. 975 mense Ramadhân (Chr. 1578) ab eodem Ǵemâlî Scopensi, qui *Cubiculum phantasiae* scripsit (No. 9); sed hic pro Ben-Seifî est Ben-ʿHosein.

11) Fol. 136 v. — 147 r. لمعات عراقي, *ʿIrâqî Lemaʿât s. Splendores, opus persicum de gradibus amoris mystici, ex utraque oratione mixtum.* Nescio an ex omnibus commentationibus ejusdem argumenti, quas adhuc legi, haec et oratione et sententiis elegantissima sit. Initium: الحمد لله الّذي نوّر وجه حبيبه بتجلّيات الجمال فتلألأ نورا وأظهر فيه غايات الكمال ففرح به سرورا الخ. Deinde: امّا بعد

*) هذه المحبّة الاسمائيّة والصفاتيّة هي الّتي اقتضت وجود العالم اذ العالم مقتضى الاسماء والصفات لا الذات فانّها غنيّة عن العالمين وان كانت هي ايضا مقتضى المحبّة الذاتيّة ونتيجتها. Pro الذات substitue Deum patrem, pro المحبّة الذاتيّة generationem Dei filii, *τοῦ λόγου τοῦ ἐνδιαθέτου*, pro الاسماء والصفات Deum filium, *τὸν λόγον τὸν προφορικόν*, pro المحبّة الاسمائيّة والذاتيّة, creationem mundi per Deum filium: habebis instar dogmatis ecclesiae christianae, certe optimam explicationem initii evangelii Johannei.

**) Spiritus sanctus ecclesiae christianae.

***) يظهر حقايقها في الحضرة العالميّة الالهيّة متميّزة ويتحقّق مظاهرها في الوجود العينيّ متكثّرة.

*) Usus est scriptor in hac sententia nomine scholastico هويّة, *ipseitas*: تتنزّل الهويّة الالهيّة في صورها.

کلمهٔ چند در بیان مراتب عشق بر سَنَن سوانح زبان وقت املا کرد، تا آینهٔ معشوق نماء هر عاشق آید، با آنک رتبت عشق برتر از آنست که بقوّت فهم وبیان کرد پیرامن سراپردهٔ جلالت او توان کشت، یا بدیدهٔ کشف وعیان بجمال حقیقت او نظر توان کرد، بتتق عزّت محتجب است، وبکمال استغنا متفرّد، حجب ذات او صفات اوست وصفاتش مندرج در ذات، وعاشق جمال او جلال اوست وجمالش مندمج در جلال، علی الدوام خود با خود عشق بازد، با غیر خود نپردازد، الخ, His praemissis: *Pauca aliqua de gradibus amoris, ut forte lingua temporis ea dictavit, a me scripta sunt, quae fiant speculum omni amanti amasium ostendens, etsi gradus amoris* (sc. unus unius summi in Deo) *altior est quam ut vi rationis et orationis accessus ad velum majestatis ejus* (Dei) *tentari aut visu revelationis et intuitionis pulcritudo verae naturae ejus adspici possit; aulaeo magnificentiae velatur et summa αὐταρκείᾳ secluditur; vela essentiae ejus sunt qualitates, et vicissim qualitates essentiā involutae sunt; amatrix pulcritudinis ejus est majestas, et vicissim pulcritudo in majestatem inclusa est; perpetuo secum ipse amoris ludum ludit, cum alio a se diverso nullum commercium habet etc.* In *muqaddime* argumenta libri unum in conspectum collecta sunt. Primum docetur quid sit amor:

حقیقتی منزّه از تعیّن *) خواه حبّش نام نه خواه عشق انْ لا مشاحّة **) في الالفاظ, *ens quoddam reale, sed a concretione individualitatis purum, quod sive* ʿ*hobb sive* ʿ*ischq nomines licet; de verbis enim non disceptandum* ***); deinde ostenditur, quomodo amor per varias vices et periodos (اطوار وادوار) et per gradus depositionis et commorationis (مراتب استيداع واستقرار) migret; tum, quomodo in ideis et entibus (معانی وحقایق), in amasio (Deo objecto) et amatore (homine subjecto) quasi sub involucris appareat; tandem, quomodo amator et amasius vere in unum coeant; quae conjunctio magnificis his verbis arabicis celebratur:

هنالك اجتمع الفرق، وارتتق الفتق، واستتر النور في النور، وبطن الظهور في الظهور، ونودي من وراء سرادقات العزّة

بيت

الا كلّ شيء ما خلا الله باطل   وكلّ نعيم لا محالة زائل

مصراع

وغابت العينُ لا رسمٌ ولا اثرُ

Illic sejunctio in conjunctionem et dissolutio in cohaerentiam abit, lumen lumine tegitur et manifestatio manifestatione occulitur, atque ex penetrali aulaeis magnificentiae velato haec vox auditur:

> *Profecto omnia praeter Deum jam evanuerunt, omnia Paradisi* (quae vulgo creduntur) *gaudia in nihilum abierunt,*

et haec:

> *Occidit individuum nullo signo nec vestigio relicto.*

Haec deinde per duodetrigiuta *lemaʿât* oratione gravissima et dulcissima latius explicantur. Scriptor postquam conjunctionem amasii et amatoris hoc hemistichio consummavit:

انا من اهوى ومن اهوى انا

Ego sum is quem amo, et is quem amo est ego,

librum hoc epilogo finit: اگر معانیٔ این کلمات نیست با بعضی فهوم مکدّر نماید، معذور فرماید، که هر چند که می خواهم که خودرا بساحل اندازم ساحل یافت نمی شود، تا خبراست موجی ام در ربوده است وبلجّهٔ افکنده،

الحمد لله علی انّنی   کضفدع تسکن في اليمّ
إن هي فاهت ملأت فاها   او سكتت ماتت من الغمّ

وچندانکه خودرا ملامت می کنم   بیت

اینجا که بحر ناممتناهیست موج زن
شاید که شبنمی نکند قصد آشنا –

باز همّت می گوید نا امیدی شرط نیست   بیت

اندرین بحر بی کرانه چو غوک   دست پایی بزن چه دانی بوک

دل نیز در بحر امید دست وپایی می زند، وبا جان بلب رسیده خطابی می کند، که   بیت

کی بود ما زما جدا مانده   من وتو رفته وخدا مانده

Si sententiae tenuium horum verborum menti alicujus non satis clarae videbuntur, id excusabit; nam quantumvis (ex aestu summarum cogitationum) *me in litus conjicere* (earum argumenta et fines perspicue exponere) *coner, litus tamen non attingo; dum loquor, fluctus aliquis me abripuit et in salum rejecit,* —

> *Utique Deum laudo, quod ranae mare habitanti similis sum, quae sive vocem edit, os opplet, sive silet, praeclusis faucibus moritur,* —

et quamvis me ipsum his verbis reprehendam:

---

*) التعيّن significat fieri aut esse عينا, i. e. individuum ipseïtate sua ab omnibus ceteris, الاغيار, distinctum.

**) In codice est مُشاحّة, sed tam ipsa sententia, quam subscripta glossa اى مباحثة ostendit مُشاجّة legendum esse, cui verbo significatio pugnandi a Freytagio ad auctoritatem Golii relata utique asserenda est.

***) Quis est cui hic non succurrant immortalia verba poëtae nostri:

Nenn es dann wie du willst,
Nenn's Herz, Liebe — Gott! —
Ich habe keinen Namen dafür;
Gefühl ist Alles; Name ist Schall und Hauch
Umnebelnd Himmelsgluth.

Scilicet hic, ubi mare infinitum est, fluctus move!
Immo guttam roris non convenit natare velle;
tamen ab altera parte animus ad altissima adspirans (aut: *favor aliorum coeptis meis adspirans*) *dicit: Non oportet desperare;*
In hoc infinito mari ut rana manus et pedes agita; quid scis num forte — ? (i. e. fieri certe potest ut salvus ad alterum litus pervenias.)
Cor quoque in mari spei manus et pedes agitat et animam quae ad labia pervenit (jam jam efflandam) *sic alloquitur:*
Qui alterum mâ (nos, i. e. homo) *ab altero mâ* (Deo) *sejunctum maneat? Ego et tu periimus: Deus solus remansit.*
Scriptum est exemplum A. H. 977 (Chr. 1569 — 70).

12) Fol. 147 v. — 149 r. *Narratio arabica Abû-Jezîd El-Bisthâmîi de antistite et monachis coenobii christiani instinctu divino a se conventis et solutione quaestionum sibi ab antistite propositarum ad Islamum conversis.* Idem de eodem turcice narratur in Cod. Dresd. 142 fol. 43 v. — 47 v. et 202 fol. 8 v. — 12 v. Initium: قال ابو يزيد بسطامى رحمه الله كنت يوما فى بعض سياحتى، متلذذا بخلوتى، مستغفرا بفكرى، مستأنسا بذكرى، فكيف بمن يكثر من قول. Finis: لا اله الا الله محمد رسول الله ويجعلها شغله، ان كنتم عاصين فقولوا لا اله الا الله محمد رسول الله. Scriptum est exemplum A. H. 975 (Chr. 1567 — 8).

13) Fol. 149 v. — 150 v. رسالة مفتى على چلبى فى حسن الدوران, *Tractatus arabicus ʿAli Ćelebi Muftii, quo choream mysticam legitimam esse demonstratur.* Initium: الحمد لله الملك المنان، العزيز المقتدر الديان، الذى فضلنا بالعرفان، بمعرفة نور كتابة القران،. Primum contra adversarios locis Corani et Traditionis propheticae probare studet choream illam non esse ludum, لعب, ideoque ludorum interdictum (vid. Muradgea d'Ohsson a Beckio transl., II, p. 331 — 3) in eam non cadere. Sed etiamsi ludum esse concedatur, tamen illicitam esse concedi non posse*), immo aeque licere ac si quis barba aut fascia cidaris aut veste sua, aut arcu et sagittis, aut maritus cum uxore aut herus cum serva ludat. Quod autem auctor libri *Ǵâmiʿ-el-fetâwâ* (ʿH.-Ch. No. 3927) dicat: مستحل الدوران كافر, *Qui choream licere aït impius est,* id inconsideratissimum et falsissimum esse, quoniam ita sanctissimus Imâmus El-Schâfiʿî, qui illud ajat, impietatis accusetur; qui autem المجتهدين (vid. de Sacy Chrestom. arab. ed. post., I, p. 169 — 171) impietatis accuset, eum ex lege muʿhammedana facinus capitale admittere. Nec minus inconsulte et impie *auctorem El-Pezdewijjae* (arab. *El-Bezdewijje* dicto quodam prophetico abusum sacros choreutas Polytheis et monachis christianis comparare, quum illorum chorea pompam Moslemorum circa Caabam et angelorum circa solium divinum repraesentet. Item errare eos, qui hanc saltationem esse dicant ab El-Sâmirî, vituli aurei apud Judaeos confectore et adorandi auctore (Sur. 20 87 — 97), inventam; nam primum isti saltationi ad idolum colendum spectanti cum chorea uni Deo sacra nihil commune esse; deinde ne loquendi quidem usum id permittere, quoniam saltatio, *el-raqṣ*, significet اللعب بالطبل والمزمار فى مجلس الفسق مجتمعا بالنساء, *tympani ac tibiae concentum in circulo virorum dissolutorum adsumtis mulieribus.* Sed si vel saltationem esse concedatur, tamen illicitam esse concedi non posse; nam Prophetam, quum aliquot milites ad tympanum ac tibiam saltantes ad januam ejus venissent, ʿÂïschae dixisse: اتحب (اتحبين .l) يا حمراء ان تنظر (تنظرى .l) زفة الجيش, *Visne, o rubicunda, coetum militum videre?* et quum illa se velle respondisset, a marito ad januam ductam esse ibique per ejus axillam tamquam per fenestram saltantes milites spectasse. Hinc constare saltationem laetabundis concessam esse, ut tympanum in caerimoniis Suficis et in bello et festis Muʿhammedanorum. Ergo nihil hic impietatis esse; qui vero homines pios impietatis insimulent, eos ipsos impios esse ex auctoritate librorum spectatorum, ut *El-Menâr* et *El-Moghnî.* Hinc adversarios singulatim impugnat eorumque argumentis sua opponit. *Auctorem El-Bezzâzijjae* (ʿH.-Ch. No. 1807), qui choream غرضا وحسدا, propter odium et invidiam, damnaverit, neque ex المجتهدين, neque ex طبقات المقلدين, neque ex مقلدى المقلدين esse, itaque nec propriam auctoritatem habere, nec aliorum doctorum probatorum auctoritatem aut ab ipsis aut ab eorum asseclis acceptam sequi; *auctorem El-Pezdewijjae* non pluris esse, immo ne dextram quidem suam a sinistra dignoscere*); *auctorem libri Ǵâmiʿ-el-fetâwâ* aetate Sulthâni Murâd demum (sc. II) Adrianopolin venisse et ibi librum suum conscripsisse. His adjungit *El-Zamachscharium,* qui verbis coranicis Sur. 20, 6: وان تجهر بالقول فانه يعلم السر واخفى, ad damnandam choream abusus sit. Hunc paullo verecundius tractat, sed tamen quum Moʿtazelita nec ulli quatuor sectarum orthodoxarum, المذاهب الاربعة, addictus nec magis quam illi ex المجتهدين والمقلدين fuerit, ejus quoque sententiam pondus habere negat. Omnino hoc loco nullas auctoritates probabiles relinqui praeter Coranum et Traditionem propheticam. Ad horum igitur judicium se referens etiam Abû-ʿHanîfam, suae sectae principem, qui choream et ipse damnavit, arbitrum recusat, praesertim

*) Hoc ab ipso Deo significari aït verbis coranicis Sur. 6 v. 91: ذرهم فى خوضهم يلعبون (ubi Beidhawi خوض interpretatur اباطيل) *Sine eos in nugis suis ludere*, quibus Propheta, postquam Judaeos breviter et valide refutaverit, vanas eorum objectiones futilesque calumnias missas facere jubetur. Sed quum eadem a vero sensu detorta de nescio qua permissione accipi possint, prava sagacitas istorum hominum iis ad suam causam abusa est.

*) انه من الذين لا يعرفون يمينهم عن يسارهم, quod est proverbium de summa mentis imbecillitate et ignorantia.

quum El-Schâfiʿî eam permiserit, in quibusdam autem caerimoniis hunc auctorem sequi etiam ʿHanefitis liceat *), ut in precibus funebribus pro mortuo cujus corpus abest, صلوة جنازة الغائبة, quae ab Abû-ʿHanîfa vetitae tamen illo permittente usurpentur (vid. Muradgea d'Ohsson, I, p. 398). Tandem, quum chorea ad الذكر pertineat, quo omnes actus vel interni vel externi comprehenduntur, quibus praeter preces ordinarias Dei memoria recolitur, ex commentariis coranicis τοῦ صاحب الكواشى (cf. pag. 366 col. 2 lin. 16 — 19) et τοῦ صاحب المدارك ad Sur. 4, 104, et 33, 41, demonstrat illam Dei ἀνάμνησιν debere fieri cum *el-tehlîl*, *el-tekbîr* et *el-taqdîs*, item fieri posse noctu et interdiu, voce submissa et elata, cum motu et sine eo, omninoque in omnibus statibus corporis, excepta una seminis emissione; item hoc urget, interpretes coranicos *El-Zamachscharî*, *El-Beidhâwî*, ʿ*Omar El-Nesefî* et *El-Imâm el-wâʿhidî* (hunc quidem in commentario الوسيط s. medio, vid. ʿH.-Ch. No. 3423) statuere *el-ferâidh*, i. e. officia ab ipso Deo in Corano sancita, in quibus est *el-ðikr*, palam omnibus videntibus et audientibus rectius peragi quam clandestino. Accedit quod Propheta ex traditione Enesi in El-Ssaʿhîʿh Bochâriano asservata suis dixit: اذكروا الله ذكرا كثيرا حتى يقول المنافقون انكم مراؤن, *Tam saepe Dei memoriam recolite, ut hypocritae vos pietatem simulare dicant.* Ex his omnibus choream mysticam legitimam et piam esse colligit. Finis: جعلنا الله من زمرة الموحدين، ولا يجعلنا (sic) من لحزب المعاندين والحمد لله ربّ العالمين، . Scriptum est exemplum A. H. 975 (Chr. 1567 — 8.

Restant nonnulla majora in marginibus adscripta:

14) Fol. 4 v. — 13 v. *Epistola persica consolatoria ad virum principem adversa fortuna adflictum.* Initium: قلم كه نقّاش نكارخانهٔ ازليست، وكاتب ديوان لم يزلى، الخ. Post hanc ingressionem de calamo divino, decretorum fatalium instrumento, scriptor immutabilem Dei consuetudinem esse dicit, ut hominum pietatem et patientiam interdum casibus adversis tentet, id quod exemplis Salomonis et Jobi probat, de quorum infortuniis eorumque causis et laeto exitu locos coranicos et ad eos multas earum fabularum refert, quas collectas exhibet Hammeri liber Rosenöl in locis de Salomone et Jobo p. 147 — 257 et 64 — 66. In conclusione Deum precatur ut fortuna ejus, ad quem scribit, eodem modo convertatur, deinde eum consolatus optima quaeque a Deo sperare jubet, tandem rogat ut has literas **) benigne accipiat. Finis: انّه ومن الله مُمدّ الكون، نستمدّ العون، خير معين ومسئول. Scriptum est exemplum A. H. 976 (Chr. 1568 — 9).

15) Fol. 13 v. — 24 v. et hinc, post interjectam commentatiunculam turcicam de virtutibus primae suratae propriis, خواص فاتحهٔ شريفه, fol. 45 r. — 54 v. كنز السالكين, *tractatus persicus* ʿ*Abd-allah El-Anſârii, sex capitum hujus argumenti:* باب اوّل در مقالات عشق وعقل باب دوم در مباحثهٔ شب وروز باب سوم در بيان قضا وقدر باب چهارم در عنايت رحمن با ايشان باب پنجم در حقّ درويشان باب ششم در غرور جوانى. Initium: حمد بى حد آلهى را، وثناى بى عد پادشاهى را، كه برداشت از ديده دلهارا رمد، ورفع السماء بغير عمد،. Nomen et suum et libri scriptor statim post وبعد indicat his verbis: چنين كويد اضعف عباد الله، سابر بلاد الله، المحتاج الى البارى، عبد الله الانصارى، بيت

نام اين كرديم كنز السالكين زانكه سالك را بود رشدى ازين

Finem faciunt versus binarii (*meðnewî*) qui juventutem laudant et ad rectum usum ejus hortantur. Exeunt sic:

جوانى را بطاعت صرف كردان
كه طاعت درخور آمد از جوانان
جوانى را بحضرت قدر وآب است
دعاهاى جوانان مستجاب است

Scriptum est exemplum Constantinopoli A. H. 979 mense Rebîʿel-awwel (Chr. 1571).

16) Fol. 54 v. — 70 v. جزيرهٔ مثنوى, *versus e Meðnewî Gelâleddiniano a Derwîscho Jûsuf delecti et communibus quibusdam argumentis subjecti;* cf. Cod. Dresd. 13, 162, 273. Initium: حمد بلا غايه وبى حد، وشكر لا يحصى ولا عد، مرآن خدايرا كه سينهٔ پاكينهٔ كاملانرا اشعّهٔ انوار كمالات ظاهريّه درخشان وتابان ساخت،. In praefatione Jûsuf se ab aliquot hominibus Meðnewii studiosis rogatum esse dicit, ut, quum librum tantae magnitudinis tamque copiosi argumenti perlegere tironibus difficile esset, in eorum commodum delectum ex illo institueret; itaque se e sex voluminibus Meðnewii 366 versus excerpsisse atque pro argumenti similitudine inter se conjunxisse, ex quibus autem voluminibus singulos versus sumserit, praepositis numerorum notis indicasse *). Ibidem libro suo id nomen imponit, quod supra diximus. Finis:

---

*) انّ امام الشافعىّ جوّزه فالتشفّع جائز فى بعض العبادات.

Hic ad verbum تشفّع adjice significationem a nomine proprio derivatam: Schâfiʿita fuit aut factus est.

**) Eas esse dicit هديّهٔ نملهٔ انامل بى مقدار، افتاده وخاكسار، *munus formicae digitorum hominis imbecillis, jacentis et humilis*, i. e. digitorum formicae illius similium, quae Salomoni pedem locustae pro dono obtulit; vid. pag. 386 col. 1 in adnot.

*) Hae notae in nostro exemplo rubro liquore scriptae sunt.

اين نه رنجست ونه راحست ونه خواب
وحى حق والله اعلم بالصواب

Scriptum est exemplum Scopis A. H. 982 mense Rebiʿ el-awwel (Chr. 1574).

CXI.

[Ac. K. 251.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 60, scriptus char. nestaʿlîq, continens *disputationem* Muʿhammed Pâschae, summo Veziro turcico, dedicatam, *qua Muʿhammed El-ʿHoseinî e gente Muʿhammedis interpretationem verborum coranicorum Sur. 7 vers. 87:* وما يكون لنا ان نعود فيها الخ *ab Abû'l-suʿûdo in commentario suo* *) *propositam contra objectiones Persae cujusdam Schiïtae acerrime defendit.* Initium: الحمد لله على ما هدانا الى الاسلام ووقانا عن الميل الى الزيغ والضلال وعقايد اهل البدع والآثام. Jam in his verbis igniculos irarum theologicarum emicare vides, quae subinde in vastum incendium prorumpunt et per totum librum furunt nec nisi in fine subsidunt. Quidquid lingua arabica telorum habet, id scriptor in adversarium et in totam ejus sectam jaculatur, ut vel nostrates copias suas hinc augere possint. Ceterum ipsa ejus oratio ostendit illum inter suos magnum nomen habuisse et multas commentationes (*resâïl*) scripsisse (vid. fol. 60 r. lin. 13 et fol. 60 v. lin. 13—15), in quarum una aliqua Abû'l-suʿûdum impugnaverit fol. 60 v. lin. 6). Antequam scriptor ejus orationem referat et ad eam respondeat (inde a fol. 5 r.), non solum interpretationem Abû'l-suʿûdi ipsius, sed etiam Zamachscharii et Beidhawii citat, ad quorum utrumque et Abû'l-suʿûd et adversarius ejus respexit. Finis: ويحكم الله العلى الكبير انّا لله وانّا اليه راجعون في ذهاب العلم واهله والى الله المصير. In primo folio r. libri auctor notavit, se hoc exemplum a se ipso scriptum dono dedisse Scheicho Ibrâhîm Ibn El-Scheich ʿAlâ-el-dîn El-Schuʿûrî El-Murâbithî.

CODICES PRECATIONES ET MAGICA CONTINENTES PARTIM EX CORANO PENDENTES.

CXII.

[Ac. K. 80.]

Codex arabicus turcicus, 4° min., foll. 99, char. neschi et nestaʿlîq et diwani scriptus. Prima quinque folia extra ordinem inserta continent remedia morborum, vaticinia ex subsultu s. palpitatione membrorum **) (arab. اختلاج, turc. سكش, unde *Segir-nâme* in Cod. Dresd. 142 fol. 39 r. — 43 v. et in hoc ipso codice fol. 83 r. — 84 r.) et vaticinium Muʿhammedis de herba nicotiana s. tabaco, hanc: قال النبى صلعم يا ابا هريرة يأتى اقوام فى آخر الزمان يتوذّون بالدخان ويقولون انّهم من امّتى وليس انّهم من امّتى انّهم من اهل الشمال وهى شجرة مرّة خلقت من بول ابليس عليه اللعنة سئل عن زرعها وغرسها ونقلها من بلد الى بلد فقال عم لعن الله زارعها وبايعها وآخذها وناقلها والعامل عليها والناظر اليها بالمحبّة فهو كافر بالمطلق نقل من تفسير المقنع الكبير محمّد بن العسرى (l. محمّد), deinde duplex responsum (*fetwâ*) Muʿhammed Ibn-Saʿd-el-dîni, quo herba illa item damnatur; quid? quod jam Loqmân et Plato sat ridicule eandem de illa sententiam anticipasse dicuntur. Tandem amuleta et precationes magicae.

1) Fol. 1 v. — 4 v. *Aurâd* s. pericopae coranicae post preces ordinarias recitandae. Primum docetur, quae Corani partes et qua ratione ibi recitandae sint, deinde a fol. 2 ipsae, sed non omnes, excriptae sunt. In marginibus extant aliae precationes arabicae non coranicae coranicis illis praemittendae et subjungendae, aut omnino cum precationibus ordinariis utiliter conjungendae et ad varios usus adhibendae, veluti ut aliquis proceribus placeat, ut a supplicio sepulcri tutus sit; item magica et apotelesmatica, ut nomina Dei in itinere pro amuleto gerenda. Fol. 5 r. et v. undecentum nomina divina. Hinc usque ad fol. 68 v. iterum variae precationes arabicae, quarum multis praemissa est indicatio turcica originis et virtutis earum, et tandem magica.

2) Fol. 69 r. — 72 r. Mandata publica, epistolae, acta privatorum, char. diwani scripta.

3) Fol. 72 v. — 74 v. Precationes et magica.

4) Fol. 75 r. فرمان دلبران عجايب, Mandatum commenticium jocosum, a Judice amasiorum (*Maʿschûqlar qâdhîsî*) Amatori (*ʿÂschiq*) datum, quo Praefectus strenuorum (*Dilirler wâlîsî*) venustum quendam, sed inhumanum Amasium, de cujus injuriis Amator Judici libellum tradiderat, quaerere et Amatori dedere jubetur, A. H. 1097 (Chr. 1685—6).

5) Fol. 75 v — 77 r. Vaticinium Derwîschi ʿHasan

*) Vid. Cod. CVI et CVII. Hic ubique brevius تفسير الارشاد et الارشاد appellatur.

**) Graeci quoque hac vaticinatione utebantur, quam περὶ παλμῶν μαντικὴν s. παλμοσκοπίαν appellabant. Ex eodem genere est illud Theocriti in Id. III v. 37: Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δέξιος, et Plauti in Pseudolo, I, 1, v. 104 et 105:
Ca. *Atque id futurum unde?* Ps. *Unde dicam nescio,*
Nisi quia futurum est: ita supercilium salit.

de iis, quae A. H. 1094 (Chr. 1682 — 3) et ultra eventura sint.

6) Fol. 77 r. — 78 v. Duae precationes magicae a Mu'hammede commendatae, praemissa indicatione turcica utilitatis earum.

7) Fol. 79 r. — 80 r. Duo sigilla magica (*muhr*) Mu'hammedi a Gabriele tradita, praemissa simili indicatione.

8) Fol. 81 r. et v. Invocatio duodecim Imamorum, eodem modo introducta.

9) Fol. 82 r. Invocatio sanctissimorum virorum, qui رجال الغيب vocantur (de quibus vid. Lane in *An Account of the manners and customs of the modern Egyptians*, I, p. 293 sqq.) et circulus magicus eorum, *dâïreï-riǵâl-el-ghaib*. Ordines eorum enumerantur ab initio invocationis:

السلام عليكم يا رجال الغيب السلام عليكم يا ارواح المقدّسة
السلام عليكم يا نُقَباء يا نُجَباء يا بُدَلاء يا اوتاد يا اِمامان
يا قُطْب يا أفراد يا اُمَناء أغيثونى بغوثة وانظرونى بنظرة الخ.

Circulum cingunt nomina octo ventorum et regionum coeli iis respondentium.

10) Fol. 83 r. — 84 r. *Segir-nâme* turc.

11) Fol. 86 r. — 87 r. Qaṣîda Weisii turcica, qua cives suos de corruptis moribus, ecclesia, republica, castigat et iram divinam denuntians ad meliorem frugem exhortatur. Vid. *Cardonne, Mélanges de Littérature orientale, Paris*, 1770, *tom. II, p.* 267 *sqq. Von Diez, Ermahnung an Islambol oder Strafgedicht des türkischen Dichters Uweïssi über die Ausartung der Osmanen, Berlin*, 1811. *Hammer-Purgstall, Gesch. d. osman. Dichtkunst, III, p.* 203 — 206. *Catal. Dresd. No.* 341, 1.

12) Fol. 88 r. — 99 v. Precationes et magica.

In ultimo foliorum extra ordinem adjectorum char. diwani scripta est epistola Imperatoris germanici ad summum Vezirum missa A. H. 1094 (Chr. 1683). Quum Turcae arces hungaricas Jaurinum et Comaram (يانق وقومران) expugnassent et solo aequassent, hinc ab Austriacis poposcissent, ut Hungaros sibi relinquerent, Imperator his literis flagitationes et minas summi Veziri repellit. Illo certe anno hae literae datae esse non possunt omninoque commenticiae videntur.

CXIII.

[Ac. R. 161.]

Codex arabicus turcicus, 4° min., foll. 145, nitido char. neschi scriptus, punctis aureis et pulcro limbo ornatus, ab initio eleganter expictus

1) Fol. 1 v. — 39 v. Sur. 1, Sur. 2 vers. 1 — 4 et 284 — 286, Sur. 36 cum precatione subjungenda, Sur. 48 cum utilitate ejus turc. et precatione subjungenda, Sur. 55, 56, 67, 78 cum precatione subjungenda, tabula undecentum nominum divinorum praemissa traditione prophetica de utilitate recitationis eorum arab. et turc., longa et pulcra precatio quae eadem nomina persequitur, precatio quae tota in laudando Mu'hammede versatur, duae precationes pro eo, brevior et longior.

2) Fol. 39 v. — 102 v. *Birgilii Waṣijjet-nâme*, turc. Cf. Catal Dresd. 59 1.

3) Fol. 103 v. — 143 r. *Du'â-nâme*, Liber precationum, turc., ab *Abû'l-su'udo* conscriptus et *'Alî Pâschae* summo Veziro dedicatus. De ejus divisione vid. Catal. Dresd. No. 143, 2. Tabula capitum et argumentorum in nostro exemplo est fol. 106 r. et v. Margines aliis precationibus, traditionibus, notis, al. impleti sunt. Fol. 144 et 145 finem faciunt Sur. 3 vers 148 et duae precationes.

CXIV.

[R. 96.]

Codex maximam partem arabicus, 8° maj, foll. 37, char. neschi, continens Sur. 36, 48. 55, 56, 67, 78, 86, 102 — 114, deinde precationem absolutae lectioni coranicae subjungendam, tandem precationem turcicam, دعاء يسين.

CXV.

[Ac. R. 157.]

Codex arabicus turcicus, 8° obl., foll. 26, char. neschi majore s. ri'hani scriptus, continens الاوراد الفتحيّة فى الطريقة العشاقية, quae collegit *Ismâ'îl Ibn-Mu'hammed* 'Hanefita, Scheich ordinis Derwischorum *El-'Usschâqijje*; cf. Muradgea d' Ohsson a Beckio transl. II, p. 521. Initium: الحمد لله الّذى فتح لنا ابواب التوفيق والهداية، ووهب لنا اسباب التحقيق والعناية،. Qui haec pensa quoque mane et vespero legat, ei in prooemio optima quaeque et in hac et in altera vita consequenda promittuntur, deinde fol. 3 v. — 23 v. ipsa sequuntur. Initium: الحمد لله ربّ العالمين الرحمن الرحيم، الحمد لله حمدا دائما كدوام مُلْكه القديم،. Finis: اللّهمّ ربّنا تقبّل منّا الفاتحة مع الصلوات،. Fol. 23 v. — 26 r. النظم فى شرح هذه الاوراد, turc., in quo carmine haec enumerantur, ex quibus illa pensa composita sint: quinquaginta versiculi coranici, صلوات et رسولك روحنه, اسم اعظم et اسماء حسنى, ثنالر et مقبول دعالر, تحيّات, deinde mirae virtutes eorum praedicantur, usus et origo docetur. In ultimis versibus auctor dicit se, بو شيخ اسمعيل بن شيخ محمّد, his pensis nomen fecisse اوراد عشّاق.
Initium:

بحمد اللّه تمام اولدى بو اوراد اوقويان دل اولور نوربله آباد

Finis:

معانى فتح *) ايدوب محو ايت كناهى
قموسين رحمتنه غرق ايت آلهى

---

*) Usus verbi فتح de Deo homini arcana et ignota quasi recludente apud Mysticos pervulgatus docet الاوراد الفتحيّة non „pericopas victrices" esse ('H.-Ch. No. 1476), sed potius reclusorias, revelatorias.

Subjecti sunt a librario hi versiculi:

قد تمّت الاوراد بعون ربّ العباد
غفر اللّه لنا ولهم يوم التناد

CXVI.

Codex arabicus turcicus, 8°, foll. 47, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 4 r. دعاء جنازه, precatio funebris, arab.

2) Fol. 5 v. — 7 r. Exorcismus ex utraque lingua mixtus, qui latine sic sonat: *Per nomen Dei, exi; per Deum qui* (lacuna), *exi; per legem Mosis, exi; per evangelium Jesu, exi; per Abû-Bekrum, ʿOmarum, ʿOϑmânum, Alium, ʿHasanum, ʿHoseinum, Fâthimam, quos omnes Deus gratos habeat, exi; per Psalterium Davidis, exi; per Coranum Legati Dei, cui Deus benedicat salutemque det, exi; per centum viginti quatuor millia prophetarum, exi; per trecentos tredecim legatos, exi*); per Gabrielem, Israfelem, Michaëlem et ʿYzraëlem, exi; per octo paradisos et septem inferna, exi; per lunam et solem, exi; per nivem et pluviam, exi; per Hârûtum et Mârûtum **), exi; per propugnatores religionis in caverna jacentes †), exi; per Sanctos Syriae, exi; per Scheichos Chorasaniae et Sanctos Turciae, exi; per prophetas Meccae et Medinae jacentes, exi; per aedem Meccanam et Hierosolymitanam, exi; per viros sanctos quatuor millium quadringentorum quadraginta quatuor ordinum, exi; per sigillum prophetarum, Muʿhammedem, Legatum Dei, exi; per venerabile nomen Dei et venerabilem Deum, exi; per* فلك حسنات فلك حسنات شراشيّا شراشيّا شراشيّا قرقراشيًا قرقراشيًا تجدَة تجدَة تجدَة او لفظًا او لفظًا او لفظًا به به به اسكن اسكن اسكن ††), *exi; per orationem divinam sex millibus sexcentis sexaginta sex versiculis constantem, exi; per decimam partem Corani, exi. Sive ventus es, sive vermis es, sive aër perflans es, sive haemorrhois es, exi; sive e geniis Muʿhammedis Electi es, exi; sive e geniis Sejjid Aʿhmed Kebîri es, exi; sive e geniis Salomonis Prophetae es, exi; sive e geniis pone montem Qâf habitantibus es, exi; sive e geniis hunc mundum habitantibus es, exi; sive e geniis summos et imos puteos habitantibus es, sive e geniis imas arbores, imas rupes, imos montes, loca olim culta, imas arbores fructiferas, aquarum oras habitantibus es, exi; sive e geniis compita, loca molarum et tenebras habitantibus es, exi; sive e genere catarrhi es, exi; sive e genere cardialgiae es, exi; sive e genere cephalalgiae es, exi; sive e genere pleuritidis es, exi; sive e genere ophthalmiae es, exi; sive e genere ischiadis es, exi. Noxa ejus qui panem humi proculcat, atque ejus qui, quum panem coxerit, nihil inde aliis impertit, et poenae scelerum in omnibus septuaginta duabus religionibus commissorum in te conveniant, si hunc non mittis et abis, si ferox es, si contumax es*). si non abis, si non abis; quaecunque ii quos dixi peccarunt, eorum omnium poenae in te conveniant, si hunc non mittis et abis. Ceterum non est vis nec potestas nec potentia nisi penes summum ac venerabilem Deum.*

3) Fol. 8 v. — 20 v. *Catechismus turc. doctrinae muʿhammedanae*, dogmaticae totius, e practica autem ejus partis quae ad purificationes et preces spectat. Inscriptio: دين اسلامى واركان صلوتى بلدرر. Initium: الحمد لله ربّ العالمين والصلوة والسلام على محمّد وآله وصحبه اجمعين؛ امّا بعد سؤال صورسلر مسلمانمسن آيت كه الحمد لله؛ معنسى ندر دسالر آيتكه حق حضرتنى اوكمكدر؛ سؤال صورسلر الله بلورمسن آيت بلورم نته لكسز هيچ بكزمز نشانسز صانع قديمدر جيتدن زماندن جميع نقايصدن منزهدر واحددر الخ, *Si rogaris, num Moslemus sis, dic: El-ʿhamdu lillâh* (i. e. Per Dei gratiam sum). *Si quaeritur, quid hoc significet, dic: Deum O. M. laudare. Si rogaris, num Deum noveris, dic: Novi. Sine qualitatibus, nulli similis, nullam descriptionem admittens, aeternus creator, nec spatio nec tempori nec ulli imperfectioni obnoxius et unus est*, etc. Finis: اللّهمّ انّى اعوذ بك من ان اشرك بك شيئًا وانا اعلم واستغفرك لما لا اعلم انّك انت علّام الغيوب.

4) Fol. 20 v. — 22 v. eadem precatio funebris, quae est fol. 1 v. — 4 r.

5) Fol. 22 v. — 27 v. دعاى حزب البحر, arab., quo Deus rogatur ut mare tranquillet et navigationem secundet. Fol. 27 v. et 28 r. tres minores precationes arabicae et duo sigilla magica, alterum Muʿhammedis, praemissa institutione turcica de usu et virtute ejus, alterum ʿÂïschae. Ibidem commendatur invocatio auxilii horum virorum sanctorum: Maʿrûf Karchî, Suheil Rûmî, Uweis Qaranî, Bilâl ʿHabeschî.

6) Fol. 28 r. — 31 r. دعاء مصطفى عليه السلام, omnes literas persequens, sic: آ اللّهمّ ارزقنا أمانة المصطفى أمان المصطفى ألفة المصطفى أخوّة المصطفى ايمان المصطفى الخ; deinde ex litera Be: اللّهمّ ارزقنا بهاء المصطفى بركة المصطفى بقاء المصطفى الخ, et sic deinceps.

7) Fol. 31 v. — 47 r. Octo aliae precationes arabicae, quibus omnibus praeter sextam et septimam praemissae sunt

---

*) Vid. Muradgea d'Ohsson a Beckio transl., I, p. 107.

**) Vid. Sur. 2 vers. 96.

†) مغاردە يتان غازيلر حرمتيچون; videtur ea caverna intelligenda esse, in qua Muʿhammed Mecca Medinam fugiens cum Abû-Bekro comite se abscondidit.

††) Has voces cabbalisticas tales posui, quales in codice inveni.

*) In codice est قره ختنام ايسك قبايلى ايسك, pro quo legendum puto قره ختاى ايسك الخ, *si Qara-Khatajensis* (ex gente Mogolorum ad septentrionem regionis sericae habitantium), *si Arabs nomas* (ex qabîlis s. tribubus Arabum nomadum) *es*, quorum verborum sententiam expressi.

institutiones turcicae de earum usu et vi, plerumque etiam de origine: a) دعاء حِرْز النبى. b) دعاء بازبند (pro بازوبند) حسن حسين. c) تعويذ حسن حسين. d) دعاء مبارك. e) دعاء مصطفى. f) دعاء انعام اوّل. g) دعاء انعام آخر. h) دعاء حرز الفرس, quae precatio nomen inde accepit, quod ad frontem equi destinanda est, quo eques medios inter hostes oculis cerni non possit. Subjectum est sigillum verba Sur. 112 in orbem scripta continens.

CXVII.

[Pf. K. 108.]

Codex arabicus turcicus, 12° maj., foll. 81, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 27 v. Precationes arabicae singulis diebus septimanae recitandae, a دعاء يوم الجمعة ad دعاء يوم الخميس.

2) Fol. 27 v. — 81 v. Variae precationes arabicae, maximam partem prooemiis turcicis instructae, quibus magica et apotelesmatica immixta sunt: a) Fol. 27 v. — 35 r. دعاء سرخ باد *). In prooemio haec fabula narratur: Quum Salomo quondam de potentia sua secum gloriaretur, Deus hac superbia iratus *Surch-bâd* daemonem creavit ad illumque misit. Salomo ejus aestu afflatus et specie territus rogat, quis sit et ubi habitet? Respondet se Surchbâd appellari et in corporibus humanis sedem habere; deinde noxas enumerat, quas et corpora et animi patiantur, si hoc illud membrum occupaverit. Tantam pestem sublaturus Salomo ejus cervices caedi jubet, sed incassum in eo necando laboratur. Tandem catena vincitur: tum Gabriel adest et Dei verbis illum dimitti jubet. Paret Salomo et a Deo impetrat, ut sua aetate Surch-bâd nemini noceat. Muʿhammedis vero tempore ille ʿOmarum invasit misereque confecit. Causam mali Muʿhammedi nuntiavit Gabriel, qui de remedio consultus ei illam ipsam precationem dictavit ejusque usum docuit. b) Fol. 35 r. — 36 v. دعوت قُلْ أُوحِىَ. Prima verba precationis, قل اوحى, sumta sunt e Sur. 72, 1. c) Fol. 36 v. — 37 r. دعاء عرش. d) Fol. 37. r. دعاء كفى. e) Fol. 37 r. — 38 r. دعاء صلوات. f) Fol. 38 r. — 39 r., 42 v., 43 v., 47 r., 48 r., 48 v. et 49 r., 55 v. — 76 r., 77 r. — 80 v. artificia magica et apotelesmatica, inter quae eminet ratio aliquem invitum ad se adducendi, fol. 47 r. et v., quam ut cum caerimoniis Pharmaceutriae Theocriteae et Virgilianae comparare possis, enotabo. Primum magna acus septem foraminibus instruenda est per eaque septena fila serica diversorum colorum trajicienda; deinde acus solo infigenda et Sur. 36 ita recitanda, ut ad unumquodque septem illorum مُبِين, quae versiculos 11, 16, 23, 47, 60, 69, 77 finiunt, precationem fol. 47 subjunctam interponas eaque absoluta dicas: Veniat N. N. filius N. N., simul acum altius ad superius foramen infigas usque ad septimum: tum ille veniet, sed mente alienatus, evulsa autem acu ad se redibit. Fol. 71 r. — 76 r. pro دعاء سيف الله inscriptione promisso turcice docentur usus et viginti quinque utilitates sigilli magici fol. 76 r. positi. g) Fol. 39 v. et 40 r. preces ad funus viri, feminae, puelli, puellae recitandae. h) Fol. 40 r. — 41 v. دعاء اسماء الحسنى. i) Fol. 41 v. — 42 r. دعاء الاستغفار. k) Fol. 42 r. et v. دعاء الطاعون. l) Fol. 43 r. traditio Mosaïca, turc., de binis diebus mensium binisque temporibus dierum infaustis. Dies sunt Muʿharrami 9 et 11, Safari 2 et 4, Rebîʿ el-awweli 16 et 21, Rebîʿ el-âchyri 4 et 20, Ǵumâda el-awweli 2 et 20, Ǵumâda el-âchyri 6 et 8, Reǵebi 3 et 8, Schaʿbâni 6 et 20, Ramadhâni 4 et 15, Schawwâli 1 et 2, Ⅎû'l-qaʿdae 10 et 20, Ⅎû'l-ʿhiǵǵae 1 et 15; tempora diei Solis tempus inter duas precationes *) et extremus dies, diei Lunae tempus antemeridianum medium et meridies, diei Martis mane et tempus pomeridianum medium, diei Mercurii tempus antemeridianum medium **) et tempus inter duas precationes, diei Jovis tempus antemeridianum medium et dies extremus, diei Veneris meridies et tempus pomeridianum medium, diei Saturni mane et tempus antemeridianum medium. m) Fol. 43 v. precatio efficacissima a Muʿhammede commendata. n) Fol. 44 r. — 46 v. دعاء ختم القران. o) Fol. 48 r. et v. دعاء استخاره, qua precatione cum aliis caerimoniis utendum est, si Deum tibi per somnum inspirare velis, num hoc illud faciendum sit, an omittendum. p) Fol. 49 v. — 55 r. دعاء صلوات النبى. q) Fol. 80 v. institutio turcica de iis rebus, quae boni ominis causa singulis mensibus adspiciendae sunt. Muʿharramo expedit adspicere aquam, Safaro volam manus, Rebîʿ el-awwelo aurum et argentum, Rebîʿ el-âchyro faciem et crus pulchri hominis, Ǵumâda el-awwelo cibum, Ǵumâda el-âchyro coelum simulque primam suratam recitare, Reǵebo crus simulque Sur. 96 recitare, Schaʿbâno argentum, Ramadhâno faciem senis, Schawwâlo argentum simulque Sur. 94 recitare, Ⅎû'l-qaʿda margaritas, Ⅎû'l-ʿhiǵǵa argentum. r) Fol. 81 r. precatio arabica quae pectori mortui imposita eum a supplicio sepulcri (عذاب القبر) liberat. s) Fol. 81 v. institutio turc. de quatuor appellationibus Dei, quas si super totidem lapides recitaveris, deinde eos afflaveris et dextrorsum, sinistrorsum, prorsum, retrorsum jeceris, te peregre euntem ab omni periculo tutum praestabunt. Ibidem precatio promittitur, quae in statione ad eundem usum adhibita eundem effectum habeat ***), sed excidisse videtur cum aliquot foliis posterioribus.

---

*) Venti rubri, i. e. ardentis, fervidi. Arabice fol. 35 r. lin 4 et 5 item يا ريح الاحمر appellatur. Persis erysipelas est.

*) بين الصلوتين nescio num tempus inter binas quasque precationes significet, an duae illae precationes sensu eximio de certo precationum pari dicantur.

**) Hic et die Saturni pro simplici قوشلق est سلطان قوشلق, quod quomodo ab illo differat nescio.

***) Verba sunt: وداخى قونلدوغى يرده بو دوعاء درت طاش

CXVIII.

[Pf. K. 40.]

Codex trilinguis, 12° maj., foll. 337, variis characteribus scriptus. Secundum numeros foliorum ab ipso librario, sed non ubique recte, adjectos ab initio duo et triginta folia exciderunt. Quum varia admodum insint, ea communibus quibusdam argumentis subjeci. Linguam ubi non indicavi, turcica intelligenda est.

1) *Suratae aut exscriptae, aut ad haec illa efficienda, consequenda, avertenda commendatae.* Fol. 1 r. — 12 v. Sur. 56 ab ultimo verbo vers. 59 ad vers. 96, Sur. 59 vers. 18 — 24, Sur. integrae 67, 78 — 106, tandem 107 usque ad vers. 6, in quo oratio abrupta est. Fol. 2 r. ad initium Sur. 67 adscriptum: *Omnes viri pietate eximii hanc suratam, postquam cubitum iverunt aut antequam eunt, recitare solent, ut usque ad mane ab omnibus casibus praeter mortem tuti sint.* Fol. 44 r. — 45 v. praestantia et singulares virtutes Sur. 36 adhibitis dictis Mu'hammedis explicatae. Fol. 48 r. in marg. docetur quibuscum caerimoniis conjungenda sit recitatio Sur. 1 trecenties vel quingenties vel septingenties vel nongenties repetenda, ut votum subjungendum ratum fiat. Fol. 51 r. in marg. eadem Surata iis, qui in itinere a via aberraverint, sine intermissione semel et quadragies recitanda, qua salvi domum redeant. Fol. 54 v. usus et virtutes Sur. 19 et 20 et 40 — 46, quae postremae suratae propter binas literas ab earum initiis positas vocantur یدی حمیم سوره لری (pro حامیم), *septem suratae 'haminicae.* Ibid. in marg. effectus Sur. 1 die Veneris quinquies recitatae. Fol. 87 r. Sur. 1 centies recitanda et cum certa quadam invocatione Dei aliisque caerimoniis conjungenda, ut quidquid velis a Deo impetres. Fol. 90 r. Sur 110 hostium superandorum causa cum quadam precatione conjungenda. Fol. 92 v. in margine: „*Sur. 97 si quis mense Ramadhâno millies recitabit, Deum per somnum videbit; si quis nocte diem Lunae praecedente quingenties recitabit, Mu'hammedem per somnum videbit; si quis voluntate in negotium aliquod impeditum directa decies recitabit, totum negotium expeditum fiet.*“ Fol. 101 r. in marg. Sur. 3 auctore Qâdhî-Chân solvendi aeris alieni causa ter recitanda, aut, ut fol. 122 r. in marg. est, auctore El-Zamachscharî in El-Kesschâf terdecies; Sur. 5 ad incrementum pecudum et pecuniarum omniumque generum victus quadragies recitanda. Fol. 103 v. et 104 r. in marg. Sur. 112 millies recitanda et cum longa naenia aliarum partium coranicarum, invocationum et precum conjungenda, ut optata a Deo impetres. Ad eundem usum fol. 122 v. et 123 r. commendatur Sur. 6 auctore Mu'hammede cum caerimoniarum et precum apparatu recitanda, fol. 134 r. in marg. Sur. 67 per undecim dies, ita ut die Mercurii incipiatur et die Saturni desinatur, quotidie semel, fol. 144 v. in marg. Sur. 93 post preces matutinas quadragies. Fol. 117 v. in marg. Sur. 99 inimici vel hostis perdendi causa recitanda quadragies, Sur. 95 terrorum noctis arcendorum causa, quum cubitum itur, septies, Sur. 100 auctore Mu'hammede assidue contra omnia mala, ter autem ejus, qui oculo maligno tactus est (کوز دکمش کمسنه), sanandi causa. Fol. 122 r. in marg. Sur. 73 auctore Mu'hammede omnis difficultatis removendae instrumentum. Fol. 134 v. in marg. Sur. 112 super quadraginta uvas totidemque lapides recitanda, deinde lapides in igne ponendi, uvae in aquam abjiciendae: ita cujus volueris animum ad te amandum devincies. Fol. 135 v. in marg. Sur. 108 super malum semel et septuagies recitanda, deinde suspirium ducendum, tum curandum ut is aut ea, cujus amorem expetas, illud malum edat: ita amore tui sauciabitur. Fol. 136 r. „*Si quem insomnia afficere* *) *voles, ut irrequietus et insomnis amore tui detineatur, paterae vitreae non sartae Sur. 1 retro inscribe, ut ab âmîn incipias, in el-'hamdu desinas; deinde aquam infunde; tum eandem suratam ter retro recita et literas alphabeti item retro paterae inscribe; tandem eam in loco pone, quo neminem intraturum esse scias: ita ille quem volueris insomnis fiet. Usu probatum est.*“ Fol. 200 v. in marg. „*Qui Sur. 1, 112, 113, 114, post preces publicas dici Veneris, antequam quidquam loquatur, singulas septies recitabit, cum Deus usque ad proximum diem Veneris ab omni casu adverso et diaboli infestatione custodiet.*“ Fol. 288 r. in marg. Sur. 97 ei, qui ex captivitate liberari cupiet, quotidie centies recitanda. Fol. 293 v. in marg. „*Si quis Sur. 36 septem Sanctorum gratia, qui infra commemorabuntur, per septem dies quotidie septies ita recitabit, ut praemia divina singularum recitationum singulis Sanctis illis donet, quidquid de hac vita ac de futura in votis habebit, id intra septem dies certissime continget. Hoc multis experimentis probatum est. Sancti autem hi sunt: Sulthân Ibrâhîm Edhem, Sulthân Bâjezîd Bisthâmî, Sulthân Abû-sa'îd Ibn Abî'l-chair, Sulthân Ma'hmûd Ghâzî, Sulthân Singar Ghâzî, Sulthân 'Alî Ibn-Mûsâ Rûnâ* (رونا), *Sulthân Ismâ'îl.*“

2) *Suratarum partes ad eosdem usus commendatae.* Fol. 14 v. et 15 r. Sur. 2 v. 247, Sur. 3 v. 177, Sur. 4 v. 79, Sur. 5 v. 30 et 31 qui assidue recitabit, inimicum vel hostem omnino superabit. Fol. 29 v. et 30 r. in marg. Sur. 2 v. 256 (*âjet-el-kursî*), Sur. 2 v. 285 et 286, Sur. 3 v. 16 et initium 17, Sur. 40 v. 47 inde ab اُفوّض, Sur. 20 v. 113, Sur. 6 v. 73, Sur. 24 v. 37, Sur. 76 v. 19, cum institutionibus de eorum usu et vi. De Sur. 6 v. 73 hic et fol. 79 v. caerimonia praecipitur ei similis quam ex Cod. CXVII transtuli pag. 408 col. 2 lit. s.: „*Qui verba qaulu-hu'l-haqqu we-lehu'l-mulku ita recitabit, ut qaulu-hu dicens unum de quatuor silicibus, quos in manu teneat, prorsum jaciat, deinde el-haqqu dicens secundum retrorsum, tum we-lehu dicens tertium dextrorsum, tandem el-mulku dicens quartum sinistrorsum, et ipse et bona mercesque ejus divinitus custodientur nec quidquam nisi secundum iis accidet.*“ Fol. 35 r. Sur. 20 v. 105 et 106 munimentum contra pestilentiam.

اوزرینه اقویوب اوفره درت یاننه اته قونلغی بر بر دمور حصار اوله باذن الله تعالی, *Atque etiam ubi ad quiescendum consederit, hanc precationem super quatuor lapides recitet, deinde eos afflet et ad quatuor latera sua jaciat: ita ille locus permittente altissimo Deo murus ferreus fiet.* Cf. Jerem. 1, 18.

*) اویقوسن بغلمق, unde ipsa incantatio appellatur اویقو باغی, *somni vinculum*, quippe quo somnus veluti restringatur, i. e. impediatur.

Fol. 35 v. Sur. 59 v. 10 inde a ربّنا qui quotidie septies recitabit, die resurrectionis intercessore non carebit. Fol. 40 v. — 42 r. آيات الحرز, precatio e versiculis coranicis contexta cum prooemio in marg. posito de ejus usu et vi averruncatoria. Fol. 42 r. et v. هفت آيت, septem versiculi in precationem conjuncti, a Muʿhammede ʿAlio commendati, cum prooemio in marg. posito hujus argumenti: qui lotione sacra rite peracta cum religiosa fide eos recitet aut ab alio scriptos secum ferat, etiamsi septem coeli septemque terrae commoveantur, montes dirumpantur, lapidibus pluat, atque omnes incolae terrae infestis armis in eum concurrant, tamen ne tantillum quidem laedi posse. Fol. 42 v. in marg. Sur. 17 v. 84 praemissa *besmela* exscriptus contra dolorem capitis in ipso capite gerendus. Fol. 46 r. artificium inveniendi furis: „*Pani hordeaceo inscribe Sur.* 56 *v.* 82 *et* 83, *Sur.* 73 *v.* 12 *et* 13; *deinde eum, quem furem esse suspicaberis, panem edere jube: quodsi fur erit, in gula ejus adhaerescet;*" item defigendi amasii: „*Amator nervum arcus sumat et septem in eo nodos nectat, super quos singulos haec recitet: super primum Sur.* 69 *v.* 28, *super secundum Sur.* 69 *v.* 29, *super tertium Sur.* 69 *v.* 30 *et* 31, *super quartum Sur.* 84 *v.* 1, *super quintum Sur.* 84 *v.* 2, *super sextum verba magica* آهيًّا شَراهيًّا, *super septimum Sur.* 108 *v.* 1 *et* 2; *postea dicat: Illius* (nomine eum vocans) *os et omnia membra et omnes corporis partes ad mei amorem devincio* *), *ut mihi non adversetur, sed obtemperet.*" Ad eundem usum fol. 135 r. in marg. praecipitur ut super septem capillos ejus, quem aut quam ames, Sur. 69 v. 30 — 34 recites, deinde illos in capite geras; it. fol. 136 v in marg, ut Sur. 20 v. 18 et 22 et Sur. 3 v. 12 malo inscribas idque ei, a quo aut a qua te amari velis, edendum des. Sed eadem incantationis formula, quam modo ex fol. 46 r. transtuli, fol. 291 r. ad virum enervandum traducitur, turc. ار بغلمق, quod Arabes quoque ربط الرجل et Persae مرد را بستن dicunt. Itaque pro illis, quae in fine posita sunt, hic substituitur: *Mentulam N. N. filii N. N. vincio,* فلان اوغلی فلانك ذكرين بغلدوم. In iis, quae super nodos recitanda sunt, omnia conveniunt, nisi quod in Sur. 108 ad vers. 1 et 2 hic tertius additur. Sed contra hanc fascinationem medicina parata est fol. 91 r. in marg., ubi qui tali maleficio tactus erit, Sur. 48 v. 1—3 tribus ovis inscribere eaque, quum ad concubitum accedat, cum muliere aequaliter bipartita edere jubetur. Hoc dicitur بغلو ششمك, *vinctum solvere*, arab. حلّ المربوط, pers. بسته را كشادن. Ad eundem usum fol. 156 r. in marg. iidem versiculi cum subjuncta invocatione Dei, fol. 145 v. autem Sur. 2 v. 57 usque ad مشربهم et 54 usque ad رزقناكم, scripti atque hinc in aquam resoluti bibi et illi quidem, Sur. 48 v. 1—3, etiam ad lumbos adligari jubentur. Fol. 52 in marg. Sur. 7 v. 130 submovendorum murium causa supra frumentum suspendendus. Simile est quod fol. 144 v. in marg. praecipitur ut contra vermes hortis et alveribus infestos praemissa *besmela* Sur. 7 v. 130 ab الجراد ad مفصّلات, Sur. 50 v. 21 a فكشفنا, Sur. 67 v. 3 a فارجع et 4 totus cum adjuratione vermium et invocatione Dei in hortis et ad alvearia suspendantur. Fol. 53 v. in marg. Sur. 6 v. 73 praemissis aliquot invocationibus Dei ex eadem surata petitis, auctoribus Scheich Ssadr-el-dîn Iconiensi et ab hoc retro Scheich Moʿhjî'l-dîn ʿArabî et ab hoc retro uno et septuaginta aliis summis doctoribus, quotidie semel et quadragies recitandus, ut quidquid velis consequaris. Ad eundem usum fol. 83 r. — 84 r. praecipitur ut Sur. 3 v. 148, in quo uno *) versiculo undetriginta literae arabicae omnes insint, quemque propterea Moʿhjî'l-dîn ʿArabî et Doctores persici ipsum nomen summum, اسم اعظم, esse credant, per undetriginta dies continuos ante diluculum in loco edito et Meccam spectanti ipse eodem obversus undetricies recites et singulis recitationibus Sur. 65 v. 2 extremum inde a ومن يتّق et 3 totum subjungas, ultimam autem ea Dei invocatione finias, quae fol. 83 v. lin. 14 sqq. ad fol. 84 r. lin. 3 posita est; it. fol. 102 r. in marg., ut Sur. 21 v. 87 inde a لا اله الّا انت millies centies undecies recites; it. fol. 208 v. in marg., ut Sur. 6 v. 124 auctore Gaʿferi-Ssâdyq semel et quadragies. Ne auctoritati fides et religioni terror deesset, adjectum est ut saepe alias: صحيح مجرّبدر ومن شكّ فقد كفر, *Verum experimentisque probatum est; qui autem dubitabit, impius erit.* Fol. 55 r. in marg. Sur. 84 v. 4 et 5 clausula magica آهيًّا شَراهيًّا يالله finiti ad coxendicem sinistram mulieris parturientis adligandi, quo facilius pariat. Ad eundem usum fol. 61 v. in marg. praecipitur ut Sur. 3 v. 31 usque ad كالانثى et 37 inde ab انّ الله اصطفاك, it. fol. 81 r. in marg. ut praemissa *besmela* et *heilela* (vid. Hariri pag. 289 lin. 4 ab inf.) Sur. 23 v. 88, Sur. 79 v. 46, Sur. 46 v. 34 inde a كأنّهم et 35 totus in scheda scripti aqua eluantur, quam mulier parturiens bibat **). Fol. 62 r. in marg. Sur. 3 v. 25 et 26 cum subjuncta precatione a Mu-

*) فلانك اغزين وجميع اعضاسنى وجميع اندامارينى بنم محبّتمه بغلدوم, ubi verbum persicum اندام vides, antiquius هندام, μέλος, quod Aramaeorum הַדָּם esse docui in Supplem. Diar. liter. Hal. 1838 No. 20 col. 155 et 156. Aliud exemplum est fol. 278 r. antepen. et pen. اولنده قان الدرسه اندامارى دتركن اولا, *Si Calendis sanguinem emiserit, membra ejus tremor occupabit.*

*) Id verum non esse docet locus hujus Catalogi pag. 395 col. 2 lin. 5. Ceterum hic quoque apparent 6666 versiculi coranici, fol. 83 r. lin. 9 et 10: آنك مثلى اولميه التى بيك التيوز التمش التى آيت ايچنده; cf. pag. 393 col. 1 lin. 9 et pag. 407 col. 1 lin. 30 et 31.

**) Verbum turcicum صربلنمق de muliere quae utero laborat, quod et fol. 61 v. et fol. 291 v. in marg. legitur, lexicis nostris adjiciendum est.

ʿhammede commendati ad quaerenda bona terrestria, recuperandam pecuniam mutuo datam et liberandum captivum. Fol. 78 v. in marg. Sur. 23 v. 99 et 100 ad arcendum diabolum, Sur. 17 v. 82 ad secundanda negotia et conciliandam firmandamque regum gratiam commendantur. Fol. 79 v. in marg. Sur. 2 v. 192 a ولا تحلقوا ad او نسك et Sur. 6 v. 13 cum subjunctis يا اللّه يا رحمن يا رحيم contra dolorem capitis gerendi. Fol. 146 r. in marg., ubi idem praeceptum est, ad Sur. 2 v. 192 pro Sur. 6 v. 13 adjici jubetur اسكن باذن اللّه تعالى يا كافى يا شافى. Fol. 80 v. in marg. Sur. 78 v. 10 — 12 et Sur. 39 v. 43 cum subjuncta ʿ*haulaqa*, it. fol. 81 r. in marg. Sur. 21 v. 43 cum quadam adjuratione, et fol. 90 v. Sur. 38 v. 35 — 37 stragulis aut capitibus infantum multum plorantium et insomnium supponendi. Fol. 81 v. — 83 r. ادعيه ربّانى, invocationes dominicae, i. e. decem precationes a Deo ipso in Corano praeceptae, ab El-Fachr El-Râzî in commentario coranico collectae et institutione ad usum earum auctae, cum brevi prooemio de vi invocationum Dei in universum, ubi post dictum Muʿhammedis لا يردّ القضاء الّا الدعاء والصدقة, *Precatio et eleemosyna solae fatum repellunt*, adjicitur elegans sententia: روى انّ الدعاء والقضاء ملقيان فيعالجات (ملتقيان فيعالجان .l) بين السماء والارض, *Traditum est: Fatum et precatio quum sibi occurrunt, inter coelum et terram colluctantur.* Fol. 82 v. in marg. Sur. 67 v. 23 digito indice ei denti, qui dolorem creabit, imposito recitandus. Fol. 85 r. in marg. septem versiculi coranici Naurûzo aqua eluendi et bibendi, ut eo anno et ultra ad septuaginta annos ab omni fortuna adversa liber sis. Fol. 90 r. versiculus de Septem dormientibus, Sur. 18 v. 17 usque ad بالوصيد, remedium insomniae infantium, quod si in corporibus aut vestibus gerent, nec oculo nec lingua fascinabuntur et plorare desinent omnibusque morbis liberi erunt *). Ibid. in marg. Sur. 20 v. 57, et fol. 145 v. in marg. Sur. 11 v. 43 (ita tamen ut pro لغفور رحيم sit على صراط مستقيم) contra profluvium sanguinis e naribus eo ipso sanguine fronti inscribendi. Fol. 90 r. et v. Sur. 20 v. 107 cum parva precatione in collo infantis multum plorantis et oculo maligno tacti suspendendus. Fol. 94 v. in marg. Sur. 68 v. 51 et 52, et fol. 134 r. in marg. Sur. 78 v. 19 et 20 ab eo gerendi, qui aliqua difficultate laborabit. Fol. 106 v. in marg. Sur. 10 v. 81 contra maleficia magica gerendus. Ad eadem arcenda fol. 118 r. in marg. commendatur Sur. 10 v. 81 ab انّ اللّه سيبطله, Sur. 25 v. 25, Sur. 15 v. 47, Sur. 17 v. 83 et 84 usque ad للمؤمنين cum subjuncta ʿ*haulaqa*, sive recitandi, sive gerendi; qui autem maleficio jam tactus erit, super eum recitandae sunt Sur. 6, 111, 112 et 1, deinde illos versiculos cum clausula elutos bibat. Fol. 126 v. in marg. locus ex الاحياء (i. e. El-Ghazâlii Iʿhjâ-el-ʿolûm) excerptus de Sur. 3 v. 129 et Sur. 4 v. 110 auctore ʿAbdallâh Ibn-Mesʿûd ex relatione ʿAlqamae et El-Eswedi ad veniam cujusvis delicti a Deo impetrandam recitandis. Ibidem Sur. 65 v. 7 inde a ومن قدر praemissis quibusdam caerimoniis cum subjuncta ʿ*haulaqa* et precatiuncula, antequam cubitum eas, largi victus adipiscendi causa recitandus. Fol. 129 v. in marg. precatiuncula Jobi in Sur. 21 v. 83, aegrotis ad valetudinem recuperandam commendata. Fol. 131 v. in marg. Sur. 6 v. 59 contra pleuritidem lateri applicandus. Fol. 132 v. in marg. Sur. 13 v. 14 ab initio duobus verbis سبحان من auctus, quum tonabit recitandus aut tecum ferendus, ut a fulgure tutus sis. Fol. 133 r. in marg. „*Si duos amicos disjungere voles, praemissa besmela haec verba Sur. 5 v. 69: Et posuimus inter eos inimicitiam et odium usque ad diem resurrectionis, tribus ovis inscribes, quae in veteri sepulcro defodies, unum in summo, alterum in medio, tertium in imo, dicens: Dum haec ova in hoc sepulcro erunt, N. N. et N. N. inter se ne adspiciant.*“ Impiae hae nugae repetuntur fol. 138 v. in marg. — Fol. 145 v. in marg. Sur. 18 v. 10 et Sur. 31 v. 6 inde a كأن, it. fol. 288 v. in marg. Sur. 9 v. 61 et Sur. 17 v. 48 contra dolorem aurium gerendi Fol. 145 v. in marg. Sur. 54 v. 11 et 12 praeter duo verba postrema, et Sur. 21 v. 31 usque ad كلّ شىء حىّ cum subjuncta ʿ*haulaqa* aqua eluti contra stranguriam bibendi. Fol. 146 r. in marg. Sur. 19 v. 3 et 4 remedium hemicranii; ibid. Sur. 12 v. 96 ab القاه (hoc verbo in فالقوه, et وجهه in وجه اخى mutato) et Sur. 50 v. 21 a فكشفنا cum subjuncta ʿ*hamdala* remedium doloris oculorum. Fol. 211 v. in marg. Sur. 2 v. 256, qui versiculus solii dicitur, Muʿhammedi a Gabriele commendatus, quem, quum se ad lectum recepturus esset, mali cujusdam genii abigendi causa recitaret.

3) *Aurâd, i. e. pensa precum privatarum, arab.* Fol. 15 v. — 26 v. pensa e locis coranicis composita, singulis diebus septimanae a die Veneris ad diem Jovis mane recitanda. In marg. fol. 15 v. et 16 r. prooemium est: شرح صلوات الحاجات فى اوراد ايّام الاسبوع, hujus argumenti: Muʿhammedem et has precationes et usum earum docuisse, quo quidquid petiisses a Deo impetrares. Pensum diei Veneris ex omnibus iis locis Corani constare, in quibus est الحمد للّه, diei sequentis ex iis, in quibus est سبحان, et similiter cetera. Utendum autem iis sic esse, ut eas per tres septimanas ter recites, deinde die uno et vicesimo post ultimam recitationem tempore antemeridiano medio quatuor *rekʿât* (duas integras precationes solennes) facias iisque absolutis

---

*) اول كتورن اوغلانجغك كوز دل دكميوب اغلاغنلغى دفع اولوب جميع امراضدن خلاص اوله بامر اللّه, in quibus كوز دكمك et دل دكمك propria sunt de fascinatione quae oculo aut lingua fit, unde in talibus praeceptis saepe legitur كوز ودلدن امين اولا, *Ab oculo et lingua tutus erit.* Ex iisdem verbis illud اغلاغن, *multum plorans*, et nomen inde ductum اغلاغنلق lexicis adjice.

dicas: لا اله الا الله وحده لا شريك له له الملك وله الحمد يحيى ويميت وهو حي لا يموت ذو الجلال والاكرام بيده الخير وهو على كل شيء قدير, postea Muʿhammedi decies bene preceris, tandem humi prostratus quidquid velis a Deo petas, modo ne quid improbi; tales enim preces aut non exaudiri, aut exauditas in tuum damnum vertere. Adjunctae sunt quatuor conditiones exaudiendarum precum legitimarum. Tandem his meliora *aurâd* esse negatur, et qui ea munde domi conservarit, ei prosperitatis incrementa promittuntur. In marg. fol. 16 v. — 24 v. aliae preces arabicae item per totam septimanam recitandae a دعاء يوم الجمعة usque ad دعاء يوم الخميس. Fol. 33 r. — 35 r. aliae preces arabicae singulis diebus septimanae, a die Veneris ad diem Jovis, recitandae, quibus ʿAlî Chalîfa semper usus esse earumque frequentationem variis commodis inde percipiendis commendasse dicitur. Fol. 36 v. — 39 v. ورد شيخ الآفاق سيّد يحيى, arab., cui subjuncta est precatio item arabica post illud recitanda. Fol. 53 v. precatiunculae fere coranicae, suo quaeque die, a die Saturni ad diem Veneris, centies recitandae, ab Imâmo Fachri-Râzî Sulthâno Ghijâϑ-el-dîn dono missae. Fol. 147 r. in marg. praeceptum arabicum de tempore et ratione pensa precum privatarum recitandi.

4) *Precationes arabicae, maximam partem cum inscriptionibus aut prooemiis de earum origine, usu, vi.*

A) *Quas ipse Muʿhammed a Gabriele accepisse, frequentasse, aliis commendasse dicitur.* De iis omninoque de ratione precandi a Muʿhammede praecepta est libellus fol. 130 v — 139 r.: رسالة في بيان فضل الدعاء والادعية المأثورة من حضرة الرسالة صلعم, a *Nûr-allâh Ibn-ʿHâǵi Ibn-Suleimân* ex الحصن الحصين من كتاب (sic) سيّد المرسلين excerptus et in quinque sectiones, فصول, divisus: 1) fol. 130 v. de praestantia precum, 2) fol. 130 v — 131 v. de iis quae in precando observanda sunt, 3) fol. 131 v. et 132 r. de temporibus quibus precari auspicatum est, et de iis quorum preces Deo acceptae sunt, 4) fol. 132 r. — 133 r. de nomine summo, اسم اعظم, et de iis precibus quae Deo acceptae sunt, 5) fol. 133 r. — 139 r. de iis precibus quas Deo acceptas esse viri doctissimi et sanctissimi experti sunt. In quatuor prioribus sectionibus omnia a Muʿhammede repetuntur, in quinta nonnulla. Initium post *besmelam*: قال المفتقر الى الله الملك المنّان، نور الله بن حاجى بن سليمان، Finis: واصرف عنّى الوبا يا غياث المستغيثين ويا مجيب دعوة المضطرّين برحمتك يا ارحم الراحمين وصلّى الله على سيّدنا محمّد وآله اجمعين. — Preces longiores cum prooemiis turcicis hae sunt: a) دعاء شريف fol. 96 r. — 105 r., ex arabicis et turcicis mixta, tota tamen, si Deo placet, divinitus Muʿhammedi tradita, in cujus prooemio Gabriel plane circulatoris in modum vanissimam mercem ostentat et venditat, ut omnino tota ista precum moles ingentis superstitionis ac perversitatis receptaculum est, ubi sanae rationis et religionis vix mica apparet. Inter plurima, per quae Deus adjuratur, fol. 101 v. — 103 r. sunt singulae literae coranicae, ut 48,370 elif, 10,200 be, 199 te (ubi millia excidisse patet) sqq. Sed haec omnia cum ceteris pro lubitu ficta, certe turbata admodum et corrupta esse, vel inde constat, quod horum numerorum summa est 279,603, quum fol. 103 r. cunctae literae Corani dicantur esse 540,221. Numerus versiculorum perhibetur 6233. Alia precatio in Cod. Kehr. 171 fol. 219 r. — 221 r. alia habet: 40,370 elif, 11,418 be, 10,099 te sqq. Horum summa est 249,912, quum cunctae literae Corani ibidem dicantur esse 320,600. Versiculorum numerus ibi est vulgatus ille 6,666, verborum 76,400. b) دعاء دولت fol. 155 r. — 161 v. cum epilogo turcico fol. 162 r. — 165 v., cujus initium excidit. Argumentum hoc: Chydhr s. Elias propheta illam precationem a Deo accepit ejusque beneficio aqua vitali potitus est. Postea eam ad Muʿhammedem attulit, quum Hindustân-oghli, rex indicus a fratre regno pulsus, supplex ad eum venisset. Is postquam quae sibi accidissent narravit, Chydhr ignotus procedit, precationem ejusque virtutes laudat et mille aureis aegyptiis, (* بيك مصر اشرفيسى, venalem proponit. Tum ʿAbd-el-ǵebbâr quidam ex circulo Muʿhammedis pro mille aureis unum album, اقچه (vulg. asprum, ἄσπρον), ante pedes Chydhri projicit sacrilegamque manum ad chartas tendit, hae vero statim oculis subducuntur. Religione tactus ʿAbd-el-ǵebbâr exanimis procidit, Hindustân-oghli autem omnibus, quae secum habet, venditis mille unum aureos conficit, quibus emta precatione in patriam redit ac regnum virtute illius a fratre recipit. Sepulto ʿAbd-el-ǵebbâro Muʿhammed cum sociis rursus in templo Meccano considit. Iterum venit Chydhr, iterum illud pretium postulat. Emunt precationem Muʿhammed et Abû-Bekr: quo effectum est ut illius asseclis omnibus peccata a Deo ignoscerentur, hic post mortem in paradisum admitteretur. Abit Chydhr se postridie reventurum pollicitus. Tum Gabriel Muʿhammedi Sur. 86 affert eumque docet الطارق ab initio illius commemoratum stellam splendidissimam esse in coelo secundo, quae nomen habeat *Dewlet guneschi* (Sol fortunae secundae): inde descriptam esse illam precationem, quam Chydhr in circulum Muʿhammedis attulerit. Ea contineri argumenta medullamque omnium quadringentorum librorum ad Adamum ac deinceps usque ad Muʿhammedem divinitus in terram demissorum, item vim omnium telesmatum quae in coelo terraque inveniantur, per eandem Salomonem et Jesum summa miracula patrasse, al. In itinere nocturno per coelos proxima nocte subsecuto Muʿhammed quum ad inferna venit, ʿAbd-el-ǵebbâri ancipitem poenam videt: in solio argenteo sedens, quoties flammae, angues, scorpii, daemones carnifices in eum irruunt, solio in aerem emicante iis eripitur. Est autem solium ex illo ipso nummo confectum, quem ante pedes Chydhri projecerat. A coelesti itinere redux Muʿhammed quae vidit et a Gabriele comite audivit suis narrat; ut igitur Chydhr postridie adest, ʿOmar

*) De hoc nummo vide quae dixi in Diss. crit. de gloss. Habicht. p. 26 et 27.

quoque, ʿOϑmân et ʿAlî millenis aureis precationem emunt, cujus vi omnes deinceps chalifatum adepti sunt. c) دعاء سرخ باد fol. 313 v. — 318 r., quam cum eodem prooemio vidimus in Cod. CXVII No. 2, pag. 408 col. 1 lit. a. d) دعاء صلوات fol. 319 v. — 326 r., similis ei quae in eodem codice est pag. 408 col. 2 lit. p. — Breviores sunt: a) Precationes a Muʿhammede aut quolibet tempore frequentatae: fol. 29 r. in marg. (eadem 86 r. in marg.), 47 v. in marg., 99 v. in marg., 101 r. in marg. (ex Tefsîri-wesîth excerpta); aut certis temporibus: precationes matutinae, fol. 15 r. et 31 v. in marg.; precatio itinera auspicans, fol. 15 r. in marg.; precatio quam recitabat quum e somno expergefieret, fol. 209 r. in marg. med.; precationes quibus molestia aut tristitia affectus utebatur, fol. 42 v. in marg. et 55 r.; aut uno aliquo tempore adhibitae, ut illa fol. 211 r. in marg., qua sibi a Gabriele tradita nescio quem diabolum domuit, qui cereum igneum manu tenens ad eum venire et ante eum stare solebat. b) Precationes a Muʿhammede commendatae ad arcenda mala terrestria, ut timorem, sollicitudinem, aegritudinem, res adversas: fol. 29 r. in marg. et 93 v.; precatio contra morbos chartae inscribenda et in aquam resolvenda, quam aegrotus bibat, fol. 149 r. in marg.; alia contra dolorem capitis ipsi capiti imponenda et cum recitatione Sur. 59 conjungenda, fol. 131 r. in marg.; alia qua ab hostibus tutus sis, quae balteo gladii Muʿhammedis inscripta fuit, fol. 141 v. c) Precationes ad adipiscenda bona terrestria et optata a Deo impetranda: precatio a Muʿhammede per somnum Scheicho Moʿhjî'l-dîn tradita, e Gâmii Nefaʿhât-el-uns excerpta, qua quidquid auspicatur faustum est, fol. 55 r. in marg.; alia ad adipiscendam opulentiam, fol. 79 v. in marg.; plures ad confirmandam memoriam, fol. 50 v in marg. et 55 r.; item plures ad optata a Deo impetranda, fol. 48 r. in marg. دعاء اسم اعظم, 106 v. in marg. *), 147 v. et 148 r. (quae insuper ab igne tartareo tutos reddit), 209 r. in marg. d) Precationes fidem conservantes: دعاء ايمان a Muʿhammede per somnum judici alicui Baghdâdensi tradita, fol. 43 r. et v.; alia verbis ab illa differens, quamquam fabula ei praemissa paene eadem est, fol. 84 r. et v.; alia verbis paene eadem ac prima, quamquam prooemium differt, fol. 106 r. in marg. Ad eundem usum commendatur precatio Muʿhammedis fol. 101 r. in marg. e) Precationes ad impetrandam veniam peccatorum et beatitatem aeternam: precatio a Muʿhammede سيد الاستغفار nominata, fol. 28 r. in marg.; alia cujus vi auctore Gabriele peccata Moslemi, qui ea usus fuerit, ignoscentur, etiamsi spumam maris et arenam terrae numero superent, fol. 30 v. in marg.; alia cum simili promissione ʿAlio tradita, fol. 54 v.; alia ex Achlaf-el-châlifa (ʿH.-Ch. No. 290) excerpta, quam si quis mane semel recitat, auctore Muʿhammede igni tartareo in quadrantem eripitur, si bis, in semissem, si ter, in dodrantem, si quater, in assem, fol. 84 v. et 85 r.; alia qua ipse diabolus se Deum sibi reconciliare posse professus est, pro qua scripta tempore Muʿhammedis quadrageni aurei dari solebant, fol. 85 v.; alia auctore Muʿhammede Mosi a Deo tradita, quam si quis per totam aetatem semel recitat, ejus peccata per mille annos in rationem non referuntur, item tribus lapidibus aut glebis inscripta, his ad caput et ad medium corpus et ad pedes mortui dispositis, eum ab omni supplicio liberat, fol. 89 r.; alia unum Deum confitens, quam si quis post preces pomeridianas ter recitat, veniam peccatorum dimidii seculi meret, si vero post singulas preces publicas, pons El-Ssirâth ei in latitudinem octo parasangarum patebit, fol. 89 v. in marg.; alia paradisum merens, fol. 93 v. lin. 7 — 10; alia ejusdem usus, ex corpore dictorum Muʿhammedis, quod نجادى nominatur **), excerpta, fol. 148 v. eademque fol. 294 r. in marg. et 297 r. in marg.; alia ex commentario El-Ssaʿhîʿhi Bochâriani excerpta, quam si quis nomine Muʿhammedis in publica precum indictione audito recitabit simulque duos pollices suos osculatus oculis imponet, eum Muʿhammed die resurrectionis quaeret repertumque in paradisum ducet, fol. 203 r. in marg.; alia peccata sive gravia sive levia delens, fol. 209 r. in marg. Eodem spectat quod precatio fol. 108 v. in marg., si quis eam quotidie quinquies et vicies recitet, efficere dicitur ut a Deo in amicos et clientes suos adscribatur, كتبه الله تعالى من اوليائه. Duplicem vim habet precatiuncula fol. 115 v. in marg., ut qui ea rite utatur simulque tres postremos versiculos Sur. 59 recitet, septuaginta millia angelorum ex mandato Dei sibi bene precantes habeat et, si eo die obierit, in martyres adscribatur; item alia fol. 201 r. in marg., quam si quis post preces publicas diei Veneris, dextra manu barbam tenens et sinistram ad coelum tollens, ter recitat, ei Deus peccata ignoscit, et quidquid de hac vita et de futura cupit, ratum facit. f) Precationes mala post mortem expectanda avertentes: precatio quae pectori mortui imposita eum a supplicio sepulcri (عذاب القبر) liberat, fol. 84 v. in marg.; alia quae cum vera fide recitata aut linteo funebri inscripta aut pectori mortui imposita idem efficit, fol. 148 v. in marg.; duae aliae ejusdem usus, fol. 151 r. et v., quarum posterior mortuum etiam ab interrogatione Munkeri et Nekîri liberat. Restant duae: efficacissima quaedam precatio Abû-Δerri ex sociis Muʿhammedis, quam hic a Gabriele monitus illum se docere jussit, fol. 49 v. et 50 r., et alia quam Muʿhammed Ibn-Usâme paene aquis haustus, quo ordine a Muʿhammede per somnum jussus est, sibi omnibusque Moslemis ex Corano collegit, non totam tamen, nam plura aliunde inculcata sunt, ut ipsa verba magica آهيّا شراهيّا. Utilitates omne genus habet precatio عهدنامه

*) Singularis impudentiae est quod et hic et alibi, quo major sit precationi fides, auctor ejus dixisse perhibetur, si cujus expectationem de ea frustratus esset, se illum die resurrectionis sinui suo manum injicere velle: اكر اول كشنك حاجتى قبول اولمزسه يارين محشر كوننده آنك الى بنم يقامده اولا.

**) نجادى آدلو حديث كتابى fol. 294 et 297, pro quo fol. 148 ridicule est: حضرت رسول عليه السلام حديث آدلو كتابى, quasi Muʿhammed ipse librum quemdam Hadîϑ ediderit.

s. دعاء عهدنامه fol. 107 v. et 108 r., quasi pactum quo homines pro colenda vera religione beneficia a Deo stipulantur, auctoritatibus Muʿhammedis, ʿAbd-allâh Ibn-Mesʿûdi, Ǵâbir Ibn-ʿAbd-allâhi, ʿAlii Chalîfae et Fâthimae munitum. Idem paullo longius, sed breviori commendatione instructum est fol. 36 r. Totum aut paene totum ex hoc genere est *duʿâ-nâme* turcicum, fol. 303 r. — 312 v. Caput primum excidit. Secundum, fol. 303 r. — 305 r., auctoribus Muʿhammede ejusque sociis docet quae precanda sint in itineribus et expeditionibus bellicis, quum equum conscendas et inde descendas, in periculis, in morbis, omnino in rebus adversis et angustis; tertium, fol. 305 r. — 307 r., mane et vesperi, quum cubitum eas, quum insomnis sis, quum dira et terribilia somnies; quartum, fol. 307 r. — 308 r., quum edas et bibas, quum vestes induas et deponas, quum aedes et balnea intres et inde exeas; quintum, fol. 308 r. — 309 r., quum te tuosque et tua ab omnibus casibus adversis munire velis; sextum, fol. 309 r. — 310 v., ab initio cujusque mensis, in jejunio ramadhânico, noctibus utriusque beirâmi, ea nocte Ramadhâni quae leilet-el-qadr appellatur, die Veneris *); septimum, fol. 310 v. — 312 v., precationes singulares, ut صلوة الاستخارة, صلوة الحاجة, صلوة الخوف al. In marginibus notae et supplementa adscripta sunt.

B) *Precationes aliorum auctorum, sive nominati sunt, sive non sunt.*

a) *Precationes angelorum, prophetarum, patriarcharum, sanctorum, doctorum, quarum finis aut effectus non indicatus est.* Fol. 142 r. — 144 r. تسبيحات الانبياء, laudes Dei, omnes a سبحان incipientes, quae tribuuntur Adamo, Habeli, Setho, Hûdo, Ssâliʿho, Idrîso, Abrahamo, Ismaeli, Jacobo, Josepho, Mosi, it. angelis templi Hierosolymitani et Meccani custodibus. Adjuncta est singulis institutio de earum usu et vi. Fol. 92 r. precatio quam Deus ex diaboli memoria delevit, quum propter superbiam ab officio defecisset. Fol. 32 r. precatio matutina Davidis; fol. 128 v. et 129 r. alia ejusdem precatio. Fol. 95 r. precatio Chydhr Eliae (حضرت خضر الالياس). Fol. 92 r. precatio Abû-Hureirae. Fol. 142 r. precatio Abû-ʿHanîfae. Fol. 31 v. precatio Schiblii **), et fol. 32 r. Uweis El-Qaranii (sic: القَرَنِى). Fol. 211 v. in marg. precatiuncula quam Muʿhammed Ibn-Wâsiʿ cum precibus matutinis solennibus conjungere solebat. Fol. 60 v. — 62 r. precatio ʿOkkâschae (عكاشة رضى الله عنه).

b) *Precationes pro Muʿhammede.* Fol. 55 r. — 58 r. صلوات الرسول صلعم, quibus ei benedicitur, nocte diem Veneris antecedente et eo ipso die, item nocte diem Lunae antecedente recitandae. Fol. 199 r. alia pro eodem.

c) *Precationes cum aliis Dei invocationibus omninoque omnibus rebus ad colendum Deum spectantibus conjungendae.* Fol. 58 r. — 61 v. ادعية الصلاة واورادها وادعية مستجابة, tota series talium precationum. Fol. 83 r. in marg. precatio ante lotionem sacram et inter eam recitanda. Fol. 78 v. alia post eam recitanda *). Fol. 62 v. in marg. alia post indictionem precum solennium recitanda. Fol. 110 r. in marg. alia ejusdem usus, ex corpore traditionum مشارق excerpta, auctore Muslim et ab eo retro Saʿd Ibn-Abî-Waqqâs. Fol. 83 r. in marg. precatio ab eo qui templum intrabit recitanda et, quae proxime sequitur, salutatio ceterorum Moslemorum vel praesentium vel absentium. Fol. 41 v. precatio cuique alii invocationi Dei subjungenda. Fol. 63 r. et v. in marg. precatio precibus solennibus subjungenda. Fol. 127 v. in marg. alia ejusdem usus. Fol. 139 v. — 140 v. in marg. precationes singulis precibus solennibus subjungendae: fol. 139 v. دعاء صلوة الصبح يقرأ عند المناجات; fol. 140 r. دعاء صلوة الظهر, دعاء صلوة العصر, دعاء صلوة المغرب; fol. 140 v. دعاء صلوة العشاء. Fol. 200 v. in marg. precatio post preces solennes diei Veneris recitanda. Fol. 46 v. precatio cum precibus matutinis solennibus conjungenda. Fol. 77 r. et v. precatio ejusdem usus, ex El-Ghazzâlii (sic hic quoque scriptum est) Bedâjet-el-nihâje (ʿH.-Ch. No. 1696) excerpta; fol. 77 v. alia ejusdem usus, ex Negât-el-ďâkirîn. Fol. 144 v. — 145 v. الحِرْز فى صلوة الصبح الشريف المنيف, ad mala deprecanda et bona expetenda. Fol. 62 r. — 74 r. حِزْبُ الشَّاذِلِىّ يقرأ فى نهار الجمعة, longa series precum die Veneris precibus matutinis solennibus partim praemittendarum, partim subjungendarum. Fol. 60 r. in marg. precatiuncula recitationi Corani subjungenda (دعاء قران). Fol. 100 v. in marg. alia longior ejusdem usus. Fol. 88 r. in marg. precatio Sur. 1 subjungenda. Fol. 110 r. in marg. precatio tum recitanda, quum in legendo Corano ad eos versiculos perventum erit, ad quos humi procumbere oportet (آيات السجدة). Fol. 206 v. in marg. duae aliae ejusdem usus, ex El-Ghazzâlii Iʿhjâ-el-ôlûm excerptae, quarum prior ad Sur. 32 v. 15 recitanda est, posterior ad ceteros. Haec προςκύνησις quum inter legendum Coranum fiat, arabice fol. 110 r. سجدة التلاوة appellatur, turcice fol. 206 v. تلاوت سجده سى. Fol. 57 r. — 59 v. in

---

*) Inscriptio praeterea precationem die beirâmum posteriorem antecedente, عرفه كونى, recitandam promittit, sed in ipso capite non invenitur.

**) Cf. de eo fol. 84 v. lin. 4 sqq.: حكى انّ الشبلىّ رحمة الله عليه رحمة واسعة خدم اربعمائة استاد الخ.

*) Mira est προσωποποιΐα in prooemio: *Quisquis finita lotione sacra hanc precationem recitabit, ejus omnia peccata ab anima defluent ut aqua lustralis a corpore defluxit, atque ea lotio obsignata sub solio divino asservabitur ac laudandae Dei excellentiae et sanctitati vacabit, cui studio usque ad diem resurrectionis continuato quae debentur praemia, ea homini illi adscribentur.*

marg. حِزْبُ النور, precatio, ut in angulo superiore fol. 59 v. indicatum est, post Sur. 20 recitanda, nomen habens ab initio: يا الله يا نور يا حقّ يا مبين افتح قلبى بنورك, cum prooemio arabico de summa ejus vi, fol. 56 v. in marg. — Fol. 1 r. et v., 3 r, 4 r. in marg. tres precationes, quarum duae posteriores iis suratis subjungendae sunt, quibus adscriptae sunt, i. e. Sur. 67 et 78.

d) *Precationes quibusdam locis et temporibus separatim recitandae.* Fol. 47 v. — 51 r. تسبيح, laudes Dei tempore diluculi (عند السحر) recitandae. Fol. 74 v. — 77 r. حِزْبُ دكّة الصُّبح (sic), series precationum extra preces matutinas solennes recitandarum, quibus absolutis Deus assidue mente recolendus et quodcunque velis ab eo petendum est. Fol. 212 v. — 214 r. precatio matutina et oratione et sententiis excellens. In margine docetur, quomodo per eam animos principum, judicum, amasiorum aliorumque tibi obnoxios reddas et divitias adipiscaris. Pars ejus bis scripta est, fol. 210 r. et 213 r. — Fol. 145 v. — 146 v. وِرْد المبارك الشريف, precatio matutina. Fol. 109 r. in marg. alia ejusdem generis. Fol. 54 v. in marg. precatio singulis diebus et noctibus ter recitanda, transcripta ex codice Mewlânâ Ǵemâl-el-dîn Semnânii (نقل من نسخة مولانا جمال الدين سمنانى). Fol. 148 r. precatio mense Ssafar quotidie semel recitanda. Fol. 58 r. precatio nocte quinta decima Ramadhâni bibenda, i. e. ex charta in aquam resolvenda, quae aqua deinde bibenda est. Fol. 36 r. — 39 v. in marg. precationes ante et post edendum et bibendum, ad lectos aegrotorum multisque aliis locis et temporibus recitandae. Inserta sunt fol. 37 r. nonnulla arabica ejusdem argumenti ex حصن الحصين (pro الحصن). Fol. 84 r. in marg. super. precatio a coenaturis recitanda. Fol. 107 r. in marg. alia ejusdem generis in usum hospitum aut convivarum. Fol. 54 r. et 91 r. in marg. duae precationes ab iis recitandae, qui viros principes et potentes adeunt. Fol. 200 v. in marg. precatio tum recitanda, quum aliquid abominandum et sinistrum videas *), et alia tum, quum negotii causa foras prodeas.

e) *Precationes ad mala omnis generis arcenda aut removenda.* Fol. 149 r. precatio cum quadrato magico, in cujus sedecim loculis literae nominis شافى, sanans, varie dispositae sunt, aegroti sanandi causa scribenda ejusque collo alliganda, item super eum recitanda. Fol. 54 r., 54 v., 90 v., 139 r. — 141 v., 154 v., 169 v. precationes contra pestilentiam. Prima El-Ghazâlii est. Quarta ita adhibenda, ut eam super ovem recites, deinde hanc afflatam et jugulatam coquas, tum carnes ejus tuis distribuas, unde quisquis vel unam buccellam ederit, a pestilentia tutus erit; aut ab initio pestilentiae precationem semel recites, deinde te tuosque affles: sic et ipse et tui tuti eritis. Quinta ab Abû-ʿHanîfa sancto cuidam viro, Chôǵâ Mubârek Schâh, tradita et ab hoc ad se suosque a pestilentia muniendos adhibita esse dicitur, quum Muʿhammed Ibn-ʿAbd-allah El-ʿAzîzo chalifa gravis pestilentia regionem Tebrizanam popularetur. Sexta turcica est, quae si januae aedium inscribitur aut adversus eam recitatur, pestilentia non intrat. Fol. 81 v in marg. precatio contra dolorem capitis manu capiti imposita septies recitanda; subjungendae sunt المعوّذتان, i. e. Sur. penultima et ultima, tandem caput afflandum. Fol. 84 r. in marg. precatio contra dolorem oculi scribenda et oculo imponenda. Fol. 131 r. in marg. precatio contra dolorem dentium. Fol. 156 r. in marg. precatio a viro enervi bibenda, ita ut paterae porcellaneae musco et croco inscribatur, deinde aqua infundatur, quam ille bibat: ita virilitatem recuperabit (باغى شىلە). Fol. 84 r. in marg. invocatio Dei contra difficultatem pariendi et mulieri et bestiae feminae eo modo, qui supra declaratus est, bibenda. Fol. 54 r. in marg. precatio contra morsum canis rabiosi bibenda et in capite gerenda. Fol. 84 r. in marg. precatio aegroto contra insomniam in capite gerenda. Fol. 90 v. in marg. precatio ab infante trepido, multum ploranti et insomni gerenda. Fol. 47 r. in marg. „*Egregia plane immensaeque virtutis precatio, quam quicunque recitabit aut secum feret, ei nemo nocebit. Ejusdem vi latro quidam Baghdâdensis hostes suos superavit.*“ Fol. 214 v. — 216 r. precatio contra noxas et hostes (حِرْز الشريف لدفع المضرّات والاعداء). Fol. 86 v. in marg. prec. ad hostes repellendos; fol. 147 r. et v alia ejusdem usus atque insuper ad optata omnis generis adipiscenda; fol. 107 v. in marg. alia ad hostes in itinere repellendos. Fol. 146 v. in marg. prec. ad sedandum ventum. Fol. 86 r. in marg. „*Si qua arbor fructus immaturos amittit, haec precatio scribatur ejusque aqua* (i. e. aqua in quam resoluta fuerit) *stirpi arboris affundatur.*“ Fol. 55 r. in marg., 56 r. in marg., 86 r. in marg., 133 v. in marg., 136 v. in marg. precationes contra noxas magicas. Prima toties legenda est, quot literas habet nomen ejus qui leget. Secunda a مثلاً عرب repetita. Tertia quinque dies continuos iterum iterumque volae dextrae inscribenda et delingenda. Fol. 35 v. in marg. prec. ex Firdaus-el-achbâr excerpta, praesentissimam contra injurias opem ferens. Fol 87 r. prec. contra rerum et animorum augustias, دعاء كرب. Fol. 123 r. in marg. „*Ad pellendas res adversas super mille unum cicera millies semel haec verba recita:* لا اله الّا الله يا خير الخلاص محمّد رسول الله يا خضر الالياس, *deinde cicera in vas non sartum reconde ejusque orificium operculo occlude et in loco obscuro inhuma.*“ Adjecit aliquis: *Probatissimum est; ego ipse saepe expertus sum.* Fol. 49 r. in marg. prec. contra egestatem, et fol. 32 v. in marg. alia contra egestatem ac sterilitatem conjugiorum et agrorum. Fol. 123 r. in marg. duae prec.

---

*) قچن بر نسنه كورسه شوملسه آنى كريه كورسه, unde lexica turcica augenda sunt verbo شومْلَمَقْ, *infaustum habere*, a nom. arab. شُوْم.

contra rerum difficultatem et aeris alieni molestiam. Item sollicitis et obaeratis prodest prec. ex El-ʿHyfn el-ʿhafîn excerpta fol. 82 v. in marg. Animorum perturbationes, curas, timorem dolorum et malorum, sollicitudinem et tristitiam pellunt precationes fol. 46 v. et fol. 27 v. in marg., necem instantem defendunt aliae fol. 29 r. in marg. (repetita fol. 86 v in marg.), fol. 132 r. in marg. (quae praeterea maleficia oculorum et linguarum irrita facit), fol. 136 v. in marg.; tandem fulmina *) avertit precatiuncula fol. 132 v. in marg. — Fol. 32 v. in marg. prec. contra oblivionem; fol. 231 r. in marg. duae invocationes Dei, quarum prior hanc vim habet, ut qui eam per quadraginta dies post singulas preces matutinas septies et vicies recitet, quaecunque audiverit retineat; posterior hanc, ut qui multa illicita edat et cum feminis maribusque scortetur, si eam ter recitaverit, illa scelera ne animo quidem repetat. Fol. 54 r. prec. contra insusurrationes diaboli. Fol. 40 r. in marg. prec. Adami, cui haec praemissa sunt: *Adam propheta ex paradiso ejectus trecentos annos flevit nec preces ejus a Deo exauditae sunt. Tandem quum hanc precationem recitasset, Deus: O Adam, inquit, jam preces tuas admitto et quae peccasti tibi ignosco. Per divinam meam majestatem! quisquis post te hanc precationem recitabit, ejus peccata ignoscam et petita admittam; per totam aetatem nullam molestiam sentiet et a curis eum liberabo, bona autem tantis incrementis augebo, ut perennem fontem in opes ejus derivasse videar, tandem in vita futura eum adspectu meo beabo.* Fol. 31 r. in marg., 54 r. in marg., 337 v. precationes ad delendam peccatorum culpam. Secunda his verbis venditatur: *Quisquis, quum cubitum ibit, hanc precationem ter recitabit, etiamsi peccata ejus majora et plura sint quam terra, coelum, duo solia Dei* (عرشدن, كرسيدن), *calami* **), *arbores earumque folia, et mare, Deus O. M. summa sua clementia et potentia ea delebit.* Quarta his: *Quisquis hanc precationem semel recitabit, ei peccata viginti annorum ignoscentur; qui bis, quadraginta; qui ter, peccata quae per totam aetatem commiserit.*" Vides peccatorum veniam apud Muʿhammedanos vilissimam mercem esse. Contra omnia quae et corporibus et animis gravia, noxia, perniciosa sunt, haec valent: fol. 146 v. et 147 r. دعاء بزركوار از براى مهمات, fol. 91 r. tres *munâdjât* Sufjâni-Θaurii quoque mane recitandae; praeterea summa praemia divina et altiorem quendam gradum beatitatis aeternae meret دعاء حرز معظم fol. 63 v. et 64 r. in marg., et precatio a Gabriele ad Josephum in puteo ***) haerentem delata.

f) *Precationes ad bona omnis generis conservanda, recuperanda, adipiscenda.* Fol. 31 r. in marg. precatio ad recuperanda aut assequenda ea quae effugerint. Fol. 89 v. prec. ab El-Schâfiʿî tradita, iis, qui a munere remoti fuerint, ejus recuperandi aut alius adipiscendi causa per septem dies, quibus ab edendis animalibus abstineant, aut per tres, quibus omnino nihil edant, quotidie millies recitanda. Largi victus et opulentiae instrumenta sunt precationes fol. 102 r., 108 v., 123 r., 148 r., 200 v., 254 r., omnes in marginibus. Fol. 56 r. in marg. prec cujus perpetuo usu ad centum viginti annos vivitur. Fol. 51 r. — 53 v. حِزْب البحر, prosperae navigationis causa ab initio itineris et in ipso itinere mane et vesperi recitandum. Fol. 89 r. in marg. et 238 v. ibid. invocatio τῶν رجال الغيب ad secundanda negotia. Exordia confer sis cum exemplo pag. 406 col. 1 no. 9: fol. 89: يا رُقَبا يا نُقَبا يا نُجَبا يا بُدَلا يا أَوْتادُ يا غَوْثُ ; fol. 238: السلام عليكم يا رجال الغيب السلام عليكم يا ارواح المقدّسة يا قطب يا امامان يا اوتاد يا بدلا يا رقبا يا نجبا يا نقبا يا افراد يا امنا اغيثونى بغوث الخ. ; يا قُطْبُ أَغيثونى أَغيثونى الخ Fol. 81 v. in marg. precatio septies et vicies recitanda, qua amicus fiat ex inimico. Fol. 134 r. in marg. et 139 r. ibid. precationes amorem aut amicitiam gignentes. Posteriori haec praemissa sunt: *Ad amorem gignendum probatissima est, quod quisquis non credet, omnino, quod Deus avertat, impius erit. Haec sacra nomina* *) *post tres preces matutinas, antequam cum quoquam colloquaris, centies recita. Id si vanum fuerit, me diris devoveas.* Fol. 138 v. in marg. *Ad amorem gignendum. Si quem tui amantem reddere voles, ita ut ne punctum quidem temporis te carere possit et, si tecum convenire nequeat, ei pereundum sit, haec nomina die Veneris oriente sole parti aversae vasis* **) *musco et croco et aqua rosacea inscribe, deinde in ignem injice: tum, etiamsi arx septemplici muro cincta illum detineat, tamen Deo permittente ad te veniet.* Quibus nequitiis ne theologica auctoritas desit, Mewlâna Scheich Muʿhammed El-Muftî Ćiwî-zâde ***) fol. 85 v. in marg. carmen amatorium docet ex ipsis religionis penetralibus depromtum, ter repetendum, in cujus fine nomen ejus, a quo aut a qua te amari velis, millies vocandum est. Fol. 136 r. in marg. prec. quam qui secum feret, ejus oratio grata et facies splendida (يوزى نورلو) erit, ut reges sententias, consilia, preces ejus admittant. Fol. 85 v. in marg. prec. qua praemissis

---

*) قاچن كم الدرم شاقسه, *quum fulminat*, ubi الدرم, *yldyrym*, mollius est pro يلدرم, *jyldyrym*.

**) قلم لردن, fortasse pro قلمدن, *quam calamus*, *decretorum fatalium instrumentum*.

***) Qui hic ridiculo errore چاه بابل appellatur, quasi Josephus in eundem illum puteum demissus sit, in quo suspensi esse dicuntur Hârût et Mârût.

*) بو اسماء شريفى; sunt enim fere invocationes Dei per varia ejus nomina.

**) كيك درسينه, in quibus درسينه pro ترسينه esse patet, كى autem quid proprie sit nescio, nisi forte كيك adverbium est, درسينه autem, ut ترسينه in simili praecepto fol. 136 r. in marg. lin. 9 et 10, item pro adverbio: *literis diductis et inverso ordine scriptis*.

***) Is quum *merʿhûm*, i. e. beate defunctus, dicatur, mortuus autem sit auctore Hammero A. Chr. 1586, postquam fere biennium Mufti Constantinopolitanus fuit, hunc librum post illud tempus collectum esse constat.

mille benedictionibus Muʿhammedis utatur qui eum per somnum videre volet. Fol. 102 v. in marg. institutio ex El-Ghazâlii Mischkât-el-enwar excerpta, trium et triginta aliorum librorum auctoritate nixa, de precibus et caerimoniis, quarum beneficio Deus tibi per somnum indicet, num quod bonum consecuturus sis, necne. Fol. 125 v. in marg. invocatio Dei a Davide tradita, quotidie nonagies repetenda, qua multarum rerum occultarum scientiam adipiscaris. Multae sunt precationes quibus quaecunque velis a Deo impetres. Fol. 46 v. in marg. *Si quis hanc precationem cujuslibet optati causa quadringenties et quadragies recitabit, ejus compos fiet. Probatum est. Appellatur haec precatio Seifi-ewlâ, ensis optimus.* Ejusdem usus sunt duae precationes auctore Maʿrûfi-Karchî fol. 82 r. in marg. et 99 v. ibidem, duae aliae fol. 86 v. et 87 r., alia a Muqâtil, theologo magni nominis, repetita fol. 87 r. in marg., aliae fol. 91 r., 100 r., 104 v., 108 v., 123 v. (repet. fol. 201 r.*)), 124 v., 135 v. (ubi duae precationes sunt, quarum posterior fol. 146 v. in marg. repetita est), 141 r., 142 r., 144 v., 146 v., 208 v., omnes in margine, praeter eam quae fol. 142 r. est. Longa precum et caerimoniarum naenia ad eundem usum praecipitur fol. 138 r. in marg. Magiam sapit quod Kemâl-el-dîn Sengâwendî fol. 93 v. commendat: *Si quis aliquid valde expetet, besmelam et ʿhaulaqam tribus schedis aut foliis inscriptas in aquam fluentem abjiciat, simul super singula suratam primam et versiculum solii* (Sur. 2 v. 256) *recitans. Quodsi non in eadem septimana voti compos factus fuerit, die resurrectionis sinui meo manum injiciat.* Fidem conservat precatio fol. 91 r. in marg., quam Abû-ʿHanîfe, qui Deum septuagies per somnum vidit, quum toties eum rogasset qua arte fides conservaretur, toties ab eo accepit ter in tota aetate recitandam; it. duae aliae, fol. 148 v. (eadem in fine brevior fol. 293 r. in marg.) et 297 r. in marg. Praemiorum divinorum largissimi fontes sunt precationes fol. 46 r. in marg., fol. 46 v. et 47 r. in marg. Secundae a Sulthâno Maʿhmûd Sebuktigîn repetitae inscriptum est: *Quicunque egregiam hanc precationem, qua prophetae nostro benedicitur, semel legerit, eadem praemia accipiet ac si duodecies millies ei benedixerit.* Tertiae: *Precatio qua prophetae nostro benedicitur, quam qui semel recitaverit, eadem praemia accipiet ac si millies ei benedixerit, qui bis, eadem ac si decies millies millies.* Bona et hujus et alterius vitae qui sex septemve verbulis redimere volet, paratam habet precatiunculam ex الترغيب excerptam fol. 100 v. in marg.; quem vero tanto praemio proposito plusculi operae non pigebit, is adeat precationem incolumitatis, دعاء عافية, fol. 127 r. in marg. Restat tempus anceps inter sepulturam et resurrectionem, cujus si vastitatem ac solitudinem times, uti licet institutione fol. 141 v. in marg.: *Quisquis precibus vespertinis duas rekʿât* (integram precationem solennem) *ita subjunget, ut eam precationem sepulcrum sibi laetius reddere velit et in quaque rekʿa Sur. 1 et versiculum solii semel, Sur. 112 autem ter recitet, is in sepulcro conditus, postquam Munker et Nekîr venerint, caput suum in genu formosae cujusdam geniae**) *reclinatum videbit, cui quum dixerit: Quae tu es, cujus luce sepulcrum meum collustratur? respondebit: Ego illa precatio sum, quam tu precibus vespertinis subjunxisti, ut sepulcrum tuum laetius redderet; quare Deus me usque ad resurrectionem tibi sociam esse jussit. Hoc ab ipso Propheta nostro traditum. Cave dubites.*

g) *Precationes pro mortuis.* Fol. 85 r. et v., precatio quam Deus Mosem docuit, quae si aut simpliciter ad sepulcrum recitatur, aut super tres lapides, quorum unus summo, alter medio, tertius imo sepulcro injicitur, sepultus a supplicio sepulcri liberatur. Idem efficiunt tres precationes fronti et pectori mortui imponendae fol. 151 r. et v. et 152 r. Prima, quae Enes Ibn-Mâliki esse dicitur atque ex Nesefii El-Menheǵ excerpta est, hac fabella commendatur: *Filius Ibrâhimi Ibn-Châlidi patrem ex ipsius mandato ea precatione munivit. Hinc quid evenerit, ille sic narravit: Vidi patrem per somnum: qui a me rogatus, quid Deus in ipsum constituisset, respondit: Intrarunt ad me angeli tortores* (ملائكة العذاب)*, sed fronte et pectore meo inspectis dixerunt: O serve Dei, liberatus es a saevitia nostra***)*. Itaque nunc quiete fruor et Deus mihi ignovit.* Fol. 118 v. et 119 r. in marg. مطلب في صلوة الجنازة, arab. Repetitur origo precationis funebris (vid. Muradgea d'Ohsson a Beckio transl. I, pag. 395—399) ab Adamo, qui primus ea usus sit, quum Habelem a Caïno in arcam impositum et in arena defossum inde retraxisset eique justa faceret. Fol. 121 r. in marg. precatio qua illa auspicanda est, deinde tres precationes tribus prioribus ejus partibus (*tekbîrât*, Muradgea d'Ohsson l. l. pag. 396) subjungendae. Fol. 121 v. in marg. quatuor precatiunculae in ipsis exequiis recitandae: 1) quum funus domo elatum est, 2) quum in oratorio, مصلّى, depositum est, 3) quum rursus inde elatum est, 4) quum ad sepulcrum perlatum est. Fol. 152 v. et 153 r. دعاء التلقين للميّت, non ea precatio quam ipse Imamus ad sepulcrum modo inhumati recitat (Muradgea d'Ohsson l. l. pag. 411), sed alia similis argumenti, hoc prooemio instructa: *Quum aliquis mortuus et sepultus est et homines ab ejus sepulcro discesserunt, doctum aliquem et probum virum sepulcro insistere et mortuo haec dictare oportet: Nomine Dei*, sqq. Fol. 119 v. مطلب صلوة الاموات. Haec precatio, quae ipsa docetur, a cognato aut amico inhumati ad sepulcrum ejus recitanda est, ut prima nox, quam in sepulcro deget, omnium maxime atra et horrenda, ei minus dura sit; nam rite recitata illa precatione Deus mille angelos in sepulcrum mittet, quorum quisque lumen et munus aliquod afferet, quibus ille usque ad resurrectionem exhilarabitur, atque alia quoque beneficia Deus ei

*) In fine ʿAbd-allah Ibn-ʿOmar, auctor precationis, dixisse traditur: *Ne temerarios et iracundos hanc precationem docete; nam fieri potest ut ea ad scelus aliquod abutantur;* aut, ut in posteriore exemplo est: *nam si ea contra aliquem vestrum utentur, non minus voti compotes fient.* Habes Deum ferreae necessitati ineptarum formularum tam obnoxium, quam anguis psyllorum carminibus paret.

*) Pro femina marem substituere licet; verbum turcicum enim, بر محبوب صورت, commune est.

**) Adjectum est بارك الله لك في ميّتك, in quo verbum ميّتك corruptum esse apparet.

largietur, quae enumerare longum est. Hoc praeceptum a Muʿhammede repetitur; propior auctor est حذيفة بن اليمانى. Ejusdem generis alia est fol. 120 r. in marg., qua Deus pro sepulto aut sepulta oratur. Ibidem et 120 v. et 203 r. in marg. quatuor precationes pro mortuis ab iis recitandae, qui aut consulto sepulcra invisunt, aut forte eo veniunt.

h) *Precationes titulis de usu et vi earum carentes.* Fol. 27 r. — 31 r., 31 v. دعاء كنز العرش, 46 r. et v., 60 r. et v. in marg., 64 v. — 66 r. in marg., 89 r. et v. دعاء شريف (paene eadem 104 v. in marg.), 287 v. in marg. دعاء مستجاب. Fol. 78 r. et v. صلوة القنوت (vid. Muradgea d'Ohsson, I, pag. 333; de eadem fol. 54 v. in marg. inf. locus est ex Ġâmiʿ-el-fetâwâ excerptus) cum alia ei subjungenda, قنودك دعاسى *) (sic scriptum ad pronunciationem turcicam pro قنوتك), item breviores precationes vicariae in usum eorum, qui nec ipsum *qunût*, nec *duʿâï-qunût* tenent, ex auctoritate librorum El-Chulâṣa et El-Zhahîrijje (i. e. El-Fetâwâ el-zhahîrijje). Brevior دعاى قنوت est fol. 287 r. in marg.

Extra ordinem adjicere placet, qua ratione aliquis iis officiis, quae parentibus debet, una opella defungi possit, nimirum ita ut, quam sarcinam ipse portare nolit, Deo imponat, fol. 133 v. et 137 r. in marg.: „*Quisquis hanc precationem recitabit ejusque praemia divina patri et matri donabit, iis nihil ultra debebit* (آيرق اول كشيه انا اتا حقى قالميه)." In ipsa precatione nihil inest nisi trita laus Dei, qualis in sexcentis aliis.

5) *Nomina Dei eorumque usus.* Fol. 13 v. — 14 r. undecentum nomina Dei, quibus praemissum est dictum Muʿhammedis: انّ اللّه تِسعٌ (l. تِسعةٌ) وتِسعون اسما من احصاها دخل الجنّة, in quo facile credas legendum esse انّ للّه تسعةً وتسعين اسما; sed etsi fol. 110 v. lin. antepen., ubi hoc dictum repetitur, تسعة وتسعين scriptum est, tamen ibi quoque اللّه locum suum obtinet. Fol. 110 v. — 122 v. commentatio de virtutibus nominum Dei, كتاب المقصد الاسما فيما يتعلّق بمقاصد الاسما, auctore الشيخ الامام ابو العبّاس احمد بن محمّد بن عيسى البرنسىّ ثمّ الفارسىّ المشتهر بزرّوق, absoluta A. H. 891 m. Ssafari d. sexto (Chr. 1486) in urbe Algeria media (بالجزاير الواسطة). Initium: الحمد للّه الّذى اودع اسراره فى اسمآئه وظهر بحكمته فى أرضه وبقدرته فى سمآئه. Prooemium est de quatuor speciebus nominum Dei: 1) اسماء الذات, i. e. الّتى يقال هى هو, 2) اسماء الصفات, i. e. الّتى لا يقال هى هو ولا هى غيره ولا هى فيما بينها (l. بينهما) الاغيار, 3) اسماء التنزيه, i. e. ما دلّ على التقديس المطلق كالقدّوس ونحوه, 4) اسماء الافعال i. e. ما دلّت التسمية به على فعل كالخلق والرزق; deinde de eo dicto Muʿhammedis, quod modo commemoratum est, et de scientia virtutum nominum divinorum, cujus ex omnibus علوم الاسماء homines studiosissimi esse soleant. Sequitur ipsa commentatio a fol. 111 r. lin. penult. ad 122 r. med., in qua nomina divina inde ab اللّه, nomine majestatis, اسم الجلالة, ita recensentur, ut eorum vires in animos, in corpora, in res externas, item usus magici indicentur. De his omnibus maxime Suhrewerdii auctoritate usus est scriptor; ex الاربعون الادريسيّة autem, de quo libello infra dicemus, singulos locos iis nominibus subjecit, ad quae spectant. Praeterea saepe citatur شمس المعارف; fol. 119 v. رسالة القشيرىّ, ubi aliquid ex ore ابى علىّ الكتّانىّ relatum est, quod se per somnum a Muʿhammede accepisse professus est; fol. 120 v. شيخنا ابو العبّاس الحضرمىّ. In clausula fol. 122 r. et v. scriptor dicit, etsi de numero nominum omnes consentiant, tamen alios alia alio ordine enumerare; verum se secutum esse جامع الترمذىّ (ʿH.-Ch. No. 3910), qui in ipsis nominibus indicandis nitatur tutissima auctoritate sociorum Muʿhammedis; virtutes autem se plerumque petiisse ex Kîmijâ-es-saʿâdet Imâmi محيى الدين بن القرى (vid. Herbel. s. v. *Kimia assaâdet*), nonnullas ab Abû'l-ʿAbbâs El-Bûnî. Finis: قال مؤلّفه الشيخ الامام الخ قد وقع الفراغ من تعليقه صبيحة يوم الاربعا سادس شهر صفر الخير الميمون لسنة احدى وتسعين وثمانمائة بالجزاير الواسطة. Fol. 123 r. — 125 v. centum et unum nomina divina, quibus singulis subjectae sunt indicationes de usu eorum ad haec illa efficienda, arcessenda, avertenda. Fol. 218 r. — 235 r. commentatio de undecentum nominibus divinis ad concinnanda quadrata magica, أوفاق, adhibendis, auctore *Ibn-ʿIsâ Ssaruchâni* *) *Aqʿhisâri* (i. e. ex urbe Aqʿhisâr in sanġaqatu Ssaruchân sita oriundo, ut explicate est ab initio alius commentationis ejusdem scriptoris fol. 235 v. lin. 4). Exordium deest; versus ab initio trunci fol. 218 r., quorum primus est ديلم سن بن ديكدن كس زبانى كسلمز ويرمينجه ديدى جانى, declarant scriptorem a Scheich ʿÎsâ Aqʿhisârî, quo in disciplina ṣûfica doctore

*) Major pars hujus precationis fol. 62 r. in marg. repetita est ibique قنوت الشافعىّ appellata, quam homines religiosi et pii cum *qunûto* ʿhanefitico conjungant.

*) Hic ubique scriptum est صرخانى et سرخانى, sed fol. 235 v. lin. 4 nomen sanġaqatus plene لواء صاروخان.

utebatur, quondam diebus festis Bairami impetrasse, ut sibi illam artem magicam, علم الوفق, traderet; hinc brevius prosa oratione narratur, scriptorem eam artem ab illo accepisse et cum bona venia ejus hanc commentationem de virtutibus nominum divinorum edidisse. Deinde nomina divina ab اللّه ad قريب persequens in singulis docet, qua ratione literae eorum in *wefq* disponendae sint ac quomodo his quadratis utendum et ad quae; in plerisque etiam hoc, quomodo nomina particula vocandi يا instructa ad vim quadratorum adjuvandam et augendam aut separatim ad eosdem aliosque effectus ore pronuntianda aut animo retractanda sint. Quadratorum in longitudinem et latitudinem tot loculi sunt, quot nominum literae; exemplum habe quadratum primi nominis:

ل	ل	ه	ا
ه	ا	ل	ل
ا	ه	ل	ل
ل	ل	ا	ه

Ineptiarum, nequitiarum, improbitatis hic plena omnia, ut fol. 229 v. docetur quomodo nomine محيى utendum sit ad amorem extorquendum, fol. 230 v. quomodo nomine منتقم ad inimicum e medio tollendum aut gravi morbo aliave insanabili noxa implicandum. Finem facit quadratum nominis قريب. Fol. 113 r. — 114 v. in marg. شرح اسماء الحسنى, fragmentum arab. de usu et vi nominum divinorum ac de praemiis recitationis eorum, ad quod argumentum refertur institutio quam Muʿhammed a Gabriele accepisse dicitur. Fol. 218 r. — 230 r. in marg. precatio composita e mille et una appellationibus divinis*) per deniones dispositis, ita ut suus cuique denioni numerus superscriptus sit. Initium excidit; primus denio quartus est, اربعون اسماء: يا من له العزّ والجلال، يا من له الملك والكمال، الخ. Nam pleraeque appellationes non simplices sunt, ut يا حنّان, يا منّان, sed enuntiationes vocativae. Finis: يا اللّه يا رحمن يا رحيم يا كريم سبحانك يا لا اله الّا انت خلّصنا من النار، اختتام الدعا. Fol. 80 v. — 81 v. precatio Muʿhammedi a Gabriele tradita, composita e septem et septuaginta appellationibus Dei, quibus singulis subjuncti sunt loci coranici, in quibus haec illa nomina leguntur. Fol. 79 v. — 81 v. persice narratur, quomodo Gabriel Muʿhammedem praestantiam et usum hujus precationis docuerit. Fol. 129 r. — 130 r. هذه اسمآء الاربعين من كتاب ادريس النبى عليه السلام, quadraginta (quamquam una numerum superat) appellationes Dei ex libro Idrisi s. Henochi prophetae, quas supra in El-Maqfyd el-esmâ الاربعون الادريسيّة appellari vidimus. Prima est: سبحانك لا اله الّا انت يا ربّ كلّ شىء ووارثه, ultima: يا قريب المجيب المُدانى دون كلّ شىء قربه. Subjectus est fol. 130 r. شرح خواصّ هذه الاسماء الاربعين arabice. Fol. 125 v. et 126 r. institutio pers. ab Abû-Hureira repetita de undeviginti appellationibus Dei, quas Muʿhammed ea nocte, qua per coelos profectus est, partim in fronte Gabrielis, partim Israfelis, partim Michaelis, partim circa solium Dei, partim angelis solium sustinentibus inscripta vidit, ac de efficacia eorum in Deo precando. Sequitur fol. 126 r. — 127 v. precatio iis distincta. Fol. 109 v. اسم اعظم, tredecim appellationes Dei cabbalisticae, ut يا مُنْتَجَفَائِلُ, يا مُثْلِيسَائِلُ, يا تَعِيوثَا, يا ضَيْموثَا, cum quarta decima arabica, quibus singulis praemissum est اَللّٰهم. Fol. 108 v. et 109 r. usus earum magici docentur auctoribus Gabriele, Muʿhammede, ʿAlio, ʿAbd-allah Ibn-ʿAbbâso. Fol. 130 v. in marg. fabella de latrone qui aetate Sulthâni Maʿhmûdi captus nullo supplicio necari potuerit, tandem coram Sulthâno causam rei in decem nominibus Dei, quae in ore teneret, sitam esse confessus his extractis continuo expiraverit. Nomina cabbalistica sunt, ut يسقاب يسغاب يسلوب, praeter decimum يا عظيم. Fol. 292 r. quater septena nomina Dei quatuor elementis respondentia, unde nominantur اسمآءِ نارى, اسمآء آبى, اسمآء خاكى, اسمآءِ هوائى. Fol. 82 r. in marg. quatuor appellationes Dei auctore Imâmo El-Schâfiʿî uno die aut una nocte duodecies recitandae et cum jejunio silentioque conjungendae, quibus quaecunque velis impetres. Fol. 148 r. in marg. quatuor aliae appellationes Dei, quibus assidue recitandis quaevis bona adipiscaris et a malis libereris. Fol. 87 r. lin. 2 — 5 tres appellationes Dei, quas, qui aliquid vehementer cupiet, postquam lotione sacra rite peracta cubitum iverit, antequam obdormiscat usque secum repetat, quo facto Deus ei per somnum indicabit, num illud adepturus sit, necne. Habent igitur Muʿhammedani quoque suas ἐγκοιμήσεις sive incubationes; cf. pag. 408 col. 2 lit. o. — Fol. 107 r. in marg. docetur usus appellationis يا غنىّ ad immensas fortunas a Deo impetrandas, fol. 199 v. in marg. usus appellationis يا صبور, quo ab inimicis et a fortuna adversa tutus sis.

6) *Magica et telesmatica, quibus coranica et precationes aut omnino non admixta sunt, aut minori ex parte.* Fol. 35 r. figura telesmatica, quam Scheich Burhân-el-dîn Persa ex auctoritate Aq Schems-el-dîn Theosophi docuit esse sigillum prophetiae tergo Muʿhammedis impressum idemque pestilentiae aliorumque morborum et dolorum remedium et contra furta munimentum. Fol. 276 r. in marg. breve carmen contra pestilentiam januae affigendum. Fol. 51 v. et 149 r. in marg. *rubâʿî* persicum, quod Abû'l-chair a sanctis in extasi mystica cujuslibet morbi pellendi causa super aegrotum recitari jussum esse aït. Fol. 47 r. in marg. „*Contra febrim a filio Aq Schems-el-dîni tradi-*

*) Appellationes dico nomina quibus praemissa est particula vocandi.

tum est, ut, qui ea laboraret, suffiretur *) *tribus schedis telesmaticis* (اوچ نسخه), *quarum uni inscriptum esset* هل يرضى, *alteri* بل يرضى, *tertiae* تقبّل يرضى. *Probatum est.*" Fol. 163 r. in marg. „*Si quis febri tentatur, has tres schedas telesmaticas scribat* **), *et quoties febri tentabitur, unam earum suffiri jubeat: Febris, febris, N. N. filium N. N. ne tenta; quodsi tentaveris, sex et triginta otiosorum peccata cervicibus tuis insidant* ***)." Fol. 77 v. in marg. „*Scribantur haec in scheda:*

شدّاد فى النار	عزازل فى النار
فرعون فى النار	نمرود فى النار

et quum febris accesserit, scheda suffiatur." Apparet hic persona ʿAzazelis, quem apud Mosem quoque malum aliquem daemonem desertorum habitatorem esse probabilissimum videtur. Adjuvat sententiam quod auctores linguae arabicae tradunt عزازيل esse antiquum nomen Diaboli. Ibidem: „*Edat febricosus amygdalam, cui inscriptum sit* هلوع هالع هوالع." Fol. 89 r. in marg. „*Edat febricosus tria allia* †), *quorum uni inscriptum sit* اثاثا اثا اثا اثا, *alteri* ثباثا ثباثا ثباثا, *tertio* شفاثا شفاثا شفاثا. *Probatissimum est.*" Fol. 292 r. in marg. longa scheda, cui sexaginta ص inscriptae sint, contra dolorem capitis fronti adliganda. Fol. 287 r. in marg. notae magicae cum appendice trium appellationum Dei يا شافى يا كافى يا معافى contra hemicranium ††), si in sinistro latere capitis est, dextro, si in dextro, sinistro appendendae. Fol. 90 r. in marg. tria telesmata contra profluvium sanguinis e naso eo ipso sanguine fronti inscribenda, prima etiam volae manus sinistrae. Tertia incantatio est: „*O sanguis* †††), *sedare per Adamum! O miserator, o misericors!*" Fol. 292 r. in marg. sedandi sanguinis causa eo ipso ط ى ر ب ج retro fronti inscribendae. Ibid. contra bulimum ح و د in aquam resolvendae et sic bibendae.

Fol. 275 v. in marg. telesma contra dolores lienis pelli ovinae inscribendum et septem dies in brachio gerendum, compositum ex septendecim circellis, quibus literae et verba inscripta sunt, in quinque ordines ternorum circulorum et unum duorum dispositis. Fol. 131 v. in marg. notae numerorum ١٣٣١٤٣٨٥٦ lineae impositae contra stranguriam in aquam resolvendae et sic bibendae; eandem pellere dicuntur fol. 147 r. in marg. decem hemzae decem digitis inscriptae. Fol. 150 v. in marg. طلسم, i. e. quadratum in sedecim loculos divisum, in quibus singulis verba coranica scripta sunt, circa margines autem quatuor nomina Dei et ad angulos nomina quatuor archangelorum, recitato versiculo solii chartae inscribendum, deinde in aquam resolvendum et aegroto contra insomniam bibendum. Fol. 132 v. breve carmen, tribus appellationibus Dei, quas supra indicavimus, finitum, contra morsus anguinos eodem modo bibendum. Fol. 199 r. in marg. „*Si quis iter facere volet, chartae inscribat: Non est deus nisi Deus, Muʿhammed legatus Dei; deinde chartam per medium in duas partes dividat, quarum alteram suo loco relinquat, alteram secum auferat: ita, etiamsi non multum de vita ejus supersit, tamen non morietur priusquam illae partes rursus conjunctae fuerint.*" Fol. 132 r. in marg. literae arabicae omnes quaternis ا inter se disjunctae, quibus praemissa est *besmela*, subjuncta ʿ*haulaqa*, contra fascinationem per linguam et oculum gerendae. Fol. 90 r. carmen maximam partem e verbis magicis compositum, a puello multum ploranti et pavido trepidoque in capite gerendum aut capiti supponendum. Fol. 288 v. in marg. carmen ovibus, capris, vaccis, camelis ex partu infirmis ita adhibendum, ut aqua ei infusa et probe succussa adspergantur, ipso autem carmine suffiantur. Fol. 86 r. in marg. lapilli cancrini (ينكچ كوزى) contra defluvium fructuum in quatuor lateribus arboris suspendendi. Fol. 80 r. in marg. verba magica, quibus recitandis ea quae effugerint assequaris. Fol. 101 v. et 102 r. in marg. فوايد الانسان, varia praecepta et remedia superstitiosa. Fol. 105 r. in marg. de carne, cerebro aliisque partibus leporis ad usus magicos et medicos adhibendis; subjunctum est simile praeceptum ad vulpem spectans. Ceterum lepus alternis annis mas et femina esse et, quod nostrates quoque credunt, apertis oculis dormire dicitur. Fol. 254 v. in marg. telesma equo appendendum, cujus virtute a nullo alio praecurratur. Fol. 58 r. duo sigilla sacra, مهر شريف, i. e. telesmata e literis et numerorum notis composita, ab initio quintae decimae noctis Ramadhâni, antequam cibus capiatur, in aquam resolvenda et bibenda. Effectus non est indicatus. Fol. 85 v. in marg. sigillum prophetiae, sed ab eo, quod fol. 35 r. est, omnino diversum, quod Scheich Wefâ-zâde quinta decima nocte Ramadhâni jejunium soluturus in aquam elutum bibere solebat: quod qui imitabitur, sedem sibi in paradiso paratam, antequam moriatur, videbit. Hoc ex libro التقفات excerptum. Fol. 89 v. quadratum oblongum in triangula divisum, cui numerorum notae et literae inscriptae et subscriptae sunt, quod qui semel adspexerit, ei auctore Muʿhammede omnia peccata ignoscentur; qui totum mensem, per somnum se ipsum a peccatis liberatum videbit; qui

---

*) دوتوزمك s. تونوزمك a ستمه صاحبنه تونوزه لر, quod in lexicis nostris non invenitur, in hoc codice aliquoties, ut fol. 101 v. in marg. lin. 2. Dupliciter transitivum est تونوزدورمك, ut fol. 163 r. in marg. lin. 5 تودوزدوره, *suffiri jubeat*. Idem quod دوتوزمك est دوتوز ايتمك fol. 77 v. in marg. inf.

**) Id est, hanc incantationem tribus schedis inscribat, ut in fine adjectum: وبو نسخه اوچ پاره كاغده يازه, ubi *nuscha* de ipsis verbis incantationis est.

***) اوتوز التى فاضى نك كناهى بوينوكه اولسون, sic distincte فاضى, non قاضى. Apud Arabes quidem illud verbum nunc idem valet quod فارغ, vacuum a negotiis.

†) اوچ ديش صرموساق, ubi *disch* idem valet quod nostrum *Stück*.

††) سراجه, quod hic non tam vertiginem, quam gravedinem alternti lateri capitis insidentem significare docent quae sequuntur.

†††) Scriptum est يا آدم pro يا دم, ut appareat verba petita esse ex Sur. 2 v. 33.

quotidie, a cujusque diei casibus adversis tutus erit. Fol. 166 r. — 169 r. duo مير شريف طلسم et unum طلسم شريف cum prolegomenis. Illa rotunda sunt, hoc hanc formam habet: (|). Utraque in loculos divisa sunt et literis numerisque inscripta, telesma iis etiam cinctum est. Prius sigillum ex thesauro Hârûn-el-Raschîdi provenisse et كلام عينا appellari dicitur, duarum et septuaginta noxarum remedium esse, al. Deinde usus ejus docetur ad inimicum sibi amicum reddendum, ad amorem excitandum, ad linguam vinciendam sive a maledicendo impediendam, ad epilepsiam et febrim pellendam, ad maleficium magicum removendum, ad regum et principum atque adeo omnium hominum gratiam conciliandam. De quatuor et quadraginta virtutibus posterioris sigilli una et triginta omissae sunt, inceptum a secunda et tricesima: „*Si inter duos conjuges* (اكى حلال) *concordiam stabilire voles, eos hoc sigillum in pura cera expressum adjuncto frusto sacchari et mastichae cum coena edere jube: hinc quantopere se amaturi sint, solus Deus scit*“ Sequuntur alia similia, etiam de telesmate. Fol. 137 v. in marg. دعاء اون ايكى طلسم, duodecim ordines literarum et notarum numeralium lineis impositi totidemque nominibus divinis finiti, quos qui secum feret, ab omnibus noxis et in hac vita et in altera tutus erit ac regum principumque gratiam inibit. Fol. 134 v. in marg. notae magicae, quas, qui aliquem per somnum videre volet, pollici manus sinistrae inscribat, deinde eum in pugno continens obdormiscat. Fol. 105 r. — 107 r. usus magici orationis arabicae, qua Deus matrimonium Adami et Evae coram angelis consecrasse dicitur, quae ipsa sequitur fol. 107 r. et. v. Inter eos, ut fit, etiam inhonesti sunt et improbi, ut fol. 105 v. et 107 r. docetur, quomodo ejus ope aliquis aut aliqua in tam insanum tui amorem rapiatur, ut ne tantillum quidem te tuoque adspectu carere possit. Palmaris autem in hoc genere est fol. 209 v. in marg. قاعدهٔ نارنجات, quod pro نيرنجات est: „*Si artem incantandi* (نارنجات علمى) *discere vis, ratio ejus haec est, quam explicaturi sumus. Amoris causa si carmen scribere voles, brachium dextrum e latere vestis exere, deinde ter suspira, sed ne expue, neve anhela, neve nasum emunge; tum, postquam ter arabice dixeris: Veniam Dei peto, carmen perscribe, sed ne quid mussita, neve respice, neve prospice, et usque in aprico mane, atque odorandi causa ture, mastiche, bdellio et sandaracha suffumiga* *); *quum autem calamum aptaveris, arabice dic: Calamum aptavi amoris causa; quum eum fideris* **): *Calamum fidi amoris causa; quum ad scribendum accedes: Scribo ut amer a N. N. filio N. N. Scribendum autem in loco edito, ut in tecto aut monte.*“ Alia caerimonia ejusdem generis docetur fol. 254 v. in marg. „*Si quem aut quam amore tui ita afficere voles, ut quiescere nequeat, hoc telesma septem schedis inscribe, deinde singulas in ignem conjice, simul dicens: N. N. mei amore ardeat.*“ Cf. Theocr. Pharmac. v. 18 — 26. Ipsum telesma septem ordines literarum et notarum numeralium continet lineis impositos. Fol. 134 v. in marg. طلسم, i. e. quadratum rhomboïdes numerorum literarumque plenum, cum hac institutione: „*Si quem aut quam tui tam amantem reddere voles, ut neminem praeter te adspiciat, hoc telesma schedae inscriptum et nomine matris illius auctum in modum ellychnii contorque ac nocte inter diem Jovis et Veneris intercedente combure.*“ Fol. 133 r. et 137 r. in marg. افسون, i. e. carmen magicum, quo quadragies recitando amasia insomnis fiat: „*O filia Iblisi, o ʿIfrît* (immanis daemon) *Salomonis, o Mâlik et El-Ins* *), *adjuro vos per annulum Salomonis et per ʿAthathjûsch et per Lâqîs* (nomina cabbalistica Dei), *ut N. N. filia N. N. insomnia vexetur antequam venerit, post autem somnum recuperet.*“ Contra ad duos, qui se amant, disjungendos fol. 135 r. in marg. commendantur septem ordines literarum et notarum numeralium lineis impositi, quibus totidem frusta panis conscribantur, deinde, si incantatio maris causa instituatur, cani mari voranda projiciantur, si feminae causa, cani feminae. Fol. 284 r. in marg. دل باغى, linguae vinculum: „*Vinciendae linguae causa super serram ferream hoc carmen ter recita, deinde os serrae indita clavi occlude: ita lingua vincietur. Carmen hoc est: Allâh — ferream arcem capiti inaedificavi; Subḥâna-hu — ferream serram linguae imposui; Lâ ilâh illâ'llâh — Muʿhammedis legati divini linguâ, Davidis prophetae scientiâ, Salomonis prophetae annulo, per Lâ ilâh illâ'llâh occlusi, per Muʿhammed resûl-Allâh obsignavi.*“ Fol. 117 v. in marg. „*Citatio daemonum, quam aliquis septies recitet simulque oleum candelabri sacri ungui puellorum illinat* **): *Ades, Bâbâ Meimûn, et tu, Bâbâ Newʿ, o Albe, et tu, o Ruber, per haec verba, confestim, confestim! Exaudite me mihique parcete, o spiritus! — Quodsi daemones non venerint, hanc alteram citationem septies recitet et scriptam in collo ejus* (puto puelli) *suspendat: Agite, agite! Confestim, confestim! Extemplo, extemplo! Benedicat vobis Deus! Quam cito oculis nictatur et tonitru fulmen sequitur! Adeste, adeste! Benedicat vobis Deus!*“ Exorcismum arabicum habemus fol. 149 v. — 150 v. (cf. pag. 407 Cod. CXVI No. 2.) Besmelam et professionem verae naturae Dei sequuntur haec: „*Adjuro te, o daemon mas aut femina, sive Magus es aut Maga, sive Judaeus aut Judaea, sive Christianus aut Christiana, sive Moslemus aut Moslema, ut ipsi dixistis* (Sur. 72 v. 1 et 2): *Admirabilem Coranum audivimus, qui ad rectam viam ducit; quare fidem ei habemus nec quemquam Domino nostro adjungemus, — adjuro igitur te per venerandum Coranum cet.: exi, o vente inter spiritus* ***) *ex corpore hujus N. N. filii N. N. cum bona venia Dei*“ cet. Sic deinceps per Thoram, per Evangelium, per Psalterium, et iterum

*) ودخى بخور ايچون كوندلك ومصطكى ومقل ارزاق (ازرق .l) وسندلوس تتوز ايدەسن.

**) In codice praepostere est: *quum calamo scripseris.*

*) Sic يا مالك والانس.

**) اوغلانجقلرك طرناغى اوزرينه قنديل ياغن دخى سوره.
Fortasse auctoris sententia haec fuit, carmen tali oleo unguibus puelli inscribendum esse.

***) يا ريح الارواح, et sic per totum carmen.

per Coranum adjuratur, ita ut in fine usque illa repetatur: *exi*, o *vente* cet. Postea nova figura orationis inducitur: „*Si Judaeus es, adjuro te per Mosem* cet. *exi* cet. *Sive Christianus es, adjuro te per Jesum* cet. *Sive Moslemus es, adjuro te per Muhammedem* cet. *Sive Magus, Persa, Arabs, Barbarus, Turca, Indus es, adjuro te per Deum*" cet. Transitum ad locum sequentem facit fol. 268 v. — 275 r. كتاب نامهٔ بد واندهٔ بروج, *Liber de rebus malis et tristibus quae a signis zodiaci pendent*, qui in Cod. Kehr. 41, ubi legitur fol. 63 r. — 78 r., inscriptus est كتاب ديونامه براى مردان وزنان, *Liber de daemonibus in usum virorum et mulierum.* Initium: خبرده كلمشدر كه بر كون سليمان پيغمبر عم مملكت تختنده اوتورمشدى وبلقيس يانده ايدى. Venit ad Salomonem senex plus trecentos annos natus, unicum filium humero portans, quem in deserto aedibus adjacenti cum aliis puellis ludentem altera manu alteroque pede captum esse queritur contraque eam fraudem a Salomone opem petit. Is omnibus daemonibus convocatis duodecim principes eorum profiteri jubet, quam quisque stationem habeant, quae mala hominibus eo delatis inferant, quae eorum remedia sint. Fingitur autem, quum singuli homines sub aliquo duodecim signorum et planeta signi socio nati sint, in omnes sub eodem signo et planeta natos aliquem illorum principum hanc potestatem habere, ut eos, quum in suam stationem venerint, quibusdam noxis afficiat. Has igitur cum earum remediis magicis ipsi deinceps enumerant, ut plane lanceae Achillis similes sint. Duodecim partes hae sunt: 1) Aries cum Marte et daemone ابابيش*). 2) Taurus cum Venere et daemone صيناوش. 3) Gemini cum Mercurio et daemone جابر بن عدوس. 4) Cancer cum Luna et daemone ميمون بن زنكى. 5) Leo cum Sole et daemone صفصح. 6) Virgo cum Mercurio et daemone مرشون. 7) Libra cum Venere et daemone رابع بن زباب. 8) Scorpius cum Marte et daemone يهودى. 9) Sagittarius cum Jove et daemone قاره قاش (μελανόφρυς). 10) Capricornus cum Saturno et daemone بليلى. 11) Aquarius cum Saturno et daemone كوشكاد. 12) Pisces cum Jove et daemone شيش. Finis: وننزّل من القران ما هو شفاء ورحمة للمؤمنين ولا يزيد الظالمين الّا خسارا والحمد لله ربّ العالمين برحمتك يا ارحم الراحمين.

7) *Astrologia, disciplina faustorum et infaustorum, divinatio, interpretatio somniorum.* Fol. 336 v. بيان نحسات ايّام, tabula planetarum qui septenis temporibus dierum septimanae praesunt, ex quibus terna infausta litera rubra ن, i. e. نحس, notata sunt. Septena illa tempora, quibus singulis quotidie singuli planetae praesunt, nominantur روز اوّل, كنج قوشلق (fortasse i. q. سلطان قوشلق pag. 408 col. 2 adnot. 2), قبل الزوال, اويله وقتى, بين الصلوة*), اخشام, اكندى. Terni planetae infausti sunt Saturnus, Mars, Mercurius. Fol. 243 r., item 247 r. et v., قواعد اوقات وساعات, de horis diurnis ad haec illa faustis, cujus rei causa sita est in conjunctione ejus planetae, qui diei praeest, cum eo, qui horae. Ceterum dies modo يكشنبه, دوشنبه cet. nominantur, modo, ut apud nos, a planetis: كونى شمس, كونى قمر, كونى مرّيخ, كونى عطارد, كونى مشترى, كونى زهره, كونى زحل, in quibus vocabulis nomen turcicum كون, quasi persicum sit aut arabicum, cum *jâï-izhâfet* genitivo praemissum est. Fol. 243 v. — 246 v. قواعد روزنامه, poema astrologicum tripartitum: 1) fol. 243 v. — 244 v. de diebus septimanae. 2) fol. 244 v. — 246 r. de septem planetis. 3) fol. 246 r. et v. de noctibus. Initium:

يكشنبه

حكم يكشنبه يلدزى ساعت   ايْدهيم نيجهسى دوتر عادت

qui versus constructionis impeditissimae significat: *Dicam qui planetae singulis horis diei Solis praeesse soleant.* Primum igitur versifex idem in omnibus diebus septimanae persequitur, ita ut eadem septena tempora diurna statuat, quae ab initio hujus loci commemoravimus. Hic quoque كون زوالى ubique inter قوشلق et اويله collocatum est, non, quod ex origine verbi et lexicis conjicias, inter meridiem et solis occasum. Deinde in planetis docet, quid sub regno uniuscujusque facere faustum sit, quid infaustum, et quales futuri sint qui eo tempore nascantur. Ad nomina planetarum locis superscripta notatum est, quotam sphaeram teneant, num fausti sint, an infausti, an dubii: „1) *Sol, sph.* 4, *pl. faustus externus* (سعد خارج). 2) *Venus, sph.* 3, *pl. faustus.* 3) *Mercurius, sph.* 2, *pl. mixtus* (ممتزج), *qui cum fausto faustus, cum infausto infaustus esse dicitur.* 4) *Luna, sph.* 1, *pl. mixtus.* 5) *Saturnus, sph.* 7, *pl. infaustus internus* (نحس داخل). 6) *Jupiter, sph.* 6, *pl. faustus.* 7) *Mars, sph.* 5, *pl. infaustus externus* (نحس خارج)." Postremo in noctibus docetur, qui planetae singulis noctibus septimanae praesint; non enim, ut in diebus, alii aliis partibus ejusdem noctis regnant, sed unus per totam noctem. Finis:

اوش تمام اولدى حكم احكامڭ
كيجه كوندوز بو سبع **) ايّامڭ

*) Sic bis scriptum, semel آبابش.

*) Ipsa res docet بين الصلاتين dicendum esse, quod, ut ex hoc loco intelligitur, tempus est inter preces meridianas et pomeridianas medium. Ita illud dubium tollitur, quod reliqui in adnot. 1 ad pag. 408 col. 2. Confirmatur sententia poemate astrologico fol. 243 v. sq., ubi turc. صلاتين اورتاسى, pers. ميانهٔ دو نماز, eundem locum obtinet.

**) Falso scriptum est صبع pro سبع.

چونکه کوکل اصل اجزادر
سوز تمام اولدی ترك اولادر.

Fol. 246 v. et 247 r. ایّام نحسات. Argumentum: Bini dies mensium infausti sunt: Mu'harrami 4 et 15, Ssafari 1 et 3, Rebî' el-awweli 3 et 20, Rebî' el-âchari 1 et 5, Ǵumâdâ el-awweli 9 et 11, Ǵumâdâ el-âchari 2 et 14, Reǵebi 4 et 20, Scha'bâni 3 et 20, Ramadhâni 6 et 8, Ɗû'l-qa'dae 3 et 8, Ɗû'l-'hiǵǵae 6 et 20 *). Schawwal excidit. Item a cujusque mensis diebus 13 et 14 et 15 cavendum est. Fol. 278 v. — 282 v. alia institutio de natura fausta aut infausta dierum cujusque mensis. Hic enim nullo facto singulorum mensium discrimine dies a primo ad tricesimum recensentur, ac primum quidem in universum docetur, utrum hic ille dies faustus sit, an infaustus, id quod repetitur ab eventis historiae sacrae, quae eo acciderint; deinde, quales futuri sint qui eo nascantur, quid expectandum sit, si quis eo aegrotare coeperit, quae eo facere faustum sit, quae infaustum, quis eventus te maneat, si eo haec illa feceris. Tamen alii dies aliis parcius auguriis instructi sunt. Fol. 291 r. محذورات موسى, quae Deus Mosem docuit de cujusque anni quatuor et viginti diebus infaustis, quibus qui iter susceperit, non salvus redibit, qui aegrotare coeperit, non convalescet, qui matrimonium iniverit aut negotium inceperit, ei male succedet, qui natus fuerit, brevi morietur. Sunt autem hi: Rebî' el-awweli 14 et 15, Rebî' el-âchari 1 et 2, Ǵumâdâ el-awweli 1 et 2, Ǵumâdâ el-âchari 1 et 5, Reǵebi 9 et 10, Scha'bâni 2 et 4, Ramadhâni 2 et 11, Schawwâli 4 et 10, Ɗû'l-qa'dae 3 et 6, Ɗû'l-'hiǵǵae 20 et 29, Mu'harrami 3 et 7, Ssafari 2 et 20 **). Fol. 291 v. alia tabula ejusdem argumenti, quae et ipsa Mosi tribuitur, sed menses syriacos et latinos sequitur: Adari s. Martii 4 et 20, Nisani s. Aprilis 3 et 20, Ajari s. Maji 6 et 8, 'Hazirani s. Junii 3 et 8, Tamuzi s. Julii 6 et 20, Abi s. Augusti 4 et 11, Eiluli s. Septembris 1 et 3, Teschrini-awweli s. Octobris 10 et 20, Teschrini-ϑânii s. Novembris 10 et 20, Kanuni-awweli s. Decembris 9 et 11, Kanuni-ϑânii s. Januarii 2 et 14, Schubathi s. Februarii 16 et 20. Fol. 52 r. in marg. institutio de iis, quorum adspectus singulis mensibus faustus est, quam eandem dedimus p. 408 col. 2 lit. q., nisi quod hic in Rebî' el-awwelo omissum est crus et in Reǵebo lectio Sur. 96, in Schawwâlo pro argento positum est pectus, quod magis convenit cum exordio Sur. 94, et omissa lectio hujus suratae, in Ɗû'l-qa'de pro margaritis positus est filius, الولد. Fol. 257 v. in marg. روزنبا, ubi docetur quid ex die septimanae, quo aliquis aegrotare coeperit, conjiciendum sit de morbi causa, diuturnitate, exitu. Quod hic ex diebus septimanae, id excepta causa morbi fol. 277 v. et 278 r. conjicitur ex diebus mensis. Fol. 95 r. in marg. ex auctoritate philosophorum arab. docetur, quid boni aut mali nova vestis hoc illo die septimanae confecta ei portendat, qui ea usurus sit. Idem fol. 199 r. in marg. auctoribus Mu'hammede et Enes Ibn-Maliko turc. docetur, sed ita ut pleraque discrepent. Fol. 257 v. — 268 v. كتاب طالع مولود من تصنيف الحكما, de genethliologia. Initium: حمد بی قیاس، وشکر وسپاس، اول پادشاه قدیمه که قوللری بلمدوکنی بلدردی الخ. Argumentum: Alicujus طالع s. signum natalicium ita inveniendum est, ut et ipsius et matris nomina, literis secundum ابجد حسابی (vid. p. 337 col. 2 lin. 6 et 7) in numeros conversis, computes, a summa autem duodenos deducas, dum aut ipse numerus duodenarius supersit, aut minor: quodsi unus supererit, aries est, si duo, taurus, et sic deinceps. Hinc in ipsis areis sequuntur themata masculina, in marginibus feminina. Masculinorum ratio fere haec est: primum indicatur, qui planeta in signo sedem habeat *), quod elementum ei respondeat, cujus prophetae proprium fuerit; deinde de iis, qui sub eo nati fuerint, haec indicantur: forma et habitus corporis, naevus aut naevi, indoles, mores, religio, fortunarum summa et vicissitudines, inimici et invidi quid in eos possint, quid fraude, furto, rapina, mendaciis passuri sint, ad quos et quae se applicent, a quibus declinent oporteat, quibus amuletis iis utendum sit, num multa somniaturi sint, necne. Postea *duodenae domus* (اون ایکی او) recensentur: 1 vitae, 2) opum, 3) fratrum sororumque, 4) patris matrisque, 5) filiorum filiarumque, 6) morborum, 7) uxoris aut uxorum, 8) mortis, 9) itinerum, 10) negotiorum, 11) spei, 12) inimicorum. Prima quaeque domus id ipsum signum est, sub quo aliquis natus est; ceterae eo ordine sequuntur, quo ipsa signa se excipiunt. Prima indicat, utrum vita longa an brevis futura sit; secunda, quantam rem et quando adepturus sit, item quae ejus vices futurae siut; tertia, quid ei a fratribus sororibusque expectandum sit; quarta, quae beneficia a parentibus accepturus sit, ac num patrimonium duraturum et profuturum sit, necne; quinta, quot et quales liberos suscepturus sit; sexta, cujus originis, qui et quales ejus morbi futuri, item quibus remediis potissimum cessuri sint; septima, quoties matrimonium inituros, quot uxores et quales ducturus sit, quae mulieres ei quaerendae sint, quae cavendae; octava, qua causa et quo die moriturus sit; nona, qualia itinera suscepturus sit, quando suscipienda sint, quis eorum exitus et fructus futurus sit; decima, num ei profuturum sit aliorum, maxime regum ac principum, negotia gerere, ad sua autem gerenda aliis uti; undecima, num, unde ac per quos ea, quae sperabit et cupiet, nacturus sit; duodecima, unde ei inimici exorituri, num multi an pauci futuri sint, quid ab iis metuendum, quod auxilium divinum contra eos sperandum sit. Absolutis domibus rursus haec indicantur: qui dies septimanae ei faustus futurus sit, qui infaustus; qui mensis ei faustus futurus sit; cujus coloris vestes et qualem annu-

*) Haec tabula praeter diem 20 Scha'bâni ne in uno quidem cum ea congruit, quam ex alio codice dedimus pag. 408 col. 2 lit. l.

**) Hic quoque paene omnia diversa ab iis quae vidimus pag. 408 col. 2 lit. l, et in hoc ipso codice fol. 246 v. et 247 r.

*) Verbum proprium ea de re *domus* est, ut حمل مرّیخك اویدر, *aries Martis domus est.*

lum ejus esse expediat; quibus cibis sano, quibus remediis aegroto utendum sit; quos aut quae primum conspecta nova luna adspicere expediat; siquid ab aliquo petitum eat, ab utro latere ejus standum sit, ut quod velit impetret; sub quibus signis natos natasque amicitiae, societatis, conjugii causa quaerere ac contra cavere oporteat; quot et quibus partibus aetatis mors ei metuenda sit; taudem, si eas superaverit, quamdiu victurus sit; ubi non modo anni indicantur, verum etiam menses et dies, quos ultra aliquem annum expleturus sit, quam harioli impudentiam ipsa clausula لا يعلم الغيب الّا اللّه aut واللّه اعلم بالصواب simplicissime coarguit. Themata feminarum fere eadem argumenta, sed brevius, persequuntur; absunt praecipue illae domus. Finis ultimi thematis masculini: اندن کچسه سکسان بش ییل ویدی آی ویکرم کون عمری اولا ان شاء اللّه تعالی لا یعلم الغیب الّا اللّه; feminini: اندن کچسه یتمش یاشنه دکین اومید واردر لا یعلم الغیب الّا اللّه. Fol. 94 r. et v. institutio astrologica ad الرمل, arab., diversa ab illa quam vidimus pag. 394 col. 1 et 2. Pro auctore venditatur ʿAlî Chalîfa. Ratio haec est: Antequam quidquam suscipias, temere in chartam conjice tres ordines punctorum, quorum superior uterque inferiore longior sit; ad singulos ordines autem semel recita Sur. 112; deinde octona puncta dele, donec aut octo supersint, aut pauciora: unum Venerem significabit, duo Martem, tria Cancrum, quatuor Saturnum, quinque Jovem, (sex excidit), septem Mercurium, octo Solem: ex his faustum eventum, aut brevi aut facile aut cum utroque commodo adipiscendum, promittunt Venus, Cancer, Jupiter, Mercurius, Sol, quamquam Cancer linguam custodiri et vitae caveri jubet; Saturnus faustum quidem eventum promittit, sed non festinandum et placide expectandum; Mars adversa minatur, quare a coepto desistendum et patientia utendum est. Fol. 235 v. — 242 v. فرح نامه, commentatio ab *Ibn-ʿÎsâ Aqʿhifârensi* (vid. pag. 418 col. 2 lin. 7 ab inf. in urbe natali A. H. 919 (Chr. 1513—4) scripta de variis artibus divinatoriis et magicis. Initium: هرکشیکم اشبو ابن عیسی نڭ تألیفاتنه نظر ایلسه ومفهومنه کوره عمل ایدوب الخ. Insunt haec: 1) fol. 235 v. — 238 r. علم طالب ومطلوب وغالب ومغلوب (vid. pag. 337, col. 1 et 2, no. 3), cujus artis quinque figurae proponuntur; item docetur, quomodo is, cujus nomen potius fuerit, binis nominibus Dei, quae eundem numerum efficiant atque ipsius et alterius nomen, ad potestatem suam augendam utatur. 2) fol. 238 r. — 239 r. قاعدهٔ رجال الغیب, ars virorum sanctorum, qui *rigâl-el-ghaib* appellantur, ad secundanda negotia advocandorum *). 3) fol. 239 r. et v. tempora ad varias species magiae apta. 4) fol. 239 v. — 241 r. ars qua cognoscitur, quod alicujus temperamentum et ab utro parente acceptum sit. 5) fol. 241 r. et v. قاعدهٔ کسر وبسط, qua docetur quomodo *ghâlib*, quo potentior sit, literas nominis sui et *maghlûbi* aliter dispositas cum literis alicujus nominis divini componat, quas deinde in amuleti modum secum ferat. Ex eodem genere fol. 238 r. est *wefq*, quadratum magicum, cujus loculi literis nominum ʿAlî et Mufthafâ varie dispositis impleti sunt, ad marginem autem appellatio Dei *jâ gâmiʿ* bis adjecta. 6) fol. 241 v. — 242 v. usus magicus nominum Dei. Finis: فامّا یوقروده طقسان طقوز اسمڭ شرحلریله جدولده بیان اولنمشدر واللّه اعلم بالصواب. Fol. 87 v. et 116 v. in marg. institutio ad علم الطالب والمطلوب: „*Si quid ab aliquo impetrare et num impetraturus sis, necne, cognoscere cupies, ejus nomen et tuum secundum* جملهٔ کبیر *computa, unde quodcunque effectum fuerit, ei quinquaginta adde, hinc ternos deduc, dum tres aut pauciores supersint: quodsi tres supererunt, quod voles aegre consequeris; si duo, celeriter; si unus, nullo modo, quare ne operam perde in eo quaerendo.*“ Fol. 255 v. — 257 r. institutio astrologica ad eandem artem. Argumentum: Quodque signum zodiaci aut masculinum aut femininum est eique respondet elementum, planeta, dies septimanae, effectus artis magicae in corporibus aut animis. Nec minus haec ipsa inter se consentiunt. Conspectum rei haec tabula praebet:

I. Aries.	II. Taurus.	III. Gemini.
1) Gen. masc.	1) Gen. fem.	1) Gen. masc.
2) Ignis.	2) Terra.	2) Aer.
3) Mars.	3) Venus.	3) Mercurius.
4) Dies Martis *).	4) Dies Veneris.	4) Dies Mercurii.
5) Amor et amicitia.	5) Amor et amicitia.	5) Lingua vincienda.
IV. Cancer.	**V. Leo.**	**VI. Virgo.**
1) Gen. fem.	1) Gen. masc.	1) Gen. fem.
2) Aqua.	2) Ignis.	2) Terra.
3) Luna.	3) Sol.	3) Mercurius.
4) Dies Lunae **).	4) Dies Solis.	4) Dies Mercurii.
5) Amor et amicitia.	5) Enervatio viri.	5) Lingua vincienda.
VII. Libra.	**VIII. Scorpius.**	**IX. Sagittarius.**
1) Gen. masc.	1) Gen. fem.	1) Gen. masc.
2) Aer.	2) Aqua.	2) Ignis.
3) Venus.	3) Mars.	3) Jupiter.
4) Dies Veneris.	4) Dies Martis ***).	4) Dies Jovis.
5) Deest.	5) Odium et inimicitia.	5) Amor et amicitia.

*) De iis fol. 239 r. lin. 3 — 7 sic est: „*Rigâl-el-ghaib sunt 362 viri divisi in 3, 7, 12, 40, 300. Unus ex tribus Quthb* (Axis, Polus) *est, duo ceteri Vezirorum instar sunt. Postquam Quthb decessit, is, qui ad ejus sinistram erat, in locum ejus succedit, is, qui ad dextram, ad sinistram transit, ex septem autem unus ad dextram; hinc unus ex duodecim ad septem, unus ex quadraginta ad duodecim, unus ex trecentis ad quadraginta transit, tandem unus ex reliquis* (سایرلردن) *ad trecentos accedit.*“

*) In cod. incongrue est dies Saturni.

**) In cod. est dies Saturni.

***) In cod. iterum est dies Saturni.

X. Capricornus.	XI. Aquarius.	XII. Pisces.
1) Gen. fem.	1) Gen. masc.	1) Gen. fem.
2) Terra.	2) Aer.	2) Aqua.
3) Saturnus.	3) Saturnus.	3) Jupiter.
4) Dies Saturni.	4) Dies Saturni.	4) Dies Jovis.
5) Odium et inimicitia.	5) Amor et amicitia.	5) Amor et amicitia *).

Planetae et dies septimanae cabbalistica quoque nomina habent, haec: Sol منكياطوس, Luna يقدّل, Mars ذخنبايل, Mercurius تشكر, Jupiter سحربايل, Venus شموت, Saturnus لوثايل. Nomen diei Solis excidit, dies Lunae هقبايل, dies Martis احقبايل, dies Mercurii كربايل, dies Jovis اصليايل, dies Veneris حرقايل, dies Saturni عماحيايل. Est autem ratio astrologica in hac arte duplex: una qua primum signum zodiaci quaeritur, fol. 255 v. — 256 v. ad lin. antepen. col. prior., altera qua primum planeta, fol. 256 v. reliq. De priore haec praecipiuntur: Si quis fascinum amatorium scribere volet, amatoris et amasii signa et planetas cognoscat: ita intelliget, utrum inter animos consensio sit, an dissensio; quodsi dissensio erit, operam ne perdat. Consentiunt autem inter se omnes planetae praeter eos, quorum alter igni respondet, alter aquae. Certius vero hoc est, ut nomen utriusque cum nomine matris secundum حساب صغير computet et a summa duodenos deducat, dum aut duodecim supersint, aut pauciores: tum unus arietem indicabit, duo taurum, et sic deinceps. Hinc ad planetam procedat, hinc ad diem septimanae, hinc ad horam, quae aut fausta erit, aut infausta: quodsi fausta erit, fascinatio succedet, sin minus, non succedet. De posteriore haec: Eadem nomina secundum حساب صغير computet et a summa septenos deducat, dum aut septem supersint, aut pauciores: tum unus Solem indicabit, duo Venerem, tres Mercurium, quatuor Lunam, quinque Saturnum, sex Jovem, septem Martem. Hinc eodem modo ad horam aut faustam aut infaustam procedat. Sed quamquam in utraque ratione non ad eum locum, qui in tabula ultimus est, sed ad nescio quam horam, et hinc ad سعد الساعة aut نحس الساعة proceditur, tamen institutio ea de re deest; nam quae fol. 257 r. invenitur tabula duodecim horarum, ex omni parte manca est, quum tantum quatuor primis horis nomina angelorum iis praepositorum adscripta sint, sed ne uni quidem natura fausta aut infausta. De duplici ratione arithmetica haec docentur: in حساب كبير literae ita pro numeris usurpantur, ut vulgo fieri solet; in حساب صغير autem sic:

س	ن	م	ل	ك	ى	ط	ح	ز	و	ه	د	ج	ب	ا
nihil valet	٢	٤	٦	٨	١٠	٩	٨	٧	٦	٥	٤	٣	٢	١

*) Quod ad convenientiam elementorum cum planetis attinet, haec tabula non plane congruit cum conspectu ejusdem rei fol. 257 r. sup., ubi literae quoque planetis per quaterniones respondentes enumerari coeptae sunt, nec cum libro daemonum, ديونامه, fol. 268 v. sqq.; sed de utrorumque inter se et cum signis convenientia plane eadem habet genethliologia fol. 257 v. sqq., de qua supra pag. 423 col. 2 dictum est.

لا	غ	ظ	ض	ذ	خ	ث	ت	ش	ر	ق	ص	ف	ع
٧	٤	n. v.	٨	٤	n. v.	٨	٤	n. v.	٨	٤	٩	٨	١٠

Haec tabula ter posita est: fol. 256 v., 257 r., 292 r. Conveniunt omnia, nisi quod in secundo et tertio exemplo ص non novem valet, sed sex. — Fol. 163 v. — 167 v. رسالهٔ سكرنامه; cf. pag. 405 col. 1 in Cod. CXII. Initium: حضرت پيغمبر عم قولندن وجميع رسللر قولندن وهندوستان حكيملرينك عمرلرنده شغللر وتجربه لر ايدوب الخ. Non tantum Hârûn-el-reschîd hunc librum a se non dimisisse et, quod eo potitus esset, sibi summae laudi duxisse, sed ipse Alexander M. disciplinam in eo traditam, Muʿhammedis ceterorumque prophetarum et philosophorum indicorum experimentis et sententiis comprobatam, in rebus gerendis secutus esse dicitur; unde nos quoque ea in negotiis nostris uti oportere. Orditur a capite et omnes deinceps corporis partes persecutus in digitis pedum desinit. Finis: اكر اياغنك صپ پرمقلرى سكرسه بر يردن بر يره خيرلو سفر ايده شاد اولا. Fol. 128 r. فال قران, cujus quatuor figurae proponuntur, prout augurium capias de suscipiendo itinere, de faciendo quaestu, de aggrediendo hoste, de morituro, an non morituro. Corano temere aperto de itinere videnda est primi folii prima litera, de quaestu primae paginae septimi versus prima litera, de hoste septimi folii primi versus prima litera, de aegroto septimi folii septimi versus prima litera. Vis et significatio literarum inde pendet, quod punctis diacriticis aut instructae sunt, aut non sunt, et quod vocalem aut fetʿham habent, aut kesram, aut dhammam. Fol. 337 r., parvum *Fâl-nâme* coranicum de aggrediendo hoste. Literae quadruplices sunt: ج خ ذ ش ث ف ظ hostem victorem portendunt; sed joculare est quod adjicitur, has literas omnes ex surata prima abesse; audacter igitur in eam invade: quodcunque arripueris, aut bonum, aut mediocre, aut tolerabile erit, nunquam malum; ز ض غ ق م ه لا multas tibi aerumnas perferendas minantur; ت ص و ك item molesta, sed mox praeteritura significant; ا ب ح د ر س ط ع*) ل ن ى tibi victoriam promittunt. Fol. 290 v. duplex tabula literarum, in quarum utraque singulae pro רָאשֵׁי תֵיבוֹת habentur, ita ut in priore ad Muʿhammedem referantur, sic: آ آلاى (sic) ب بالاى (sic) محمّد ت توفيق محمّد الخ, in posteriore ad enuntiata coranica: آ اللّه لا اله الّا هو الحىّ القيّوم ب براءة من اللّه ورسوله ت تبارك الّذى بيده الملك الخ. Nescio an haec quoque ad auguria coranica spectent. Fol. 297 v. — 299 r. تعبيرنامهٔ رؤيا,

*) In cod. hic quoque غ posita est, ut de ع dubitare liceat; tamen quum ع in surata prima sexies insit, غ bis, probabile est nugatorem hanc aerumnis dedisse, illam victoriae.

Onirocritica per tricenos dies mensium, auctore Ǵaʿferi-Ssadyq. Initium: بلكل واكاه اولغل كم اكر تعبيرنامه ده دوش تعبير اولنمسه بو تعبيرنامه يه نظر اولنه الخ. Dicitur ille hoc compendium Muʿhammedis jussu scripsisse, quum hic sciret Gabrielem tam singulatim, quam sibi versiculos coranicos afferret, illi interpretationem somniorum tradere. Confecto autem libro Muʿhammedem, quoties aliquid somniasset, a Gabriele jussum esse interpretationem ejus inde petere, nisi forte Gabriel ipse, quid secundum hoc illud somnium faciendum esset, eum doceret. Ratio libri haec est, ut non ea ipsa, quae per somnum videris, sed omnino, quod aliquid somniaveris, id pro augurio in diversas partes interpretetur. Interdum etiam indicatur, quot diebus post somnium eventurum sit. Fol. 300 v. — 301 v. كتاب تعبير نامه, de interpretandis somniis. Initium: فَلَكْلَرْ تعبيرى بودر عظيم مجرّبدر، بو دوش تعبيرى شويله در كه هجه (هجا pro) يكرمى طقوز حرفدر آنوك اوزرينه تعبير اولندى الخ. Ducitur igitur interpretatio ex prima litera nominis ejus rei, de qua somniaveris; veluti si te ipsum precantem videris, literam ن adi, quum precatio نماز dicatur; item si per somnum Coranum recitaveris, literam ق. Sequitur recensus undetriginta literarum cum singularum significatione, sic: *Elif significat negotia et coepta ejus, qui somniaverit, prospere successura cumque suaviter victurum esse. Be, cum male factorum poenitentiam sensurum. Te, cum opulentum et votorum compotem futurum*, cet. Finis: لا كلسه دليلدر كى مرادنه ذكه تكرى تعالى حضرتلرينه يلواره والله اعلم بالصواب.

8) *Dicta Muʿhammedis.* Fol. 66 v. — 77 r. in marg. ترجمة الاحاديث الصحيحة لمولانا بهلول رحمة الله عليه رحمة واسعة, Quinque et octoginta dicta Muʿhammedis, quorum cuique subjuncta est *qytkʿa* turcica sententiam latius explicans. Memorabilissima haec videntur: fol. 69 v. ملعون من لعب بالشطرنج والناظر اليه كآكل لحم الخنزير, *Sacer est qui latrunculis ludit, et qui ludentes spectat, idem facit ac qui suillam edit.* Fol. 70 r. العين حقّ, *Fascinatio per oculum vera est*, quod confirmatur paraphrasi turcica: قتى كوسترمه كندوكنى خلقه، نظر چشم بددن ايله حذر، كوز ذكر آدمه بو سوز حقدر، اتردن اير كشى يه ضرر، *Ne nimium hominibus te ostenta, cave obtutum oculi maligni! Oculus hominem laedit, hoc vere dicitur; ejus vi homo noxam accipit.* Fol. 71 v. التاجر الصدوق الامين مع النبيّين والصدّيقين والشهداء, *Mercator verax et fidus cum prophetis et sanctis et martyribus erit.* Fol. 75 r. نيّة المؤمن خير من عمله ونيّة الفاسق شرّ من عمله, *Quae probus vult, iis, quae facit, meliora sunt; quae improbus, iis, quae facit, pejora.* Fol. 75 r. اطلب الخير عند حسان الوجوه, *Bona in iis quaere, qui pulcras facies habent.* Fol. 76 v. لا يؤمن احدكم حتّى يحبّ لاخيه ما يحبّ لنفسه, *Nemo vestrum vere religiosus est antequam fratri suo* (amico, patriae aut religionis consorti) *eadem, quae sibi ipsi, contingere cupiat.* Fol. 87 v. — 88 v. مطالب اعلى, aliud corpusculum dictorum Muʿhammedis, ex quibus eminent haec: fol. 88 r. lin. 5 sq. من ضحك على وجه امرأة (امرأته .l) فله حسنات (عشر حسنات .l) ومن قبّلها فله عشرون حسنات (حسنة .l) ومن ضمّها الى صدره فله ثلثون حسنات (حسنة .l) ومن جمعها (جامعها .l) فله ثلثة مائة حسنات (حسنة .l) واذا غسل من الجنابة خلق الله تعالى كلّ قطرة ملكان يعلّمانه ويسبّحان لها الى يوم القيامة (من كلّ قطرة ملكين — له — .l), *Qui uxori arridet, decem bona meret; qui eam osculatur, viginti; qui eam ad pectus premit, triginta; qui cum ea concumbit, trecenta; quum autem pollutionem inde contractam abluit, Deus ex singulis guttis binos angelos creat, qui illum usque ad diem resurrectionis instituunt et pro eo Deum laudant.* Ibid. lin. 12 sq. من ضحك فى خمسة مواضع فكانّه زنى مع امّه خمسا وعشرين مرّة اوّلها من ضحك على المقابر والثانى على الجنازة والثالث بمجالسة العلماء والرابع عند تلاوة القران والخامس فى المساجد, *Qui quinque locis ridet, idem committit ac si quinquies et vicies cum matre moechetur: primum qui ad sepulcra, secundum qui ad funus, tertium qui in consessu hominum doctorum, quartum qui inter legendum Coranum, quintum qui in templis.* Sententia de mingendo, quam ex Cod. CIX retuli fol. 394 col. 1 lin. 36 et 37, hic Muʿhammedi tribuitur, sed pro اذا aptius est من, et adjecta sunt haec: ومن بال على الزرع فكانّما بال على قبر المسلمين ومن مسح ذكره على الارض فكانّما زنا بامّه ثلثا وثلثين مرّة, *Qui segetem commingit, idem committit ac si sepulcra moslemica commingat, et qui penem in terra abstergit, idem ac si ter et tricies cum matre moechetur.* Fol. 88 v. lin. 6 sq. من اكل لقمة من البطّيخ كتب الله تعالى له الف حسنة ومحى عنه الف الف سيّئة ورفع له الف الف درجة لانّها خرجت من الجنّة, *Si quis unam offam melonis edit, Deus ad ea, quae bene fecit, mille adscribit, ex iis, quae male fecit, millies mille delet, gradum autem in paradiso millies millies altiorem ei tribuit, quia melo ex paradiso provenit.* Profecto nihil tam absurdum Judaei et Christiani de Muʿhammede commenti sunt, quod non iis, quae Muʿhammedani ipsi ei affinxerunt, longissime superetur. Fol. 92 r. in marg. الطاعم الشاكر بمنزلة الصايم الصابر, *Qui edit et gratias agit, eodem loco*

habetur ac qui jejunat et famem perfert. Fol. 292 v. — 297 v. وصيّت نامهٔ حضرت على, praecepta et consilia de corpore, animo, moribus, vita communi et domestica, quae ʿAli a Muʿhammede accepisse dicitur, hic autem a Gabriele: vid. fol. 293 r. lin. 11 et 12. Sunt bona mixta malis, i. e. honesta et utilia cum superstitiosis, ridiculis, ineptis, ut quae ab ipso initio de re uxoria et concubitu modo vitando modo exercendo docentur. Initium: يا على قنچن اوه كلن كتورسڭ ايكى آياغن بر قپه آروجه يوغل الخ. Specimina propheticae istius sapientiae haec habe: ودخى كيچى بيرام كيجه سى جماع قلمغل اكر اوغلان طغارسه آلتى پرمقلو اولا، يا على كونشده جماع ايلمكل ونه اورودوركن اوغلان طغارسه اشكن اولا، *Neve nocte Bairamum minorem antecedente concumbe, nam si puellus inde natus fuerit, ἑξαδάκτυλος erit; neve, o ʿAli, in aprico nec stans coï, nam si puellus inde natus fuerit, submejulus erit.* ودخى عورة تكزه يازجلق اكرتمكل الّا سورهٔ انّا انزلناه اكردك *), *Neve mulieres vestras scribere docete, tantum suratam 97 docete.* جمله فرشتيلر دعا قيلارلر اول اوده كم قرو اوزم اولا دخى بال اولا يا چورك اوتى اولا دخى اول اوده كيرمزلر كم آنده صورت اولا يا سوجى قوقيسى اولا يا اِت اولا يا آتاسن آناسن انجدن اولا دخى قونقسز اوه فرشتيلر كلمز, *Omnes angeli Deum precantur in domo ubi uvae passae sunt et mel aut sesamum; in eam domum non intrant, in qua imago aut odor vini aut canis est aut homo patris matrisque animos offendens; nec magis angeli ad domum inhospitalem accedunt.* چهارشنبه كيجه سى يالنجاق دوشكدن داشره چقمغل ديولر كلورلر اكسوزده سڭويله سنى اوررلر, *Nocte inter dies Martis et Mercurii media nudus e lecto ne prodi; daemones enim venient teque necopinantem lanceis ferient.* Alia quae ad mores orientales pertinent, haec sunt: طعام ييجك اوچ پرمغله ييه سن زيره كم شيطان ايكى پرمغيله يير, *Cibum capiens tribus digitis edas, duobus enim Satanas edit.* طعامڭ اسّى اولسه اوفورمه دخى سجده قلاجق يرى اوفورمه, *Si cibus tuus calidus erit, eum ne flando refrigera* **), *neve locum, in quo religionis causa procubiturus es, flando abs*terge.

*) Propter impeditam rationem grammaticam in marg. adjectum est signum criticum librariorum orientalium ∴, quod orationem non integram esse indicat.

**) Fol. 116 r. in marg. id non improbandum esse docetur, modo ne spiritus cum murmure emittatur: لا يكره النفخ فى الطعام الّا بما له صوت الخواف.

بلغم وآغز ياربنى *) خلق آراسنده ييره برقمه كم حق تعالى خلق آراسنده توكورن قولا نظر اتمز, *Pituitam et salivam inter homines humi ne projice; nam Deus hominem inter alios expuentem non adspicit*, i. e. gratum non habet. الوكه يغلو نسنه بولاشسه يومدين يتمه, *Si quid pingue manum tuam infecerit, ne cubitum i antequam ablueris.* Laudabilis humanitatis est quod de Judaeis praecipitur: جهودلرى جهود ديو قغرغل وآيرق آديله قغرمغل كم قتى كناهدر, *Judaeos suo nomine Ǵehûd voca, non alio, hoc enim grave peccatum est;* uti plebs turcica per contemtum Ćifut dicit pro Ǵehûd. Sub finem, fol. 296 v. — 297 v., ad τὴν κλινοπάλην reditur eaque tam accurate pertractatur, ut tota ejus ratio a prima velitatione ad soporem vires refecturum etiam versibus describatur. Finis: اوغلان اولمزسه قيرماز بس نوله، كر اولا آشقته وحرجاى اولا **). Singula et plura dicta Muʿhammedis: fol. 38 r. in marg. de quatuor officiis, quae qui semper observabit, cum suis nunquam egebit, excerptum ex *Châlisat-el-ʿhaqâiq*; fol. 43 v. in marg. de honore viris doctis et lectoribus Corani habendo, it. de tribus summis flagitiis: plures deos colere, parentibus non obedire, cum uxore vicini adulterare; fol. 47 v. in marg. de conditione precum a Deo exaudiendarum; fol. 51 r. in marg. de praemiis eorum qui mortuum pollingunt, vestitu funebri induunt, ad sepulcrum prosequuntur, in sepultum terram dejiciunt: ومن القى التراب على الميّت كتب الله له بعدد غبار منه سنة, *Qui terram in mortuum dejicit, ei Deus pro singulis illius pulvisculis singulos annos adscribit;* unde constat nos, quum in sepulcrum jamjam

*) يار *humor*, unde آغز يارى *oris humor*, *saliva*, in lexicis deest. *Aghyz jari* eadem significatione alibi quoque inveni, ut fol. 254 r. lin. 3 et lin. 9.

**) Saepe in hoc libello Deus چَلَبْ appellatur, quod nomen multo latius patet quam apud Meninskium indicatum est. Ex origine quidem mollem, tenerum, delicatum significat, unde *ćelebi*, nefrens; inde hominem nobilem, patricium, dominum, utpote a vita dura et laboriosa plebejorum et servorum remotum, unde *ćelebi* significatione vulgata; tandem de ipso Deo idem valet quod arab. الربّ, pers. خدا, خداوند, خداوندكار. Sic fol. 294 v. lin. 4 et 5: هركم قونغه ايو سويلرسه آغرلسه چلب جلّ وعلا آنى آغرليه وهركم آنى آغرلمزسه حق تعالى اڭا خشم ايدر, *Quicunque hospitem comiter alloquitur et honorat, eum Deus O. M. honorat; quicunque illum non honorat, ei altissimus Deus irascitur.* Etiam unde ibid. lin. 6 et 5 ab inf. آتاڭى آناڭى آغرلاغل حرمت قلغل كم چلب رضاسى ايچنده در آتا آنا خشم چلب خشمدر, *Patrem matremque honora et reverere, id enim gratiam Dei meret; ira vero patris matrisque ira Dei est.*

opplendum unum et alterum pugillum terrae dejicimus, morem orientalem sequi; cf. Lane in *An Account* cet. II, p. 302 l. 13 — 15. — Fol. 52 v. in marg. de linguis incolarum paradisi arabica et persica aulica, العربّى والدّرى. Fol. 55 v. in marg. „*Homo in hoc mundo sex rebus gloriari solet: pulchra facie, facundia, stirpe et cognatione, opibus et liberis, robore, regno. At Deus sic ad me locutus est: Dic, o Muʿhammed, iis qui pulchris faciebus gloriantur: Ustulabit ignis facies eorum* (Sur. 23, 106); *iis qui facundia: Hodie ora eorum obsignabimus* (Sur. 36, 65); *iis qui stirpe et cognatione: Quum igitur tuba inflata fuerit, tum nullae inter eos cognationes erunt* (Sur. 23, 103); *iis qui opibus et liberis: Quo die nec opes proderunt, nec liberi* (Sur. 26, 88); *iis qui robore: Ei propositi sunt angeli duri, validi* (Sur. 66, 6); *iis qui regno: Cujus erit regnum hoc die? Dei unius potentissimi* (Sur. 40, 16).“ Fol. 79 r. de vi sententiae لا اله الّا اللّه et similium duo dicta ab الترمذى ex جامع الاصول (ʿH.-Ch. No. 3869) excerpta. Fol. 83 v. in marg. „*Docete liberos vestros nomina sociorum cavernae* (Septem dormientium), *quae si domui inscribuntur, incendio non absumitur, si supellectili aut merci, furto non aufertur, si navi, non submergitur.*“ Adjuncta sunt ipsa nomina ex graecis detorta, qualia Beidhâwî quoque ad Sur. 18 v. 21 tradit, cum nomine canis قطمير. Fol. 84 v. dictum ab El-Schiblî unice commendatum, quippe quo summa salutis conclusa sit: „*Praesenti vitae operam da, prout brevis est, futurae, prout longa est, Deo, prout ejus indigus es, gehennae, prout ejus patiens es.*“ Fol. 91 r. in marg. de quatuor generibus eorum qui doctrinae student, quorum tria damnantur, unum probatur. Fol. 91 v. in marg. de furacissimo mortalium eo, qui aliquid de precatione furatur, i. e. ex inclinationibus et prostrationibus corporis in ea necessariis aliquid detrahit, excerptum ex *Tenbîh-el-ghâfilîn.* Fol. 92 v. in marg. duo dicta, quorum prius fol. 100 r. in marg. repetitum est: شدايد الدنيا اربعة اوّلها غربة ولو كانت ساعة والثانى دين ولو كان درهما والثالث سفر ولو كان فرسخا والرابع سؤال ولو كان خردلا, *Res hujus mundi molestissimae quatuor sunt: peregrinatio vel unius horae, aes alienum vel unius drachmae, iter vel unius parasangae, petitio vel unius grani sinapini* *). Posterius avaritiam et veram religionem in uno convenire posse negat. Fol. 93 r. de moribus hominum extrema mundi aetate corruptissimis futuris, it. de effectibus unguium hoc illo die septimanae resectorum. Ibid. in marg. de suavi voce singulari Dei beneficio. Fol. 99 v. in marg. duo dicta de verendo Deo, quorum prius, رأس الحكمة مخافة اللّه, est Salomoneum תְּחִלַּת חָכְמָה יִרְאַת יְהוָה, Prov. 9, 10. — Fol. 100 r. in marg. „*Quum tria veniunt, tria non requiruntur: quum somnus venit, non requiritur lectus; quum amor, non requiritur pulcritudo; quum fames, non requiritur condimentum.*“ Fol. 103 r. in marg. quatuor dicta de praemiis eorum qui in peregrinatione sacra moriuntur, et eorum qui sepulcrum propheticum Medinae visunt; quartum ex *El-Châlisa* excerptum est. Adjuncta est fabella de Arabe nomade, quem ad sepulcrum Muʿhammedis supplicium infernale deprecatum vox coelestis de precibus exauditis certiorem fecerit, verum omnes homines iis comprehendendos fuisse monuerit. Fol. 107 r. in marg. idem dictum quod pag. 384 col. 1 in adnotatione posterius est, verbo اثنان inter النّاس et عالم inserto. Fol. 110 v. in marg. de septem rebus quae ceteris omnibus superstites erunt: العرش والكرسىّ واللوح والقلم والجنّة والنار والارواح. Fol. 115 r. in marg. dictum ex *Raunaq-el-megâlis* excerptum de Moslemis tempore novissimo consessus hominum doctorum et religiosorum deserturis et de triplici poena illius fugae. Fol. 140 v. in marg. de utilitate victus adstricti. Fol. 146 r. in marg. duo dicta de impuritate quam aliquis tangenda natura sua contrahit. Fol. 147 r. in marg. من اكل رمّانا انار اللّه تعالى قلبه اربعين يوما, *Qui malum punicum edit, ejus mentem Deus quadraginta dies illuminat,* cui sententiae confingendae ansam dedisse videtur verbum persicum انار ad linguam arabicam translatum. Simile est quod Muʿhammed in *Wafijjet-nâmeï-ʿAli* fol. 294 v. lin. 2 et 3 dicit: يا على انار ييجى اونغل كم دانەسى اوچماقدندر, *O ʿAli, mala punica esita, nam grana eorum ex paradiso sunt.* Fol. 198 v. الصغاير وسيلة الى الكباير والكباير بريد الكفر, *Peccata levia paullatim ad gravia ducunt, gravia autem veredis ad impietatem vehunt.* Fol. 208 r. in marg. de duodecim malis quibus divinitus affliguntur qui die Veneris negotiis terrestribus vacant, quorum tria in hanc vitam cadunt, tria in articulum mortis, tria in tempus inter sepulturam et resurrectionem medium, tria in tempus resurrectionis. Fol. 289 r. in marg. ea quae Deus de tempore resurrectionis interrogatus Muʿhammedi respondit, ex *Scharʿh-el-Maſâbîʿh* excerpta. Eventus hunc quoque Bengelium jam dudum plaussime refutavit, nam signa resurrectionis appropinquantis inceptura esse aït A. H. 910 (Chr. 1504 – 5), ipsam eventuram A. H. 980 (Chr. 1572 — 3).

9) *Historica, coranica, theologica, theosophica, philosophica, ethica, ritualia, juridica.* Fol. 52 v. in marg. de quadruplici mundo: عالم ناسوت عالم نفس است، عالم جبروت عالم قلب است، عالم ملكوت عالم عقل است، عالم لاهوت عالم ارواحست، Ibid. dictum ʿAbd-el-Mutthalibi de Muʿhammede nepote: الحمد للّه الّذى اعطانى هذا الغلام الطيّب الاردان (sic) قد فاق فى المهد على الولدان، اعيذه بالبيت ذى الاركان، Fol. 53 r. in marg. locus de dignitate et perfectione naturae humanae. Fol. 54 r. in marg. si quis sibi aut jumento a siti metuat, ei licere aquam, quae ad lotionem sacram sufficiat, ad bibendum servare seque arena abs-

*) Paullo aliter fol. 100 v. in marg. „*Dixit ʿAli: Res hujus mundi molestissimae tres sunt: iter vel unius parasangae, peregrinatio vel unius diei, filia elocanda vel una.*“

tergere (التيمم). Fol. 54 v. in marg. excerptum ex *Gâmi'-el-fetâwâ* de effectu quem habeat precatio submissionis, صلوة القنوت, ab Imâmo in precibus publicis primum per oblivionem omissa, postea alieno loco inserta. Fol. 78 r. in marg. excerptum ex *Fewâid-el-fetwâ* et hinc retro ex *Fetwâi-kubrâ*, auctoribus Abû-Bekr et 'Alî et Ibrâhîm El-Nacha'î diabolum Moslemis tantum, non Judaeis et Christianis, clientibus suis, inter precandum mala insusurare, ut *el-weswese* inter characteres precationis moslemicae sit. Item excerptum ex *Munjet-el-mufti* de poena eorum qui preces publicas deserunt, quos Abû'l-Leiϑ in *'Ojûn-el-meδâhib* vectigali (خراج) menstruo quinarum drachmarum multari, *El-'Holwânî* autem, Sol antistitum, dum resipiscant, feretro (جنازة) impositos in urbe circumferri eorumque facies conspui jussit. Eadem leguntur fol. 119 r. in marg., praeterea ex eodem libro hoc: qui conventus sacros (الجماعة) sine excusatione deserat, eum castigandum esse (يجب التعزير), ac sontes fieri vicinos, si illud sileant. Fol. 78 v. de septem rebus in lotione sacra vitandis. Fol. 79 v. in marg. de recte efferenda litera *he* extrema in verbis precationis سمع الله لمن حمده, auctore استاد المعروف اركج زاده, et de collectoribus Corani Zeid Ibn-Θabit et El-'Oϑmân. Fol. 88 v. duo dicta Tâtâr-chânî (puta in *El-Fetâwâ el-tâtâr-chânijje*) ad leges de precibus spectantia. Fol. 91 v. in marg. excerptum ex libro *Niqâbe* de iis locis precationis, ubi *besmela* pronuntianda est, et de iis, ubi non est, it. de optima formula averruncatoria استعيذ بالله. Fol. 92 r. excerptum ex catechismo aliquo, quo docetur in quinis precationibus quotidianis esse 272 *tekbîrât*: ex his divinae auctoritatis, فرض, esse *iftitâ'h tekbîrleri*, i. e. ea quae ab initio precum dicenda sunt; cetera a Mu'hammede instituta esse, سنت (vid. Muradgea d'Ohsson, I, p. 273 sq.); quae in precibus bairâmicis insint, ea canonicae auctoritatis esse, واجب (vid. ibid. p. 30 et 352 — 355), *rek'ât* autem in quinis precationibus esse quadraginta. Ibid. de eo qui in excusatione per hyperbolam se impium, *kâfir*, fuisse dicat, ideo non vere impio. Ibid. in marg. quaestio de jejunio ramadhânico, ex *Tâtârchânijje*. Fol. 92 v. et 110 v. in marg. indicatur, quoties Gabriel ad omnes et singulos prophetas principes descenderit. Fol. 93 v. in marg. tria chronosticha de morte Kemâl Pâschâ-zâde Muftii: 1) روح پاكنه رحمت, 2) حلّ عليه رحمة الحقّ, 3) مات ولّى العرب والعجم, quae singula A. H. 940 (Chr. 1533—4) repraesentant. Fol. 98 r. in marg. docetur, cur femina viro praeposita sit in الزانية والزانى Sur. 24 v. 2, vir feminae in السارق والسارقة Sur. 5 v. 42. — Fol. 104 r. in marg. fabulae de lapide nigro in aede Meccana. Fol. 105 v. in marg. responsum A'hmed Kemâli, i. e. Kemâl Pâschâ-zâde Muftii, quo contagionem pestilentiae devitari permittitur, ita tamen ut omnia ex aeterno decreto Dei pendere teneas; aliud ejusdem, quo edicitur daemones moslemos et Corani et Traditionis auctoritate paradisi participes fore. Fol. 109 v. in marg. excerptum ex الكواش, i. e. الكواشى (vid. p. 366 col. 2 lin. 16 sq.), de mercede lectorum Corani. Auctore 'Abd-allâh Ibn-Mes'ûd et hinc retro Enes Ibn-Mâlik aetate Mu'hammedis mercedem statam quatuor denariorum et semissis fuisse, nunc quinque et quadraginta drachmarum esse: id quod, si nomen spectatur, idem est, quoniam, ut ipse scriptor aït, Mu'hammedis quoque aetate denarius decem drachmarum erat. Si quis Coranum minoris recitet, et ipsum et eum, in cujus commodum recitatio instituatur, ejus praemiis divinis privari; ad quam sententiam verba Sur. 2 v. 38: *Neve levem mercedem signis meis comparate*, quasi obtorto collo traducuntur. Ibidem excerptum est ex commentario Ekmel-el-dîni in *El-Hidâje* et ex commentario in *El-Meǵmâ'* de ritu precum sive ex instituto prophetico certae auctoritatis, سنّة مؤكّدة, sive religione voluntaria, تطوّع, ad quatuor *rek'ât* ordinarias adjungendarum. Hoc praeceptum dicitur esse حاصل ما نقل من الفتاوى البقالى, more turcico pro الفتاوى البقّاليّة aut فتاوى البقّالى. Fol. 110 r. alius locus de mercede lectorum Corani: nonnullos doctorum seriorum pro obeundis muneribus Imâmi et Chathîbi mercedem admittere, non admittere pro Corano aut toto aut ex parte recitando, quoniam in illis muneribus necessitas quaedam insit, quae non insit in hoc; sed cur hanc mercedem dare nunc non modo liceat, sed probabile et necessarium sit, مستحسن لازم, commentatione per اقول introducta demonstratur. Fol. 112 r. in marg. anni inter septem prophetas principes intercedentes: inter Adamum et Noahum 2255, inter Noahum et Abrahamum 1133, inter Abrahamum et Mosem 565, inter Mosem et Davidem 577, inter Davidem et Jesum 1135, inter Jesum et Mu'hammedem 655, ergo inter Adamum et Mu'hammedem 6320. — Fol. 112 v. in marg. excerptum ex الينابيع de quaestione, num marito aut hero naturam uxoris aut servae et suam ipsius adspicere ac tangere suamque illis tangendam praebere liceat. Fol. 115 r. in marg. verbis Qâdhî-Châni docetur, eum qui jumento alieno vectus sit, pro jumento alicubi relicto, dum id restituat, domino satisdare debere. Fol. 116 r. in marg. ex *El-Fetâwâ el-Zhahîrijje* docetur, eum qui verbis sollemnibus اذهب مع الشرع in jus vocatus, se nisi a viatore, محضر, arcessitum iturum neget, impium esse; it. Qâdhî-Chânum solum inter doctores precationem cum antistite vestem sericam gerente improbare; it. pediculos et scorpios comburere improbandum esse, pediculos vivos projicere inhonestum, locustas interficere concessum, مباح; it. felem nisi noxiam non caedendam esse, jugulandam autem cultro acuto; it. improbari, si quis inter preces sudarium*) secum habeat, quippe quod impurum sit; it. mentiri tribus locis licere: in hominibus inter se reconciliandis, in bello et adversus uxorem, مع

*) الخرقة التى يمسح بها العرق ويوخذ بها المخاط, panniculus quo sudor abstergitur et mucus excipitur. Hodie uno verbo المحرمة dicitur.

امرأته; it. Moslemos qui vinum vendant, valide verberandos esse, non exteros ditioni moslemicae subjectos, ذمّيّون, apud quos Moslemis etiam coenare licere; it. eos qui puellis vinum bibendum dent, castigandos esse. Fol. 116 v. in marg. locos coranicos parietibus et zotheculis templorum ad Meccam obversis, محاريب, non bene inscribi; posse enim fieri ut scripta decidant et pedibus calcentur. Fol. 122 r. in marg. sententiae doctorum ad Sur. 55 v. 29 de deo quotidie aliquid agente, contra errorem Judaeorum de Deo sabbatis otiante; it. excerptum ex El-ʿHosâmii casibus juris, واقعات الحسامى, pro itinere Meccano iterando melius stipem dari. Fol. 124 r. in marg. ex aliquo Arbaʿin: *Vestes e lana et pilis gerere institutum prophetarum est. Primus hoc modestiae signo, quo pauperibus se assimilaret, usus est Salomo. Noster quoque propheta dixisse fertur: Illuminate corda vestra gerendis vestibus laneis; id enim ut in hac vita obscuros, ita in futura splendidos reddit. Item: Vestibus tenuioribus uti, quum opulentus sis, modestiae est. Aliud dictum Muʿhammedis: Qui pulcris vestibus, quum uti possit, non utitur, eum Deus pallis paradisiacis vestiet. Enimvero saepe vestis prophetae nostri tam uncta erat, ut olearii esse videretur.*" Fol. 137 r. in marg. responsum quo edicitur, si quis cum uxore concubiturus crus filiae in eodem lecto cubantis libidinose tetigerit, ei non integrum esse cum uxore coïre. Fol. 148 r. in marg. sententiae doctorum de momento eorum, quae voluimus, in aestimatione et remuneratione divina eorum, quae fecimus. Fol. 200 r. حلية رسول صلعم, breves tituli arabici habitum corporis Muʿhammedis persequentes, cum interpretatione turcica. Adjecta est fabula, Muʿhammedem moribundum ʿAlio mandasse ut hanc corporis sui delineationem faceret, quam qui in posterum adspecturus esset, eum praeter alia bona sibi suisque salutem aeternam asserturum esse. Fol. 201 v. et 202 r. مطلب اسقاط صلوت, quaestio de solvendis precibus nondum praestitis: „*Mensura* صاع *est* 1040 *drachmarum, drachma* 14 *ceratiorum,* قراط, *ceratium* 5 *granorum hordeaceorum. Pretium redimendarum precum unius mensis est* 75 *modiorum,* كيله, *quatuor mensium* 300, *octo mensium* 600, *unius anni* 900. *Preces unius anni* 825 *tempora habent et unus modius tritici* 6800 *drachmas et* 17 *uncias. Si quis igitur moribundus mandaverit ut preces a se non solutae expungantur, primum preces omissas computa et pretium precum semestrium aut annuarum in triticum, inde in pecuniam converte, et vide, quae hinc summa coeat; tum ea pecunia in manum sumta Muʿhammedi bene precare et pauperi aut viro docto, qui in eo consessu aderit, ubi haec res agetur, illam dona et vicissim ab eo donatam accipe, deinde iterum ei dona iterumque ab eo accipe, tum tertium ei dona tertiumque ab eo accipe, et sic tot vices fac* (شول قدر دور اتكل), *donec omnes preces solutae fuerint. Viri docti dixerunt se sperare Deum O. M. hanc solutionem gratam habiturum et illi delicta condonaturum esse, quum clemens, misericors, ad peccata ignoscenda et culpam vitiorum humanorum delendam facilis sit. Sic tibi, dulcis amice*), rationem precum expungendarum declaravimus, pro quo labore suscepto hoc abs te petimus, ut nobis semel bene preceris. Vale.*" Talis computi exemplum habes fol. 276 v. — Fol. 202 v. in marg. sententia qua responsa theologica et juridica rata fiunt, فتواء شريفلرك امضاى شريفلرينك مفهومى; est autem haec: اللّهمّ يا ولىّ العصمة والتوفيق نسئلك الهداية الى سواء الطريق, *O Deus, cujus est ab errore defendere et studia prosperare, rogamus te ut nos ad rectam viam deducas.* Fol. 207 v. in marg. excerpta ex *Scharʿh-el-Mafâbîʿh* et *Schirʿat-el-islâm*, in quibus plura dicta Muʿhammedis insunt hujus argumenti: pestilentiam genus martyrii esse, quod qui suscipiat, eum idem mereri quod ceteri martyres; propterea illam ut non oppetendam, ita non fugiendam esse. Unum illorum dictorum hoc est: الشهداء خمسة المطعون والمبطون والغريق وصاحب الهدم والشهيد فى سبيل الله, *Martyrum quinque genera sunt: qui pestilentia absumuntur, qui morbis gastricis moriuntur, qui aqua hauriuntur, qui ruina eliduntur, qui bello sacro cadunt.* Fol. 235 r. in marg. leges coranicae, Sur. 4 v. 26 et 27, turcice redditae, de iis quas in matrimonium ducere nefas est. Fol. 277 r. et 295 r. in marg. edictum Ssadr-el-scheriʿae cum interpretatione turcica: *Mustum ei, qui vinum parat, vendere licet, quia peccatum non ipso musto continetur; arma vero ei, quem turbis et tumultibus studere scias, vendere non licet, quia peccatum ipsis armis continetur.* Fol. 299 v. et 300 r. فضايل يوم الجمعة الشريف. Post tria dicta Muʿhammedis de religione et excellentia diei Veneris*) lotio ad illius exemplum eo die adhibenda et preces in via ad templum, in templo intrando, ante et post concionem sacram, خطبه, post communem precationem et in discessu ex templo, انتشار وتقيد, recitandae docentur. Fol. 313 r. quae Imâmo interrogato, quis vicissim ipsius Imâmus sit, respondenda sunt.

10) *Philologica.* Fol. 93 r. in marg. exempla memorialia diversarum significationum unius verbi arabici: رأيت جعفرا فى جعفر يأكل جعفرا على جعفر ورأيت كافرا فى كافر يقتل كافرا على كافر, *Vidi Ǵaʿferum in fluvio, pane vescentem,*

---

*) Turcice جانم جانى, *anima animae meae.*

*) دعوا اشغالكم يوم الجمعة فانّها يوم صلوة وتهجّد, *Mittite negotia vestra die Veneris, est enim dies precibus sollemnibus et privatis nocturnis consecratus;* quamquam تهجّد dubiae significationis est. من اصبح يوم الجمعة صائما وعاد مريضا واطعم مسكينا وتشيّع جنازة لم يتبعه ذنب اربعين سنة, *Qui die Veneris a mane jejunat, aegrotum visit, egeno cibum praebet, funus prosequitur, ei quadraginta annos nullum peccatum adhaeret.* خير يوم طلعت عليه الشمس يوم الجمعة, *Optimus dies quem sol unquam lustravit, dies Veneris est.*

asino vehentem, et vidi satorem in nocte tenebrosa, qui impium occidebat equo atro vehentem. Item: سَنة الوصل سنة وسنة الهجر سَنة, *Annus conjunctionis somnus est et somnus separationis annus,* i. e. Ut vel annuus amoris fructus amantibus somni instar evanescit, sic vel una nox coelebs iis in annum extendi videtur. Lusus philologicus:

حلوقة يحملها مائق مقلوب هرون لها لائق

Longae barbae, quam stultus gerit, inversum Harûni convenit, i. e. *nûrah,* medicamentum depilatorium, turc. صارى زرنه, ut pro زرنيخ scriptum est, arsenicum flavum, i. e. auripigmentum. Fol. 93 v. in marg. الكريم هو الّذى لا يأكل ويعطى والسخىّ هو الّذى يأكل ويعطى والبخيل هو الّذى يأكل ولا يعطى واللئيم هو الّذى لا يأكل ولا يعطى والسفلىّ هو الّذى لا يأكل ولا يعطى ويمنع المعطى, *Kerîm, generosus, is est qui ipse non edens alteri dat; sachî, liberalis, is qui ipse edens alteri dat; bachîl, avarus, is qui ipse edens alteri non dat; leîm, sordidus, is qui nec ipse edit, nec alteri dat; sufli, abjectus, is qui nec ipse edit, nec alteri dat, dantem vero retinet.* Fol. 109 v. in marg. interpretatio verborum آجر mercedem dans, موجر mercede dans, مستاجر mercede sumens, مستاجَر mercede datus, أجير mercede se ipsum dans. Fol. 115 v. in marg. mira derivatio verbi رَجُل ab الترجّل i. e. ارتفاع الشمس, quoniam mas a pueritia ad aetatem virilem tamquam sol ab ortu ad meridiem ascendat. Fol. 116 v. in marg. „*Verbum* سائر *ad tria significanda adhibetur: primum ad aquam ab iis, qui bibunt, in vase et alveo relictam; hinc ad reliquias ciborum et aliarum rerum transfertur; denique omnino cunctos et reliquos significat.*"

11) *Physica, astronomica, chronologica, chemica, medica, diaetetica.* Fol. 45 v. in marg. remedium oculorum ultro lacrimantium, duo alia catarrhi et tumoris carnium, aliud dolorum lienis. Contra catarrhum fol. 202 r. in marg. et contra dolores lienis fol 112 v. in marg. alia praecipiuntur. Fol. 51 v. in marg. لعلى كرّم الله وجهه قلّموا اظفاركم بالسنّة والادب يمينها خوابس يسارها اوخسب, *Dixit 'Alî: Resecate ungues vestros secundum institutum et exemplum Prophetae, dextros hoc ordine:* خنصر *digiti minimi,* وسط *medii,* ابهام *pollicis,* بنصر *annularis,* سبّابة *indicis; sinistros hoc: pollicis, medii, minimi, indicis, annularis.* Nam haec interpretatio illis literis initialibus subjecta est. Fol. 80 r. in marg. remedium tussis (tria alia vide fol. 111 r. et 287 v. in marg.), it. remedium asthmatis omniumque morborum ex pituita natorum. Fol. 83 v. in marg. duo remedia stranguriae, quorum prius ex illo genere medicinae est, quod ab Arabibus acceptum olim apud nos quoque regnabat, quo alienissima quaeque et haud raro teterrima veluti in Circes κυκεῶνα confusa miseris mortalibus obtrudebantur; nidus enim hirundininus cum lacte vaccino et saccharo crystallino tusum et mixtum bibi jubetur. Aliud stranguriae remedium fol. 289 v. in marg. est. Fol. 90 r. et 289 v. in marg. remedia sanguinis ex naso et omnino ex corpore profluentis. Fol. 91 v., 254 v., 286 r. in marg. remedia capitis porriginosi. Fol. 96 r. in marg. de delendis literis in charta scriptis. Fol. 105 r. et v. in marg. de usu medico et diaetetico leporis, vulpis, mali citrei. Fol. 111 r. in marg. institutio ad conficiendum atramentum; fol. 249 v. in marg. alia ad conficiendos liquores scriptorios coloris pavonacei, طاوسى رنك (ital. *paonazzo*), albi, coloris mali persici, شفتالو رنك, inter album et caeruleum medii, چينى مركّب (quasi coloris porcellanei, i. e. ejus qui esse solet vasorum sericorum non pictorum), violacei, بنفشه رنك, caerulei, اسمانى رنك, tandem flavi. Fol. 111 v. varia remedia medica, qualia item collecta sunt fol. 255 r. — 256 r. — Fol. 141 v. in marg. remedium doloris oculorum. Fol. 144 v. in marg. العسل سيّد الادوية قال رسول الله عليكم بالشفائين القران والعسل ومن حديث غريب من مات وفى جسده شىء من العسل لم يمسّه الندا, *Mel princeps medicamentorum est. Legatus Dei: Duabus rebus, inquit, medicinam facite, Corano et melle. Ex dicto ejus minus noto hoc est: In cujus mortui corpore aliquid mellis est, eum non inficit uligo.* Fol. 206 v. in marg. remedium ulceris maligni et carbunculi pestilentis, ياوز چبان وطاعون; modeste adjectum est: *Cum bona venia Dei contra omnia remedium erit, praeter mortem.* Fol. 248 r. — 253 v. praefatio et quatuor primae sectiones, فصول, libri Jazigi-oghlii, *'Agâib-el-machlûqât*, vid. Catal. Dresd. No. 68 et 264. Initium: الحمد لله ربّ العالمين والصلوة والسلام على محمّد وآله وصحبه اجمعين' امّا بعـــد محبّ العلماء وخادم الفقراء يازيجى اوغلى بيچاره رضى الله عنه آيدر سبب تحرير كتاب اولدركه الخ. Haec recensio cum ea convenit, quae est in Cod. 264, multis illa discedens ab altera, quam Cod. 68 habet. Pro Hâgî Bairâm hic est Hâgî Bairâm-oghli; sed quum pro حاجى بيرام اوغلى همّتنده in Cod. 264 legatur حاجى بيرام اعلا همّتنده, patet illud اوغلى ex اعلى detortum esse. Ceterum in fine praefationis praeter locum, ubi liber conscriptus est, Gallipolin, in hoc exemplo etiam tempus indicatur: *quum Sulthân Muhammed Chân Constantinopolin caperet, anno* 857 (Chr. 1453). Prima sectio mundum, coelos et coelestia, phaenomena, terram, maria, tres ordines rerum creatarum perstringit; secunda de angelis est, tertia de diebus septimanae, quarta de mensibus. Finis: على الاتّفاق حاجت روا وقبول اولاجق كوندر. Fol. 254 r. signa quatuor temperamentorum in ho-

minibus. Ibid. v. docetur quomodo cibi primum concoquantur, inde in quatuor humores temperamentorum fontes convertantur, ac singulorum natura et origo indicatur. In margine remedium scabici. Fol. 275 v. et 276 r. خواصّ من مطر نيسان, arab., virtutes pluviae mensis Aprilis, hebr. *malqôsch*, quae ab initio sic definitur: الّذى يمطر فى الربيع بعد ما مضى من الحمل ثمانية عشر يوما الى ثلثين يوما, *quae tempore verno incidit, postquam ab introitu solis in arietem* (d. 21. Mart.) *praeterierunt duodeviginti dies et ultra ad triginta.* ʿOmar igitur Muʿhammedem a Gabriele edoctum sociis praecepisse narravit, ut de illa aqua quibusdam precibus consecrata per septuaginta dies mane et vesperi biberent: ita fore ut ab omnibus morbis et doloribus liberi nullo medico egerent; item conjugia fecundatum iri; contra ophthalmiam autem aquam oculis instillandam esse. Fol. 282 v. — 283 v. de mulieribus quibuscum coïre insalubre est, aut salubre, et de remediis noxarum ex concubitu natarum. Auctores perhibentur Plato, Aristoteles, Galenus, عيسى ساز بخت (puto Bochtîschûʿ Syrus), Muʿhammed Ibn-Zekerijja, i. e. Rhazes. Fol. 284 r. — 289 v. praecepta medica, diaetetica, magica. Fol. 286 r. in marg. remedium doloris intestinorum, ibid. v. aliud cephalalgiae. Fol. 289 v. in marg. remedium partus difficilioris. Fol. 290 r. هفته كونلرينك خواصينى بلدورر, quae tamen institutio in singulis diebus septimanae tres tantum locos persequitur: de usu thermarum, de conficiendis vestibus, de resecandis unguibus. Fol. 292 r. in marg. remedium tumoris pudendorum. Fol. 295 r. in marg. remedium alvi adstrictae. Fol. 327 v. — 333 r. calendarium menses syriacos sequens, ab Adâr s. Martio incipiens, et argumento et forma illi simillimum, quod Velschius edidit in Commentario in Ruzname Nauruz, Aug. Vindel. 1676. Fol. 334 r. روزنامهٔ حضرت شيخ وفا, idem circulus literas dominicales annorum ostendens, qui apud Velschium in quinta tabula mensem Martium antecedit. Confectum esse A. H. 955 (Chr. 1548 — 9) docent verba in subjecta explicatione: هجرت نبويّه نك سنهٔ ماضيه سندن طقوز يوز اللّى دردندە, *Anno hígrae superiore* 954. Fol. 334 v. tabula mensium muʿhammedanorum cum indicatione numeri dierum; alia quae docet, qua ratione نُقطه anni lunaris in mense Muʿharramo ab alio die septimanae ad alium transeat, et alia quae docet, qua ratione نقطه anni solaris a Martio per omnes menses et dies septimanae transeat. Sed quae sit illa *noqtha*, equidem non assequor. Fol. 335 r. غرّه نامهٔ شرعى et غرّه نامهٔ نجومى, in quorum utroque literis indicatur, in quos dies septimanae initia mensium deinceps incidant. Quos dies literae indicent, subjecta tabula docet.

12) *Sententiae, poëmata, versus.* Fol. 26 v. carmen arabicum, quo varia bona a Deo petuntur; initium: آلهى لئنْ جلّتْ وجمّتْ خطيئتى، فعفْوك عن ذنبى اجلُّ واوسعُ; finis: ولا تحرمنّى يا آلهى وسيّدى، شفاعته الكبرى فذاك المشفّعُ. Qui hic intercessor dicitur, Muʿhammed est, in disticho penultimo sic commemoratus: آلهى فأنشرنى على دينِ احمدَ، مُنيبا تقيّا انّنى*) لك اخضعُ. Subjecta sunt duo disticha persica:

يا ربّ دل من بنور تو دانا كن
چشم بجمال مصطفى بينا كن
روزيكه چو لاله سر برآرم**) از خاك
در روضهٔ مصطفى مرا مأوى كن

O Domine, mentem meam tua luce intelligentem, oculum meum Muʿhammedis pulcritudine cernentem redde! Illo die, quo ceu tulipa caput ex terra erigam, in viridario Muʿhammedis mihi asylum praebe! Fol. 40 v. quatuor disticha Kemâl Pâschâ-zâde Muftii, quae ex Cod. CIX posui p. 393 col. 1 lin. 7 sq. Fol. 77 r. in marg. duo disticha persica ad amicum aut Deum:

بى روى تو من قرار نتْوانم كرد
احسان ترا شمار نتوانم كرد
كر بر تن من زبان شوَدْ هر موى
يك شكر تو از هزار نتوانم كرد

Nec adspectu tuo carere, nec beneficia tua enumerare possum. Si in corpore meo unusquisque pilus lingua fiat, ne singulas quidem gratias ex millenis tibi agere possim. Fol. 78 r. et 116 r. in marg. لا يغرّنّكم اربعة اشياء شمس الشتاء ونصيحة الاعداء وتملّق النساء وتقرّب الامراء, *Ne decipiamini quatuor rebus: sole hiemis, consiliis inimicorum, blanditiis mulierum, gratia principum.* Fol. 79 r. idem epigramma quod commemoravi pag. 393 col. 1 lin. 23: رضينا قسمة الخ. Item haec sententia: صديقك من حذّرك من الذنوب، ورفيقك من بصّرك العيوب، واخوك من سايرك الى علّام الغيوب, *Amicus tuus is est, qui te peccata cavere jubet; necessarius tuus is, qui te vitia cernere docet; frater tuus is, qui te ad Deum comitatur.* Item distichum persicum, capitalis illius discriminis inter disciplinam asceticam et rationem mysticam luculentum exemplum:

اى زاهد زهد آلود بشنو تو حديث من
مقصود خدا عشقست باقى همه افسانه

O Asceta ascesi inquinate, ausculta orationem meam! Quod Deus vult, amor est; cetera omnia fabulae sunt. Haud ab-

*) Cod. contra metrum فانّنا.

**) Cod. برآورم.

simile est discrimen Paulinum et Johanneum inter servitutem hominum naturalium sub lege laborantium et libertatem filiorum Dei in evangelio viventium. Fol. 88 v. العلم فى الصغار كالنقش فى الحجر العلم فى الكبار كالنقش فى البحر, *Quae pueri didicerunt, tamquam lapidi incisa sunt, quae senes, tamquam mari inscripta.*

نعم الاله على العباد كثيرة واجلّها بحسابه الاولاد

Beneficia Dei erga homines multa sunt, verum omnium luculentissimum ipse liberos aestumat.

انتهاء كمال نقصانست گل بريزد بوقت سيرابى

Si quid ad summum pervenit, rursus deficit: rosa quum pulcerrime nitet, folia amittit.

دلا غربتده ايمش حالت روحانى بلمزدم
خدا بيلور كه بو آنه كلنجه آنى بلمزدم

O cor, peregre eram, extasin spiritualem ignorabam; novit Deus me eam huc usque ignorasse. Ceterum, ne vulgarem Islamismum desideres, continuo sequitur sunniticum hoc *χάρισμα:*

رافضى روز قيامت خر بود زير يهود
ملحد نادان بدست اندر گرفته آن مهار
باز نصرانى بدستش چوب دست آهنين
مى زند خررا همين تا منزل دار البوار
صد هزاران باد لعنت از خدا واز رسول
بر خر وخربنده وبر بار وبر سالار بار

Râfidhitae (Schîitae) *die resurrectionis asini erunt, quibus Judaei vehentur, dum stulti Mulhidi* (Haeretici irreligiosi et impii) *capistra eorum manibus tenebunt, Christiani autem clavas ferreas manibus gerentes asinos usque ad gehennam propellent. Centum millia maledictionum a Deo et Propheta immittantur et asinis* (Schîitis) *et agasonibus* (Mulhidis) *et sarcinis* (Judaeis) *et sarcinarum dominis* (Christianis)! Fol. 92 r. in marg. العمر وان طال نا تحته طائل، وكل نعيم لا محالة زائل، *Vita quamvis longa tamen inanis est, et omnes deliciae necessario evanescunt.* Distichum persicum amatorium, et aliud turcicum:

جسمم ايچره جانه صوردم حال دلدن بر خبر
بلمزم بو خانده بنداخى مهمانم ديدى

Animum in corpore meo habitantem quum aliquid de corde rogassem: Nescio, inquit; ego quoque in his aedibus hospes sum. Fol. 92 v. in marg. لا تقتل النملة ولا تقتل الصفدع والحشرات التى فى الارض, *Ne interfice formicam neve ranam omninoque bestiolas humi repentes.* لا تعذب شيئا بالنار فانه لا يعذب بالنار الا ربه, *Ne quid igne crucia; neminis enim est igne cruciare nisi domini ejus*, i. e. Dei, cujus est in gehennam mittere. البلاء موكل بالمنطق, *Miseria orationi commissa est*, i. e. apud eam quasi reposita vel in custodiam data, ut eam aut retineat, aut emittat. Confirmatur hic sensus consilio Loqmâni ad filium, fol. 107 r. „*O filiole, si oratio aurea esset, silentium argenteum, argento stude, non auro; nam miseria orationi commissa est, non silentio.*“ Fol. 93 r. in marg. duo disticha arabica de fiducia in Deo posita, et gravissimum illud: وفى كل شىء له آية، تدل على انه واحد، ; vid. Jones Poes. asiat. comment. Ed. Lips. p. 308. — Fol. 94 r. in marg. versiculi arabici inculti et metro carentes de inconstantia puerorum et de necessitate assiduitatis in studiis doctrinae; duo disticha persica Saʿdii de amicis summi faciendis; sententia quam non satis intelligo: من اكل الغبير فى حالة الصغير افسده الكبير. Ibid. v. tria disticha arabica amatoria, et duo turcica animum ab invidia et cura victus liberum commendantia. Fol. 95 v. in marg. tria disticha turcica, de Deo mentem humanam superante, de cupiditatibus non alendis, de discrimine amatoris sinceri et simulati; sententia arabica: „*Miror quomodo, qui fatum credit, tristis esse possit; miror quomodo, qui rationem Deo reddendam credit, socors esse possit; miror quomodo, qui mundum et vices ejus novit, tranquillus esse possit;*“ duo disticha amatoria *Kâmii.* Fol. 96 r. in marg. poëma turc. paraeneticum; ibid. v. in marg. poëma turc. fûficum *Ssabrii.* Fol. 97 r. in marg. poëma turc. fûficum Kemâl Pàschâ-zâdae, et tria disticha turc. ejusdem generis; ibid. v. in marg. duo disticha turc. consolatoria*), quibus subjunctum est hemistichium: هر قولك باشنه يازلن كلور دوراندر, *Quod cujusque capiti inscriptum est, evenit: haec fortunae lex est.* It. poëma turc. fûficum *Ghurûrii***), et sententia: راحة الجسم فى قلة الطعام، وراحة الروح من قلة الكلام، *Corpori bene est, si pauca edis, animo, si pauca loqueris.* Fol. 98 r. poëma turc. paraeneticum *Muhibbii*, i. e. Solimani I, probatarum sententiarum plenum, ei simile quod ex ejusdem poëmatis translatum est in Hammeri Hist. poës. osman. II, p. 6, lin. 12 sqq. — Ibid. v. poëma turc. de

*) Miram habet in lingua nativa dulcedinem illud اغلمه, *ne lacrima*, in fine singulorum distichorum:

مسندم يوق دولت ال ويرمز ديو قان اغلمه
ايريشور اوممدوغك يردن سكا نان اغلمه
دونه دونه اكلدرسه چرخ كردون اغلمه
كولمسون دوشمنلرك اول شاد وخندان اغلمه

Quod non sit quo nitaris nec fortuna te adjuvet, sanguinem ne lacrima! Continget tibi victus unde non speraveris, ne lacrima! Si versatile coelum tibi suspiria extorquet, ne lacrima! Ne rideant inimici tui, tu vero bono animo hilarusque sis, ne lacrima!

**) Hic poëta apud Hammerum non invenitur. Nomen غرورى in ultimo disticho apparet.

considerantia in judicando et loquendo. Fol. 99 r. et v. poëma turc. paraeneticum *Weğhii* *), ex genere مخمّس, continens sex paria distichorum ejusdem per quaterna hemistichia consonantiae, quibus singulis subjunctum est hemistichium embolimaeum illud, quod supra ex fol. 97 v. commemoravi: هو قولك الخ. Fol. 100 v. nona et septuagesima ex centum sententiis ʿAlii a me editis, cum hac appendice: ولو قدّم الجاهلون بالنسب، وأخّر الفاضلون بالادب. Fol. 118 r. duo disticha arabica metro carentia de viro docto propter ea, quae male faciat, non contemnendo et propter doctrinam suam fortasse Deum clementem habituro. Fol. 122 v. in marg. salutatio amici disticho persico comprehensa. Fol. 127 v. in marg. distichon arabicum, quo discessus ab amico aut amasio cum morte aequatur. Fol. 147 v. in marg. sententia arabica: „*Dixit Ibn-Mesʿûd: Duo avidi sunt, qui nunquam satiantur: qui doctrinae studet, et qui mundo; verum eo differunt, quod ille magis magisque in Dei gratiam venit, hic magis magisque contra Deum rebellat.*" Fol. 170 r. in marg. distichon persicum de amatore injurias amasii patienter ferente. Ibid. v. — 198 v. carmen *Burde* in laudem Muʿhammedis cum prooemio et translatione turcica et persica singulis distichis subjecta, auctore *Sejjid Aʿhmed Ibn-Mufthafâ*, qui cognomine *Leâlî* notior est. Initium: الحمد لله لوليّه والصلوة على نبيّه محمّد وآله وصحبه اجمعين، وبعـد اول سرور كاينات ومفخر موجودات الخ. Primum narrat se quorundam gratia, qui celeberrimo Abû-ʿAbd-allâh Muʿhammed El-Bûfîrii poëmate delectarentur, id pro argumentorum natura in decem partes, فصول, divisisse et singulos versus turc. et pers. reddidisse. Deinde argumenta decem partium et mirabiles virtutes poëmatis exponit, veluti quod morbos pellat, amissa reducat, fures et incendia arceat. Postea causam nominis hanc indicat: quum El-Bufîrî jam dudum hemiplexia laborans poëma composuisset, quo Prophetam sibi propitium redderet, hunc per somnum ei apparuisse et poëma sibi oblatum ita remuneratum esse, ut *burdam* s. lacernam suam poëtae indueret atque eam partem corporis, qua ille captus esset, manu contrectaret. Expergefactum El-Bûfîrium corpori in valetudinem restituto lacernam propheticam injectam vidisse: hinc poëma nominatum esse. Specimen sit primum distichum:

Arab. أمِنْ تـذكّـرِ جيـرانٍ بـذى سَـلَـمِ
مزجتَ دمعا جرى من مقـلـة بـدمِ

Turc. آكدكمى ذى سلمدهكى اعلى وجيرانى
كيم قان ياش اغلمق كوزكك اولدى عادتى

Pers. اى زياد صحبت يارانت اندر ذى سلم
اشك خون آميختى با خون روان كشته بهم

Perscriptum est hoc exemplum tertio die Schaʿbâni A. H. 1014 (Chr. 1605 exeunte). Fol. 200 v. — 205 v. poëma arabicum quod a communi distichorum exitu سورة فاطْلُبْنى تَجِدْنى, aut ab ementita origine Surata psalterii appellari solet, cum ejusdem Leâlii prooemio et translatione turcica singulorum distichorum. Initium post besmelam: روايتدر ابن عبّاس دن رضى الله عنه ايدور داود پيغمبر عليه السلام حضرتنه نازل اولان كتاب زبورده الخ. Argumentum prooemii: Ibn-ʿAbbâs in psalterio Davidico suratam esse aït similem suratae coranicae quintae et quinquagesimae, quatenus in hac quoque eadem sententia iisdem verbis identidem posita est; itaque se illam ex lingua syriaca, سريانى دلندن, in arabicam transtulisse, et quum eam animo et ore frequentasset, se ex egeno divitem factum et a malis, quae timeret, liberatum esse. Hinc imitatoribus omne genus bona promisit. Ipse jam Davides illa surata ad mala propulsanda et bona arcessenda usus esse traditur. Propterea Leâlî turcicam fecit, ut omnes ea uti possent. Tandem precatiunculam docet ei praemittendam. Sequuntur versus turcici eadem argumenta repetentes. Hoc unum in iis addidit, se in translatione et quadraginta disticha et sententias servasse. Primum distichon:

انا المطلوب فاطلبنى تجدنى   فان تطلب سواى لم تجدنى

Qui hic exitus prioris hemistichii, in sequentibus omnibus posterioris est. Turcice sic:

بنم مطلوب همان انجق بنى استه كه بولاسن
اكر ايروغى استرسك بنى صنمه كه بولاسن

Loquitur per totum poëma Deus homines naturam virtutesque suas docens. Finem facit distichon a Leâlio adjectum:

لآلى توبكى قيلوب قبولن استه ديدى حق
قبول ايدرم آنى بن بنى استه كه بولاسن

Leâlî, inquit Deus, poenitentiam age atque ut eam gratam habeam roga; revera gratam habeo; quaere me, ita me invenies. Fol. 206 r. in marg. tria disticha arabica ex commentario coranico Beidhâwii excerpta, quibus venia peccatorum a Deo petitur. Fol. 206 r. — 207 v. poëma arabicum *Sirâğ-el-dîn ʿAlî Ibn-ʿOϑmân El-Uweisii*, quod Petrus a Bohlen edidit: *Carmen arabicum Amali breve religionis Islamiticae systema complectens*, Regiom. 1825. In Cod. 77 (Kehr) fol. 29 r. idem inscriptum est القصيدة الكلاميّة اللاميّة, Carmen theologicum in literam l exiens. Ibidem nomen auctoris legitur, quod hic omissum est. Fol. 208 r. — 209 v. القصيدة المنفرجة, poëma arabicum consolatorium. Primum distichon:

*) Hic quoque ap. H. deest; nam Weğihî, III, p. 441, alius est.

الحمدُ لمولانا فَرَجٌ والشكرُ به ارجو الفَرَجِ

Contra in Cod. 25 (Kehr.) fol. 9 r. omissis quatuor primis distichis ab eo incipit, quod hic quintum est:

اشْتَدّى أَزمةُ تَنْفرجى قد آذَنَ ليلُكِ بالبَلَجِ

Poëta praemia coelestia consecuturus in decretis divinis acquiescere et pietatem colere jubet. Sub finem Muʿhammedi ejusque sociis et genti bene precatur. Ultimum distichon:

واختمْ عملى بخواتمنا لأكون غدا فى الحشر نَجِ

Fol. 210 v. — 212 r. قصيدة الدمياطىّ على الاسماء الحسنى, carmen arabicum *El-Dimjâthii* (Damiatensis) de nominibus Dei. Initium:

بدأْتُ بِبِسْمِ اللّهِ والحمدِ اوّلا على نعمٍ لا تُحْصَى فيما تَنَزّلا

In perpetua invocatione Dei nomina ejus ita illigata sunt, ut sententiarum momenta ex iis pendeant. Exit poëma in bona vota pro Muʿhammede ejusque gente et sociis et omnibus prophetis. Finis:

واصحابه والاعلى والرُسْل كلّهم وبعدُ بحمد اللّه خَتْما واوّلا

Fol. 277 r. distichon arab. excerptum ex *Telchîs*: ولست بمستبقٍ اخا لا تلمّه، على شَعَثٍ اىّ الرجال المهذّب،

Nec servas amicum quem in rebus adversis non adjuvas: quis tum virorum integer est? Fol. 292 v. in marg. distichon turc. societatem cum homine vili jungi vetat. Fol. 326 r. in marg. duo disticha persica homines in aliis honorandis et contemnendis fortunae vices sequi docent, duo alia temerarios prudentibus obedire jubent.

CXIX.

[Ac. K. 274.]

Codex arabicus, 12° maj., foll. 53, maximam partem in charta orientali char. neschi scriptus. Fol. 1 v. — 52 r. Sur. 6, 36, 44, 48, 55, 56, 67, 78, 97, 108—114, 1. Fol. 52 v. — 53 v. narratio de lippitudine ab Abû-Jezîd El-Besthâmî (Cod. البَسْطامى) in aliquo discipulorum suorum per quasdam caerimonias et preces sanata.

CXX.

[Ac. K. 175.]

Codex arabicus, 12° maj., foll. 93, char. neschi, limbis aureis. Fol. 1 r. — 16 v. Sur. 6 a versu 157, deinde 36, 44, 48; sed aliquot foliis post 11, 13 et 15 deperditis ex Sur. 44 exciderunt vv. 6 — 18, 49 — 59, ex Sur. 48 vv. 1 — 6, 17 — 20, 26 — 29. Est tamen totus hic fasciculus ex alio codice inculcatus, ut fol. 17 revera primum sit. Fol. 17 v. — 83 v. Sur. 6, 36, 44, 48, 55, 56, 67, 78, 110, 112, 113, 114, 1. Fol. 84 r. — 91 r. precationes singulis diebus septimanae a die Veneris recitandae. In margg. inde a fol. 83 et in paginis reliquis fol. 91 v. — 93 r. coranica, precationes, magica. Fol. 91 r. scribam se professus est ʿHasan Ailabasânî (آيِلَبَصانى).

CXXI.

[K. 312.]

Codex arabicus turcicus utrinque truncus, 12° maj., foll. 33, char. neschi. Fol. 1 r. — 16 r. Sur. 36 a vers. 10, deinde Sur. 55 et 67, quibus fol. 11 v. — 13 r. interposita est precatio. Fol. 16 v. precatio mox abrupta; excidit enim aliquid post hoc folium. Fol. 17 r. — 18 r. Sur. 78 a vers. 20. Fol. 18 r. — 19 r. precatio. Fol. 19 r. — 30 r. Sur. 86, 91 — 95, 97, 99 — 114, 1, initium 2dae. Fol. 30 r. et v. precatio arabica lectioni coranicae subjungenda, fol. 30 v. — 33 v. turcica ejusdem generis.

CXXII.

[Ac. K. 273.]

Codex arabicus turcicus ab initio truncus, 12° maj., foll. 25, post quae multa vacant, char. neschi. Fol. 1 r. — 10 v. Sur. 56 a vers. 70, deinde Sur. 67, 78, 110, 112, 113, 114, 1. Fol. 10 v. — 18 v. precationes. Fol. 18 v. — 25 r. aliae cum prooemiis turcicis.

CXXIII.

[Ac. K. 184.]

Codex arabicus turcicus, 12° maj., foll. 46, char. neschi. Fol. 1 v. — 10 v. Sur. 36, 67, 97, 99, 100, 102, 103, 105 — 114. Fol. 11 v. — 28 v. sigilla magica Muʿhammedis, ʿAlii, Michaelis et ʿYzraelis Archangelorum, Josephi, armilla (*bâzû-bend*) Muʿhammedis, amuletum ab eodem commendatum, precatio ei a Gabriele tradita, precatio Chydhr Eliae, sigillum quatuor sociorum (*muhri ćchâr jâr*), i. e. Abû-Bekri, ʿOmari, ʿOϑmâni, ʿAlii; sigillum precationis tacitae (*muhri munâǵât*), sigillum oculi ʿAlii (*muhri ʿaini ʿAli*), sigilla ʿAlii et Salomonis, tabula sacra (*lewʿhi scherîf*), sigilla Gabrielis, Josephi, Jacobi, sigillum nomine carens, vinculum linguae (*dilbendi scherîf*), quo tamen non sola lingua, sed omnia cetera membra a nocendo impediuntur, precatio Muʿhammedi a Gabriele tradita, haec omnia cum institutionibus turcicis. Sunt praeterea duae figurae magicae, fol. 11 v. et 19 v., a rotunda basi in acutum cacumen fastigatae, duas minores ejusdem formae intra se habentes, locis coranicis et aliis naeniis stipatae et refertae, quarum una signum (*aʿlem*) Muʿhammedis, altera signum بنى (sic) بن حسن esse dicitur. Fol. 29 v. — 37 v. دعاء دعاء فتح نامهٔ حضرت على, دعاء مرجان, مفتاح الجنّة. Fol. 39 v. — 46 r. magica et medica; interpositum est fol. 40 r. — 41 r. دعاء مبارك.

CXXIV.

[Ac. K. 181.]

Codex arabicus turcicus ab initio truncus, 12° maj., foll. 142, char. neschi. Fol. 1 r. — 129 r. precationes arabicae cum institutionibus turcicis: دعاء, دعاء جميل

55 *

تهليل, دعاء نور, دعاء اغاثيل, دعاء قَرْثِيًّا (cui nomen fecit verbum cabbalisticum, a quo incipit), دعاء صلوات, دعاء خضر الياس, دعاء قدح, دعاء دولت, دعاء رمضان, دعاء حزب البحر اعتصام, in quo post fol. 127 aliquid excidit, دعاء مبارك. Fol. 129 r. et v. de vi magica quatuor appellationum Dei. Fol. 130 r. — 131 v. institutio a Muᶜhammede repetita de binis diebus infaustis mensium: Muᶜharrami 4 et 20, Ssafari 3 et 20, Rebîᶜ el-awweli et Rebîᶜ el-âchari 16 et 18, Ǵumâdâ el-awweli 3 et 8, Ǵumâdâ el-âchari 6 et 20, Reǵebi 4 et 15, Schaᶜbâni 1 et 3, Ramadhâni 3 et 20, Schawwâli 1 et 15, Ďûʼl-qaᶜdae 9 et 11, Ďûʼl-ᶜhiǵǵae 2 et 14. Fol. 131 v. et 132 r. precatio post conspectam lunam novam recitanda, et alia solvendo jejunio praemittenda. Fol. 132 r. — 134 r. institutio ad augurium de ingrediendo itinere ex Corano capiendum, quae eadem est in Cod. CXVIII fol. 128 r. — Fol. 134 r. — 135 v. sigillum prophetiae (*muhri nubuwwet*), vel potius institutio ad ejus usum aliquot foliis post 135 deperditis abrupta. Fol. 136 r. — 142 v. medica, magica, precationes. Eminet inter ea fol. 137 v. — 141 r. formula consecrandi amuleti (*ᶜhamâïl*), in qua enumerantur omnia genera fascinationis amuleto vincenda. Finem facit fol. 142 r. et v. precatio a nominibus Dei incipiens.

CXXV.

[Ac. K. 183.]

Codex arabicus turcicus, 12° maj., foll. 101, char. neschi. Fol. 1 v. — 16 v. Sur. 1, 36, 48, 78, 97, 112 et initium 2dae cum precatiuncula lectioni coranicae subjungenda. Fol. 17 r. — 75 r. precationes arabicae praeter primam turcicam, cum institutionibus turcicis: دعاء عنبريّة, دعاء صلوات, دعاء خضر الياس, دعاء عهدنامه, et duae nomine carentes. Fol. 57 r. — 64 r. invocatio Dei, in qua praeter breve exordium nihil nisi هو centies septuagies quinquies, et الها centies sexagies quater repetitum est, cum prooemio de latrone judaico, qui quum nullo supplicio necari potuisset, regi causam quaerenti et veniam spondenti professus sit, invocationem illam sub cute colli sui latentem tantum valere: quo facto eam ex incisa cute protractam, ipsum autem dimissum esse. Hinc nomen ejus fluxisse: بيون, collum, pro بيون دعاسى, precatione collari. Fol. 64 v. — 73 r. دعاء مستجاب. Fol. 73 r. — 75 r. duae precationes nomine carentes. Fol. 75 r. — 101 r. magica et telesmatica.

CXXVI.

[Ac. K. 180.]

Codex arabicus turcicus, 12° maj., foll. 109, maximam partem char. neschi scriptus. Fol. 1 v. — 17 v. Sur. 1, 36, 48, 67, 78, 93, 94, 97, 105, 112, 113, 114, cum precatiuncula lectioni coranicae subjungenda. Fol. 17 v. — 28 v. دعاء قدح et دعاء جميل cum institutionibus turcicis. Fol. 29 v. — 30 v. institutionis turcicae de شرائط الاسلام fragmentum, nam et inter ipsa haec duo folia, et post tricesimum plura exciderunt. Initium post besmelam: مؤمن اولن كشيه بلمك كركدر كيم شرائط اسلام بشدر. His quinque officiis enumeratis incipit institutio catechetica: *Rogatus, qui Deus tuus sit, dic: Deus qui universum mundum ex nihilo fecit. Rogatus, qui propheta tuus sit, dic: Propheta temporis novissimi, Muᶜhammed Electus*, cet. In folio posteriore docetur, quo ordine partes lotionis sacrae se excipiant et quae in singulis oranda sint. Fol. 31 r. — 58 v. دعاء رجال الغيب triplex, مناجات شريف, دعاء ايمان, دعاء حزب البحر, دعاء شريف المبارك, pleraeque cum institutionibus turcicis. Ceterum fasciculus foll. 31 — 58 utrinque truncus ut ab institutione de primo دعاء رجال الغيب incipit, ita institutione de alio, quod ipsum excidit, finitur. Fol. 59 v. — 92 v. كتاب تسخير الانسان, turc., de arte qua hominum animos tibi obnoxios reddas, quamquam multa alia insunt. Initium: الحمد لله ربّ العالمين، والعاقبة للمتّقين، ولا عدوان الّا على الظالمين الخ. Scriptor multos hujus artis, علم نارنجات, studiosos fuisse, sed nihil, quod satisfaceret, invenisse aït, quia ex libris adhuc de ea scriptis nullus omnia comprehendat. Itaque se ex multis aliis hunc copiosissimum, تسخير الانسان, collegisse. Verum qualem nos librum habemus, oratione passim turbata, manca, lacera, aliis inchoatis, aliis transpositis aut bis positis, talis ab auctore scriptus esse non potest. Librarium potius lacinias consuisse, quam codicem descripsisse dixeris. Argumenta haec sunt: Fol. 60 r. — 62 r. si quem tui aut alius amantem reddere voles, utriusque signum coeleste, planetam, horam cognosce; signum quidem ita, ut literas nominis ratione vulgari, حساب ابجد, computes atque inde duodenos deducas, dum aut duodecim supersint, aut pauciores: tum unus arietem significabit, duo taurum, cet. Deinde vide, uter plus valeat, uter minus, sive uter *ghâlib* sit, uter *maghlûb*: quodsi amator plus valebit, incantatio facilis erit; sin amasius, magis laborabitur. Item vide, num planetae amatoris et amasii concordent: quodsi non corcordabunt, ex nominibus Dei delige quae post preces matutinas toties repetas, quot uniones in nomine amasii inerunt. Tandem arte *nârenǵât* utere, qua animum amasii devincas. Fol. 62 r. et v. sive amicitiam, sive inimicitiam efficere, sive quem enervare, sive enervem in integrum restituere voles, primum vide, utrum is, qui alterum incantari volet, an hic ipse plus valeat; item signa, planetas, dies, planetarum suffimenta cognosce. Quodsi elementum ejus, in quem incantatio dirigetur, ignis erit, (elementum autem ex planeta cognoscitur), telesma in ignem conjice; si aqua, in aquam; si terra, in via ejus defode; si aer, adversus ventum suspende. Fuerunt qui dicerent, si planetae non convenirent, id suffimentis superare licere; sed ubi naturae discrepant, id quod illa re indicatur, rectius a telesmatis omnino abstinetur. Fol. 62 v. — 63 v. docetur, qui planetae et quae signa inter se concordent, quae discordent. Fol. 63 v. docetur, utrius sexus

signa coelestia sint, quae elementa iis respondeant, utrum telesmata eorum die scribenda sint, an noctu. Fol. 63 v. — 65 r. copiosior index docet signorum elementa, sexus, planetas, temperamenta, (in nonnullis duo mixta sunt,) dies et noctes septimanae quibus praesunt, tandem in quae elementa telesmata signorum abjicienda, defodienda, suspendenda sint; quamquam haec omnino eadem sunt atque illa, quae primum locum tenent. Fol. 65 r. inchoatum est caput de arte qua cognoscitur, in quo signo sol et luna quoque mense, quoque die, quaque hora insint. Fol. 65 v. docetur, quibus diebus et noctibus mensis et quibus partibus earum telesmata amoris aut amicitiae causa scribenda sint. Fol. 65 v. — 66 v. quae pronuntianda sint, quum telesma aut amoris aut odii causa scribas, et quomodo scriptis utendum sit, item quo die telesma amatorium scribendum. Fol. 66 v. et 67 r. quibus diebus et horis scribenda sint telesmata eorum, qui sub hoc illo signo nati sint. Fol. 67 r. — 68 r. tres rationes amoris incantatione gignendi. Fol. 68 r. docetur, quibus liquoribus telesmata scribenda sint, prout hi illi planetae horis praesint. Fol. 68 v. et 69 r. ad quae magiae genera utendum sit duodecim horis (*ôn iki sâʿat*) nescio cujus diei, (nam initium excidit,) et qui planetae iis praesint. Fol. 69 r. et v. de duodenis horis dierum Mercurii et Jovis aut faustis, aut infaustis, pro naturis planetarum iis praepositorum *). Fol. 69 v. — 71 r. de itinere solis et lunae per duodecim signa, de temporibus quae uterque planeta in singulis signis transigit, de arte qua cognoscitur, in quo signo luna sit. Fol. 71 r. quae amuleta et telesmata quaternis diebus Veneris singulorum mensium scribenda sint. Fol. 71 r. et v. quae horis singulorum planetarum scribenda sint. Fol. 71 v. quae in ternis denionibus singulorum mensium scribenda sint. Fol. 71 v. et 72 r. qua ratione ex longitudine umbrae tuae horam diei metiaris. Fol. 72 v. idem docetur de horis diei Veneris, quod fol. 69 r. et v. de horis dierum Mercurii et Jovis. Totum locum dormitans librarius fol. 72 v. et 73 r. iteravit. Fol. 73 r. et v. enumerantur quatuordecim genii planetis et diebus septimanae praepositi. Fol. 73 v. docetur, quibus partibus dierum aut noctium scribenda sint telesmata, prout planetis eorum, quibus scribentur, hoc illud elementum respondeat. Fol 73 v. et 74 r. absolutum est caput de horis ex umbra metiendis, fol. 72 r. in hora octava abruptum. Fol. 74 r. — 75 r. idem docetur de horis dierum Saturni, Lunae, Martis (quamquam in hoc tantum ad primam horam perventum est), quod fol. 69 r. et v. et 72 v. de horis dierum Mercurii, Jovis, Veneris. Fol. 75 v. et 76 r. si quis has dierum et horarum vices observarit et *ʿahd-nâme* (vid. fol. 76 v. — 77 v.) recitarit, eum votorum compotem fore promittitur; si qui secus fecerit, contra fore; eadem praecepta secutos esse Alexandrum, Aristotelem, Loqmânum et quatuordecim Sapientes (*ôn dört ʿhukemâ*). Tum docetur, ad quae ars victuri et vincendi, علم غالب ومغلوب, adhibenda sit; verum ad haec omnia recte exercenda requiri hominem subtilis ingenii, praeceptorum memorem et rationes bene subducentem, item vestem mundam; sigilla magica autem (*bu muhurler*) scribenda esse in charta damascena (*dymyschqy kaghyd*) et post ipsum telesma aut amuletum ponendam esse literam planetae ejus qui scribat (*jyldyzy ʿharfi*). Fol. 76 r. nomina septem planetarum cum indicatione locorum, quos a terra (nobis a sole) tenent, et binorum signorum, quibus respondent. Fol. 76 v. — 77 v. *ʿahd-nâme*, i. e. pactum Salomonis cum daemonibus. Fol. 77 v. — 79 v. docetur, quibus artibus duo homines inter se disjungantur et contra amore aut amicitia conjungantur, it. quibus timiditas expellatur et oculi hominum praestringantur, ut te coram non videant (علم الاخفاء). Fol. 79 v. et 80 r. quibus potissimum diebus septimanae scribenda sint telesmata ad amorem et amicitiam et contra ad odium et inimicitiam spectantia, it. qui planetae inter se amici sint, qui inimici. Fol. 80 r. — 81 r. de suffimentis quae singulis planetis conveniunt. Fol. 81 r. — 82 v. de quatuor generibus literarum, calido, sicco, humido, frigido, et de literis singulorum planetarum, quae ex illis quatuor generibus via ac ratione petitae sunt. Fol. 82 v. — 83 v. auctore Abû-ʿAlî Ibn-Sînâ docetur ars telesmata amatoria scribendi. Fol. 83 v. et 84 r. quibus diebus mensium et quibus dierum partibus amuleta et telesmata scribenda sint, quibus non sint *). Fol. 84 r. et v. triplex ratio alicujus vel inviti arcessendi. Fol. 85 r. — 86 r. septenae partes dierum septimanae cum planetis qui iis praesunt **). Fol. 86 r. — 87 r. quibus diebus et quorum planetarum horis telesmata hujus illius rei efficiendae aut adipiscendae causa scribenda sint ***). Fol. 87 r. et v. quibus horis singu-

*) Istas horas cum nostris non congruere et pro temporibus anni aut longiores, aut breviores esse, ipsa nomina docent: 1) كون طوغنجه, 2) كون قالقمش, 3) قوشلق, 4) قوشلقدن صكره, 5) زوال s. زوال وقتى, 6) باك وقتى, 7) نماز وقتى (preces meridianae), 8) نمازدن صكره, 9) اكندويه يقين, 10) اكندو s. اكندو وقتى, 11) اكندودن صكره, 12) اخشام. In hora sexta, quae cur metus aut periculi tempus appelletur nescio, tantum fol. 68 v. lin. 7 پاك scriptum est, omnibus ceteris locis باك.

*) Ab initio hujus capitis lex posita est totam istam temporum eligendorum necessitatem comprehendens: بلكل كيم تعويذ كيم عيكل يزار اولساك منفعت سز يازمغل زيرا هيچ ايش يوقدر كيم آنوك باشى يا ساعتى اولميه قمو نسنلر بتمز تا ساعتله باشى كلمينجه, *Sive amuletum scribes, sive telesma, vide ne frustra scribas; nihil enim est quod non principium suum aut horam suam habeat, nec quidquam ad effectum pervenit antequam principium et hora ejus venerit.*

**) Septenae partes hae sunt: 1) اوّل ساعت, 2) قوشلق وقتى, 3) زواله يقين, al. زوال وقتى, 4) اويله وقتى s. اويلين, 5) ايكى نماز اورتاسنده, 6) اكندو وقتى, 7) اخشام اريجاك, al. كون آخرى.

***) Quae aliquis arte magica efficere possit, haec enumerantur: apud reges gratiosum esse, apud alios reverentia et auctoritate pollere, amorem, amicitiam, concordiam, et quae his contraria sunt efficere, bene emere vendere, aliquem qui abiit aut effugit reducere, alicujus linguam vincire, aliquem insomnem reddere, aliquem a coïtu impedire et contra ad eum corroborare, aliquem extorrem

Codex arabicus turcicus, 16°, foll. 72, char. neschi. 1) Fol. 1 v. — 69 r. Sur. 6, 36, 67. Fol. 69 v. Sur. 78 inchoata est. Fol. 70 praeter pauca verba turcica in margine scripta vacat. Fol. 71 r. iterati sunt vv. 18 — 24 Sur. 67. 3) Fol. 71 v. — 72 v. magica.

CLXVIII.

[Ac. K. 284.]

Codex arabicus turcicus, 16°, foll. 78, char. neschi. Insunt precationes, quae et quales in codicibus superioribus, et praecepta magica. Precationibus arabicis praemissae sunt institutiones turcicae, sed nulla inscripta est praeter خضر پيغمبر دعاسى fol. 19 v. In fine, fol. 66 v. — 78 r., adjecta est Sur. 36.

CLXIX.

[Ac. K. 189.]

Codex arabicus turcicus, 16°, foll. 67, char. neschi. 1) Fol. 1 v. — 38 v. Sur. 36, 67, 78, 112 — 114, 1, initium 2dae, 6 in v. 109 abrupta. 2) Fol. 39 r. — 67 v. precationes arabicae cum institutionibus turcicis (inscriptae sunt دعاء قرشيّا et دعاء اسماء الحسنى) et magica. Haec pars utrinque trunca est; in media quoque post fol. 44 et 65 nonnulla exciderunt, pro quibus vacua inserta sunt, sed non expleta. Item fol. 57 non recte excipitur folio 58.

CLXX.

[Ac. K. 198.]

Codex arabicus turcicus, 16°, foll. 126, char. neschi. 1) Fol. 1 v. — 88 r. دعاء نور, دعاء طاعون, دعاء قران, دعاء انس, دعاء جميل, دعاء اسم, دعاء شرنلك, دعاء اسم, دعاء, دعاء كنج العرش, دعاء شريف, دعاء دفع بلا, ابن مالك حرامى; fol. 64 v. — 70 r. interposita sunt magica. 2) Fol. 88 v. — 111 r. magica. 3) Fol. 111 v. — 126 v. *Fâl-nâme* coranicum, turc., idem quod est in cod. CLXVI. Scriptus est codex A. H. 933 (Chr. 1526 — 7).

CLXXI.

[Pf. K. 119.]

Codex arabicus turcicus ab initio truncus, 16°, foll. 97, char. neschi. 1) Fol. 1 r. — 59 r. precationes arabicae cum institutionibus turcicis: دعاء نور, دعاء دولت, عقد اللسان turc., fol. 49 v. abruptum, دعاء ايمان, دعاء جميل, دعاء عهد نامه, cui quae praemissa est institutio ex abrupto incipit fol. 50, عقد اللسان turc., خاتم پيغمبر. 2) Fol. 59 v. — 97 v. magica et telesmatica, in his fol. 75 v. — 77 r. institutio turc. de علم الرمل (*Punctirkunst*). Est autem haec, ut, si cognoscere velis, num quid prospere successurum sit, an secus, primum tres ordines punctorum, alium super alium, temere in chartam conjicias; deinde octona deleas, donec aut octo supersint, aut pauciora; tum in tabula subjecta videas, quid quaeque portendant.

CLXXII.

[Pf. K. 120.]

Codex arabicus, 16°, foll. 100, char. neschi. 1) Fol. 1 v. et 2 r. Sur. 1. 2) Fol. 2 v. — 100 r. precationes arabicae non inscriptae.

CLXXIII.

[Pf. K. 276.]

Codex arabicus, 16° lato, foll. 49, char. mauritanico. Foliis primis, 1 v. — 4 r., et ultimis, 44 r. — 49 v., recentius precationes, coranica et magica notata sunt. Fol. v. 4 — 11 v. *âjât-el-tehlîl*, i. e. septem et triginta versiculi coranici, in quibus est *lâ ilâh illâ'llâh*, *lâ ilâh illâ hue*, vel alio exitu, praemissis institutionibus propheticis de usu et vi eorum. Fol. 12 r. — 13 v. undecentum nomina Dei, praemisso loco coranico Sur. 7 v. 179: ولله الاسماء الحسنى فادعوا بها, et dicto prophetico, quod ex alio codice relatum est pag. 418 col. 1 num. 5, nisi quod hic recte est إنّ لله, ut illic legendum esse conjecimus. Fol. 13 v. — 15 r. primum حِرْز s. telesma averruncatorium, ex sententiis coranicis et aliis compositum. Fol. 15 r. — 16 r. secundum حِرْز ejusdem generis; insunt etiam signa magica, in his tria pentagramma pythagorica. Usus horum duorum amuletorum non est indicatus. Fol. 16 r. — 17 v. tertium حِرْز, ex sententiis coranicis et adjurationibus et precibus compositum, mulieri parturienti utile. Fol. 17 v. et 18 r. quartum حِرْز, invocatio Dei vim veneni in corpore humano frangens. Fol. 18 r. — 19 r. quintum حِرْز, adjuratio lippitudinis, sic incipiens: *O lippa lippitudo* (يايّها الرمد المرمود), *adjuro te per tiaram Salomonis et indusium Josephi et tiaram Gabrielis, ut ex oculo exeas, quemadmodum Jonas ex ventre balaenae exiit.* Fol. 19 r. — 20 r. sextum حِرْز, adjuratio doloris, ut sedetur. Fol. 20 r. — 22 v. حِزْب البحر للشيخ ابى الحسن الشاذلّى, nautis tranquillum mare prosperumque iter praestans. Fol. 22 v. et 23 r., inter quae duo evulsa sunt, initium et finis Suratae 36. Fol. 23 r. — 27 r. باب للصداع والضربان, septimum et octavum حِرْز, quibus dolor capitis et vulnerum sedatur. Fol. 27 r. et v. باب للمعترض من شرح الرسالة للشيخ سيدى يوسف ابن عمر, institutio magica ad virum enervem in integrum restituendum. Fol. 27 v. — 33 v. Sur. 36 tota. Fol. 33 v. — 42 r. حجاب الوزير, amuletum Veziri *), quod antecedit narratio de origine et vi ejus et dictum Imâmi El-Schâfi'î de ejus usibus. Nomen habet a quodam Vezîro, qui moribundus illud filio tradidit, hic autem ad El-Manfûr Chalîfam profectus, quum obtrectatorum malitia non solum gratia ejus excidisset, sed etiam in carcerem conjectus esset, illius amuleti beneficio pristinum locum recuperavit, obtrectatores autem jussu Chalifae in crucem acti sunt. Fol. 42 r. — 43 v. ultimum باب اسماء تنقشها فى فضة: حِرْز, telesma tabulae argenteae inscribendum, praemissa institutione de vario ejus usu.

*) Hoc enim apud Arabes recentiores significat حجاب; vid. Elias Bochthor s. v. *Amulette*. In ipso codice fol. 34 v. lin. 1 et fol. 35 lin. 1 pro حجاب positum est حِرْز, quod idem valet.

CLXXIV.

[W. K. 281.]

Codex arabicus in fine truncus, 16° lato, foll. 161, char. mauritanico. Fol. 1 r. — 7 r. recentius notatae sunt precationes et magica. Fol. 7 v. — 14 r. *âjât-el-tehlîl*, fol. 14 r. — 16 r. *el-esmâ el-'hosnâ*, fol. 16 v. — 22 v. *'hyzb-el-ba'hr li'l-weli el-fâly'h Abi-'l-Hasan El-Schâdilî* (sic: الشّاذلى), fol. 22 v. — 31 r. *'hyrz-el-wezîr*, qui hic nominatur *Mu'hammed Ibn-Idrîs El-Schâfi'î*, quae omnia eadem in codice superiore sunt; deest tamen ante amuletum Vezîri narratio illa et commendatio El-Schâfi'î. Fol. 31 r. — 39 r. *'hygâb Ja'qûb* (sic) *El-Manfûr we-fadhâilhu.* Ante ipsum amuletum narratum est, El-Manfûr Chalîfam id a docto quodam viro emisse eoque in paludem injecto ranas publicae precum indictioni obstrepentes ad silentium redegisse, atque ex eo tempore idem in balteo gladii gessisse, cum illo viro autem pactum esse, ne id cum quoquam procerum communicaret, quippe qui eo instructi majestatem Chalîfae aequaturi essent. Fol. 39 v. — 64 v. carmen *Burde*: الكواكب الدرّيّة فى مدح اشرف البريّة. Fol. 65 r. — 105 r. حِرز مُرْجانَة, praemissa institutione de origine et vi ejus. Fabula haec est: Murĝâne, pellex alicujus Chalîfae 'Abbâsidae, quamquam nigra et invenusta, tamen illius amuleti beneficio apud eum gratiosissima erat; in cujus mortuae corpore quum polliuctrix illud invenisset et clam induisset, Chalîfae et ipsa tam pulcra visa est, ut in Murĝânae locum succederet eumque usque ad mortem obtineret. Moribunda demum amuletum Nûr-el-dîno, Imâmo Chalîfae, cum mandatis tradidit, ab illo autem Jûsuf Ĝemâl-el-dîn El-Edlâĝî (الأَدْلاَجِى), discipulus ejus, hanc narrationem accepit. Fol. 105 v. — 127 r. دعاء الجوشان *) المبارك, praemissa simili institutione. Nomen inde ductum est, quod Deus Mu'hammedi per Gabrielem pro gravi lorica induenda hanc precationem recitandam et in corpore gerendam misit, qua etiam magis quam ferreo illo munimento tutus esset. Fol. 128 r. — 147 v. الهياكل السبعة, septem precationes averruncatoriae. Fol. 148 v. — 161 v. inchoatus est idem liber *Mu'hammed Ibn-Suleimân El-Ĝuzûlii*, qui est in Cod. Dresd. 285: دلايل الخيرات.

*) Sic constanter hic scriptum est pro جوشن, *lorica.*

وشوارق الانوار فى ذكر الصلوة على النبىّ المختار. Abruptum est in enumeratione nominum et cognominum Mu'hammedis.

CLXXV.

[Ac. K. 285.]

Codex arabicus turcicus, 16°, foll. 78, char. neschi in charta bombycina. 1) Fol. 1 v. Sur. 1. 2) Fol. 2 r. — 69 r. الهياكل السبعة; tres precationes magicae, quarum prima efficit, ut sagittae, gladii, cultri, lanceae, tibi nocere non possint; secunda et tertia linguas noxias vinciunt; بازوبند امير المومنين cum institutione turcica; دعاء فاضل على; هيكل الايمان, i. e. precatio fidei conservatrix; adjuratio (عزيمة), per quam mulier partu levatur; laus Dei; precationes Mu'hammedis, Abû-Bekri, 'Omari, 'Oϑmâni, 'Alii, 'Hasani, 'Hoseini, 'Âïschae, Fâthimae, Gabrielis, Michaelis, Chydhri, Mosis, Imâmi Ǵa'far el-ſâdyq, precatio die Saturni recitanda. 3) Fol. 69 r. — 78 v. magica.

CLXXVI.

[Ac. K. 286.]

Codex arabicus turcicus, ab initio truncus, 24°, foll. 155, char. neschi. 1) Fol. 1 r. — 25 r. Sur. 36 v. 5 — 165, Sur. 97, 110, 112 — 114. 2) Fol. 20 v. — 155 r. precationes arabicae cum institutionibus turcicis: دعاء اون ايكى امام, دعاء خضر الياس, دعاء دولت, et aliae non inscriptae.

CLXXVII.

[Ac. K. 287.]

Codex arabicus turcicus ab initio truncus, 32°, foll. 146, char. neschi. 1) Fol. 1 r. — 142 v. precationes arabicae: دعاء عهد نامه, دعاء قُدْسه, دعاء معراج, دعاء دعاء سلطان محمود, دعاء شيث, دعاء هديه, دعاء بركه, دعاء دعاء حرز, دعاء رسول, دعاء بيون, دعاء جنّ وديو, ايمان دعاء كنز العرش, دعاء عقد اللسان turc., دعاء على, خاندان, دعاء عقد اللسان item turc., دعاء شريف, دعاء طاعون, et aliae non inscriptae. 2) Fol. 142 v. — 146 v. magica et telesmatica.

CLXXVIII.

[Pf. K. 41.]

Codex turcicus, 8° min., foll. 79, char. neschi. 1) Fol. 1 v. — 23 r. *Ǵa'fari-ſâdyq Ibn-Mu'hammed El-Bâqyr Ibn Zein-el-'âbidîni Fâl-nâme coranicum*, turc. Initium post simplicissimam '*hamdalam* et *taſlijam*: بلككه بو فال امام الاوليا قطب العارفين جعفر صادق ابن محمد الباقر ابن زين العابدين قدّس الله سرّهما ورضى عنهما تأليف ايلدى الخ. Fol. 1 v. — 2 v. argumentum et usus libri. Fol. 3 r. orbis in viginti radios descriptus nomina totidem suratarum continentes et circellis terminatos, quorum cuique inscripta est quaestio de re fortuita et futura, quae solvenda est augurio ex ea surata petendo, cujus nomen radio subjecto inscriptum est. Fol. 3 v. — 23 r. ipsa auguria sive oracula coranica. Post nomina suratarum in binis paginis ad dextram positi sunt viceni loci ex illis excerpti, ad sinistram auguria quae iis continentur. Finis:

لايملكون كشف الضرّ عنكم دلالت ايدر ملكه وسلطانلغه ارشه

2) Fol. 23 v. — 62 v. *Kitâbi-thâli'i-mewlûd*, turc., institutio de genethliologia in duos libros divisa, quorum prior est de thematis masculinis, posterior de femininis, duodenorum uterque capitum, ad numerum signorum coelestium, ex quibus themata ducuntur. Initium: شكر وسپاس اول پادشاه قديمكه قلمله ايشان (sic) بلوكن بلدردى وعقل كامل سبيل فيض قلدى الخ. Praefatio usum libri ex lingua arabica et persica in turcicam translati et thematum describendorum rationem docet. Finis: بونلردن كچسه يتمش بش ييل وآلتى آى واون ايكى كون عمر سوره لا يعلم الغيب الّا الله والله اعلم بالصواب واليه يرجع المآب. Quamquam multa huic libro cum illo, de quo pag. 423 et 424 dictum est, communia sunt, tamen et oratio et argumenta ita differunt, ut duos libros esse constet, non duo ejusdem exempla. 3) Fol. 62 v. — 78 r. *Kitâbi-dîw-nâme berâï-merdân u-zenân*, de quo vid. pag. 422 col. 1 lin. 9 sqq. 4) Fol. 78 v. *Ghurre-nâme*, tabula calendarum, ex qua, si quem mensem ab hoc illo die incipere scias, uno obtutu cognoscas, a quo die ceteri menses incipiant. 5) Fol. 79 r. formula magica et precatio averruncatoria mense Ssafaro primo et medio et ultimo ter recitanda.

CLXXIX.

[Ac. K. 280.]

Codex arabicus, tataricus, polonicus, ab initio truncus, 12°, foll. 147, char. neschi scriptus, quali Tatari utuntur, id est rustico et invenusto, quocum conveuit charta non laevigata et in primis foliis foedissime inquinata. Fol. 1 r. — 8 v. polonica utrinque trunca, literis arabicis scripta, quorum argumenta ex veteri testamento petita esse apparet. Quum is, qui me in his tenebris aliquantulum discutiendis humanissime adjuvit, *Eques a Sokolnicki*, juvenis ornatissimus apud nos literis studens, non omnia, quae ego titubante lingua legebam, intelligere et polonice rescribere posset, aliis et linguae polonicae et literarum arabicarum peritis illas plane dispellendas relinquo. Sed unum non dubito: hac disputatione illud Mu'hammedis commentum, libros sacros a Judaeis et Christianis demendo, addendo, mutando corruptos esse, mendaciorum, fraudum, adulteriorum, incestuum exemplis inde collectis fulciri. Fol. 9 r. — 45 r. precationes arabicae et tataricae cum inscriptionibus et institutionibus polonicis, in iis

fol. 19 r. — 28 v. دعاء قرشيا. Fol. 45 r. — 64 v. institutio polonica ad auguria ex Corano petenda. Fol. 64 v. — 90 v. precatio tatarica pensis coranicis praemittenda; deinde Sur. 1, versiculus solii, Sur. 36, variae particulae coranicae in unum conjunctae, Sur. 78, 86, 93, 94, 99, 102, 105 — 114, 1 iterum, initium 2dae cum benedictione Muʿhammedis. Fol. 91 r. — 100 v. duae precationes lectioni coranicae subjungendae, quarum prior arabica est, posterior tatarica. Fol. 101 r. — 116 v. دعاء دور cum institutione polonica. Fol. 117 r. — 123 v. alia precatio arabica a Gabriele Muʿhammedi commendata, cum institutione polonica. Fol. 124 r. — 125 v. دعاء قربان, tatarice. Fol. 126 r. — 127 r. duae precationes arabicae, ante et post jejunium ramadhânicum recitandae. Fol. 127 r. — 146 r. precationes arabicae et tataricae in mortuis ad sepulturam praeparandis *), efferendis, sepeliendis, et pro sepultis recitandae. Fol. 146 v. — 147 v. praeceptum magicum et precatio arabica. Exempla orationis polonicae literis arabicis redditae haec habe: Fol 1 v. اَصَارَا سوصْطْرَا اِزُونَا اَبْرَاحَامُووِ چِطَای پِرش قسنغ مويژشووِ رُوضْدْزِال **) دْزْنَصْطِی اُوورش دْزْنَاصْطِم, *A Sara, siostra i zona Abrahamowa. Czytaj pierwsze księgi Mojżeszowe, Rozdział dwódziesty, w wierszu dwónastym*, Et Sara, soror et uxor Abrahami. Lege primum librum Mosis, capite vicesimo, versiculo duodecimo. Fol. 2 r. اَدْرُوحَايَا رَاحَبَا چِطَای قسنغ يهوشوع رُوضْدْزِال دْرُوحِی ضَام نَايْدْزش شْطُو اُونَا قُرْوَا يِصْت, *A druhaja* ***) *Rahaba. Czytaj księgi Jozua, Rozdział druhi; tam najdziesz szto ona kurwa jest*, Et secunda (est) Rahab. Lege librum Josuae capite secundo; ibi invenies eam meretricem esse. Fol. 3 r. چِطَای قسنغ صَامُولُووَ اُورُوضْدْزِل يِدْنَاصْطِی دَا قُونْصَا *) ضَام اُونُوی اُوشْطْقُو (sic) نَايْدْزش, *Czytaj księgę Samuelową w Rozdziele jedynastym do końca; tam w niéj wszystko najdziesz*, Lege librum Samuelis capite undecimo usque ad finem; ibi in eo omnia invenies. Fol. 3 v. طُوژ چِنِل اِبُوضف اُوپِرْشِح قسنغاح مويژشووِح اُورُوضْدْزِل چِطِرْدْزِش طْرِچوم اُوورش دْوَادْزِش چْوَارْطِم, *Tož czynił Jozef w pierwszych księgach Mojžeszowych, w Rozdziele czterdzieści* (pro *czterdziestym*) *trzecim, w wierszu dwadzieścia* (pro *dwódziestym*) *czwartym*, Itidem fecit Josephus, primo libro Mosis, capite quadragesimo tertio, versu vigesimo quarto. — Inscriptiones precationum pro mortuis: Fol. 142 r. ضَا اُويْصَا, *Za ojca*, pro patre. Ibid. ضَا مَاتْقِ, *Za matkę*, pro matre. Ibid. v. ضَا بْرَاطَا, *Za brata*, pro fratre. Fol. 143 r. ضَا جِدَ, *Za dziada*, pro avo. Ibid. ضَا بَابِ, *Za babę* (pro *babkę*), pro avia. Item slavicum est quod fol. 117 r. lin. 1 ʿAbdallâh Ibn-ʿAbbâs appellatur عَبْدُ اللّٰهِ عَبَاصُووِچ, *Abdallah Abasowicz*.

*) Fol. 128 v. et 129 r. precatio est tum recitanda, quum per دُور s. *gyrum* pro officiis religiosis a mortuo non praestitis satisfit, de quo more vid. pag. 430 col. 1 et 2.

**) Non est in loculis typothetarum nostrorum litera ذ tribus punctis imposita, qua et in hoc verbo et in aliis redditum est *dz* polonicum; itaque pro illa literam ذ substitui.

***) Forma est ukrainica pro polonica *druga*. Ejusdem dialecti est *druhi* pro *drugi*, alter, et *szto* pro *że*, quod, ὅτι. His et aliis confirmatur, id quod per se credibile est, hunc librum scriptum esse in confiniis Chersonesi tauricae.

*) Deest hic litera ص tribus punctis imposita, quae respondet polonicae *c*, germanicae *z*. Eâdem literae ش subjunctâ in loco sequenti redditum est *ś* polonicum. Praeter ذ et ص ita distinctas literas adscitas nullas inveni.

CODICES DE TRADITIONE PROPHETICA.

CLXXX.

[Pf. K. 227.]

Codex arabicus, fol., foll. 690 †), char. neschi scriptus in charta bombycina. Adjecta sunt praeterea tribus foliis tria *diplomata licentiae* (*iǵâzât*), de quibus infra dicemus. Est *Abû-ʿAbd-allâh Muʿhammed Ibn-Ismâʿîl El-Bochârîi El-Gâmiʿ el-Ṣaʿhîʿh* (vulgo simpliciter *El-Ssaʿhîʿh*) integrum, signis anagnosticis non omnibus, sed ad librum commode legendum et intelligendum sufficientibus instructum. Initium post *besmelam* splendide expictam: باب كيف كان بدو الوحي الى رسول الله صلى الله عليه وسلم وقول الله عز وجل انا اوحينا اليك كما اوحينا الى نوح والنبيين من بعده، حدثنا الحميدى حدثنا يحيى بن

†) Qui numeros foliorum adscripsit, 782 ita effecit, ut post 289 ad 300, post 358 ad 360, post 413 ad 415, post 689 ad 700, post 701 ad 772 transiliret. Sed tamen commoditatis causa in locis indicandis ejus numeros secutus sum.

سَعيد الأَنْصارِيُّ أَخْبَرَني الخ. Finis: قال النبيُّ صَلّى اللّٰهُ عَلَيْهِ وَسلم كَلِمَتانِ حَبيبَتانِ الى الرَّحْمٰنِ خَفيفَتانِ عَلَى اللِّسانِ ثَقيلَتانِ في الميزانِ سُبْحانَ اللّٰه وَبِحَمْدِهِ سُبْحانَ اللّٰه العَظيم، صَدَقَ اللّٰه العَلِيُّ العَظيم وصَدَقَ رَسُوله النبى الكَريم وَنَحْنُ عَلى ذلك مِنَ الشّاهِدينَ ولآلاءِ رَبِّنا وَنِعَمِهِ مِنَ الحامِدينَ وَالحَمْدُ لِلّٰه رَبِّ العالَمين. In marginibus et inter lineas sunt emendationes, additamenta, aliae lectiones, plurimae et copiosissimae adnotationes, partim char. neschi, partim nesta'lîq scriptae. Praemissa sunt haec: 1) Fol. 1 r. et v. et 2 r. index librorum (كتب), capitum (ابواب) et aliorum lemmatum, non omnium, per loculos dispositus, cum indicatione eorum foliorum, in quibus illarum partium initia sunt. Continuatus est usque ad fol. 777 r.; pro reliquis argumentis subscriptum est, plerosque eorum, qui post Bochârium dicta prophetica collegerint, quum apud eum multa alienis locis posita vidissent, ubi difficile reperirentur, alium ordinem instituisse. Sic *Mo'hji'l-sunnet Abû-Mu'hammed El-'Hosein Ibn-Mes'ûd Baghawensem* (البغوىّ) omnia dicta Sex librorum*) ita digessisse, ut singula genera eorum singulis capitibus theologiae practicae et jurisprudentiae, ad quae spectarent, subjiceret; *Ssaghâbensem* (الصغانىّ) tantum dicta ab El-Bochârî et Muslim collecta ad ordinem earum literarum, a quibus inciperent, disposuisse: quam rationem viris doctis tantopere placuisse, ut in librum Ssaghâbensis multos et amplos commentarios scriberent, ipsi autem ejus auctores negligerentur. Verum ego, inquit qui haec scripsit, illius rei, quae plurimos in libro Bochâriano offendit, subtilem atque idoneam causam indagavi: nam, sive consilio scriptoris, sive procurante Deo, dicta prophetica in illo ita disposita sunt, ut facilius ediscantur et retineantur, quoniam quae mentibus humanis alieno loco et a similibus disjuncta offeruntur, eas vehementius tangunt altiusque in memoriam descendunt. 2) Fol. 3 r. prooemium post *'hamdalam* et *taslijam* abruptum. Item quinque primarum linearum capita exciderunt, quam lacunam scheda vacua explet. Reliquam paginam transverso tractu occupat fragmentum commentarii ad initium libri spectans. Fol. 3 v. et 4 r. Imâmi 'Hamâtensis index centum decem argumentorum El-Ssa'hî'hi, quibus singulis subscriptum est, quot dicta prophetica a Bochârio iis subjecta sint. Hoc declaratur titulo aureo in limbo superiore: ذكر ما اشتمل عليه صحيح الامام البخارىّ رحمه الله فى كلّ ترجمة من حديث على ما ذكره الامام الحموىّ رحمة الله عليه, *Index dictorum propheticorum quae El-Ssa'hî'h Bochârianum singulis locis complectitur, secundum Imâmum 'Hamâtensem.* Limbo inferiori item aureis literis inscriptum est:

كلّ العلوم سوى القران مشغلة
الّا الحديث والّا الفقه فى الدين
العلم متّبع ما قال حدّثنا
وما سوى ذاك وسواس الشياطين

Quaecunque praeter Coranum discuntur, nil nisi mentem occupant, excepta traditione prophetica et accurata religionum jurumque notitia. Doctrina quamdiu dicit: retulit nobis (i. e. quamdiu in tradendis dictis propheticis versatur), *sequenda est; quae praeter illa feruntur, a diabolis insusurrata sunt.* — Divisum est hoc exemplum El-Ssa'hî'hi in quatuor quadrantes, أرباع, vel tomos, مجلّدات. Primus de initio revelationis divinae ad Mu'hammedem, de fide, doctrina, purificationibus, precibus, decimis sacris, peregrinatione Meccana, jejunio, a fol. 1 v. ad 164 v. pertinet. Subscriptum est: قد تمّ اتمام الرُّبْع الاوّل من كتاب الصحيح للامام العلّامة ابى عبد الله محمّد بن اسمعيل الجُعْفىّ البخارىّ رحمه الله ورضى عنه ويَتْلُوه الربع الثانى والحمد لله الخ. Ad dextram testimonium alicujus doctoris, cujus manus tantum hic apparet: الحمد لله والصلوة على محمّد النبىّ الامّىّ وآله وصحبه امّا بعد فقد سمع علىّ بقراءتى بعد ما قرأ علىّ الامام ذو الفضايل الجمّة مولانا عماد الملّة والحقّ والدين*) احمد زاد الله تعالى علمه وعمله وعرفانه الى هنا بمسجد العتيق فى مجالس متعدّدة وتمّ فى يوم الاحد فى اواسط شعبان سنة ثمان عشر وثمانمأة, *Laus Deo et benedictio Mu'hammedi, prophetae idiotae, et genti et sociis ejus. His praemissis: Antistes plurimis virtutibus ornatus, Dominus noster 'Imâd-el-dîn A'hmed, cujus doctrinam et benefacta et altiorem scientiam Deus augeat, postquam ipse* (hanc partem libri Bochâriani) *apud me legit, me per multos consessus in templo veteri* (eum) *huc usque praelegentem audivit, ultimum die Solis medio mense Scha'bâno A. H.* 818 (Chr. 1415). Ibidem testimonium alius doctoris eidem datum, cum *igâze s. licentia*, quae dicitur, conjunctum: بلغ سماع المولى العالم عماد الدين احمد نفعه الله ونفع به علىّ من لفظى بدار السنّة الّتى انشأتها بشيراز المحروسة واجزت له روايته عنّى وما

*) الكتب الستّة sex corpora traditionis propheticae, collecta ab El-Bochârî, Muslim, Abû-Dâûd, El-Tirmidî, El-Nisâî, Ibn-Mâge; vid. Muradgea d'Ohsson a Beckio transl., I, p. 18 et 19.

*) Sic hoc verbum legendum videtur, etsi ductus literarum per se nihil nisi والى efficiunt.

يجوز لى روايته كتبه محمّد بن محمّد بن محمّد بن الجزرى عفا الله عنهم, *Doctus Dominus ʿImâd-el-dîn Aʿhmed, quem et ipsum et per quem alios utilia doceat Deus, me mea voce* (hanc partem libri) *praelegentem usque ad finem audivit in domo sunnitica* (i. e. in academia ad docendam traditionem propheticam instituta), *quam in urbe Schîrâzena condidi; ego autem ei permisi, ut et ea, quae a me ipso accepit, et ea, quae mihi* (a meis doctoribus) *tradere permissum est, aliis traderet. Scripsit Muʿhammed Ibn-Muʿhammed Ibn-Muʿhammed Ibn-El-Ǵezerî, quibus Deus peccata ignoscat.* Tempus non est indicatum. Ad sinistram testimonia alius doctoris: بلغ سماع جناب صاحبه اعلى الله قدره واحلى امره ووفّقنا وايّاه لسماع الباقى من الجامع واسماعه ومتّعه به ٥ *) فى سلخ شهر الله الحرام رجب المرجّب لسنة ثمان عشر وثمانمائة ـ وكذا فى عاشر رمضان لسنة تسع وعشرين وثمانمائة زاده الله توفيقا وقدرا ٥, *Me* (hanc partem) *praelegentem usque ad finem audivit nobilissimus dominus hujus libri, cujus dignitatem Deus augeat eique sortem jucundam impertiat, et nobis faveat, ut ille reliquas partes El-Ǵâmiʿi audiat et inde fructum capiat, ego autem ei praelegam. Exeunte venerando Regebo, mense Deo sacro, A. H.* 818. — *Et iterum die decimo Ramadhâni A. H.* 829 (Chr. 1425, sc. me hanc partem praelegentem ultimum audivit ille), *cujus coepta Deus magis magisque secundet ejusque dignitatem augeat.* Eidem Aʿhmedi data esse haec duo testimonia docet عمادا احمد (sic) priori superscriptum. Accedit ultimum testimonium ejusdem doctoris: وسمع ايضا مرّة ثالثة زاده الله تدقيقا وتبحّرا وتحقيقا اخر شيخ محمد بن مبسر, *Atque etiam tertium ille, qui juvante Deo magis magisque subtilia, profunda, accurata discat, ultimas praelectiones Scheich Muʿhammed Ibn-Mubesschiri* (aut *Mujesseri*, sc. de hac parte) audivit. Reliquum fol. 164 v. et totum 165 r. adnotationibus completa sunt. — Tomus secundus de locis juris est, a كتاب البيوع ad كتاب الجهاد, fol. 165 v. — 270 r., hinc de historia sacra, inde a mundo creato per patriarchas et prophetas et majores Muʿhammedis usque ad eum ipsum et familiam sociosque ejus, fol. 270 r. — 332 v. Ad sinistram idem ille Muʿhammed Ibn-El-Ǵezerî die sexto mensis Ďû'l-ʿhiǵǵae A. H. 819 (Chr. 1417) testatus est ʿImâd-el-dîn Aʿhmedem hanc quoque partem a se audivisse, et illi facultatem tribuit ejus aliis praelegendae: بلغ سماع المولى العالم عماد الدين احمد نفع الله تعالى به بقراءتى من لفظى واجزت له كتبه محمّد بن الجزرى فى ٦ من الحجّة سنة ٨١٩

*) Idem siglum, alias ٥ ٥, alias ٥ ٥ ٥, parti adnotationum subjunctum est, unde omnes ab eodem doctore excerptae et partim quidem, id quod ex forma literarum conjicere licet, ab eo ipso adscriptae videntur.

Alterum testimonium a Scheich Muʿhammed Ibn-Mubesschir, cujus nomen hic detritum est, eidem datum dextra legitur: الحمد لله الّذى بنعمته تتمّ الصالحات وعلى نبيّه محمّد اكمل الصلوات والسلام والبركات انضمّ سماع المولى الاعظم عماد الملّة والدين اعلى الله قدره واحلى امره لهذا الربع الى الربع الاوّل وفّقه الله لتمام السماع والتمييز وتعليمه والاسماع فى آخر شعبان لسنة ثمان عشر وثمانمائة ثمّ فى عام تسع وعشرين وثمانمائة حصل له اعلى الله شراشر امره توفيقا سماعه من الاوّل الى هذا المحلّ, *Laus Deo, cujus benignitate bona opera perficiuntur, et Muʿhammedi, prophetae ejus, optimae benedictiones et salutationes. Jam summus Dominus ʿImâd-el-dîn, postquam primum audiverat, hunc quoque quadrantem audivit, cui Deus faveat, ut reliquum quoque librum audiat et distincte intelligat, mihi autem, ut illum instituam eique praelegam. Extremo mense Schaʿbâno A. H.* 818. — *Postea A. H.* 829 *contigit eidem, cujus res omnes Deus favore suo exaltet, ut eum ab initio usque ad hunc locum audiret.* Pagina proxima subscriptionem secundi tomi primae simillimam et adnotationes habet. — Tomus tertius a laudibus Medinensium (مناقب الانصار) orsus vitam Muʿhammedis usque ad mortem persequitur fol. 333 v. — 400 r., inde dicta ejus de singulis suratis et aliis rebus coranicis enumerat fol. 400 r. — 475 v., postea ad علم الفقه reversus a كتاب النكاح ad كتاب العقيقة pergit fol. 475 v. — 513 v. Subscriptum est: كمل الجلّد الثالث من صحيح الشيخ الخ. Ad dextram testimonium est auditae lectionis hujus partis, a Muʿhammed Ibn-El-Ǵezerî eidem Aʿhmedi datum Schîrâzi die altero et vicesimo Ďû'l-ʿhiǵǵae anni non indicati: بلغ سماع المولى العالم الفاضل عماد الدين احمد نفعه الله ونفع به من لفظى فى ٢٢ من الحجّة بدار السنّة الّتى انشأتها بمدينة شيراز كتبه محمّد بن الجزرى عفا الله عنه. Ad sinistram testimonium eidem ab illo, ut videtur, datum, qui ad finem tomi primi nomen suum subscripsit Muʿhammed Ibn-Mubesschir: وسمع اعلى شانه ومدّ زمانه ثانيا فى عام تسع وعشرين يقرأ غيرى بعد ما سمع منّى بقراءتى مرّة اخرى ولله الحمد اوّلا وآخرا والصلوة على نبيّه محمّد لله باطنا وظاهرا, *Ille, cujus dignitas extollatur et vita prolongetur, alium doctorem* (hanc partem) *praelegentem iterum audivit, postquam me ipsum* (eam) *praelegentem alias audiverat. Laudetur Deus primum et ultimum* (i. e. semper) *et benedicatur Muʿhammedi, prophetae ejus, Dei causa intra et extra* (i. e. et animis, et oribus). — Tomus quartus reliquos locos juris inde a كتاب

الذبايح والصيد usque ad كتاب الأحكام persequitur, inter eos autem et post eos multa alia, quae ad doctrinam fidei et morum omnemque vitae rationem et usum spectant. In his liber est de interpretandis somniis, fol. 643 r. — 650 v., alius de rebus adversis rempublicam et ecclesiam afflicturis, praecipue iis, quae resurrectionem mortuorum antecedent, fol. 650 v. — 658 r., alius de iis dictis Muhammedis, in quibus est ليت aut لو aut لولا, fol. 667 v. — 669 r. Finem faciunt dicta ejus quosdam locos coranicos interpretantia et احاديث قدسيّة, i. e. dicta et colloquia Dei, partim praeterita, partim futura, a Mu'hammede mortalibus tradita. Subscriptum est: تمّ الربع الرابع من كتاب الجامع الصحيح للامام الحافظ مقتدى اهل الحديث ابى عبد الله محمّد بن اسمعيل البخارىّ رضى الله عنه وارضاه وجعل الجنّة مأواه على يدى اقلّ عباد الله تعالى واضعفهم واحوجهم الى عفو الله وغفرانه العبد الحقير الفقير المقصّر المعترف بانواع من القصور والتقصير محمود بن احمد بن عثمان الملقّب بنجم الحافظ الشيرازىّ مولدا والشافعىّ مذهبا اصلح الله تعالى احواله وغفر لهم ورحمهم وجميع المسلمين فى يوم الاحد السابع والعشرين من جمادى الثانية لسنة ثمانمائة والحمد لله ربّ العالمين والصلوة والسلام على خير خلقه محمّد وآله وصحبه اجمعين. Est igitur codex absolutus extremo mense Ǵumâdâ posteriore A. H. 800 (Chr. 1398) a Ma'hmûd Ibn-A'hmed Ibn-'Oϑmân Schîrâzeno Schâfi'ita, cui cognomen erat Neǵm El-'Hâfyzh. Subscriptionem ambiunt haec duo disticha:

يا ناظرا فيه سل بالله مرحمة
على المصنّف واستغفر لصاحبه
واطلب مرادك من خير تريد به
من بعد ذلك غفرانا لكاتبه

O tu, qui hunc librum inspicies, per Deum scriptori ejus misericordiam divinam precare, pro domino ejus Deum deprecare et partem bonorum, quae illi cupies, tibi ipsi pete, tandem ei, qui librum descripsit, veniam divinam precare. Ad sinistram subscriptionis is, qui partem adnotationum scripsit, haec subjecit: الحمد لله اوّلا وآخرا ظاهرا وباطنا وصلّى الله على محمّد سيّد المرسلين وامام المبعوثين ورسول ربّ العالمين وعلى آله وصحبه اجمعين، رحم الله من اذا نظر فيه واستفاد بشىء ما ممّا ادرجت اوراقه وضمّنت اجزاؤه واطباقه طرح العلّة جانبا واتّخذ النصح صاحبا وبالمغفرة والرضوان والعفو عن السهو والعيان دعا لمن فيه سعى فهو بالعفو جدير وعلى المغفرة قدير وحسبنا الله ونعم الوكيل ه, *Laus Deo primum et ultimum, extra et intra, ac benedicat Deus Mu'hammedi, principi et antistiti nunciorum divinorum et legato domini geniorum et hominum, et genti et sociis ejus omnibus. Misereatur Deus ejus qui, quum in hunc librum inspiciet et aliqua earum rerum, quae foliis et partibus et tegumentis ejus inscriptae sunt, ad discendum utetur, vitiosa abjiciet et Deum orabit, ut ei, qui in libro scribendo operam posuit, ignoscat et faveat et errores tam occultos quam apertos condonet; ille enim* (Deus) *errores condonare peccataque ignoscere et vult et potest; sufficit nobis Deus, qui res suorum praeclare curat.* Ad dextram: بلغ سماع الشيخ الافضل الاعلم الاكمل المولى عماد الملّة والدين احمد بن الشيخ العلّامة امام الدين بايزيد بن المولى المرحوم عماد الدين احمد الدوانى نفعه ونفع به سماعا من لفظى فى مجالس آخرها يوم عاشورا سنة عشرين وثمانمائة واجزت له روايته عنّى وما يجوز لى روايته كتبه محمّد بن الجزرىّ, *Summus doctor theologicus, Dominus 'Imâd-el-dîn A'hmed fil. magni Doctoris Imâm-el-dîn Bâjezidi fil. defuncti Domini 'Imâd-el-dîn A'hmed El-Dewânii, quem ipsum et per quem alios Deus utilia doceat, me mea voce* (hanc partem) *praelegentem usque ad finem audivit, quorum consessuum ultimus incidit in diem decimum mensis Mo'harrami A. H.* 820 (Chr. 1417); *ego autem ei permisi, ut et ea, quae a me ipso accepit, et ea, quae mihi* (a meis doctoribus) *tradere permissum est, aliis traderet. Scripsit Mu'hammed El-Ǵezerî.* Adjecta est *silsile* s. series traditionis, per quam Mu'hammed El-Ǵezerî lectionem et interpretationem El-Ssa'hî'hi usque ab ipso Bochârio acceperat: الحمد لله وسلام على عباده الّذين اصطفى وبعــد فانّ سيّدنا ومولانا الامام العلّامة ناصر السنّة قامع البدعة قاضى قضاة المتشرّعين امام ائمّة المحدّثين قدوة العلماء الراسخين شمس الملّة والشريعة والتقوى والدين محمّد بن محمّد بن محمّد بن الجزرىّ خلّد الله ظلال ارشاده بين المسلمين يروى كتاب الجامع الصحيح للامام الحافظ ابى عبد الله محمّد بن اسمعيل البخارىّ عن جمّ غفير بالسماع والقراءة والاجازة منهم الشيخ المسند الاصيل الصالح برهان الدين ابو اسحق ابرهيم بن احمد بن ابرهيم بن حاتم الجُذامىّ الاسكندرىّ الاصل الدمشقىّ والشيخ الصالح الخيّر ابو عبد الله محمّد بن عبد الله الصَفَوىّ الصوفىّ قراءةً عليهما وهو يسمع فى شهر رمضان سنة ٧٧٢ بالجامع الاُمَوىّ، والشيخ المعمّر الرحلة ابو عبد الله محمّد بن عوض الصالحىّ

قراءة عليه وسماعا، قالوا انا الشيخ الثقة الصالح العدل ابو عبد الله محمّد بن ابى العزّ مشرّف الانصارىّ الدمشقىّ، قال انا الشيخ ابو عبد الله الحسين بن المبارك بن محمّد بن يحيى الزَّبيدىّ البغدادىّ، قال انا ابو الوقت عبد الاوّل بن عيسى بن شعيب السِّجْزى، قال انا ابو الحسن عبد الرحمن ابن محمّد الداودىّ، قال انا ابو محمّد عبد الله بن احمد ابن حَمُّويَة السَّرَخْسىّ، قال انا ابو عبد الله محمّد بن يوسف ابن مطر الفِرَبْرىّ، قال انا البخارىّ رحمه الله تعالى ورضى عنه، قال ذلك وكتبه الفقير الى الله الغنىّ خادم الاحاديث النبويّة محمّد بن عبد الرحيم بن عبد الكريم الجرمىّ عفا الله عنه بفضله وكرمه فى يوم عاشوراء عام عشرين وثمانمائة ولله سبحانه الحمد والمنّة وبه التوفيق والعصمة *). Accepit igitur lectionem et interpretationem El-Ssaʿhîʿhî a Bochârio El-Firebrî, ab hoc El-Serachsî, ab hoc El-Dâûdî, ab hoc El-Sigzî, ab hoc El-ʿHosein El-Baghdâdî, cujus majores Zebîdenses fuerant, ab hoc Muʿhammed El-Dimischqî, cujus majores Medinenses fuerant, ab hoc tres doctores: Ibrâhîm El-Dimischqî, cujus majores Alexandrini fuerant, Muʿhammed El-Ssafewî El-Ssûfî, Muʿhammed El-Ssâliʿhî; ab his autem Muʿhammed El-Ǵezerî, ita ut apud duos priores El-Ssaʿhîʿhum mense Ramadhâno A. H. 772 (Chr. 1370) Damasci in templo Omajjadarum legeret, apud tertium et legeret, et praelegentem audiret. — Quae inde a fol. 24 in marginibus primum rarius, deinde densius adscriptae sunt adnotationes exegeticae, criticae, theologicae, juridicae, duplices sunt. Eae, quae in modum commentarii continui areas marginum prius occuparunt, quibus fere subjectum est ٥, vel ٥٥, vel ٥٥٥, it. ك٥, vel ٥ك, vel simpliciter ك, sunt *Maqâfid-el-tenqîʿh*, quod intelligitur ex subscriptione prioris partis dimidiae fol. 399 v.: آخر الربع الثانى من كتاب مقاصد التنقيح فى شرح الصحيح للامام ابى عبد الله محمّد بن اسمعيل البخارىّ وقد تمّت كتابته احلّ الله تعالى كاتبه حرم الكرم وتواتر عليه ترادف النعم. Ceteri quadrantes subscriptionibus carere videntur; certe ultimi nulla est; ceterorum si quae sunt, ego invenire non potui. Eae autem adnotationes, quae in reliquas partes marginum successerunt, quibus fere subjectum est م ٥ vel ٥ م, sunt *Muʿhammed El-Demâmînii Mafâbîʿh-el-Ǵâmiʿ*, ut intelligitur ex subscriptione partis secundae fol. 308 v.: تمّ الجزء الثانى من مصابيح الجامع تاليف سيّدنا ومولانا الشيخ الامام العالم العامل العلّامة فريد عصره ونسيج وحده حسنة الزمان ابى النور محمّد بدر الدين المخزومىّ المالكىّ الدّمامينىّ امتع الله بدوام بقائه الاسلام والمسلمين ويتلوه الثالث كتاب المناقب, quae El-Demâmînium illo tempore superstitem fuisse docent. Idem aut filius fol. 441 v. apparet in adnotatione librarii: كذا وقع فى نسخة تعليق ابن الدّمامينىّ المغربىّ, *Sic est in codice adnotationum Ibn-El-Demâmînii Mauritani.* Hunc commentatorem Qâhirae, certe in Aegypto vixisse, quum ex multis aliis, tum ex ea adnotatione colligere licet, quae fol. 149 v. est: وقد استبان لك بما ذكرنا انّ خطلا مصروف وانّما نبّهت على ذلك لانّه بلغنى انّ شخصا بمصر زعم انّه غير منصرف وانّه اسم امّه, *Atque ex iis, quae diximus, tibi jam perspicuum erit, nomen* خَطَل *perfecte declinari; id quod propterea docui, quod rescivi nescio quem Qâhirae perhibuisse illud imperfecte declinari et nomen matris ejus esse*, sc. qui in oratione Bochariana ابن خطل nominatur. Harum quoque adnotationum ceteris partibus nihil subscriptum videtur. Uterque commentator multos, plures tamen El-Demâmînî citat auctores lectionis (*ruwât*) et scriptores, qui verba et sententias Bochârii aut ex professo commentariis in eum vel in alios traditionum auctores scriptis, aut obiter in aliis libris, aut aliud agentes explicarunt, confirmarunt, auxerunt, emendarunt. Eos non omnes (notiores enim et eos, de quibus dubitabam, consulto omisi) sed plerosque, primas nominum literas secutus, adjecta in rarioribus aut gravioribus locorum indicatione, hic collegi. *Maqâfid-el-tenqîʿh* commentarium appellavi, *Mafâbîʿh-el-Ǵâmiʿ* adnotationes.

ابن ابى الدنيا, collector traditionum, f. 213 r. ابن ابى شيبة: *Commemoravit haec duo disticha Ibn-Abî-Scheibe in libro suo* (فى كتابه), f. 191 v. ابن الاثير, scriptor libri أسْد الغابة, ʿH.-Ch. 637, pro quo *Asad el-ghâbet* numero singulari perperam dictum esse arguit nomen in hoc codice plerumque أسد vel أسْد scriptum. Idem liber f. 213 r. in commentario sic indicatur: قال ابو البركات ابن الاثير فى كتابه فى معرفة الصحابة. — ابن باطيس de nomine viri in traditione commemorati citatus ab El-Newewî in *Tehdîb-el-esmâ we'l-loghât*, f. 190 v. ابن الباقلانىّ, interpres traditionis, ab المازرىّ, ipsius discipulo, citatus f. 644 v. Cujus fortasse pater est ابو بكر الباقلانىّ, qui de argumento coranico citatur f. 469 v. ابن بزىّ, interpres traditionis, f. 322 r. ابن بشكوال, scriptor de auctoribus traditionum, المحدّثين.

*) Illud انا الشيخ الخ significare: Nos instituit aut me instituit is, cujus nomen sequitur, ipsa res docet; sed rationem non assequor.

Liber ejus aut pars libri f. 190 v. sic nominatur: مبهمات ابن بشكوال. Patris nomen f. 145 v. scriptum est بشكوال, i. e. بَشْكُوال. ابن التين, interpres Bochârii. ابن بطّال, interpres Bochârii, cujus شرح البخارى nominatim citatur f. 443 r. ابن الجلاب, interpres traditionis, 556 v. ابن جنيب, interpres traditionis, ibid. ابن الجوزى, plene الشيخ ابو الفرج بن الجوزى, it. ابو الفرج الجوزى et ابو الفرج, auctor lectionis et interpres traditionis, scriptor libri الكشف لمشكل الصحيحين, f. 667 r., qui 528 r. se ابن الخشاب quoddam verbum aliter ac vulgo legentem audivisse aït. ابن الحاجب, scriptor libri الايضاح على المفصل (H.-Ch. 1573), f. 325 r. ابن حبّان, scriptor τοῦ كتاب الثقات (ʿH.-Ch. 3825), f. 680 r. Item: *Sed hanc lectionem improbavit Ibn-ʿHibbân in Ssaʿhiʿh suo* (في صحيحه), f. 366 r. ابن الحذّاء, auctor lectionis, f. 543 r. ابن حمزة: *Abû-ʿHanîfe elif nominis* ذكا, *ubi vehementem aestum ignis significet, producendum esse aït; sed Ibn-ʿHamze in Refutationibus suis* (في ردوده) *cum erroris arguit*, f. 687 v. ابن درستويه (pro quo scriptum est ابن درستوبه), auctor lectionis, f. 385 r. ابن دَقِيق ٱلعِيد (sic cum omnibus vocalibus f. 134 r.) interpres traditionis theologicus et juridicus. ابن رشيق: *Narrat Ibn-Reschiq in* العمدة, *El-Asmaʿium hoc distichum Chalfo Rubro* (على خلف الاحمر) *tale, quale modo positum est, retulisse, Chalfum autem ei dixisse: Sic corrige* etc. 701 r. ابن سُحْنون, ICtus Mâlikita, f. 163 r. et 639 r., cujus fortasse pater est سُحْنون, f. 638 v., et ipse ICtus Mâlikita. ابن سعد, scriptor libri الطبقات de auctoribus traditionis: *Dicit Ibn-Saʿd in El-Thabaqât* etc. f. 305 r. *Commemorat illud Ibn-Saʿd in loco de El-ʿAbbâs* (في ترجمة العبّاس), 206 r. ابن السَّكَن (sic cum vocalibus f. 29 r., 108 r., 286 v.), plene ابو على بن السكن, auctor lectionis, quam ab El-Firebrî acceperat, f. 40 v., 212 r., 228 v. Liber ejus, كتاب ابن السكن, i. e. exemplum, quod habebat, El-Ssaʿhiʿhi Bochâriani, citatur f. 678 v. Omisso ابو f. 29 r. est على ابن السَّكَن. — ابن السكّيت, interpres verborum, locutionum, proverbiorum. ابن السِّيد, auctor lectionis, f. 69 v., 602 v. ابن سيده, grammaticus Zamachschario oppositus, f. 158 r., auctor lectionis, f. 562 r., auctor dicti Muʿhammedis, f. 305 r. ابن شامة, interpres traditionis, f. 776 r. ابن شبة, scriptor libri اخبار المدينة, f. 151 r.; pro quo apud ʿH.-Ch. 228 ابن شيبة est. ابن شعبان, ICtus, f. 195 v. ابن عات, ICtus, ibid. ابن عبد البرّ, plene الامام ابو عمر بن عبد البرّ, al. ابو عمر (ut f. 670 v.), interpres traditionis, scriptor operis الاستيعاب (ʿH.-Ch. 631) de sociis Prohpetae, f. 166 v., 255 r. ابن عبد السلام, ICtus in adnotationibus refutatus, f. 204 v. ابن عتّاب et ابن عيسى a Beidhâwio de verbo apud Bochârium recte legendo citati: *Sic est apud Ibn-ʿAtthâb et Ibn-Îsâ, qui ex doctoribus nostris* (شيوخنا) *sunt*, f. 149 r. ابن العجمى, poëta in adnotationibus laudatus: *Egregie dicit socius noster* (صاحبنا) *Zein-el-din Ibn-el-ʿAgemi, cujus Deus misereatur*, quo voto eum tum jam defunctum fuisse indicatur. ابن العربى, plene f. 774 v., القاضى ابو بكر بن العربى, interpres traditionis. It. scriptor libri *Aʿhkâm-el-Qorân* (ʿH.-Ch. 156): *Repetiit illud El-Suheili ab Ibn-el-ʿArabi in Aʿhkâm-el-Qorân*, f. 628 v. ابن عرفة, plene الامام ابو عبد الله بن عرفة رحمه الله, ICtus, doctor El-Demâmînii, qui in adnotationibus ejus compendium (مختصر) laudat, f. 163 r., 195 v., 204 v., 207 v., 520 v. ابن عقبة, plene موسى بن عقبة, doctor El-Zuhrii, f. 223 v., quando aliquid in vita Muʿhammedis acciderit docet, f. 217 r. ابن عمارة, auctor lectionis, f. 524 r., 609 r., 780 v. cum الاسمعيلى consentiens. ابن فارس: *Narrat El-Zerkeschi Ibn-Fârisum in* المقايس *relata hac traditione dicere: Nos literam r nominis* عرض *in ea nunquam non quiescentem efferri audivimus*, f. 593 r. Saepissime de verborum et locutionum significationibus citatur. ابن فورك, plene الامام ابو بكر بن فورك, interpres traditionis, f. 685 r. Item: *Imâm Abû'l Qâsim* (ابو القسم) *El-Qoscheiri in nota sua commentatione* (في رسالته المعروفة) *narrat Abû-Bekr Ibn-Fûrekum de visione Dei duas sententias Imâmi Abû'l-ʿHasan El-Aschʿarii referre* etc. f. 687 r. ابن قتيبة, interpres traditionis, f. 429 r. ابن قرقول, auctor lectionis, f. 306 r., ubi قُرقول est, f. 686 r. In scheda folio 223 r. adjuncta, quales complures foliis aut agglutinatae, aut interpositae sunt, قَرقول est. ابن القسم s. ابن القاسم, ICtus, f. 195 et 201 r. ابن القصّار المالكى, ICtus, f. 132 v., 367 r., 638 v. ابن الكلبى nomen viri in traditione commemorati docet, f. 195 r. ابن ماكولا nomen et cognationem viri in traditione commemorati docet, f. 670 r. ابن مالك: *Dicit Ibn-*

Mâlik in التوضيح, *hoc dicto prophetico probari particulam* هل *interdum esse loco particulae* أ etc. Saepissime verba et rationem grammaticam traditionis explicat. ابن ماهان, auctor lectionis, quam ab eo accepit El-Bâġî, f. 311 r. Eundem f. 387 v. perperam ابن هامان appellari puto; vix enim credibile hominem Mu'hammedanum nefando illo nomine usum esse. ابن المرابط, interpres traditionis, f. 150 v. ابن الملقن, interpres Bochârii, qui in adnotationibus f. 221 v. Ibn-Batthâlum et alios interpretes sententiis alienis, suppressis auctorum nominibus, impugnare dicitur; lectiones ex codice ab ipso El-Dimjâthî scripto affert, f. 191 r. et 652 v.; auctores sequitur Ibn-El-Munejjirum et Moghlathäïum, f. 180 r. ابن مَنْدَه, scriptor libri معرفة الصحابة, f. 168 r. ابن المنيّر (sic saepe cum teschdîd), interpres Bochârii, qui passim dedita opera Ibn-Batthâlum redarguit, ut f. 141 v., 143 v., 145 v., 178 r. ابن المهدى, auctor lectionis, f. 385 r. ابن نُبَاتَة, scriptor libri مطلع الفوايد ومجمع الفرايد, ubi se significationem cujusdam verbi in كتاب الزاهد invenisse dicit, f. 773 r. ابن النحاس, auctor lectionis ab ipso Bochârio acceptae, f. 460 r. ابن وضاح, interpres traditionis theologicus, f. 551 v. ابن وهب, auctor lectionis in libro suo (فى موطّئه) الموطّى, f. 191 v. bis. ابو احمد, vid. الجرجانى. ابو احمد بن عدىّ de auctoribus traditionis citatur cum ابو نصر الكلاباذى f. 133 v. ابو اسحق المستملى, ابو اسحق المروزىّ, ابو اسحق الحرنىّ, vid. المستملى, المروزىّ, الحرنىّ. Aliquem horum esse puto qui f. 362 r. appellatur ابو اسحق بن ابرهيم auctor lectionis. القاضى ابو بكر, interpres traditionis juridicus, f. 442 v. ابو الحسن, vid. القابسىّ. ابو حنيفة: *Et dicit Abû-'Hanîfe in* كتاب الانواء الكبير: *El-Schi'ra et El-'Abûr et El-Ġauzâ, notae stellae, eodem ordine* (فى نسق واحد) *dispositae sunt.* ابو داود: *Priorem sententiam Ibn-Beschkuwâl ab eo repetit quod dixit Ismâ'îl et Abû-Dâûd in libro suo A'lâm-el-nubuwwe* (نسب الاوّل الى ما ذكره اسمعيل وابو داود فى اعلام النبوّة له), f. 465 r. Item: *In Musnedo Abû-Dâûd El-Thajâlischii* (فى مسند ابى داود الطيالشىّ) *El-'Hâfizh Moghlathâî dicit* etc. الحافظ ابو ذرّ, auctor lectionis; saepe commemoratur codex El-Ssa'hî'hi ab eo ipso scriptus, نسخة ابى ذرّ, de quo f. 522 v. est: وهو بخطّ ابى ذرّ فى الاصل, *Et sic ab ipso Abû-Δerr scriptum est in exemplo archetypo.* ابو زيد, vid. المروزىّ. — ابو العبّاس القرطبىّ, vid. القرطبىّ. ابو العبّاس ابن تيمية, ICtus, f. 640 r. Nescio an alteruter eorum sit ابو العبّاس, quem El-Baghawî f. 563 cum Abû-'Obeido et Abû-Is'hâq Merwensi cujusdam sententiae traditionalis interpretem citat. القاضى ابو عبد الله s. ابو عبد الله الحاكم, auctor lectionis et interpres traditionis. Eundem esse puto qui f. 542 v. ابو عبد الله بن سليمان appellatur. ابو عبد الملك proverbium in traditione adhibitum interpretatur, f. 672 v. ابو عبيد, auctor lectionis et interpres traditionis, doctores nuncupat El-Asma'ïum et El-Jezîdium, f. 460 r., et ipse ab El-Baghawî citatur f. 563 v., ab Ibn-el-'Arabî reprehenditur f. 554 r. Plene الحافظ ابو عبيد البكرىّ, f. 204 r., it. sine الحافظ, f. 373 r., fortasse simpliciter البكرىّ, f. 133 v. et 147 r. ابو عبيدة, auctor lectionis, f. 117 v. et 411 r. ابو علىّ الحافظ, doctor El-Demâmînii, qui lectionem ab eo acceptam refert f. 149 r. ابو علىّ الشهيد de auctore traditionis citatur ab القاضى عياض f. 384 r. Hic esse videtur ابو علىّ, qui cum ابو زيد auctor lectionis citatur f. 574 r. ابو علىّ الغسّانىّ, vid. الغسّانىّ. ابو علىّ الفارسىّ saepe de verborum significationibus citatur. Grammatice traditionem interpretatur f. 183 v. ابو عمرو بن العلاء, philologus, a quo aliquid acceperunt El-Asma'î et El-Jezîdi, f. 460 r. ابو عمرو المطرّز, auctor lectionis, f. 602 v. الشيخ ابو الفضل بن ناصر, interpres traditionis, f. 107 r. Simpliciter ابو الفضل, auctor lectionis, f. 204 r. ابو القسم القشيرىّ, vid. القشيرىّ. Simpliciter ابو القسم, auctor lectionis a Beidhâwio reprehensae, f. 373 r. ابو محمّد, vid. الاصيلىّ. ابو محمّد البغوىّ, vid. البغوىّ. الشيخ ابو محمّد: *Dixit El-Sefâqosî, auctore Scheich Abû-Mu'hammed in ejus El-Ġâmi' in compendium redacto* (فى جامع مختصره) *'Hasanum* ('Alii filium) *anno hegrae tertio natum esse.* ابو المسعود الدمشقىّ, auctor lectionis et interpres traditionis, f. 73 v., 113 v., 686 v., 772 v. ابو المعانى: *In Abû'l-ma'ânii libro, qui* المنتهى *appellari solet, est:* نعث *et* نغث *cum accusativo cibi, i. e. cum e vase effudit.* ابو موسى المدنىّ de muliere ex sociis Mu'hammedis citatur f. 213 v. ابو نصر الكلاباذىّ, vid. الكلاباذىّ.

ابو نُعَيم de nominibus et cognationibus hominum in traditione commemoratorum; مستخرج ابى نعيم citatur de recta lectione nominum et verborum dubiorum El-Ssaʿhîʿhi, f. 166. ابو الهيثم, auctor lectionis ab El-Firebrî acceptae, f. 463. ابو الوليد: *Abû'l-Welîd, inquit El-Ghassânî, mihi dixit Abû-Aerrum de hoc Muʿhammede* (a quo Bochârî se quandam traditionem accepisse aït) *a se rogatum respondisse: Equidem Selâmi filium esse, Abû-Muʿhammed El-ʿHammûnium autem* (qui Sâlimi filium esse perhibuit) *errasse arbitror.* الازهرى, auctor formarum et significationum verborum, f. 146 v., 196 r., 212 v. القاضى اسمعيل: *Hunc virum* (nomine non indicato in traditione commemoratum) *Saʿd Ibn-Moʿâdum esse dicit Ismâʿîl Judex in Statutis suis* (فى احكامه, ʿH.-Ch. 153), f. 318 v. Idem verborum significatus distinguit f. 146 r. الاسمعيلى: *Auctoritatibus hanc traditionem instruxit El-Ismâʿîlî in suo* مستخرج, f. 249 v. Idem liber apparet in scheda foliis 445 et 446 interposita. Saepissime auctor lectionis et interpres traditionis est, it. f. 171 v. et 644 r. censor Bochârii; plene ابو بكر الاسمعيلى, f. 362 r. الاصيلى s. ابو محمد s. ابو محمد الاصيلى, auctor lectionis ab ابو احمد الجرجانى et ابو زيد المروزى acceptae. Codex El-Ssaʿhîʿhi ab eo ipso scriptus, f. 133 v., 149 r., et adnotationibus marginalibus instructus, f. 135 v., appellatur اصل ابى محمد, نسخة الاصيلى, نسخة ابى محمد, it. f. 779 r. الامام محمد الاصيلى. Alius videtur محمد بن يحيى الاصيلى النيسابورى, qui f. 632 r. sub quodam بعضهم in oratione ipsius Bochârii posito latere dicitur. الباجى: *Dixit El-Qâdhî* (Beidhâwî): *Lectio Hispanorum et Mauritanorum* (الاندلسيين والمغاربة) *est* بيرُ حآء *casu primo,* بيرِ حآء *secundo,* بيرَ حآء *tertio,* حآء *autem apud eos ita sonat, ut litera ʿhâ. Atque sic ab ipso El-Asîlî scriptum vidi. Contra Ibn-El-Munejjir: Vera lectio, inquit, est* بيرحا; *hanc El-Bâǵî Orientalibus* (اهل المشرق), *ut Abû-Aerro et aliis, tradidit. Eandem El-Ssâghânî confirmat his verbis: Bairaʿhâ ad formam* فيعلى, *a rad.* برح, *nomen agri Abû-Thalʿhae prope Medinam siti; quamquam traditionarii perperam* بير حاء *dicunt et nescio quem puteum Medinensem esse existimant;* in scheda foliis 243 et 244 interposita. البخارى alium quoque librum historicum conscripsit, qui f. 247 r. التاريخ الكبير, *Chronicon magnum,* appellatur, alibi simpliciter, ut apud ʿH.-Ch. 2174, *Bochârii Chronicon.* Divisum esse in ابواب, in quibus traditiones a singulis propagatae nominibus eorum subjectae sint, docet adnotatio f. 37 v., quae sententiae Abû'l-ʿHasan El-Qâbisii de حصين cujusdam traditionis auctore hoc inter alia argumentum opponit, quod Bochârî in Chronico eam traditionem in capite de حصين (فى باب حصين) posuerit; it. alia f. 564 r., quae nomen traditionarii non esse ʿAbd-el-raʿhmân, sed ʿAbd-allâh, contra El-Firebrium ultimo loco sic probat: *Atque in capite de ʿAbd-allâh* (فى عبد الله, i. e. فى باب عبد الله) *eam commemorat Bochârî in Chronico suo.* ابو بكر البرقانى, interpres traditionis ab El-ʿHomeidî citatur f. 355 v., it. de vero auctore traditionis, f. 384 r. ابو محمد البغوى scripsit معالم التنزيل, f. 776 v., فوايد البغوى, f. 626 v., شرح السنة, f. 139 v. Hunc librum esse puto, ex quo in commentario, praemisso plerumque قال البغوى, multa excerpta sunt. البلاذرى, auctor lectionis, f. 239 r. البُلْقينى *), pater et filius: ille شيخ الاسلام سراج الدين, f. 166 v. de nomine et cognatione hominis in traditione commemorati a filio citatur, f. 313 v. de interpretatione cujusdam locutionis in traditione ab El-Demâmînî; utroque loco jam defunctum fuisse significat votum nomini adjectum رحمه الله; — hic جلال الدين, doctor El-Demâmînii, cujus eum librum, qui apud ʿH.-Ch. 1029 est, ille f. 360 r. sic citat: فى مبهمات شيخنا قاضى القضاة شيخ الاسلام جلال الدين البلقينى ذكره الله بالصالحات المسمى بالافهام لما فى البخارى من الابهام. Saepe ejus auctoritate in traditione interpretanda utitur, ut f. 140 r., 150 r., 156 r., 175 r., 222 r.; f. 166 eum simpliciter شيخنا جلال الدين appellat et adjecto امتع الله بوجوده وغلبته adhuc vivere significat. الحافظ ابو بكر البيهقى, plerumque simpl. البيهقى, de auctoribus traditionis, f. 167 v. et 378 r.; liber ejus دلائل النبوة citatur f. 625 r. تغلب, auctor lectionis, f. 669 v. التوربشتى, interpres Bochârii, cujus hoc nomen alibi fere deproperatum distincte scriptum est

*) Sic constanter scriptum est, non بُلْقينى, quod censor ʿHâǵî-Chalfae Flügeliani in Diar. liter. Hal., 1838, No. 223, rationem nominis بُلْقِين secutus, pro *Balekînî* p. 191 lin. 16 et 17 substitui voluit. Recte igitur ipse Flügelius ad calcem tomi secundi *Bolckeini* scribi jussit. Sed pro *Ilm-ed-dín* ibidem lin. 16 scribendum erat *Alem-ed-dín.*

f. 689 v. et 701 r. ثابت: *Pro* طيّلها *apud El-Górgánium est* طوّلها; *idem Muslim recepit. Ja'qúb illud je reprobat; Θábit autem in libro suo Delâïl* (في دلائله) *utramque lectionem refert*, f. 191 v. الحافظ الجيّانى, in scheda foliis 123 et 124 interposita de quadam El-Dâraqothnii cum Bochârio circa originem traditionis controversia disputat; f. 136 v. et 372 v. lectionem traditionis docet, priore loco auctore Ibn-el-serrâǵ. ابو احمد الجرجانى et simpl. الجرجانى et ابو احمد, auctor lectionis, f. 40 v., 191 v., 212 r., 265 v., 316 v., 387 r. الجُوَيْنى, Schafi'ita, quem Ibn-el-'Arabî f. 411 v. facundiam principis sectae suae tantopere admiratum esse narrat, ut diceret: هو افصح من نطق بالضاد, *El-Schâfi'i facundissimus est eorum qui literam* ض *proferunt*, i. e. Arabum, quorum emphaticus ille sonus proprius est. الحاكم, auctor Moghlathâïi, f. 282 v. ابو اسحق الحربى, auctor lectionis et interpres traditionis, f. 180 v., f. 360 r. a Beidhâwio et Ibn-el-Aθîro citatus, f. 559 v. حسن, censor Bochârii, f. 168 r. الحلبى de cognatione hominis in traditione commemorati, f. 670 v. ابو محمد الحلوانى de origine traditionis, f. 772 v. الحمّونى et simpl. الحمّونى, auctor lectionis, unus doctorum Abû-Δerri: *Lectio Abû-Δerri a tribus suis doctoribus, El-'Hammûnî, Abû-Is'haq El-Mustemlî, Abû'l-Heiθem, accepta*, f. 26 v. Item: *Hi traditionis auctores apud omnes lectionis doctores sunt, excepto Abû-Mu'hammed El-'Hammûnî, uno doctorum Abû-Δerri*, f. 24 r. It. f. 91 r. quaedam lectio in codice Abû-Zeidi auctorem habere dicitur Abû-Mu'hammed El-'Hammûnium. الحموى: *In* كذبت *El-Mustemlî δal simplex, El-'Hamawî* ('Hamâtensis) *et Abû'l-heiθem duplex proferri jubent*, f. 304 v. Item f. 366 r. Abû-Δerr quandam lectionem ab El-Mustemlî et El-'Hamawî accepisse dicitur. It. f. 573 r. El-'Hamawî ubique سمّت forma prima pro سمّت secunda legere dicitur. Quamquam iis locis, quos dixi, perspicue حموى scriptum est, tamen nescio an illic quoque حمّوى legendum sit, praesertim quum El-'Hamawî f. 366 cum Mustemlio doctor Abû-Δerri fuisse dicatur, quocum confer locum supra citatum ex f. 26 v. الحُمَيْدى scripsit الجمع بين الصحيحين ('H.-Ch. 4173), f. 323 v. et f. 384 r. Simpliciter: ذكره الحميدى فى جمعه, f. 304 v. Alius videtur ejus liber f. 381 r. sic citatus: رواه الحُمَيْدى فى مختصره. — الخطّابى (sic saepissime cum tha duplici) interpres Bochârii. الخطيب de nominibus et cognationibus hominum in traditione commemoratorum, f. 335 r. a Moghlathâïo citatus, f. 401 auctor El-Newewii; plene الخطيب البغدادى, cujus idem El-Newewî f. 536 v. citat librum الاسماء المبهمة. — خلف الواسطى: *Chalf Wâsithensis hanc traditionem in libro suo* الاطراف *in loco de Ibn-'Omaro* (مسند ابن عمر) *commemorat.* الخليل: *Dixit El-Chalîl in* كتاب العين, *cognomen honorificum lacertae libycae* (الضبّ) *esse Abû-Hanbel.* ابو الحسن الدارقطنى, censor auctorum traditionis in كتاب العلل et كتاب الاستدراكات, 675 r., it. 228 v., 247 r., 385 r., 572 r., 629 r. الداودى, interpres Bochârii, 213 r., 218 v., 399 r. الحافظ الدمياطى codicem El-Ssa'hî'hi a se ipso scriptum reliquit, f. 652 v.; interpres Bochârii, f. 230 r., 368 v., 379 v., 398 r.; scriptor vitae Mu'hammedis (سيرة) in scheda foliis 609 et 610 interposita citatae. الذهبى scripsit التجريد ('H.-Ch. 2455), f. 189 v. et 385 r.; item: *Similem errorem commisit El-Δehebî in El-Kâschif* (genus viri in traditione commemorati indicans), f. 166 v., qui in Bochârium commentarius saepissime in nostro citatur. الرازى scripsit librum de laudibus El-Schâfi'î, مناقب الشافعى, f. 513 v. الراغب saepissime de significatione verborum citatur. الزاهدى, ICtus, f. 544 r. الزجّاج ومتأخرو المغاربة, El-Zeǵǵâǵ et Mauritani recentiores, familia Grammaticorum, quorum singulare placitum commemoratur f. 304 v. الزَّرْكشى, interpres Bochârii, quem El-Demâmînî ut saepissime citat, ita paene semper carpit. Capita accusationum haec sunt: f. 175 r. et ibid. v. (bis enim eadem adnotatio a duobus in margine adscripta est) postquam et El-Newâwii et El-Qorthobii praecepta de quodam verbo recte legendo ex commentario Zerkeschiano exscripsit, sic pergit: *Uterque doctor de lectione Muslimi locutus est, nos autem de lectione Bochârii loquimur. Sed crebro iste vir hoc facit, ut, quae duo interpretes Muslimi* (شارحا مسلم) *dixerunt, ea ad Bochârii orationem traducat, qualia nemo nisi cunctanter et deliberato audere debet.* Deinde eum accusat, quod sententias El-Qorthobii, f. 151 r., Ibn-El-Munejjiri, f. 164 v., Ibn-Batthâli, f. 141 v., hanc quidem ab Ibn-El-Munejjiro jam refutatam, suppressis nominibus auctorum furatus sit, quem f. 197 r. plane morem ejus esse aït: *Hoc apud El-Zerkeschium est, sed ab Ibn-El-Munejjiro sumtum: qua in re suum morem secutus est, ut ea, quae sibi placerent, ad auctores non referret.* Tandem f. 388 r. eundem, quum aliam interpretationem falsam esse dixerit, sic reprehendit: جرى على عادته فى الجراءة على التوهيم, *Solitam suam in aliis erroris accusandis audaciam secutus est.* نسخة الشيخ موفّق الدين

الزرندى, f. 91 v., simpl. نسخة الزرندى, f. 110 r., codex El-Ssaʿhîʿhi, ex quo duae lectiones afferuntur. الزمخشرى, interpres Bochârii, f. 674 r. السُبْكى: pater الشيخ تقى الدين, ICtus, f. 165 r., duo filii القاضى تاج الدين, it. ICtus, eodem loco cum patre citatus, et الشيخ بهاء الدين ابو حامد, qui scripsit شرح التلخيص (ʿH.-Ch. II, pag. 410), f. 428 v., et شرح مختصر ابن الحاجب الاصلى, f. 218 v. et 673 v. السخاوى scripsit شرح الرائيّة f. 469 r. citatum de ratione ʿOϑmâni Chalîfae in Corano colligendo et recensendo. سعيد بن منصور, de propagatione traditionis, f 40 v. السّفاقسى f. 312 v. et 439 r., السّفاقسى f. 161 v., auctor lectionis et interpres traditionis saepissime citatus. الحافظ السلفى scripsit المختار من الطيوريّات, unde quaedam traditio relata est f. 514 r. سنيد بن داود, cujus تفسير de nomine mulieris in traditione commemoratae citatur f. 465 r. السهروردى scripsit العوارف, f. 31 v., et العقائد, f. 685 v. السُهَيْلى, discipulus Ibn-el-ʿArabii, f. 351 v., scripsit الروض الأنف, historiam vitae Muʿhammedis, f. 285 r. de uxoribus et liberis Ismaelis, f. 373 r. de quadam lectione in El-Ssaʿhîʿho nominatim citatam, alibi saepissime per قال السهيلى. — سويد بن سعيد, interpres traditionis, f. 180 v. الشافعى, princeps sectae Schâfiʿiticae, scripsit احكام القران (ʿH.-Ch. 156), f. 449 v. الصاغانى scripsit شوارد اللغات, in quo libro collegit et interpretatus est dictiones dictionumque formas ab aliis praetermissas, veluti f. 339 v. ex eo allatus est مشاط, pluralis nominis مُشْط a Muʿhammede adhibitus, quum apud El-Ǵauharium tantum أمْشاط sit. Ex eodem libro repetita videntur quae El-Ssâghânio tribuuntur in scheda foliis 243 et 244 interposita et f. 317 r., quo in folio صغانى scriptum est. الطبرانى scripsit المعجم f. 168 r. cit. de restituenda veritate cujusdam narrationis e vita Muʿhammedis, quam Bochârî pervertisse videtur; it. f. 201 r. معجم الطبرانى الاوسط cit. de nomine mulieris in traditione commemoratae. اصبغ المالكى cum محمد بن جرير الطبرى, ICtus, f. 35 v. المحب الطبرى scripsit الاحكام (ʿH.-Ch. I, p. 174 lin. 8 sqq.), f. 201, 558 r. الطحاوى, interpres traditionis, f. 135 r., 136 r., 301 v. الطيبى, interpres Bochârii saepissime citatus. العاجز عبد الوهّاب, interpres traditionis, f. 556 v. الحافظ عبد الحق scripsit الجمع بين الصحيحين (H.-Ch. II, p. 619 lin. 1), f. 700 r., 776 v. عبد الغنى, عبد الرزاق, auctor lectionis, f. 159 r., 330 v. ابن سعيد, in scheda foliis 613 et 614 interposita; plerumque simpl. عبد الغنى: *Dixit ʿAbd-el-Ghanî in Dubiis suis* (فى مبهماته) *in explicando dubio hoc loco etc.*, f. 557 r.; praeterea ut auctor lectionis citatur f. 371 r., 386 v. Codex, quem habebat, El-Ssaʿhîʿhi, نسخة الحافظ عبد الغنى, cit. f. 400 v. عبد الله بن يحيى البلخى, de nomine hominis in traditione commemorati errasse dicit Alium filium Medinensis, على بن المدنى, f. 385 r. عبدوس, auctor lectionis saepp. citatus. عبيد بن اسمعيل, auctor lectionis, f. 382 r. عمرو بن الحرث, de propagatione traditionis, f. 629 r. عياض, vid. القاضى عياض. الامام ابو حامد الغزالى, interpres traditionis, f. 209 r., 640 r. ابو على الغسّانى, f. 376 r., plerumque simpl. الغسّانى, censor saepp. citatus. الشيخ تاج الدين الفاكهانى scripsit شرح العمدة, i. e. عمدة الاحكام, quod proxime antecedit, f. 592 r. ابو الحسن القابسى, al. القابسى, al. ابو الحسن, auctor lectionis; saepe citatur exemplum El-Ssaʿhîʿhi quod habebat, نسخة ابى الحسن القابسى, sive, ut f. 107 r. est, اصل ابى الحسن القابسى. — القاضى s. القاضى البيضاوى s. البيضاوى, auctor lectionis et interpres traditionis saepissime citatus. Scripsit الاكمال, f. 513 v., التنبيهات, f. 457 r., المشارق, f. 305 v. عياض f. 178 v., plerumque القاضى عياض, interpres traditionis saepissime citatus. Eum non intelligendum esse ubi simpliciter est القاضى, docet locus commentarii f. 383 r. lin. 4 et 5, ubi conveniunt القاضى, i. e. Beidhâwî, et القاضى عياض. — القرافى scripsit القواعد, f. 587 r. et scheda foliis 609 et 610 interposita, ubi se octo annos in discrimen verborum الشهادة et الرواية inquisivisse profitetur, donec in شرح البرهان للمازرى verum invenerit. القرطبى, plene ابو العبّاس القرطبى, f. 776 r., interpres Muslimi, vid. s. v. الزركشى; item: *Dicit El-Qorthobî in Compendio suo* (فى مختصره), f. 478 r., i. e. in compendio El-Ssaʿhîʿhi, quod intelligitur ex f. 350 v.: قاله القرطبى فى اختصاره للبخارى. Saepissime ut interpres Bochârii citatur. القزاز Bochârium sibi

contradicere arguit f. 289 r. القسطلانى, interpres Bochârii, 145 v., 206 r. ابو القسم القشيرى, interpres traditionis, f. 587 v., 684 v. Fortasse idem est ابو القسم, cujus lectionem Beidhâwî falsam esse dicit f. 373 r. ابو نصر الكلاباذى, f. 133 v., 228 v., 548 r., fere simpl. الكلاباذى, saepissime citatus de nominibus et personis traditionariorum; vid. ʿH.-Ch. 693. الكلبى verbum theologicum interpretatur f. 686 v. اللحيانى, Lexicographus, f. 223 v. اللخمى, ICtus, f. 638 v. الليث, de propagatione traditionis, f. 247 r., 629 r. المازرى f. 537 v., المازرى f. 170 v., interpres traditionis saepp. citatus. Vide supra s. v. القرافى. الامام مالك scripsit المدوّنة, f. 203 v. المالكى, interpres traditionis, 70 v., 90 v., 105 v. الماوردى scripsit الاحكام السلطانيّة (ʿH.-Ch. 150), f. 179 v. المتولّى, interpres traditionis, f. 475 r. محمّد بن حمزة بن عمارة, auctor lectionis, f. 362 r. محمّد بن الربيع الجيزى scripsit كتاب اسماء من دخل مصر من الصحابة, f. 183 v. محمّد بن يحيى, محمّد بن عيّاش, auctor lectionis, f. 139 v. الذهلى scripsit كتاب العلل, in quo Bochârii errores corrigit, et alium: كتابه الثانى الّذى جمعه فى حديث الزهرى مجرّدا من العلل ايضاحا وبيانا لما اومأ اليه البخارى, f. 376 r., 406 v., 778 v. Ex ultimo horum locorum intelligitur eum inter auctores ipsius Bochârii esse. مروان بن سراج, interpres traditionis, f. 482 r. ابو زيد المروزى, al. المروزى, al. ابو زيد, auctor lectionis saepp. citatus, doctor Abû'l-ʿHasan El-Qâbisii et ʿAbdûsi, f. 463 v. et 477 r. Habebat codicem El-Ssaʿhîʿhi, نسخة ابى زيد, f. 463 v. المزى: *Dicit* المزى *in Equis Prophetae* (فى افراس النبى), *eum equum habuisse cui nomen esset El-Werd*, scheda foliis 609 et 610 interposita. المستغفرى: *Commemoravit hanc mulierem El-Mustaghfirî inter socios Prophetae*, f. 213 v. ابو اسحق المستملى, plerumque simpl. المستملى (f. 241 r. المستملىٔ), auctor lectionis ab الفربرى acceptae, f. 463 v. Vide supra s. v. الحمّونى. — مصعب الزبيرى, de nominibus et personis et rebus traditionis, f. 150 v. et 255 r., quamquam posteriore loco الزهرى vel الزمرى scriptum est. المغربى, interpres Bochârii saepe citatus. Codex El-Ssaʿhîʿhi quem habebat, نسخة المغربى, cit. f. 154 r. et 459 r. مُغْلَطائى (sic cum vocalibus f. 180 r., 665 v.) semper sine articulo, interdum praeposito الحافظ, f. 180 r. postposito الجندى, interpres Bochârii saepe citatus. Nominatim شرح مُغلطائى f. 154 v. et 368 r. مكّى بن ابى طالب, Grammaticus, conjunctus cum ابو عبيدة, ابن دراستويه (sic pro ابن درستويه) et ابن خروف, interprete Sibeweihi, ut est f. 190 r.: كلام ابن خروف فى شرح سيبويه. المنذرى scripsit استدراكات contra ابن طاهر. المقدسى de auctoribus traditionum, f. 284 r. المهلّب (sic f. 135 r., 665 r., 778 r.), interpres Bochârii saepe citatus. الناقد (Cod. النقد), de propagatione traditionis, f. 772 v. النحاس, censor traditionis, f. 429 r. النسفى, plene ابرهيم بن معقل النسفى f. 678 v., auctor lectionis ab ipso Bochârio acceptae, f. 385 r. Saepe, ut hoc ipso loco, commemoratur codex lectionem ejus exprimens, نسخة النسفى. — عن النسفىّ عن البخارى. النسوى: *In hac traditione mendum quoddam est* (فى هذا الحديث علّة), *de quo dixit* النسوى *et El-Dâraqothnî in libro Correctionum* (فى كتاب الاستدراكات). النووى et النواوى promiscue, scriptor libri تهذيب الاسماء واللغات a Wüstenfeldio editi, interpres Muslimi (vid. supra s. v. الزركشى), saepissime citatus; item: *Dicit hoc El-Newâwî in Dubiis suis* (فى مبهماته), de dubio nomine traditionarii, f. 318 r. الهروى, interpres traditionis, f. 239 r., 509 r., 556 r., 671 r. الواحدى scripsit اسباب النزول (ʿH.-Ch. 586), f. 145 v., 402 r.; nomen الرؤيا explicat f. 643 v. الواسطى, de significatione somniorum, f. 644 v. خلف الواسطى scripsit librum الاطراف, de propagatione traditionis, f. 384. الوقشى, censor lectionis, f. 166 v., 218 v. وهب بن منبّه scripsit مفتاح الجنّة, f. 543 v. يحيى الفرّاء scripsit كتاب معانى القران, f. 457 r. يعقوب, interpres verborum a Beidhâwio citatus, f. 191 v., 218 v. الشيخ الحافظ جلال الدين يوسف بن الذكى المزى scripsit الاطراف (ʿH.-Ch. I, p. 344, lin. 4 et 5), f. 316 r., 404 v. Posteriore loco El-Demâmînî cum eo conjunxit شيخنا عماد الدين ابن كثير. —

يونس بن محمّد, de propagatione cujusdam traditionis cum سعيد بن منصور consentiens, f. 40 v. Praeterea libri et librorum scriptores, nominibus non adjectis, citantur fere hi: الاقتصاد (ʿH.-Ch. 1042), f. 643 v. de visis somniorum a Deo immissis. صاحب الافعال (ʿH.-Ch. 1025), f. 214 r. de significatione verbi قانَ. الافهام (ʿH.-Ch. 1029), saepe. صاحب الامثال السائرة (ʿH.-Ch. 1255), f. 286 v. التوأدة, f. 643 v. de visis somniorum. جامع الاصول (ʿH.-Ch. 3869), saepe. كتاب السرّ: *Dicit El-Zerkeschi, Mâliko* (principi sectae Mâlikiticae) *tribui quod concubitum praeposterum licere statuerit. Contra ego* (inquit El-Demâmînî) *eum, qui istud ab illo dictum esse tradidit, improbe mentitum esse ajo. Ibn-Weheb: Adii, inquit, Mâlikum eique dixi istam sententiam ad ipsum referri. Minime vero, respondit, ac coranicum illud recitavit: Mulieres vestrae agri sunt vobis arandi* (Sur. 2, 223). *Atqui non arantur, inquit, nisi loca ad serendum idonea. Ceterum ista sententia ei in solo* كتاب السرّ *tribuitur, qui est liber obscurus* (كتاب مجهول), *unde scientem volentemque aliquid repetere nefas est*, f. 405 r. السمت الحسن, f. 643 v. de visis somniorum. صاحب العين, f. 513 v. de نكأ nil quam alia forma verbi نكى. صاحب الغريبين, f. 528 de interpretando loco traditionis. الفائق, commentarius in traditionem, saepissime citatus. الفردوس, f. 168 r. de veritate traditionis a Bochârio perversae. صاحب المحكم, f. 208 v., ubi in adnotationibus graviter reprehenditur, f. 223 v., 544 r. de verborum forma et significatione. مختصر الاستيعاب (ʿH.-Ch. I, p. 277, lin. 2 et 3), f. 184 v., 622 r. مختصر ربيع الابرار citatum in *El-Ifhâm*, f. 529 r. مرآة الزمان, f. 239 r. de nomine equi Muʿhammedis, f. 318 r. de nomine viri in traditione commemorati. مشكل الآثار, f. 168 r. de veritate traditionis a Bochârio perversae. المطالع, commentarius in traditionem, f. 200 v., 601 r. شرح المعالم scriptus ab ابن التلمساني, qui supra ex indice scriptorum excidit, f. 333 r. المعونة, f. 573 r. de التشميت, quod est officium ei qui sternutaverit bene precandi. المفهم, f. 115 v. de quodam verbo traditionis recte legendo, f. 131 v. de significatione verbi, f. 309 r. de quadam traditione aliam confirmante. المنتقى في ترجمة جابر بن, idque من تاريخ دمشق لابن عساكر عبد الله, i. e. in loco de vita Gâbiri Ibn-ʿAbd-allâh, (ʿH.-Ch. II, p. 131, lin. 3 et 4), f. 193 r. النهاية saepissime in commentario citata, f. 227 v. in adnotationibus cum nomine scriptoris: *Dixit Imâm-el-ʿharamein in El-Nihâje*; vid. Wüstenfeldii liber: *Die Academien der Araber*, p. 30 et 31. — Praeter codices, qui supra in indice scriptorum commemorati sunt, in adnotationibus aliquoties lectiones suppeditat نسخة العلامة, نسخة الفالي, نسخة مولانا الفالي, ut f. 134 v., 138 v., 325 v. — Tria illa, quae ab ipso initio dixi, diplomata licentiae in fine adjuncta eidem omnia *Ibrâhîm Pâschae*, praefecto Aegypti (sec. Hammerum A. Chr. 1669 — 1673), data sunt, primum ab ابو الضياء والنور علىّ الشبراملّسى, secundum ab احمد بن احمد بن محمّد بن احمد بن ابراهيم العجمى, tertium ab عبد القادر البغدادىّ بن عمر بن بايزيد بن الحاجّ احمد الاسلامبولىّ. Inde intelligitur, Ibrâhîm Pâscham coram compluribus doctoribus, inter quos tres illi erant, praelectionem El-Ssaʿhîʿhi instituisse, ita ut totum praelegeret ʿAbd-el-Qâdir Baghdâdensis ʿHanefita, item partem ejus Aʿhmed Ibn-el-ʿAgemî, partem ipse Ibrâhîm Pâschâ, ad interpretationem autem adhiberetur commentarius Schihâb-el-dîn Aʿhmed El-Qasthalânii; deinde absolutis praelectionibus Ibrâhîm Pâscham illos tres sibi diplomata licentiae dare jussisse. Horum igitur ipsa prima exempla habemus, quorum duo priora scripsit Aʿhmed Ibn-el-ʿAgemî, tertium ʿAbd-el-Qâdir El-Baghdâdî exeunte mense Gumâdâ posteriore A. H. 1082 (Chr. 1671). Quum autem quisque trium illorum doctorum lectionem et interpretationem El-Ssaʿhîʿhi usque ab ipso Bochârio accepisset, hanc traditionis seriem in suo quisque diplomate explicavit, Aʿhmed Ibn-el-ʿAgemî autem suo etiam breves indicationes de quatuor et viginti auctoribus suae *silsilae* subjunxit, sic inscriptas: هذه فوائد تتعلق برجال الاسناد على وجه الاختصار لتحفظ ويكون عليها الاعتماد, *Hae sunt indicationes ad auctores traditionis spectantes, in compendium redactae, ut eas retineas iisque confidas.* Sunt autem doctores hi: 1) الامام البخارى, nat. Bochârae d. 13 Schawwâli A. H. 194 (Chr. 810), mort. vigilia Bairâmi minoris A. H. 256 (Chr. 870), sepultus in oppido خرْتَنْك duabus parasangis a Maracandis distante. 2) ابو عبد الله محمّد بن يوسف الفِرَبْرى, nat. Ferebri s. Firebri, oppido ditionis Bocharicae, El-Ssaʿhîʿhum bis ab ipso Bochârio audivit, A. H. 248 (Chr. 862—3) Ferebri, A. H. 252 (Chr. 866 — 7) Bochârae. Novissimus eorum esse dicitur, qui lectionem El-Ssaʿhîʿhi ab ipso Bochârio acceperunt, quamquam El-Dhehebî منصور ابن محمّد البزدوى novissimum fuisse aït. El-Ferebrii discipuli fuerunt tres qui proxime sequuntur: 3) ابو اسحق

ابراهيم بن احمد المُسْتَمْلى, mort. A. H. 376 (Chr. 986—7). 4) ابو الهيثم محمّد بن مكّى الكُشْمِيهَنِى, cui nomen fecit oppidum natale in ditione Merwensi situm. 5) ابو محمّد عبد الله بن احمد بن حَمُّويَةَ*) السرخسى, Herâtae inquilinus, El-Ssa'hî'hum Ferebri ab El-Ferebrio audivit A. H. 366 (Chr. 976—7), mort. A. H. 381 (Chr. 991—2). 6) ابو الحسن عبد الرحمن بن محمّد بن المظفر الداودى, quod nomen ab avo Dâûd accepit, nat. A. H. 364 (Chr. 974—5), El-Ssa'hî'hum ab El-Serachsio audivit m. Ssafaro A. H. 381 (Chr. 991), mort. Bûschengi (بُوشَنْج), oppido Chorasanico, A. H. 467 (Chr. 1074 — 5). 7) السجزى, i. e. Segestanicus, nat. m. Dû'l-qa'de A. H. 458 (Chr. 1067), El-Ssa'hî'hum septennis audivit A. H. 465 (Chr. 1072—3), mort. A. H. 553 (Chr. 1158 — 9). Quo doctore usus sit, non est iudicatum. 8) الزبيدى, El-Ssa'hî'hum ab Abû'l-waqt 'Abd-el-awwel Ibn-'Îsâ Ibn-Scho'aib El-Herawî, discipulo El-Dâûdii, duodecim praelectionibus audivit, mort. Baghdâdi A. H. 631 (Chr. 1233 — 4). Ab hoc audiverunt duo qui proxime sequuntur: 9) ابو العبّاس احمد بن ابى طالب الصالحى الحجّار, mort. d. 15 Ssafari A. H. 730 (Chr. 1329). 10) ستّ الوزراء وزيرة بنت عمر بن اسعد التنوخيّة, filia Vezîri cujusdam, nata Tenûchi A. H. 624 (Chr. 1226 — 7), mort. A. H. 716 (Chr. 1316 — 7). 11) عبد الكريم الحموى الاصل القاهرى, i. e. Qâhirensis, cujus majores 'Hamâtenses fuerant, nat. A. H. 707 (Chr. 1307 — 8), El-Ssa'hî'hum ab A'hmed Ibn-Abî Thalib et Sitt-el-wuzerâ audivit, mort. mense Gumâdâ priore A. H. 791 (Chr. 1389). 12) ابراهيم التنوخى, Qâhirae inquilinus, nat. Damasci A. H. 709 (Chr. 1309 — 10), mort. mense Gumâdâ (non indicatum est utro) A. H. 800 (Chr. 1398). 13) الحافظ ابو الفضل احمد بن علىّ بن حجر العسقلانى, vulgo ابن حجر, nat. A. H. 773 (Chr. 1371 — 2), El-Ssa'hî'hum audivit a quatuor: ابو الحافظ ابو الفضل عبد الرحيم بن الحسين العراقى, عبد الرحيم بن عبد الوهّاب, محمّد عبد الله النيسابورى, ابو اسحق ابراهيم بن احمد البَعْلِى الحموى, mort. m. Dû'l-'higge A. H. 852 (Chr. 1448). 14) شيخ الاسلام زكريّاء الانصارى, Ibn-'Hagri discipulus, mort. m. Dû'l-'higge A. H. 926 (Chr. 1520) plus centum annos natus; cujus filius et discipulus الجمال s. جمال الدين يوسف mortuus est A. H. 984 (Chr. 1576 — 7); et hujus vicissim nepos et discipulus الاصيل المعمر محيى الدين بن ولى الدين بن جمال الدين يوسف mortuus A. H. 1043 (Chr. 1633 — 4), annos natus fere septem et octoginta. 15) شيخ الشافعيّة الشمس محمّد بن شيخ الشافعيّة الشهاب احمد بن حمزة الرملى الانصارى, discipulus Zekerijjâ El-Anfârii, mort. A. H. 1004 (Chr. 1595 — 6). 16) النجم s. نجم الدين محمّد بن احمد الغيطى الغيطى, ejusdem Zekerijjae discipulus, mort. m. Ssafaro A. H. 981 (Chr. 1573—4). 17) ابو النجا سالم بن محمّد عزّ الدين ابن محمّد ناصر الدين السنهورى, discipulus Negm-el-dîn El-Ghaithii, mort. A. H. 1014 aut 1015 (Chr. 1605 — 6 aut 1606 — 7). 18) برهان المحدّثين ابراهيم اللقانى المالكى, discipulus Sâlimi, mort. A. H. 1040 (Chr. 1630 — 1). 19) علىّ الحلبى, discipulus El-Schems El-Anfârii, mort. A. H. 1044 (Chr. 1634 — 5). 20) علىّ الاجهورى, discipulus ejusdem, mort. ineunte mense Gumâdâ priore A. H. 1066 (Chr. 1656). 21) محمّد الشوبرى, discipulus ejusdem, mort. m. Gumâdâ priore A. H. 1069 (Chr. 1659). 22) عمدة القرّاء سلطان المزاحى, discipulus Sâlimi, mort. d. 7 Gumâdae posterioris A. H. 1075 (Chr. 1665). 23) المحدّث محمّد البابلى, discipulus ejusdem, nat. A. H. 1000 (Chr. 1591 — 2), mort. d. 15 Gumâdae prioris A. H. 1077 (Chr. 1667). 24) المولى مرى الدين الدروزى, discipulus El-Gemâl Jûsufi, mort. m. Ramadhâno A. H. 1069 (Chr. 1658). — Ille Ibn-Hagr El-'Asqalânî, qui in hoc indice tertius decimus est, lectionem et interpretationem El-Ssa'hî'hi per tres vias (بثلاث طرق) i. e. per tres doctorum series, a Bochârio acceperat, quae in diplomate secundo, fol. 2 v. lin. 8 sqq , explicatae sunt. Idem commentarium in El-Ssa'hî'hum scripsit, quo quantopere gloriatus sit docet distichon ultimo codicis folio v. inscriptum:

ما قاله ابن الحجر فى شرح العينى على صحيح البخارى

شرحى الّذى سار فى الآفاق قاطبة

حتّى روى فضله الدانى مع القاصى

*) Sic per omnes consonas et vocales expressum est fol. 2 v. lin. 22. Hinc corrige illud حَمُويَة, quod supra pag. 455 lin. 7 effinxi ex حمّوية, ut est in margine ultimae paginae El-Ssa'hî'hi, lin. 12 ab inf.

وانت شرحك فى البيت اختليت به
شِبْهَ الذنوب التى يخلو بها العاصى

Epigramma Ibn-El-ʿHaǵri in El-ʿAinium El-Ssaʿhiʿhi Bochâriani interpretem.

Meus commentarius is est, qui omnes regiones ita pervasit, ut tam propinqui quam longinqui praestantiam ejus propagaverint. Tu vero cum tuo tibi commentario solus domi sedes, flagitiorum illorum simili, quibuscum peccator in solitudinem discedit Pro coronide hoc addimus, totum codicem summi faciendum praeter foll. 434 — 442 et margines passim detritos optime couservatum esse.

CLXXXI.

Codex arabicus latinus, fol., foll. 25, quo is, qui proxime antecedit, describitur a „*M. Georgio Jacobo Kehr, Schleusinga-Hennebergico, S. Theologiae et Linguarum Orientalium Studioso,*“ cui hoc doctrinae specimine probato Senatus Lipsiensis maudavit ut catalogum codicum arabicorum, persicorum, turcicorum conficeret, qui, ut hic ipse liber, ejus manu scriptus etiamnunc apud nos asservatur*). Folio 1 haec inscripta sunt: „*De Mohkhammedanorum Sonna, id est, Pandectis seu Corpore Juris Canonici ac Civilis generalia quaedam. Theses CCCL de Mohkhammedanorum Sacris, seu Cultu divino, v. g. oratione, templis, aliisque huc spectantibus, cum annotationibus nonnullis, ex antiquitatibus et ritibus Orientalibus.*“ Folio 2 haec: „*Q. D. B. V! Orientale Specimen triplicis argumenti, scilicet Catalogi, Recensionis et Versionis, e quodam linguae arabicae thesauro msto Mohkhammedanorum Traditiones, quae Sonna vulgo nominari solent, complectente elaboratum descriptumque, ubi* 1) *methodo in catalogis conficiendis usitata, Msti forma, foliorum numerus, ligatura, charta, lingua, scriptura seu characteres, inscriptio, auctor, scriba, aetas, argumentum universale, contenta quaedam, et reliqua notatu digna enarrantur;* 2) *passim ad modum recensionis librorum, illustrationis gratia quaedam fusius proponuntur, ac denique* 3) *textuum quorundam versio latina, non quidem juxta Latinismos, sed ad sensum Arabismi exprimendum accommodata exhibetur.*“ Folio 3 hoc specimen honorifica adlocutione arabica binis distichis, nimirum claudis, finita ad Senatum Lipsiensem defertur, folio 4 eadem latine reddita sunt. Literae arabicae generum ϑulϑi, jâqûtî, riʿhânî, minio scriptae et pulvere aureo conspersae, ad speciem orientalem proxime accedunt; in talibus enim multam operam consumserat multumque usum contraxerat Kehrius; sed rudi ridiculoque limbo foedantur, cujus maxima pars est crassa quaedam et lata crusta liquoris fulvi aurum male imitantis. Folio 5 incipit descriptio codicis, in qua Kehrius ut laudabilem industriam et haud contemnendam pro illa aetate linguae arabicae scientiam ostendit, ita longus, molestus, ambitiosus est, leviora et faciliora cupide amplificat, cetera aut celat, aut vix attingit, in utrisque autem saepissime errat et nugatur. Specimina argumenti inde a fol. 12 v. proposita ex libro de precibus petita sunt et trecentis quinquaginta locis totam precum rationem persequuntur. Passim admixtae sunt particulae orationis Bochârianae limbis rubris cinctae, ad dextram latine redditae. Fol. 16 r. — 17 v. interposita est enarratio „*de urbium orientalium plateis et foris, de foris Hhalebensibus, de diversoriis mercatorum orientalium s. de hospitiis publicis orientalibus, in quibus Carawanae seu mercatorum peregrinantium cohortes divertuntur* (الخانات), *de* القيساريّات, *i. e. fabricis Caesareis* *), *de Templorum orientalium, imprimis Mohkhammedicorum structura.*“ Harum rerum auctores Kehrius habebat Salomonem Negri Damascenum, quem fol. 14 v. venerandum suum praeceptorem appellat, et Carolum Rali Dadichi, Halebo-Antiochenum, ut est fol. 17 r. Conclusio fol. 25 r. haec est: *Reliqua circa peragendas Mohkhammedanorum preces diemque Veneris rite celebrandum observanda nunc praetereo, plura de hisce multisque aliis Moslemanorum superstitiosorum ritibus ac legibus alio tempore Excellentissimis et summe Venerandis Lectoribus traditurus. Interim haec pauca ut Maecenates Musarum Orientalium munificentissimi aequi bonique consulere ne dedignentur, hujusque scripti auctori porro ut benignissime succurrere velint, precibus exorantur submississimis, gratiae divinae commendati ab Ipsorum*

Lipsiae	*observantissimo et submississimo*
ex aedibus Bornholtinis	*M. Georgio Jacobo Kehr,*
in platea Nicol. d. XIII	*Silusia-Hennebergico.*
Martij, M.DCC.XXIII.	

CLXXXII.
[K. 4.]

Codex arabicus, fol. min., foll. 156 chartae solidissimae, char. neschi robusto cum plerisque vocalibus. Folia divisa sunt in كراريس, i. e. fasciculos denorum foliorum, ita ut summo folio decimo inscriptum sit بادى, i. e. الكرّاس الثانى, *fasciculus secundus*, vicesimo بالب, i. e. الثالث, *tertius*, et sic deinceps. Continet codex eam *partem El-Ssaʿhiʿhi Bochâriani*, quae in Cod. CLXXX a fol. 270 r. usque ad 351 r. pertinet, ab initio creationis per omnes patriarchas et prophetas usque ad Muʿhammedem decurrens in ejusque vita eo loco subsistens, qui est de Selmâno Persa ad illius sacra converso. Haec argumenta in duos libros distributa sunt: كتاب بدء الخلق fol. 1 v. sqq., et كتاب الانبياء fol. 23 v sqq., quamquam hoc quidem lemma tantum in margine apparet, ipsa oratio

*) *Catalogus Manuscriptorum Arabicorum, Persicorum atque Turcicorum Bibliothecae Senatoriae Lipsiensis, mense Majo A. C.* 1723. *inchoatus a M. Georgio Jacobo Kehr, Schleusinga-Franco.* 4°, pagg. 550, cum Indice pagg. 30.

*) „*Quae non multum differunt a fabrica Chanorum, nisi quod vice stabulorum et horreorum cubiculorumque nonnisi officinae reperiuntur, ubi omne genus texturae ex serico, lana, gossipioque ac tela conficitur.*“ Cf. Diss. mea de gloss. Habicht. pag. 39 et 40.

autem, ut in Cod. CLXXX fol. 280 v., tantum sic distincta est: بَاب خَلق ادَمَ صَلَوَاتُ اللهِ عَلَيهِ وَذُرِيتِهِ. Ultima verba cum subscriptione: قَالَ فترةٌ بَيْنَ عيسَى ومُحمد صلى الله عليه وسلم سِتُّ مايَةِ سنَة ثم يتلوه المَغَازِى نجز ثامن شَهر ربيع الاخر سنه اربع *) وسبعين وثمان مأية.
Absolutum igitur est hoc volumen, post quod ad librum de expeditionibus Muʿhammedis pergendum erat, d. 8 Rebiʿ posterioris A. H. 874 (Chr. 1469). Ultimae paginae crasso et titubante calamo superscriptum est: الحمد لله انهاه والذى قبله قراءة الشيخ الفاضل المفيد علم الدين محمد ابن سليمان بن سليمان بن خالد ثم بعد ذلك تمتع ابنه به على عبد الرحيم **) الديمى واجاز والحمد لله وحده,
Laus Deo. Curavit (Deus) *ut et hoc volumen et ea, quae hoc antecedunt, legerentur a Doctore eruditissimo et alios utilia docenti, ʿAlem-el-dîn Muʿhammed Ibn-Suleimân Ibn-Suleimân Ibn-Châlid; postea autem inde fructum cepit ejus filius, illa ʿAbd-el-raʿhîm El-Dîmio praelegens, cui eorum aliis praelegendorum facultatem dedit. Laus uni Deo.*— In pag. priore fol. primi is, qui codicem scripsit, nonnulla notavit, quorum primum est praeceptum de ordine resecandorum unguium versibus conceptum, argumento cum illo conveniens, quod retuli pag. 431 col. 1 inf. ***).

CLXXXIII.

[Ac. K. 133.]

Codex arabicus, fol. min., foll. 130, char. mauritanico diligentissime scriptus, adjectis plerisque vocalibus. Est *vigesimum idemque ultimum volumen El-Ssaʿhiʿhi:* السِّفْرُ الْمُوفِّى عِشْرِينَ مِنَ الْجَامِعِ الْمُسْنَدِ الصَّحِيحِ مِنْ حَدِيثِ رَسُولِ اللهِ صَلَى اللهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ وَسُنَنِهِ وَامُورِهِ وَايَّامِهِ تَأْلِيفِ الامَامِ الْحَافِظِ النَّاقِدِ ابِى عَبْدِ اللهِ مُحَمَّدِ بْنِ اسْمَعِيل الْجُعْفِى الْبُخَارِى رحمهُ اللّهُ تعالى, cujus inscriptionis fol. 1 r. positae pars prior usque ad الصحيح literis majoribus caeruleis cum vocalibus rubris, posterior literis minoribus itemque vocalibus rubris scripta est. In ceteris quoque librorum et capitum inscriptionibus color caeruleus et ruber et niger varie mixti sunt. Continet codex tres ultimos libros: كتاب التمنّى fol. 1 v. — 15 r., كتاب الاعتصام بالكتاب والسنّة fol. 15 r. — 52 r., كتاب التوحيد fol. 52 r. — 129 v., qui in Cod. CLXXX a fol. 667 v. usque ad finem pertinent. Fol. 129 v. et 130 r. et v. subscripta sunt haec: كَمَلَ السِّفْرُ الموَفِّى عشْرين مِنَ الْجَامِعِ الْمُسْنَدِ الصَّحِيحِ مِنْ حَدِيثِ رَسُولِ اللّهِ صَلَّى اللّهُ عَلَيْهِ وَسَلَمَ تَالِيفِ الشَّيْخِ الامَامِ الْحَافِظِ النَّاقِدِ ابِى عَبْدِ اللهِ محمد بْن اسْمَعِيل بْن ابْرٰهيم الْجُعْفى الْبُخَارِىّ رَحِمَهُ اللّهُ تَعَالَى ورضى عَنْهُ وَبتَمامِهِ تمّ جَمِيعُ الدِّيوَان بحمْد الله وَحُسْن عَوْنه عَلَى يَد كَاتِبِهِ عُبَيْد اللّهِ الْفَقِير اليْهِ الرَّاجِى عَفْوهُ والمثوبَة منْهُ مَلَيْهِ محمّد *) بْن محمّد بْن محمّد بْن احْمد القُرشى شُهِر الْمسدى **) نَفَعَهُ اللّهُ بِهِ واستعْمَلهُ بمقْتضاه بمنّه وَكَرمه وَغفر له وَلوَالدَيْه وَلجميع الْمسْلمينَ ولمن قال آمين وَكَانَ الْفرَاغ منْهُ يوْم الاحَد التاسع عَشر لشَهْرِ اللّهِ الْمحَرّم فَاتح عَام احد وَسَبْعين وثمانى مايه عرّف اللّهُ خيْرهُ وَصَلَّى اللّهُ عَلَى سَيِّدنا وَمَولانا مُحمّد وَعَلَى آلهِ وَصَحْبِه وسلم تَسْليمًا كَثيرًا دَايمًا الى يَوْم الدِّين.
Scripsit igitur codicem ʿObeid-allâh jussu Muʿhammed Ibn-Muʿhammed Ibn-Aʿhmed Qoreischitae, qui nomine El-Musdî notior erat, absolvit autem d. 19 Moʿharrami A. H. 871 (Chr. 1466). In margine fol. 130 r. alius, qui in marginibus ipsius codicis passim additamenta, emendationes, alias lectiones adscripsit, haec notavit: بلغت المقابلة والتصحيح باصل عتيق موجود فى آخره بخط الاصل بلغت المقابلة والتصحيح باصل الشيخ الفقيه الاستاد ابى

*) In codice siglum est, fere sic: لر. Confirmat lectionem quod subscriptum est: فى سمه ۷۴.

**) Nomen confuse scriptum, ut de lectione dubitare liceat.

***) Etsi Kehrium laude sua defraudare nefas duco, tamen, ne quis posthac temere ei fidem habeat, levitas et confidentia ejus uno exemplo demonstrandae sunt. Ex istorum versuum lemmate: فائدة فى تقليم الاظفار, *Utilis institutio de resecandis unguibus*, تقليم in تعليم mutato totius libri inscriptionem exsculpsit: „*Utilitas doctrinae de victoriis,*“ quam tamen cum illius argumento minus convenire recte intellexit. Illa vero, quae ultimae paginae superscripta sunt, ingeniosissimo homini haec suppeditarunt: „*Codex a filio Solimani ben Châled, Veziri Chalifae Abu-Dschaʿfar Al Mansori collectus esse videtur,*“ audacius in ipso catalogo: „*collectus est.*“

*) Sic in codice est, quamquam sensus postulat لمحمد vel بامر محمد.

**) Sic, non بالمسدى.

محمّد عبد الله ابن الحسن الانصاريّ القرطبيّ وذكر ابو محمّد المذكور انّه عارض كتابه مرّة وثانية بالاصل العتيق المسموع على ابى ذرّ المروىّ فصحّ والحمد لله على ذلك كلّه انتهى وذلك فى رابع ذى الحجّة الحرام من عام ٩٥٦ عرّف الله خيره وبركته, *Ad finem pervenit collatio et emendatio* (hujus codicis) *adhibito veteri exemplo, in cujus fine ab eadem manu, quae ipsum exemplum scripserat, haec notata erant: Ad finem pervenit collatio et emendatio adhibito exemplo Magistri Abû-Muʿhammed ʿAbd-allâh Ibn-El-ʿHasan El-Ansârî Cordubensis, Doctoris Theologiae et Jurisprudentiae, qui se librum suum semel et iterum cum veteri exemplo contulisse dixit, quod audiente Abû-Ðerr Merwensi praelectum atque ita emendatum esset. Laus Deo de his omnibus. Huc usque* (pertinet nota exempli, quocum hocce collatum est). — *Illud factum est d. 4 sacri mensis Ðû'l-ʿhiggae A. H.* 956 (Chr. 1549), *cujus* (anni) *eventus prosperos et salutares Deus definiat.*

CLXXXIV.

El-Ssaʿhîʿhi fragmentum, fol., foll. 10 chartae fulvae, char. neschi. Foliis madore infectis et postea compressis literae utrinque colorem deposuerunt, unde lectio difficilior facta est. Inter fol. 1 et 2 aliquid excidit, item inter fol. 6 et 7; reliqua recte se excipiunt. Prima verba: عَنْهُ أَنَّ رَجُلًا أَتَى ٱلنَّبِيَّ صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ يَتَقَاضَاهُ بَعِيرًا sunt ex باب هَلْ يُعْطَى اكبرَ مِنْ سِنِّهِ, Cod. CLXXX fol. 193 r. lin. 10. Totus inest كِتَابٌ فِى ٱللُّقَطَةِ, fol. 7 r. — 10 r. Sequitur كتاب فى ٱلْمَظَالِمِ والغَصْبِ, in cujus capite secundo fragmentum in haec verba exit: وَأَمَّا ٱلْكَافِرُ وَٱلْمُنَافِقُونَ فَيَقُولُ ٱلْأَشْهَادُ, Cod. CLXXX fol. 197 v. lin. 23.

CLXXXV.
[Pf. K. 101.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 318, a pluribus char. neschi et nestaʿlîq scriptus. Foliorum numerum eum posui, quem primum fuisse numeri a librario notati docent; sed exciderunt foll. 48 et 49, et 171 — 180. Ceterum in eo erravit librarius, quod a ٩٣ ad ٩٥ transiliit, ubi nihil excidisse et custos et sensus docent. Est *volumen primum commentarii Zein-el-ʿArabi in El-Masâbîʿh,* celeberrimum illud corpus traditionum ab *El-Baghawî* collectum. Totum hujus nomen fol. 2 r. lin. 13 et 14 hoc est: محيى السنّة وماحى البدعة ابو محمّد الحسين بن مسعود الفرّاء البغوىّ; interpretis, fol. 1 v. lin. penult. et ult.: علىّ بن عبيد الله ابن احمد المشتهر بزين العرب. Initium commentarii: الحمد لله المنعم بالنعم الجسام، المتمّم بالسنن العظام، ما شرع من الاحكام، Initium El-Masâbîʿhi: الحمد لله والسلام على عباده الّذين اصطفى، والصلوة التامّة الدائمة على رسوله المجتبى،. In praefatione interpres dicit, tertium hunc commentarium medium esse inter brevitatem primi et prolixitatem secundi a se antea in eundem librum editorum; item eum medullam aliorum commentariorum omninoque librorum de disciplina traditionali scriptorum aut eam illustrantium continere, ex quibus enumerat فايق, الغريبان للهروىّ, شرح السنّة للبغوىّ, نهاية ابن الاثير الجوزىّ, صحاح الجوهرىّ, الزمخشرىّ. Non totam continuamque El-Baghawii orationem refert, sed particulis inde decerptis et per قوله inductis interpretationem subjungit, idque saepe ita, ut primum aliorum sententias ponat, deinde per اقول suam adjiciat. Continet hoc volumen novem libros: 1) كتاب الايمان fol. 11 r. — 77 v. 2) كتاب العلم fol. 77 v. — 88 v. 3) كتاب الطهارة fol. 88 v. — 114 v. 4) كتاب الصلوة fol. 114 v. — 190 v. 5) كتاب الجنايز fol. 190 v. — 204 r. 6) كتاب الزكوة fol. 204 r. — 223 v. 7) كتاب الصوم fol. 223 v. — 244 v. 8) كتاب الدعوات fol. 244 v. — 278 v. 9) كتاب الحجّ fol. 278 v. — 318 r. Hi libri in capita (ابواب) divisi sunt, praeter secundum; certe nulla in eo indicata inveni. Finis: وقنسرين بلد بالشام بكسر القاف ونون مشدّدة بفتح وتكسر والله اعلم. Absolutus est codex ineunte Ǵumâdâ posteriore A. H. 1052 (Chr. 1642). Olim a Scheich Suleimân Efendî, paraeneta templi primarii Budensis, huic legatus est *).

*) Hic liber in scholis nomine scriptoris *Zein-ul-ârab* appellari solet; hinc interpretandum quod folio 1 r. inscriptum est: زين العرب شرح مصابيح, *Zein-ul-ʿarab, commentarius in El-Masâbîʿh,* et schedae tegumento anteriori agglutinatae: جلد الاول من شرح المصابيح زين العرب, *Volumen primum commentarii in El-Masâbîʿh, Zein-ul-ʿarabi.*

CODICES DE RATIONE STUDIORUM THEOLOGICORUM.

CLXXXVI.

[Ac. K. 60.]

Codex arabicus, 4°, foll. 205, char. nestaʿlîq.

1) Fol. 1 v. — 25 v. *Burhân-el-dîn El-Zernûgii Taʿlîm-el-muteʿallim thariq-el-teʿallum* (ʿH.-Ch. 3134), primum a Relandio editum: *Enchiridion Studiosi, arabice conscriptum a Borhaneddino Alzernouchi, cum duplici versione latina, altera a Friderico Rostgaard sub auspiciis Josephi Banese, Maronitae Syri, Romae elaborata, altera Abrahami Ecchellensis. Ex Museo Rostgardiano edidit Hadrianus Relandus. Traj. ad Rhen. MDCCIX.* 8° *min. XII et pagg.* 250. Secundum a Caspario: *Borhân-eddini Es-Sernûdji Enchiridion Studiosi. Ad fidem editionis Relandianae nec non trium codd. Lipss. et duorum Berolinn. denuo arabice ed., lat. vert., praecipuas lectt. varr. et scholia Ibn-Ismaëlis selecta ex cod. Lips. et Berolin. adjecit, textum et scholia vocalibus instruxit et lexico explanavit Carolus Caspari, Dessaviensis. Lips. MDCCCXXXVIII.* 4° *maj. XIV et pagg.* 48 *arab. et* 82 *lat.* Hoc exemplum apud Casparium est La.; vid. praefat. pag. IX, adnot. 2. Scriptio a Zekerijjâ Ibn-el-ʿHâgî Musthafâ Fetʿh-allâh Ibn-Aʿhmed absoluta est d. 1 *Δ*û'l-qaʿdae A. H. 1050 (Chr. 1641).

2) Fol. 26 v. — 37 r. *Ejusdem libri versus separatim exscripti et translatione turcica interlineari instructi,* qui apud Casparium Vss. appellantur, et post eos *quinque disticha arabica libri Ghazâliani Ejjuhâ'l-weled eodem modo translata.* Haec in editione Hammeriana inveniuntur pag. 9, ubi ضايع priori hemistichio restituendum est; pag. 13 et 14, ubi in primo hemistichio pro الليل legendum est ليل, in secundo disticho non post لما interpungendum, sed post عاشقا; pag. 28, ubi pro عداك leg. est عاداك. Scripta est haec pars, id quod ex specie literarum constat, ab eodem, qui duas sequentes scripsit, fortasse filio ejus, qui primam.

3) Fol. 38 v. — 120 v. *Idem liber cum commentario arabico Ibn-Ismaëlis Turcae,* qui eum A. H. 996 (Chr. 1587—8) pueris sacri palatii Constantinopolitani, qui *Iċoghlânlar* appellantur et ad ministeria aulica educantur (non „eunuchis Haremi Sultanici," ut est in ʿH.-Ch. latine reddito, II, pag. 325, lin. 17), scripsit et Murâdo III dedicavit. Hoc exemplum apud Casparium est Lc., atque ex eo et codice bibliothecae regiae Berolinensis, qui apud eum est Bb. (vid. praefat. pag. X, adnot. 1), scholia sua delegit. Scriptionem absolvit Ibrâhîm Ibn-ʿHâg-Zekerijjâ Efendi in قصبهٔ ويسوقه تابع سراى, i. e. Wisocae, oppido sito in jurisdictione Serâji, quae est urbs primaria Bosniae, m. Gumâdâ posteriore A. H. 1072 (Chr. 1662).

4) Fol. 121 v. — 205 r. *Jaʿqûb Ibn-Sejjid-ʿAlii adnotationes ad illum commentarium in praefationem El-Misbâʿhi, qui est in Cod. XVII,* 2. Eaedem adnotationes, sed non integrae, sunt in Cod. XXVII, 1, et XXVIII. Praefatio ipsarum adnotationum, quam praemittit Cod. Dresd. 152*), in hoc exemplo omissa est; initium fit, ut in Cod. Dresd. 246, ab exordio commentarii: الحمد لله الذى لا يبلغ كنهه جاد، . Finem vide pag. 343 col. 2 lin. 31 sqq. Sequitur haec subscriptio: تمّ شرح هذه الاوراق، بعون الملك الرزّاق، مع تأليفه وترتيبه على يد افقر عباد الله العلى، يعقوب بن سيّد علىّ، غفر (l. عفا) الله تعالى عنهما مع المسلمين اجمعين، آمين، يا ربّ العالمين، . Scriptionem idem ille Ibrâhîm Ibn-ʿHâg-Zekerijjâ absolvit d. 22 Reģebi A. H. 1074 (Chr. 1664).

CLXXXVII.

[Ac. K. 61.]

Codex arabicus, 8° min., foll. 145, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 45 r. *Burhân-el-dîni Taʿlîm-el-muteʿallim.* Cf. Cod. CLXXXVI, 1. Hoc exemplum apud Casparium est Lb.; vid. praefat. pag. IX, adnot. 2.

2) Fol. 46 v. et 47 r. Duo disticha turcica et quatuor dicta Muʿhammedis.

3) Fol. 48 v. — 145 r. *Munjet-el-mufallî we-ghunjet-el-mubtedî;* cf. Cod. Dresd. 44. Initium: الحمد لله ربّ العالمين، والعاقبة للمتّقين، والصلوة والسلام على رسوله محمّد وآله اجمعين، اعلموا وفّقكم الله تعالى وايّانا انّ انواع العلوم كثيرة واهمّ الانواع بالتحصيل مسائل الصلوة. Argumentum: Fol. 49 r. et v. Precatio est فريضة 1) بالكتاب, secundum Coranum, 2) بالسنّة, secundum instituta prophetica, 3) باجماع الامّة, secundum consensum totius ecclesiae muʿhammedanae. Fol. 49 v. — 108 v. Precatio habet

---

*) Ea sic incipit: الحمد لله الذى اعرب تركيب الكائنات من برج كاف ونون، وبنى الافلاك المرفوعة على الحركة والارض المنخفضة على السكون، , quae verba exemplum praebent recentioris artificii, ut in exordium verba illigentur ambigua, ex ipso libri argumento repetita idque oblique indicantia, quae ita cum laudibus Dei et Prophetae conjuncta illustrantur et quasi consecrantur; qualia hic sunt اعرب, تركيب, كاف ونون, بنى, المرفوعة, الحركة, المنخفضة, السكون. — Deinde: وبعد فيقول العبد الضعيف، المذنب اللهيف، يعقوب بن سيّد علىّ، عفا عنهما الملك العلىّ، هذه فوايد قد قيّدتها على شرح ديباجة المصباح الخ.

1) فرائض وارکان وواجبات وسُنن وآداب, 2) شرائط قبلها وكراهية ومناهى فيها. Praemittenda illa شرائط sunt sex: a) fol. 49 v. — 89 v. الطهارة من الحدث, b) fol. 89 v. — 99 r. من الانجاس s. الطهارة من النجاسة, c) fol. 99 r. — 101 r. ستر العورة, d) fol. 101 r. — 103 v. استقبال القبلة, e) fol. 103 v. — 106 r. الوقت, f) fol. 106 r. — 108 v. النيّة. Fol. 109 r. — 116 v. Octo sunt فرائض الصلوة, sex non controversa, على الوفاق, duo controversa, على الخلاف. Non controversa: a) fol. 109 r. — 110 r. تكبيرة الافتتاح, b) fol. 110 r. — 112 v. القيام, c) fol. 112 v. et 113 r. القراءة, d) fol. 113 r. — 114 r. الركوع, e) fol. 114 r. — 115 r. السجود, f) fol. 115 r. — 116 r. القعدة الاخيرة مقدارَ التشهّد (explicatius ab initio capitis: القعدة الاخيرة وقدرُ الفرض مقدارُ قراءة التشهّد. Controversa: g) fol. 116 r. et v. الخروج بصنعه (Cod. Dresd. 44: الخروج بصنعه من الصلوة, explicatius ab initio capitis: الخروج من الصلوة بفعل المصلّى), h) fol. 116 v. تعديل الاركان *). Fol. 117 r. — 123 r. فصل فى صفة الصلوة, de iis quae per totam precationem facienda et dicenda sunt. Fol. 123 r. — 127 v. فصل فيما يكره فعله فى الصلوة وما لا يكره. Fol. 127 v. et 128 r. فصل فى السنن. Fol. 128 r. — 132 r. فصل فى النوافل. Fol. 132 r. — 136 r. فصل فيما يفسد الصلوة. Fol. 136 r. — 141 v. فصل فى سجود السهو. Fol. 141 v. — 145 r. فصل فى زلّة القارئ. Haec in praefatione repetita esse dicuntur ex scriptis antiquorum et probatissimis libris recentiorum, ut *El-Hidâje*, *El-Mo'hyth*, *Schar'h-El-Isbigâbi*, *El-Ghunje*, *El-Multaqath*, *El-Dachire*, *Fetâwâ-Qâdhi-Chân*, ejusdem *El-Gâmi'ân*. Finis: ولو قرأ والقمر اذا تلّيها او قرأ اغعبّينا بالتشديد لا تفسد صلوته.

CODICES DE DOCTRINA FIDEI.

CLXXXVIII.

[Ac. R. 156.]

Codex arabicus, 8° lat., foll. 88 chartae orientalis partim albae, partim fulvae, char. nesta'liq. Fol. 1 r. et v. et 86 r. alii alia notarunt, fol. 1 v. et 2 r. is, qui reliquum librum scripsit, ex pluribus scriptoribus locos ad interpretanda El-'Aqâïd spectantes excerpsit.

1) Fol. 2 v. — 85 v. *El-Teftâzânii commentarius in Neğm-el-dîn 'Omar El-Nesefii El-'Aqâïd*, i. e. compendium scholasticum articulorum fidei sunniticae; vid. Herbel. s. v. *Nassafi* No. 2, et Muradgea d'Ohsson a Beckio transl. I, p. 41 et 42. Initium: الحمد لله المتوحّد بجلال ذاته وكمال صفاته. Interpretatio orationi in particulas diremtae interposita est et ipsa undique adnotationibus stipata, quarum auctores fere hi indicati sunt: افضل زاده, حاجى باشا, حضره شاه (sic fol. 38 v., sed fol. 2 r., ubi eadem adnotatio exscripta est, خضر شاه), خيالى چلبى, مراجى, قريمى, قره كمال, صلح الدين, شيخ شهاب, رمضان, نكسارى, مولانا زاده (pro quo saepius simpl. زاده). Finis: فلا دلالة على افضليّة الملائكة. Scriptio absoluta est m. *Dû'l-qa'de* A. H. 844 (Chr. 1441).

2) Fol. 86 v. — 88 v. *Metni-'Aqâïd*, i. e. oratio El-Nesefii nuda, praeter aliquot interpretamenta interlinearia et emendationes aliasque lectiones in marginibus positas. Initium: الحمد لله على نوالد' والصلوة على محمّد وآله' قال اهل الحقّ حقايق الاشياء ثابتة والعلم بها متحقّق **) خلافا للسوفسطائيّة. Finis: ورسل البشر افضل من رسل الملائكة ورسل الملائكة افضل من عامّة البشر وعامّة البشر افضل من عامّة الملائكة.

CLXXXIX.

[R. 252.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 83, char. nesta'lîq: *idem liber, qui est in Cod. CLXXXVIII*, 1, eodem modo adnotationibus stipatus. Praeter nonnullos adnotatorum illic nominatorum hic apparent احمد, شمس الدين, عوض (puto عوض), كستلى. Scriptio absoluta est Ğumâdâ priore A. H. 960 (Chr. 1553).

CXC.

[Ac. R. 159.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 153, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 86 r. *Kitâb ezhâr-el-raudhât fî*

---

*) Cf. de hac dictione Casparii Lex. ad Enchir. Stud. s. v. عدل. Hujus officii auctor solus Abû-Jûsuf est, nixus dicto Mu'hammedis: لا تجزى صلوة لا يقيم فيها الرجل صلبه فى الركوع والسجود, *Nullum praemium meret precatio in qua corpore ad genua inclinato et humi prostrato lumbi non teneantur recti et immoti.*

**) Habes *realismum* Scholasticorum, *nominalismo* oppositum.

schar'h raudhât-el-ǵennât fi usûl-el-i'tiqâdât *), Flores viridariorum, commentarius in Viridaria paradisi de primariis articulis fidei, quorum librorum utrumque scripsit *Kâfi El-Aq'hisâri*; vid. 'H.-Ch. 853, et Catal. Dresd. 177, 2. Secundum subscriptionem rudimentum Viridariorum paradisi fecit ultimo Reǵebo A. H. 1006 (Chr. 1598), expolivit autem in expeditione, qua Strigonium (*Gran*) expugnatum est, ineunte Ǵumâdâ priore A. H. 1014 (Chr. 1605; vid. Hammeri Hist. osman., ed. 2, tom. 2, pag. 687 sq.), quamquam propter consultationes cum Mu'hammed Pâschâ, summo Vezîro, de administranda oppugnatione et gubernando exercitu plurimis negotiis et curis distringebatur. Commentarii rudimentum perfecit Essecii (بقلعة اوسك, *Essek*) post reditum a Strigonio expugnato, ineunte Reǵebo ejusdem anni, expolivit autem Aq'hisâri ultimo Schawwâlo A. H. 1015 (Chr. 1607). Initium commentarii: الحمد لله قديم الذات والصفات، عديم المثل والنظير من الممكنات، . Initium ipsius libri: الحمد لله الّذى هدانا للعلم والايمان، ونهانا عن الكفر والعصيان، . Priora compendia palmaria ejusdem disciplinae fol. 5 v. et 6 r. haec enumerat: 1) *El-Fyqh el-ekber li-Abi-'Hanife*, 2) *'Aqâïd-El-Tha'hâwi*, proprio nomine *Bejân-el-sunne we'l-ǵemâ'a*, 3) *'Aqâïd-'Omar El-Nesefi*, 4) *'Aqâïd Abi-'Abd-allâh Mu'hammed Ibn-Jûsuf El-Senûsi El-'Hoseini*, doctoris Mâlikitae, 5) *'Aqâïd Naqâjet-Ǵelâl-el-din El-Sujûthi*, doctoris Schâfi'itae. Ex his igitur scriptor sua repetiit, argumentationem ex principiis, quae illis deest, adjecit, adversariorum et haereticorum objectiones et ratiocinationes exclusit. Quum autem Mu'hammed a Gabriele de natura et argumentis fidei interrogatus fidem id esse responderit, ut credatur in Deum, Dei angelos, libros, legatos, diem extremum, resurrectionem mortuorum, decretum fatale: praemissa his septem capitibus definitione et explicatione fidei octo libri *raudhât* s. viridaria facta sunt: 1) Fol. 8 r. — 18 v. فى حقيقة الايمان واصله, 2) Fol. 18 v. — 38 v. فى الايمان بالله, 3) Fol. 38 v. — 42 r. فى الايمان بالملائكة, 4) Fol. 42 r. — 46 r. فى الايمان بكتبه, 5) Fol. 46 r. — 64 r. فى الايمان برسله, 6) Fol. 64 r. — 71 v. فى الايمان باليوم الآخر, 7) Fol. 71 v. — 78 r. فى الايمان بالبعث بعد الموت, 8) Fol. 78 r. — 86 r. فى الايمان بالقدر. Finis: والصلوة على رسوله محمّد هادى الامّة وكاشف الغمّة وعلى آله وصحبه كبار الئمّة وخيار الامّة. His verbis ipse liber exit; nam interpretatio iis non est adjecta. Verum sequuntur illa de temporibus scripti libri et commentarii, quorum medullam supra dedimus.

2) Fol. 87 v. — 150 v. *Kitâb nûr-el-jaqîn fi usûl-el-din*, Lux certitudinis de principiis religionis, commentarius ejusdem *Kâfii* in articulos fidei El-Tha'hâwii. Initium commentarii: الحمد لله الّذى وجب وجوده وتقدّست ذاته, ipsius libri: هذا ذكرُ بيان السنّة والجماعة، نقول فى توحيد الله معتقدين بتوفيق الله انّ الله واحد. In disciplina principiorum religionis, inquit interpres, post Prophetam et socios ejus subinde dubitationes, falsae opiniones, errores, inde autem tres et septuaginta illae sectae exstiterunt, quas ad exemplum unius et septuaginta judaïcarum ac duarum et septuaginta christianarum inter suos orturas esse ipse Propheta praedixerat. Deus vero ecclesiae mu'hammedanae semper viros doctos, sincerae fidei vindices, impertivit: in his *El-Imâm Abû-Ǵa'far A'hmed Ibn-Mu'hammed Ibn-Selâme El-Ezdi El-Tha'hâwi* *), qui doctrinam propagavit auctorum probatissimorum, ut Abû-'Hanîfae et duorum ejus discipulorum, Abû-Jûsuf Ja'qûb Ibn-Ibrâhîm El-Ansârii et Mu'hammed Ibn-El-'Hasan El-Scheibânii. Illius viri egregium librum de principiis religionis, *'Aqâïd-El-Tha'hâwi*, quum complures interpretati essent, Aq'hisârensis ex optimis ejus interpretibus optima quaeque selegit et hoc libro comprehendit, quem sub obsesso Strigonio conscriptum et biduo ante expugnationem d. 18 Ǵumâdae prioris A. H. 1014 (d. 27 Sept. A. Chr. 1605) finitum Mu'hammed Pâschae, summo Vezîro, urbis expugnatori, dedicavit. Liber El-Tha'hâwii formam confessionis fidei habet; singula ejus capita sic incipiunt: dicimus, credimus, negamus, al., aut simpliciter hoc illud verum (حقّ) esse edicunt. Finis ejus: وبالله العصمة والتوفيق. Finis commentarii: وبالله التوفيق نعم المولى ونعم الرفيق والهداية فى البداية والنهاية والحمد لله ربّ العالمين والصلوة على محمّد وآله وصحبه اجمعين. Rarius et in hoc libro et in superiore adnotationes arabicae et turcicae marginibus inscriptae aut lineis interpositae sunt, in iis interpretationes turcicae verborum arabicorum repetitae ex *Achterí* et *Terǵumâni-Ssi'hâ'h*, i. e. Lexico Ǵauhariano a Wân-qûlî turcice reddito, quod saepe per compendium sic scriptum est: ترجمان ص. — Fol. 1 r. et foll. 151 — 153 aliquis arabica persica, turcica notavit, inter quae fol. 151 v. et 152 v. sunt quae ad ipsius vitam, liberos natos et mortuos, al. spectent. Nam ut nostrates bibliis suis et

*) Pro *fi usûl-el-i'tiqâdât* fol. 1 v. inscriptum est *fi ilm-el-tau'hîd we'l-sifât*; sed fol. 8 r. lin. 12 nomen in ipso libro illo modo indicatum est, haec autem verba, *fi ilm* sqq., in commentario explicationis causa adjecta sunt.

*) De tempore ejus mortui, A. H. 321 (Chr. 933), et hic, fol. 88 r. lin. 16, et supra, fol. 5 v. lin. penult., cum Ibn-Challikâno, ed. Wüstenf., Vit. ٣٣, consentit; sed de anno natali et cum illo et secum ipso pugnat, quoniam fol. 5 v. lin. antepenult. A. H. 231 (Chr. 845—6), secundum alios A. H. 220 (Chr. 835) indicat, fol. 88 r. autem A. H. 239 (Chr. 853—4).

canticorum libris, ita Muʿhammedani quibuslibet codicibus capita eventorum familiarium inscribere solent.

CXCI.

[Pf. K. 104.]

Codex arabicus, admixtis persicis et turcicis, 4°, foll. 178, quamquam duo ultima aliunde accesserunt, char. neschi et nestaʿlîq. Olim templo primario Budensi ab eodem Suleimân Efendî, quem in Cod. CLXXXV commemoravimus, legatus est. Postea is, qui eum Pfeiffero donavit, Engelbertus de Burg D., Consiliarius Saxonicus et illo tempore Mauritii Wilhelmi, Principis Saxonici, Administratoris Episcopatus Naumburgensis, ad Imperatorem Ablegatus, ut ipse primo folio inscripsit, Budam d. 2 Sept. A. Chr. 1686 expugnatam quinque diebus post ingressus hunc inter alios librum permissu Praefectorum Caesareanorum e bibliotheca Muftii sumsit, qui ipse mediam frontem glande plumbea ictus *„instar alterius Archimedis inter innumeram fere librorum et manuscriptorum suorum a literarum imperito milite dilaceratorum et dissipatorum catervam quasi sepultus inveniebatur. Vir, uti ex lineamentis exanimati poterat colligi, cultu venerabilis et comitate gravitate mixta conspicuus fuerat."* Fol. 1 v. — 26 r. et 67 v. — 75 v. varia arabica, persica, turcica, imprimis Muʿhammedis aliorumque dicta excerpta ex *Qût-el-qulûb*, *El-Futûʿhât el-mekkijje*, *Iʿhjâ-el-ʿolûm*, *Neschr-el-maʿhâsin*, al. Fol. 17 r. et v. *Kitâb-el-ghâlib we'l-maghlûb Aristotelicus*, arab. (cf. Cod. X, 3), repetitus ex libro ترخية المتقرّحين ومنادمة المتفرّعين.

1) Fol. 26 v. — 67 v. *Kitâb esmâ-Allâh taʿâlâ*, commentarius arabicus in dictum illud propheticum de undecentum nominibus divinis, cujus initium relatum est pag. 418 col. 1 lin. 29 et 30, ita tamen ut hic recte sit لله pro اللّه. Illud قد سبق الكلام فى شرح الاحصاء فى اوّل الباب, fol. 56 v. lin. 3 et 4, quo locus ab initio commentarii fol. 28 v. lin. 4 sqq. indicatur, docere videtur, hoc caput esse ex majore libro decerptum. De auctore non constat, quamquam illud وقد حقّقنا القول فيه فى شرح التبيان, fol. 31 r. lin. 13 et 14, eum subindicat, qui unus apud ʿH.-Ch. II, p. 184 lin. penult., librum, cujus nomen a *Tibjân* incipit, interpretatus esse dicitur, i. e. *ʿAli Ibn-ʿÎsâ*. Loci de nominibus singulis, ut القدّوس, aut binis, ut القابض الباسط, السميع البصير, الرحمن الرحيم, aut trinis, ut الخالق البارئ المصوّر, aut quaternis, ut الاوّل الآخر الظاهر الباطن, plerumque binas partes habent: unam de varia nominum interpretatione et acceptione, de speciebus ad quas referenda sunt, de iis quae homines per ea docentur, monentur, jubentur; alteram de *Abû'l-Qâsim El-Qoscheirii* uberiore eorum explicatione. In priore quaque parte se Beidhâwium sequi scriptor in conclusione fol. 66 v. lin. 17 sqq. profitetur his verbis: *Viri accuratae et firmae doctrinae de his nominibus multos libros appendicibus et auctorum indicibus instructos* (ذات ذيول واطراف) *scripserunt, quorum medullam mirifice coegit El-Qâdhi* (Beidhâwî). *Hujus igitur orationem, utpote quae rerum capita et fines optime comprehenderet, non mutatam referre visum est; ubi autem res postulabat, nonnulla eorum, quae ille brevitatis causa omiserat, ex oratione Doctoris Abû'l-Qâsim El-Qoscheirii adjecimus.* Hujus duo libri citantur: مفاتيح الحجج, fol. 27 v. lin. 18 et 19, et شرح اسماء اللّه الحسنى, fol. 29 v. lin. 19 *). Mysticae theologiae haud minimae in hoc commentario partes sunt; theurgicae nugae, quas supra in talibus vidimus, plane absunt. Finis:

لا يتمّ جوابا ولا يدفع التناقض واللّه سبحانه وتعالى اعلم.

2) Fol. 76 v. — 175 v. *Abû-Bekr ʿAbd-allâh Ibn-Muʿhammed Ibn-Schâhâwer El-Esedi El-Râzii Menârât-el-sâïrîn ilâ-Allâh we-maqâmât-el-thâïrîn billâh*, Phari ad Deum proficiscentium et stationes ad Deum appropinquantium, de variis gradibus dignitatis et perfectionis, ad quos natura humana divinae se assimilans escendit. Initium: الحمد للّه المتوحّد فى ذاته، المتفرّد فى صفاته، المبدع فى مبدعاته، المبدئ فى مخترعاته،. In praefatione scriptor dicit, quum ante plus triginta annos *Mirṣâd el-ibâd min-el-mebdâ ilâ'l-maʿâd*, librum ejusdem fere argumenti, persice scripsisset, se jam precibus amicorum hunc arabicum dedisse: cujus omnes partes indicantur fol. 77 v. et 78 r. Capita, ابواب, subdivisa sunt in sectiones, فصول. Ingressio, فاتحة الكتاب, fol. 78 r. — 80 v., de Deo, de partibus et gradibus rerum et naturarum creatarum, maxime de natura humana. Capita: 1) Fol. 80 v. — 84 v. de statione cognitionis, فى مقام المعرفة. 2) Fol. 84 v. — 88 r. de statione confessionis unius Dei, فى مقام التوحيد. 3) Fol. 88 r. — 107 r. de statione prophetiae, فى مقام النبوّة. 4) Fol. 107 r. — 115 r. de statione sanctitatis, فى مقام الولاية. 5) Fol. 115 r. — 121 v. de statione hominis, فى مقام الانسان. 6) Fol. 121 v. — 124 v. de statione chalifatus hominum propria (qua homines in terra Dei vices gerunt), فى مقام الخلافة المختصّة بالانسان. 7) Fol. 124 v. — 127 v. de stationibus hominis ad Deum redeuntis, فى مقامات الانسان عند رجوعه الى ربّه. 8) Fol. 127 v. — 137 r. de stationibus animi et cognitione ejus, فى مقامات النفس ومعرفتها. 9) Fol. 137 r. — 151 v. de cognition[e]

---

*) قال الشيخ ابو القسم القشيرىّ فى الهاجيب (sic) فى شرح اسماء اللّه الحسنى. Inter ceteros qui citantur est التوربشتى ille, quem pag. 458 commemoravi; sed hic fol. 27 v. lin. 5 النّوربشْتى et fol. 67 r. lin. 1 النوربشتى scriptum est.

cordis et stationibus ejus, dum lustratur, في معرفة القلب ومقاماته في التصفية. 10) Fol. 151 v. — 175 v. de cognitione spiritus et gradibus ejus, في معرفة الروح ومقاماته, quod caput prope a fine abruptum est in his verbis: ومن رخّص السماع للمريدين فكانت رخصته على سبيل

Fol. 176 r. et v. arabica ex شرح شرعة الاسلام excerpta de precibus, auguriis ex Corano petendis, negotiis rite et prospere auspicandis. Fol. 177 et 178 duo folia ex calendario poëtico *Ssolʿh-el-dini* evulsa, de quo dixi in Catal. Dresd. No. 77. Fusius de eo exposuit Hammerus in Hist. poes. osman. I, pag. 73 — 89 *). Continent haec duo folia partem ultimi capitis mensis Schubâth, quo docetur quid quinque et viginti phaenomena ab initio poematis enumerata illo mense portendant; supersunt autem finis secundi, tertium et quartum et quintum integra, inscriptio sexti, vigesimum secundum et tertium et quartum et quintum integra. Accedit inscriptio loci sequentis de mense *Âder* cum tribus primis distichis.

CXCII.

[Ac. K. 165.]

Codex arabicus turcicus, 8° max., foll. 119, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 55 v. *Kitâb aʿhwâl-el-qyjâme*, arab., qui idem est in Codd. Dresd. 118, 159, 201. Initium post besmelam: وقد جاء في الخبر انّ الله تعالى خلق شجرة ولها اربعة اغصان تسمّاها شجرة اليقين. Divisus est liber in duodequinquaginta capita, ابواب, de quorum argumentis summatim dixi in Catal. Dresd. ad Cod. 118. In hoc exemplo, ut in reliqua parte arabica hujus codicis, adnotationes turcicae lineis interpositae sunt. Finis: ثمّ يصير طعامهم وشرابهم رشحا كريح المسك يخرج من اجسادهم صدق رسول الله وهو حبيب الله. Scriptio a Musthafâ Rhodio (الردوسىّ) absoluta est A. H. 1061 (Chr. 1650—1).

2) Fol. 56 v. — 60 r. *Kitâb el-wasijje li'l-Imâm el-aʿzham Abi-ʿHanife*, arab., qui idem est in Codd. Dresd. 198, 14, et 201, 6 (ubi in Catalogo meo pro 13 scribe sis 14). Initium post solitum exordium formae simplicissimae et libri nomen: عن امام الائمّة الخ ابى حنيفة نعمان ابن ثابت رضى الله عنه وارضاه على اعتقاده ومذهب اهل السنّة والجماعة لمّا مرض امام المسلمين مرضا شديدا الخ.

Capita fidei sunniticae, ut in Cod. Dresd. 201, duodecim enumerantur. Finis: وفى حقّ الكفّار اولئك اصحاب النار هم فيها خالدون.

3) Fol. 60 v. — 67 r. *Institutio Muʿhammedis ab Ibn-ʿAbbâs tradita de rebus ultimis*, a primo tubae clangore incipiens, in deliciis beatorum desinens *), arab. Initium: روى ابن عبّاس عن رسول الله صلّى الله عليه وسلّم صلّى صلوة الصبح اسند ظهره الى المحراب واقبل علينا بوجهه الخ. Finis: لكم الدنيا والآخرة بفضل الله عزّ وجلّ، اللهمّ ارزقنا الجنّة ونعيمها بفضلك يا حنّان برحمتك يا ارحم الراحمين.

4) Fol. 67 r. — 72 v. *Abû-ʿHanîfae El-Fyqh-el-ekber*, arab., qui idem liber est in Cod. Dresd. 198, 13. Initium: قال ابو حنيفة رحمة الله عليه اصل التوحيد وما يصحّ الاعتقاد عليه يجب ان يقول آمنت بالله الخ. Finis: وسائر علامات يوم القيمة على ما ورد به الاخبار الصحيحة حقّ كائن والله يهدى من يشاء الى صراط مستقيم.

5) Fol. 72 v. — 74 v. Preces arabicae et confessio fidei turcica, quae ايمان دعاسى appellatur.

6) Fol. 75 v. — 117 v. *Birgilii Wasijjet-nâme*, turc., de quo vide Cod. Dresd. 59, 1. Inscriptum est: هَذِهِ الرِّسَالَةُ التَّرْجُمِيَّةُ لِمُحَمَّدِ بنِ پير عَلِي عليه رحمة الله وغفرانه. Similiter in subscriptione اشبو ترجمه appellatur. Initium: الحمد لله الّذى هدانا للاسلام، وجعلنا من امّة محمّد افضل الانام، الخ. Deinde: امّا بعد فهذه وصيّة للفقير الحقير، المعترف بالعجز والتقصير، محمّد بن پير علىّ، عفى عنهما الله العفوّ العلىّ، كتبها لنفسه ولجميع المتكلّفين بالتركيّة ليعمّ نفعها. Finis: نمازن قله اروجن طوته اريله باتنه غسل لازم دخى دكلدر والله اعلم. Scriptio ab Aʿhmed Rhodio absoluta est A. H. 1065 (Chr. 1654—5).

7) Fol. 117 v. — 118 v. Dictum Muʿhammedis de quinis precibus quotidianis; preces funebres, *salât-el-ǵenâze*, et aliae; quaedam ex theologica practica.

8) Fol. 119 r. et v. Versiculi turcici vulgares de piis sententiis loquelae avium. In primis binis distichis exitus

*) Hammerus poëtam *Ssalâʿh-el-dîn* appellat, ego *Ssolʿh-el-dîn*, secutus versum Cod. Dresd. fol. 9 v.

صاحب التاليف يزيجى صلحه دين آثر وادنى محقّر كمين

Nam manifesto صلحه دين pro صلح الدين est, nescio an consulto, quia metrum *Remel* Creticum postulat.

*) Non soli Judaei in gremio Abrahami pisce Behemoth vescentur, sed Muʿhammedani in suo paradiso easdem epulas habebunt; nam, ut est fol. 66 v. et 67 r.: اوّل ما يأكون السمك الّذى يحمل الارض, de quo pisce vid. Hammeri *Rosenöl*, I, pag. 3.

consonans, *án icinde*, secundo et quarto hemistichio communis est, primum et tertium non consonant; in sequentibus ille exitus quartum quodque hemistichium terminat, ex ceteris duo prima inter se consonant, tertium cum iis partim consonat, partim non consonat:

هَرْ شَیْء حَقْ یَرَتْدِی　　جُمْلَ آنِی ذِكْر ایدَرْ
كُلِّ جِهَانْ اِجِنْدَه　　كَوْنُ مَكَانْ اِجِنْدَه
طُرَجْ اَیْدُرْ یَا حَنَّانْ　　قَاضْ اَیْدُرْ یَا سُبْحَانْ
اُورْدَكْ اَیْدُرْ یَا مَنَّانْ　　آبِ رَوَانْ اِجِنْدَه
كَكْلِكْ اَیْدُرْ یَا سَتَّارْ　　یَوْرِجقلم*) صَقْلَرِنْ
سَنْدَنْ غَیْرِ كِمْ وَارْ　　بَرِّ یَبَانْ اِجِنْدَه

*Omnes res in toto mundo Deus creavit, omnia in rerum universitate eum praedicant. Alauda **) dicit: O misericors! Anas dicit: O munifice! Anser in aqua fluente dicit: O laudande! Perdix dicit: O protector! Praeter te quis est? Pullos meos in terra deserta custodio.* Haec naenia per quatuordecim strophas quaternarias continuatur (nam posterius distichon octavae librarii errore excidisse patet), in quibus praeter illas hae aves inducuntur: تُوی otis, قُرْقُونْ (?) اُكْدَه, طُرْنَه grus, لَكْ لَكْ ciconia, طَاوُسْ pavo, قُرْغَه corvus, بَالِقْجِلْ ardea, قَرْقْ (sic, puto pro قَرْغَه) cornix, هُدْهُدْ upupa, كَرْكَزْ pro كَرْكَسْ, avis mythica (cf. pag. 359 col. 2 med.), قَرْتَلْ aquila, طَوْشَنْجِلْ ossifragus aut accipiter, دُوِلْكِچْ milvus, طُغَنْ falco, طُوطِی psittacus, بُلْبُلْ luscinia.

CXCIII.

[Ac. K. 71.]

Codex turcicus, 8° max., foll. 72, char. neschi: *Mewlâ Furâtii Kitâbi ʿhikâjeti qyrq suâl*, Liber quo referuntur quadraginta quaestiones. Initium: الحمد لله ربّ العالمين، والصلوة والسلام على محمّد خير***) خلقه وآله واصحابه اجمعين، امّا بعده بو كتابك مؤلّفى ومصنّفى اولان مولا فراتى طيّب*) الله ثراه وجعل الجنّة مثواه قلان اخباردن روايت اولنور كه الخ. Argumentum: Quum res Muʿhammedis majora in dies incrementa caperent ac victi hostes deficerent, doctores Judaeorum Meccanorum et Jemenensium ʿAbd-allâh Ibn-Selâm, principem suum, de capiendis e re consiliis adierunt. Respondit ille libros patrios docere, novissima mundi aetate Muʿhammedem quendam, prophetarum omnium ultimum, exorturum esse ejusque causam religionemque ubique victricem fore. Hinc de ejus indiciis rogatus, difficilibus et controversis quaestionibus per libros sacros sparsis tentandum dixit. Probato consilio quadraginta quaestiones colliguntur et ad Muʿhammedem itur. Ibi nonnulli divina vi locorum coranicorum, quos ille prophetiam suam negantibus opponit, protinus ad Islâmum pertrahuntur; ceteri solvendarum quaestionum conditionem interponunt. Dubitanti Gabriel auxilium divinum promittit, quo confirmatus cum Judaeis paciscitur, ut, si conditioni satisfecerit, illi sibi credant, si minus, ipse in religione avita acquiescat. Tum accitis utrinque arbitris examen instituitur. Fol. 3 v. et 4 r. index quaestionum. Fol. 4 r. — 72 r. quae Muʿhammed ad quaestiones sibi singulatim propositas respondit: 1) Fol. 4 r. — 5 r. de creatione mundi. 2) Fol. 5 r. — 6 v. de eo quod omnium primum creatum est. 3) Fol. 6 v. — 7 v. de septem coelis, eorum angelis, angelorum principibus. 4) Fol. 7 v. et 8 r. de duplici solio Dei, *el-ʿarsch* et *el-kursî*. 5) Fol. 8 r. et v. de angelis illud solium sustinentibus. 6) Fol. 8 v. et 9 r. de gallo gallinaceo ejusdem solii. 7) Fol. 9 r. — 11 v. de *beit-el-maʿmûr*, i. e. caʿba paradisiaca (cf. Muradgea d'Ohsson a Beckio transl. I, p. 271). 8) Fol. 11 v. et 12 r. de octo paradisis. 9) Fol. 12 r. — 13 r. de lacu et arbore paradisi, حوض كوثر وطوبى. 10) Fol. 13 r. — 14 r. de septem terris earumque incolis. 11) Fol. 14 r. et v. de septem infernis eorumque incolis. 12) Fol. 14 v. — 15 v. de ʿIzrâïlo, angelo mortis. 13) Fol. 15 v. — 17 r. de Munkero et Nekîro, angelis quaestionem sepulcralem habentibus. 14) Fol. 17 r. — 19 r. de tuba Isrâfîli. 15) Fol. 19 r. et v. de libra judicii extremi. 16) Fol. 19 r. — 22 r. de ponte Ssirâth. 17) Fol. 22 r. — 23 r. de prophetis et legatis Dei. 18) Fol. 23 r. — 26 r. de admonitionibus quas Salomo in summo potentiae et majestatis splendore a formica accepit. 19) Fol. 26 r. — 31 v. de sex animantibus sine patre et matre natis. 20) Fol. 31 v. — 33 r. de virga Mosis. 21) Fol. 33 r. — 34 v. de lapide Mosis, ex quo virga percusso aquam eliciebat. 22) Fol. 34 v. — 36 r. de certamine Mosis cum Pharaone, de hujus cum suis interitu, de fundo maris tum semel solis radiis illuminato. 23) Fol. 36 r. — 38 r. de mensa Jesu e coelo demissa et poena eorum qui ne tum quidem ei fidem habuerunt. 24) Fol. 38 r. et v. de quatuor prophetis qui e morte in vitam redierunt.

*) Sic pro يورجقلرم.

**) طُرَجْ quid sit nescio; itaque transtuli quasi طرغاى scriptum esset.

***) Cod. وعلى خير, quasi vero خير خلقه alius sit ac Muʿhammed.

*) Cod. inepte طبيب, unde Kehrius monstrum cognominis „*Thabîb-Allâh*“ piscatus est. Item vitio librarii post مثواه excidit ايدر, *dicit*.

Jona, Idrîso, ʿOzeiro, Ǵirǵîso (St. Georgio). 25) Fol. 38 v. — 44 r. de quatuor tyrannis qui se Deos haberi voluerunt, Nimrodo, Nebucadnezaro, Pharaone, Scheddâdo fil. ʿÂdi, maxime de hujus hortis Iremicis. 26) Fol. 44 r. — 45 v. de undecim quaestionibus quibus recte solutis Salomo a Davide regnum accepit. 27) Fol. 45 v. et 46 r. de sepulcro Salomonis. 28) Fol. 46 r. — 47 r. de quinque hominibus qui vivi in coelum escenderunt, ex quibus quatuor prophetae fuerunt: Adam, Idrîs, Jesus, Muʿhammed, unus prophetae frater: Aaron. 29) Fol. 47 r. — 50 r. de quatuor prophetis qui mortem terestrem non passi aut in coelo aut in terra vivunt, duo in coelo: Idrîs et Jesus, duo in terra: Chydhr et Elias. 30) Fol. 50 r. — 52 r. de ʿOzeiro, qui, postquam centum annos inanimus jacuit, quadragenarius in vitam revocatus filium centum viginti annos natum invenit. 31) Fol. 52 r. — 53 v. de Jesu et alio quodam in utero materno locutis. 32) Fol. 53 v. — 58 v. de Ǵirǵîso quater mortuo et quater vivo. 33) Fol. 58 v. — 59 v. de Jona a balaena devorato et rursus edito. 34) Fol. 59 v. — 62 v. de Δû'l-kiflo. 35) Fol. 62 v. — 65 r. de *aſʿhâbi-reîs*, ministris principis Antiocheni, Christi confessoribus. 36) Fol. 65 r. — 67 v. de *aſʿhâbi-Ochdu* *), qui in extremo litore maris Jemenensis habitantes et artibus magicis studentes per miraculum ad fidem christianam conversi sunt. 37) Fol. 67 v. — 69 r. de diluvio priore, de maribus inde ortis, de diluvio posteriore judicium extremum secuturo, de aquis ejus ita in gehennam effundendis, ut sitis damnatorum salsugine earum non restinguatur. 38) Fol. 69 r. et v. de incredulitate et impietate coeli sera, vera fide ejus clavi. 39) Fol. 69 v. et 70 r. de monte Qâf. 40) Fol. 70 r. — 72 r. de rebus ultimis resurrectionem antecessuris. — Conclusio, fol. 72 r. et v.: His quaestionibus a Muʿhammede recte solutis non solum ʿAbd-allâh Ibn-Selâm et ceteri Judaei, sed etiam tribus ʿHiǵâzenae et Jemenenses illorum exemplum secutae ad Islâmum accesserunt. Ultimum Deus rogatur, ut post resurrectionem eos intercessione Muʿhammedis inpertiat, كم فراق روحنه وبو كتابى يازن كتابك روحنه فاتحه شريف سورسين اوقيوب حسبه اتكله ختم ايده. Scriptio a Musthafâ Chalfa absoluta est m. Δû'l-qaʿde A. H. 1091 (Chr. 1680).

CXCIV.

[Ac. K. 153.]

Codex arabicus, 8° max., foll. 163, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 87 r. *Chulâſat-el-achbâr*, medulla historiarum. Initium: الحمد لله الذى علم الانسان ما لم يعلم، وجعل آدم خليفة فى العالم، Deinde: وبعد فهذه رسالة فى احوال النبى المختار، سميتها خلاصة الاخبار، صلى الله تعالى عليه وسلم، وذكرت فضائل النكاح ومنافع التوبة والاستغفار، ومراتب التوحيد وفوايد الاوراد والاذكار، وجعلتها على فصول وابواب، تيسيرا للطلاب وتسهيلا على الاصحاب، وحذفت الاسانيد، اختيارا للاختصار المفيد، Capita, ابواب, quae omnia praeter quartum in sectiones, فصول, divisa sunt: 1) Fol. 1 v. — 8 v. de creatione mundi. 2) Fol. 8 v. — 21 v. de creatione Adami et Evae, ubi commentationes illae, quas praefatio promittit, de virtutibus matrimonii ac de fructibus animi poenitentis et ad veniam divinam petendam demissi leguntur fol. 11 r. — 14 r. et 15 v. — 21 v. 3) Fol. 21 v. — 64 r. de origine, vita et rebus gestis Muʿhammedis, in fine de officio ei bene precandi. 4) Fol. 64 r. — 70 v. de scientia et intelligentia, فى العلم والمعرفة. 5) Fol. 70 v. — 85 v. de Deo laudando, mente recolendo, invocando, et de unitate ejus profitenda. Finem facit fol. 85 v. — 87 r. خلاصة الخلاصة de Deo primum occulto, deinde per varios mundos, عوالم, quorum extremus est microcosmus humanus, manifestato, de consilio Dei in genere humano creando et per prophetas et viros sanctos instituendo, de virtutibus doctori sapientiae divinae necessariis, de illa sapientia nec a Corani et Traditionis auctoritate, nec a morum et studiorum honestate divellenda. Mundorum ordo hic est: 1) *Arcanum arcanorum*, غيب الغيوب, omnium quae sunt principium, cujus tres sunt gradus, مراتب: a) *Arcanum absolutum*, الغيب المطلق, i. e. essentia divina mera, quae qualis sit nec intelligi nec declarari potest; b) *Arcanum essentiae unitaticae s. unitatis absolutae*, غيب الذات الاحدية, quod idem اليقين الاول appellatur; c) *Arcanum unitatis relativae*, غيب الواحدية, quod idem اليقين الثانى appellatur et nominibus qualitatibusque distinctum est (cf. pag. 400 et 401). 2) *Mundus spirituum*, عالم الارواح. 3) *Mundus specierum et exemplarium absolutorum* (idearum platonicarum), عالم الخيال والمثال المطلق, mundis divinis simillimus, quod contraria conjungit (اشبه بالعوالم الالهية لكونه جامع اضداد). 4) *Mundus sensibus subjectus*, عالم الشهادة, qui coelos, terras, solem, lunam, stellas, metalla, plantas, animalia, homines complectitur. 5) *Mundus humanus*, عالم الانسان, qui specie exiguus, revera haud minimus est (وان كان صغيرا فى الصورة الا انه اكبر فى المعنى). Finis: سبحان ربك رب العزة عما يصفون، وسلام على المرسلين، والحمد لله رب العالمين.

2) Fol. 88 r. — 99 v. *El-Ghazâlii Ejjuhâ'l-weled*, opusculum paraeneticum ab Hammero editum Vindobonae, 1838.

*) Sic, اخدد, fol. 66 v. lin. 12 scriptum est. alibi vel اوخد vel اوحد.

3) Fol. 100 v. — 162 r. *Mufthafâ Ibn-Mu'allemi,* e gente Ibrâhîm Ibn-Edhemi, *commentatio de variis quaestionibus theologicis, juridicis, philologicis,* qua Selîmo II A. H. 918 (Chr. 1512) regni auspicia gratulatus est. Initium: الحمد لله الذى تعيّن الحقايق فى ذاته بفيضه القديم، وعيّن وقدّر منازلها فى غيب ذاته باسمه العليم، Deinde: وبعــد فيقول العبد الفقير، المحتاج الى ربّه القدير، مصطفى ابن معلّم، وهو خير الامم *)، وجدّ اجداده ابراهيم بن ادهم، انّى قد ارانى الحقّ الخ. Laudes imperatoris et bona vota pro eo illigavit in narrationem somnii, quo jam A. H. 916 nocte inter d. 15 et 16 Schawwâli media Selîmum rerum potitum viderit. A) Fol. 103 r. — 135 v. de El-Ghazâlio a crimine pantheismi mystici liberando. Primum fol. 103 r. — 106 r. ex literis e regione Jemenensi acceptis interrogationes refert de multis locis libri Ghazâliani *Mischkât-el-enwâr,* quibus illud crimen confirmari videtur quorumque auctoritate homines fanatici falsam quandam Dei mundique unitatem crepantes **) ad errores suos fulciendos abutuntur; deinde fol. 106 r. — 135 v. El-Ghazâlium sex argumentis plane purgat.

B) Fol. 135 v. — 137 v. de آية القصاص, Sur. 2 vers. 173, contra Beidhâwium Schafi'itam in ejus interpretatione 'Hanefitas impugnantem. C) Fol. 137 r. — 146 r. de verbis Sur. 2 vers. 228: والمطلّقات يتربّصن بانفسهنّ ثلثة قروء, disputatio contra auctorem libri *El-Taudhî'h* et El-Teftâzânium, ejus interpretem in libro *El-Telqî'h,* et quendam interpretem hujus libri, qui appellatur *Maulânâ Sejjid el-fâdhyl,* al. *El-Fâdhyl,* al. *ba'dh-el-fudhalâ,* ('H.-Ch. II, pag. 444). D) Fol. 146 r. — 147 r. de interpretatione verborum coranicorum وارسلناك للناس رسولا (Sur. 4 vers. 81) ab *El-Sekkâki* relata, a contradictione cujusdam viri docti vindicanda. E) Fol. 147 r. — 148 v. de loco commentarii in librum *El-Teǵrîd* (شرح التجريد) ab *El-Scherîf El-Ǵorǵâni* scripti, a contradictione *Chathîb-zâdae* in adnotationibus ad illum commentarium (حاشية شرح التجريد) vindicando. F) Fol. 148 v. — 155 v. novem disputatiunculae de totidem locis commentarii in El-Wiqâjam scripti a *Ssadr-el-scherî'a,* شرح الوقاية لصدر الشريعة *), ita ut partim difficultates ejus solvantur, partim contra El-Teftâzânium, fol. 148 v. — 149 v., et Ibn-Qâdhî-Sîmâwna (ابن قاضى سيماونه), fol. 151 v. — 152 v., causa ejus agatur, partim ei contradicatur. G) Fol. 155 r. — 158 r. de tribus dubiis grammaticalibus scriptori ab aliquo propositis, quae fol. 155 r. — 156 v. refert, fol. 156 v. — 158 r. dissolvit. H) Fol. 158 r. — 162 r. de conjunctione macrocosmi cum microcosmo et utriusque cum qualitatibus Dei, item de homine ad Deum penitus cognoscendum electo, de quibus locis *Zein-el-dîn El-Chawâfi* in libro suo *El-Wafajâ* alibi se commentaturum esse promisit, sed promissum non effecit **). Is igitur illum librum scripsit, cujus argumenta persecutus sum fol. 439 col. 2 lin. 29 sqq., quocum convenit *silsile* ei subjuncta, fol. 441 col. 2 lin. sqq. Promissum illud ibidem est col. 1 lin. 28 sqq. Finis: فاسمعوا واقبلوا يا علماء الرسوم العظام، ولا تقولوا لا يدركه العقول والاوهام. Restat ut dicam, in summis marginibus fol. 2 v. — 66 v. sortilegium quoddam adscriptum esse, i. e. sententias partim ad aliquid suscipiendum adhortantes, partim inde dehortantes, partim moram aut cautionem commendantes, partim successum promittentes, partim offensionem minantes, al.; quibus ita utendum est, ut libro temere aperto eam sententiam, in quam forte incideris, pro augurio accipias. Simile sortilegium, quod commemorare oblitus sum, est in Cod. CXIII fol. 21 v. — 59 r., ubi in summis marginibus dextris sententiae arabicae positae sunt, in sinistris eaedem turcice redditae. Tandem fol. 88 r. in pagina ceterum vacua notati sunt tres mordacissimi versus *Ǵâr-allâh El-'Allâmae,* i. e. Zamachscharii:

قضاة زماننا صاروا لُصُوصا عُمُوما فى القضايا لا خُصُوصا
خشينا انّه لو صافحونا للصّوا من خواتمنا فُصُوصا
يرون الغُنْم اموال اليتامى كانّهموا***) تَلَوْا فيها نُصُوصا

Judices nostri temporis praedones sunt in causis omnibus, non in his illis. Si nobiscum dextras jungerent, timeremus

*) Summae impudentiae crimen scriptori impegit negligentia librarii, qui من ante خير omisit. Recte scriptum est fol. 138 r. et 158 v. in iisdem verbis: وهو من خير الامم.

**) اهل الاتّحاد fol. 104 v. lin. 2; nam الاتّحاد proprium est de primario illo Mysticorum placito. Ceterum cum *Mischkât-el-enwâr* fol. 105 r. lin. ult. alius liber Ghazâlianus conjungitur: المضنون به على غير اهله, plene المضنون به, *Quae cum hominibus ad ea intelligenda non idoneis communicanda non sunt;* sic enim legendum est, non المصمون به, ut apud Hammerum est, nec المظنون به, ut apud Wüstenfeldium.

*) Nomine scriptoris in nomen libri converso fol. 148 v. lin. 5 est صاحب صدر الشريعة. Cf. pag. 366 col. 2 lin. 17—19.

**) Fol. 103 r. lin. 7—11: ثمّ اختتمت بتسويدى فيما قاله الخوافى قدّس سرّه فى رسالته الوصايا, et fol. 159 r. lin. 4—8: للوعد السابق من شيخنا الشيخ العالم العامل المحقّق المدقّق قطب العارفين مكمّل السالكين زين الحقّ والدين الخوافى فى مؤلّفه المسمّى بين اولاده بالوصايا. Utroque loco الخوافى scriptum est, ut in indice Ssufiorum commentationi Sacyanae de Ǵâmii Nefa'hât-el-uns subjuncto, pag. 142 col. 1 lin. 13, quocum consentit Hammerus in Hist. osman. ed. post. 1, pag. 308 lin. 5 ab inf. Hinc corrige sis الخوافى et '*Hâfi* pag. 441 col. 2 lin. 7 et 10.

***) De plena ista scriptione pro كانّهم vid. Diss. mea de gloss. Habicht. pag. 60.

ne gemmas ex annulis nostris surriperent. Bona orphanorum pro praeda sua habent, quasi ea de re certas auctoritates in libris legerint.

CXCV.

[Ac. K. 166.]

Codex arabicus, 8° min., foll. 53 chartae bombycinae, char. neschi antiquiore tali, qualis Persarum esse solet: *Minhâğ-el-kerâme fî maʿrifet-el-imâme,* opus Ghijâϑ-el-dîn Oelğaitu Chodâbende Muʿhammedi, Imperatori mogolico (cf. Cod. XXXVII), dedicatum, de Schiʿitarum Imâmatu et Imâmis, legitimis Muʿhammedis successoribus. Initium: الحمد لله القديم، الواحد الكريم، الماجد المقدّس. بكماله عن الشريك والضدّ والمعاند، الخ Deinde: امّا بعد فهذه رسالة شريفة، ومقالة لطيفة، اشتملت على أهمّ المطالب فى أحكام الدين، واشرف مسائل المسلمين، وهى مسئلة الامامية، التى يحصل بسبب إدراكها نيل درجة الكرامة، وهى احد اركان الايمان، المستحقّ بسببه الخلود فى الجنان، والتخلّص من غضب الرحمن، فقد قال رسول الله صلّى الله عليه وسلّم من مات ولم يعرف امام زمانه مات ميتة جاهلية. Hinc opus regi dedicat; deinde praefationem sic concludit: قد لخّصت فيها خلاصة الدلائل، وأشرت الى روس المسائل، من غير تطويل مملّ، ولا ايجاز مخلّ، وسمّيتها منهاج الكرامة فى معرفة الامامة، والله الموفّق للصواب، واليه المرجع والمآب، Sectiones (فصول): 1) Fol. 2 r. — 3 r. de iis quae singulae sectae muʿhammedanae de hac quaestione tradunt. 2) Fol. 3 r. — 31 v. de necessitate sequendae sectae Imâmitarum; sic enim, الامامية, Schiʿitae se ipsi nominant. In hac sectione narratur historia duodecim Imâmorum. 3) Fol. 31 v. — 50 r. de argumentis Imâmatus post Muʿhammedem ʿAlio debiti. 4) Fol. 50 r. de Imâmatu ceteris duodecim Imâmis debito. 5) Fol. 50 r. — 51 r. de Chalîfis ʿAlio prioribus non vere Imâmis. 6) Fol. 51 r. — 53 r. de argumentis Sunnitarum Abû-Bekrum legitime Imâmum fuisse nullo modo probantibus. Specimen hoc habe: Sunnitae quum Abû-Bekrum Muʿhammedi pecuniam largitum esse urgeant, fol. 52 v. et 53 r. sic refelluntur: وامّا انفاقه على رسول الله صلم*) فكذب لانّه لم يكن ذا مال فانّ اباه كان فقيرا فى الغاية وكان ينادى على مايدة عبد الله بن جدعان بمدّ (تمدّ .l) فى كلّ يوم بقتات (يقتات .l) به فلو كان ابو بكر غنيّا لكفى اباه وكان ابو بكر فى الجاهلية معلّما للصبيان وفى الاسلام كان خيّاطا ولمّا ولى امر المسلمين منعه الناس من الخياطة فقال انّى احتاج الى القوت فجعلوا له فى كلّ يوم ثلثة دراهم من بيت المال, *Quod autem Legato Dei pecuniam largitus sit, id ementitum est, quum non esset pecuniosus; nam pater ejus pauperrimus erat et ad mensam ʿAbd-allâh Ibn-Ğedʿani, quae quotidie instruebatur, vocari solebat; quodsi Abû-Bekr dives fuisset, patrem aliorum beneficiis obnoxium esse non sivisset. Erat vero Abû-Bekr tempore anteislamico puerorum magister, tempore islamico sartor; postquam autem rebus moslemicis praefectus est, quum iis, qui eum istud opificium deponere jubebant, se utique victu egere respondisset, ternae in dies drachmae ei ex aerario assignatae sunt.* Finis: فهذا آخر ما اردنا اثباته فى هذه المقدّمة والحمد لله وحده. Scriptio absoluta est ineunte Ramadhâno A. H. 743 (Chr. 1343).

*) Sic in hoc codice semper est pro صلعم, et علم pro عم.

CODICES DE DOCTRINA OFFICIORUM, JURUM, MORUM.

CXCVI.

[W. K. 272.]

Codex arabicus, 8°, foll. 134 chartae bombycinae, char. neschi antiquiore. Quatuor prima folia propter vetustatem partim lacera recentius sarta sunt, pro foll. 64 — 71, quae exciderant, nova substituta. Est كتاب المغنى فى علم اصول الفقه, *de principiis theologiae practicae et jurisprudentiae;* vid. Herbel. s. v. *Mogni.* Scriptorem ʿHanefitam fuisse ipse liber docet. Initium: الحمد لله ربّ العالمين، والصلوة على رسوله محمّد وآله اجمعين، باب الامر هو قول القايل لمن دونه افعلْ. Divisus est in haec capita: 1) Fol. 1 v. — 15 r. باب الامر, in quo sunt duae sectiones (فصلان) a) f. 9 r. — 12 v.: فى حكم الواجب بالامر, b) f. 12 v. — 15 r. فى صفة الحسن للمامور به. 2) Fol. 15 r. — 25 r. باب النهى, in quo sunt tres sectiones: a) f. 16 v. — 20 r. فى بيان اسباب النهى فى صفة القبيح, b) f. 20 r. — 21 v. الشرايع, c) f. 21 v. — 25 r. فى العزيمة والرخصة. 3) Fol.

25 r. — 31 v. باب وجوه النظم صيغة ولغة. 4) Fol. 31 v. — 33 r. باب وجوه البيان. 5) Fol. 33 r. — 39 r. باب معرفة وجوه استعمال النظم. 6) Fol. 39 r. — 50 r. باب وجوه الوقوف على احكام النظم. 7) Fol. 50 r. — 51 r. باب بيان ما الحجج الشرعية. 8) Fol. 51 r. — 62 v. في يختص به السنن, in quo f. 59 v. — 62 v. est sectio المعارضة. 9) Fol. 62 v. — 73 v. باب البيان, in quo f. 72 v. — 73 v. est sectio فى متابعة اصحاب رسول الله. 10) Fol. 73 v. — 76 v. باب الاجماع. 11) Fol. 76 v — 110 v. باب القياس, in quo sunt quatuor sectiones: a) f. 95 v. et 96 r. فى الانتقال, b) f. 96 r. — 104 r. فى الأحكام, c) f. 104 r. — 107 v. فى الاحتجاج بلا دليل, d) f. 107 v. — 110 v. فى بيان الاعلية. 12) Fol. 110 v. — 127 v. باب الامور المعترضة على الاعلية. Finem facit fol. 127 v. — 133 r. commentatio de significatibus et usibus particularum, quarum in hac disciplina aliquod momentum est. Ultima verba: فعند تعذر الظرف حقيقة يصير كناية عن الشرط مجازا. Ab initio inter lineas et in marginibus adnotationes adjectae sunt. Scriptio a Jûsuf Ibn-Ismâ'îl Ibn-Ibrâhîm absoluta est d. 24 Ssafari A. H. 784 (Chr. 1382). Fol. 133 v. et 134 r. et v. varia notata sunt, inter quae eminet qafîda arabica primum de instante senectute querens, deinde ad bona opera et fugam mundi hortans. Initium: خبت نار نفسى باشتعال مفارقى، واظلم عيشى حين*) ضاء شهابها. Finis: فطوبى لنفس وطنت قعر دارها، مغلقة الابواب مرخى حجابها.

CXCVII.

[Ac. K. 135.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 409, char. nesta'lîq: *'Obeid-Allâh Ibn-Mes'ûd Ibn-Tâg-el-scherî'ae Commentarius in avi, Burhân-el-scherî'a we'l-din Ma'hmûd Ibn-Ssadr-el-scherî'ae, El-Wiqâjam*, plene *Wiqâjet-el-riwaje fi mesaïl-el-hidâje.* Initium: الحمد لله رب العالمين، والصلوة على خير خلقه محمد وآله الطيبين الطاهرين، يقول العبد المتوسل الى الله تعالى باقوى الذريعة، عبيد الله بن مسعود بن تاج الشريعة، سعد جده، وانجح جده، هذا حل المواضع المغلقة من وقاية**) الرواية، فى مسائل الهداية، التى الفها جدى واستاذى مولانا الاعظم، استاذ علماء العالم، برهان الشريعة والحق والدين محمود بن صدر الشريعة، جزاه الله عنى وعن جميع المؤمنين خير الجزاء، لاجل حفظى. Ut avus El-Wiqâjam singulatim scribebat, ita nepos eam singulatim ediscebat, quo factum est ut suum uterque opus eodem tempore absolveret. Plura deinde exempla libri dispersa sunt; sed quum oratio omittendo, addendo, mutando in iis passim corrupta esset, 'Obeid-allâh eam in hoc commentario restituit, in quo eodem difficultates compendii (مختصر) solvit, in quod El-Wiqâjam redegerat. Nam Ma'hmûd filius ejus (الولد الاعز محمود), postquam illud compendium edidicerat, talem commentarium magnopere expetebat; sed antequam pater eum absolveret, mortuus est*). In foliis ab initio adjectis inchoatus est index sex et quinquaginta librorum (كتب) El-Wiqâjae, item capitum (ابواب) et sectionum (فصول) quae in illis sunt; a vicesimo libro usque ad ultimum ego indicem continuavi. Argumentis subscripta sunt folia in quibus singulae partes incipiunt. In commentario particulis El-Wiqâjae interpositae sunt interpretationes: illis praefixum est م, i. e. متن, his س, i. e. شرح, utrumque liquore rubro scriptum. Pars dimidia prior adnotationes habet inter lineas et in marginibus adscriptas. Finis: ومع ذلك يباح التناول اعتمادا على الغالب. Subscriptio nulla est.

CXCVIII.

[Ac. K. 146.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 465, char. nesta'lîq: *El-Wiqâje* iterum. Huic quoque exemplo praefixus est index cum indicatione foliorum, in quo, ut facilior esset conspectus, libri liquore viridi scripti sunt, capita rubro, sectiones atramento. In folio post indicem primo v. varia notata sunt. Adnotationes inter lineas et in marginibus, saepe cum indicatione auctorum, adscriptae sub finem deficiunt. Scriptio absoluta est A. H. 991 (Chr. 1583). In ultimo folio v. est precatio arabica averruncatoria.

---

*) Sive مُنْذُ; nam اذا, quod in codice est, et versum turbat et sensum.

**) Verbo وقاية subscriptum est signum س, repetitum illud sub ها in الّفها, ut scias quo pronomen referendum sit. Talia signa inter se respondentia saepe in codicibus interpretationis causa adhibita sunt.

*) In margine notatum est: *Interpreti nomen erat 'Obeid-allâh, filio ejus Ma'hmûd, patri interpretis Mes'ûd, patri Mes'ûdi Ma'hmûd, patri Ma'hmûdi 'Obeid-allâh.* Plenius in pagina priore folii post indicem primi Cod. CXCVIII: *Auctori El-Wiqâjae nomen erat Ma'hmûd, cognomen Tâg-el-scherî'a; filius erat 'Obeid-allâhi, cui cognomen erat Ssadr-el-scherî'a et pater item Ma'hmûd. Hujus autem commentarii auctori nomen erat 'Obeid-allâh, cognomen Ssadr-el-scherî'a, eadem quae abavo fuerant; patri ejus nomen erat Mes'ûd, avo ejus Ma'hmûd, filio ejus item Ma'hmûd.* Procedit igitur ordo gentis sic: 1) Ma'hmûd, atavus interpretis. 2) 'Obeid-allâh Ssadr-el-scherî'a, abavus ejus. 3) Ma'hmûd Tâg-el-scherî'a, auctor El-Wiqâjae, avus ejus. 4) Mes'ûd, pater ejus. 5) 'Obeid-allâh Ssadr-el-scherî'a, interpres El-Wiqâjae. 6) Ma'hmûd, filius ejus. Sic componuntur turbae illae, de quibus vid. Catal. Dresd. Nr. 390.

CXCIX.

[Pf. K. 10.]

Codex arabicus, fol. min., foll. 208 chartae bombycinae*), char. nesta'lîq crassiore: *El-Serachsii El-Weğiz,* corpus juris septuaginta librorum in capita et sectiones divisorum, quorum index praefixus est. Vid. Herbel. s. v. *Sarakhsi.* Initium: بحمد الله ابتدى، وبنوره استهدى، وبفضله استمدى، والصلوة على نبيّه المستمدى، . Hinc continuo كتاب الطهارة . In marginibus praeter مطالب s. quaestionum argumenta nihil notatum est. Finis: قال ح رح لا دية ولا كفّارة عليه ويرث والله اعلم بالصواب . Scriptio ab احمد بن ابرهيم البورقيرى من مضافات مدينة سيدى absoluta est d. 26 Ramadhâni A. H. 934 (Chr. 1528). Subscriptionem sequitur fetwâ Abû'l-su'ûdi. Libri et scriptoris nomina in superiore angulo sinistro fol. 1 r. literis jamjam evanescentibus et partim deletis sic leguntur: وجيز الامام الهمام شمس — الامام رضى الدين السرخسى صاحب — هكذا وجد — فى بعض — . Codex templo Budensi legatus est ab 'Hâğî Ibrâhîm Ibn-Pîr-'Alî El-Aqschehrî, qui vulgo Ibn-El-Turâbî appellabatur. Postea Buda expugnata ille Engelbertus de Burg, de quo ad Cod. CXCI dictum est, eum ex bibliotheca Muftii absportavit et Pfeiffero donavit, quod ipse testatus est inscriptione in primo folio posita, ejus gemina quam alteri illi codici praefixit. Margines anteriores tegumenti et primorum foliorum, fortasse ex incendio Budensi, adusti sunt.

CC.

[Pf. K. 145.]

Codex arabicus, 8° max., foll. 143, vel, si indicem comprehendas, 145, char. neschi: *El-Qodûrii Compendium juris* septuaginta librorum partim in capita divisorum, quorum index praefixus est. Cf. Codd. Dresd. 27, 126, 161. Initium: كتاب الطهارة قال الله تعالى يا ايّها الّذين آمنوا اذا قمتم الى الصلوة فاغسلوا وجوهكم الخ . Finis: فما خرج اخذت له من سهام كلّ وارث حبّة والله تعالى اعلم بالصواب . Scriptio a Ssâli'h Ibn-Ibrâhîm absoluta est Constantinopoli m. Ssafaro A. H. 1071 (Chr. 1660).

CCI.

[Pf. K. 100.]

Codex arabicus, 8° max., foll. 165 (tot ipse librarius numeravit; accedunt ab initio duo, in fine tria, in quibus, ut in ipso tegumento interiore, varia notata sunt), char. nesta'lîq: *Compendium juris* idem quod proxime antecedit, et ipsum indice instructum. Quod in illo septuaginta libri sunt, in hoc duo et sexaginta, id ita efficitur, ut novem qui illic libri sunt (septimus de الصرف, quartus et quadragesimus de التدبير, quintus et quadragesimus de الاستيلاء, septimus et quadragesimus de الولاء, quinquagesimus de القسامة, tertius et quinquagesimus de حدّ الشرب, quartus et quinquagesimus de حدّ القذف, secundus et sexagesimus de الرجوع عن الشهادات, septuagesimus de حساب الفرايض), hic capita sint, accedat autem, ut in Cod. Dresd. 161, post librum sextum et septuagesimum de السير liber de البغاة fol. 156 v. et 157 r., qui in Cod. CCII fol. 135 v. et 136 r. illius ultima pars est a ceteris non distincta*). Adjectae sunt inter lineas et in marginibus adnotationes.

CCII.

[Ac. K. 126.]

Codex arabicus, 8° obl., foll. 169, char. nesta'lîq: *Ibrâhîm Ibn-Mu'hammed Ibn-Ibrâhîm 'Halebensis Multaqâ'l-eb'hor,* de quo vid. Catal. Dresd. No. 205. Ipsum El-Multaqâ fol. 13 v. incipit; in prioribus varia notata sunt, ut fol. 10 r. — 12 v. multa de jure responsa, fol. 5 v. — 9 r. autem positus est index septem et quinquaginta librorum El-Multaqae, item capitum et sectionum. Initium: اللهمّ لا سهل الّا ما جعلته سهلاً، لحمد لله الّذى وفّقنا للفقه فى الدين، الّذى هو حبله المتين . Finis: حتّى يسهل الطلب على من اشتبه عليه صحّة شىء من ما ليس فى الكتب الاربعة والله حسبى ونعم الوكيل . Passim adnotationes adjectae sunt, maximam partem ex aliis libris de jure excerptae. Quum fol. 1 v. notatum sit hunc librum A. H. 1060 (Chr. 1650) uno 'Oϑmâno aureo (بثمن عثمانى) a quodam Constantinopoli emtum esse, ante illud tempus scriptum esse constat. Scriba ibidem ab emtore nominatus est Jâsîn Ibn-Ma'hmûd El Âmidî, quod confirmatur adnotatione fol. 24 r., cui subscriptum est: لكاتبه ياسين عليه الرحمة.

CCIII.

[Ac. K. 141.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 94, char. neschi. Exciderunt nonnulla post foll. 18, 58, 88 et 89. Inest *Abû'l-Qâsim Ibn-Jûsuf El-'Hasanî El-Medenii* (Medinensis e gente 'Hasani) *El-Fyqh el-nafy',* Jurisprudentia utilis, i. e. ejus compendium. Initium: الحمد لله ربّ العالمين حمدًا امده الابد، وعدده ان لا يحصيه العدد، . Quinque et

---

*) Librarius primo excluso 211 folia numeravit. Ex his 212 foliis quatuor exciderunt: 193 — 196.

*) Cod. Dresd. 27 tres et sexaginta libros habet, 126 et 161 septem et sexaginta.

triginta librorum partim in capita et sectiones divisorum argumenta hacc sunt: 1) Fol. 1 v. — 9 r. الطهارة. 2) Fol. 9 r. — 22 r. الصلوة. 3) Fol. 22 r. — 26 v. الزكوة. 4) Fol. 26 v. — 29 r. الصوم. 5) Fol. 29 r. — 38 v. الحج. 6) Fol. 38 v. — 45 v. النكاح. 7) Fol. 45 v. — 46 v. الرضاع. 8) Fol. 46 v. — 50 v. الطلاق. 9) Fol. 50 v. — 52 r. الرجعة. 10) Fol. 52 r. et v. الايلاء. 11) Fol. 52 v. — 54 v. الخلع. 12) Fol. 54 v. — 56 r. اللعان. 13) Fol. 56 r. — 58 v. العدة. 14) Fol. 58 v. — 60 v. النفقات. 15) Fol. 60 v. — 61 v. الاستحسان. 16) Fol. 61 v. et 62 r. اللقيط. 17) Fol. 62 r. et v. اللقطة. 18) Fol. 62 v. et 63 r. جعل الآبق. 19) Fol. 63 r. المفقود. 20) Fol. 63 r. — 64 v. الغصب. 21) Fol. 64 v. et 65 r. الوديعة. 22) Fol. 65 r. et v. العارية. 23) Fol. 65 v. — 68 r. الصيد والذبايح. 24) Fol. 68 r. et v. الاضحيّة. 25) Fol. 68 v. — 70 r. الشركة. 26) Fol. 70 r. — 71 r. الوقف. 27) Fol. 71 r. — 72 v. الهبة. 28) Fol. 72 v. — 74 r. البيوع. 29) Fol. 74 r. — 80 r. خيار الشرط. 30) Fol. 80 r. — 81 r. الصرف. 31) Fol. 81 r. — 84 r. الشفعة. 32) Fol. 84 r. — 86 v. القسم. 33) Fol. 86 v. — 88 r. ادب القاضى. 34) Fol. 88 r. — aliquod foliorum deperditorum, الشهادات. 35) Fol. deperditum — 94 v. الفرايض. Finis: فصار له خمسة من اثنى عشر والله اعلم بالصواب. Passim adnotationes adjectae sunt. Scriptio ab Ismâ'îl Efendî, Imâmo arcis Depedelen (قلعهٔ دپدلن), absoluta est d. 10 Ǵumâdae posterioris A. H. 1067 (Chr. 1657).

CCIV.

[Ac. K. 244.]

Codex arabicus ab initio truncus, 8°, foll. 119 partim lacerorum (praeterea quatuor folia post undetricesimum et quadragesimum tertium et septuagesimum quintum usque ad extremam oram aut evulsa aut exsecta sunt), char. neschi crassiore, qualis Tatarorum esse solet: *Compendium juris* ex abrupto in كتاب الرجعة sic incipiens: الّا فى الرجعىّ ويكون رجعة بخلاف البائن الّا ان يدّعيه فيثبت فيه ايضا. Spatia ad recipiendas librorum et capitum inscriptiones relicta paene omnia vacant. Finis: واقسم الباقى على سهام من بقى او ديونهم. Scriptus est codex A. H. 1085 (Chr. 1674 — 5). Penultimo quinque foliorum vacuorum, quae folium 119 sequuntur, agglutinata est دعاء طعام, i. e. precatio ad coenam recitanda.

CCV.

Fragmentum corporis juris, fol., foll. 20, char. neschi pressiore. Prima verba sunt ex sectione tertia decima libri de الزكوة: لا يجب عليه شىء كان الالف بتمامها خرج عن ملكه. Sequitur fol. 1 r. et v. sectio quarta decima tota, fol. 1 v. quinta decima abrupta. Fol. 2 r. illo libro finito كتاب الصوم incipit, qui quatuordecim sectiones habet, quarum prima fol. 3 v abrupta est. Fol. 3 — 12 librum de divortio (كتاب الطلاق) a sectione quinta ex abrupto incepta usque ad quintam decimam in fine abruptam continuant. Fol. 13 et 14 partem sectionis septimae decimae ejusdem libri, duodevicesimam et undevicesimam totas et partem vicesimae continent, fol. 15 et 16 partem vicesimae secundae et tertiae. Fol. 17 — 20 librum de manumissione (كتاب العتاق) a sectione duodecima ex abrupto incepta usque ad quartam decimam in fine abruptam continuant. Ultima verba: ولو قال لامة ان ملكتك او منك شيأ فانت حرّة. Omnes loci plurimis priorum scriptorum auctoritatibus referti sunt, ut, si hic liber integer esset, in eo uno instructissimam bibliothecam juris mu'hammedani haberemus.

CCVI.

[Ac.]

Codex arabicus, fol., foll. nunc 167, vel, si omnium primum comprehenditur, 168, char. nesta'lîq. Foliorum a librario numeratorum ultimum est 277, sed quum numerum 186 per errorem bis posuerit, saltem 278 fuerunt, atque etiam plura fuisse constat, quoniam finis excidit. Numeri foliorum a librario positi haec folia excidisse docent: 2 — 4, 7 — 14, 17 — 24, 27 — 34, 40 et 41, 47 — 54, 58 — 63, 67 — 74, 80 et 81, 87 — 94, 140 et 141, 207 — 212, 216 — 223, 236 — 243, 246 — 253, 256— 263, 266 — 275. Est *Ǵâmi-'el-fuṣûlein Ma'hmûd Ibn-Isrâîli* *), qui *Ibn-Qâdhî-Simâwna* appellari solet; vid. 'H.-Ch. 3930, ubi quae usque ad finem lineae penultimae pag. 562 leguntur, ex prooemio scriptoris excerpta sunt. Pro الاستروشنى hic plene est محمّد ابن محمود الاستروشنى. Auctores suos eorumque libros siglis indicat rubro liquore scriptis, quorum index ipsi libro praepositus praeter ultimum folium totus excidit. In marginibus argumenta quaestionum adscripta sunt. Sectio in ultimo folio abrupta de pecunia jure petenda et repetenda est, quam aut ultimam, aut paene ultimam esse inde colligo, quod ultima sectio, cujus inscriptio non excidit, quinta et tricesima, tribus et triginta foliis a fine retro incipit. Ultima verba: وجوابه بوجهين احدهما انّهما اذا شهدا باقران. Ultimo folio v. inf. aliquis arabice inscripsit se hunc li-

*) Sic in codice; apud 'H.-Ch. *Ibn-Isma'il* est.

brum ex iis emisse, quos defunctus Chalîl Čelebî, professor in collegio Belgradensi Mu'hammed Pâschae, reliquisset.

CCVII.

[Pf. K. 16.]

Codex arabicus ab initio truncus, 4° min., foll. 185, char. neschi: تنوير الاذهان والضماير, *Commentarius in* الاشباه والنظاير; vid. 'H.-Ch. 774 ibique pag. 311 lin. 6 sqq. Prima nunc verba commentarii sunt: واختلف ولا يجبره على اعطاء الطالب والمطلوب فى ذلك, libri ipsius: الكفيل. Et argumentum, et initium commentarii in librum sequentem docet hunc esse finem libri فى البياعات والديون. Sequuntur hi libri: fol. 1 v. — 75 v. كتاب القضاء والشهادة والدعوى, fol. 75 v. — 86 v. كتاب الوكالة, fol. 86 v. — 103 r. كتاب الصلح, fol. 103 r. — 109 r. كتاب الاقرار, fol. 109 r. — 111 v. كتاب المضاربة, fol. 111 v. — 120 r. كتاب الهبة, fol. 120 r. — 133 r. كتاب الاجارات, fol. 133 r. — 142 v. كتاب الامانات من الوديعة والعارية وغيرها, fol. 142 v. — 147 r. كتاب الحجر والمأذون, fol. 147 r. — 151 v. كتاب الشفعة, fol. 151 v. — 154 r. كتاب القسمة, fol. 154 r. — 157 r. كتاب الاكراه, fol. 157 r. — 161 v. كتاب الغصب, fol. 161 v. — 164 v. كتاب الصيد والذبايح, 164 v. — 167 r. كتاب الحظر والاباحة, fol. 167 r. — 170 r. كتاب الرهن, fol. 170 r. — 173 v. كتاب الجنايات, fol. 173 v. — 185 v. كتاب الوصايا. Integra oratio libri El-Eschbâh we'l-Nazhâïr, cujus particulis interpretationes interpositae sunt, usque ad fol. 133 v. lineis rubris distincta est; inde autem cum commentario ita confusa, ut ne inscriptiones quidem librorum a ceteris differant, nisi quod passim singula aut bina puncta terminos linearum rubrarum superducendarum indicant. Ab initio usque ad fol. 46 r. adnotationes ipsius interpretis et quaestionum argumenta in marginibus adscripta sunt. Hunc quoque librum propter plurimas priorum scriptorum auctoritates vere horreum auctorum juris appellaveris. Finis: وحكى ذلك اصحاب احمد بن الى الحارث وابو عمرو الطبرىّ انتهى والله اعلم. Sequitur haec subscriptio: تمّ الفنّ الثانى وهو فنّ الفوايد من الاشباه والنظاير يتلوه الفنّ الثالث وهو فنّ الجمع والفرق رحم الله مؤلّفه بمنّه وكرمه غفر الله لشارحه بفضله ولطفه، والحمد لله ربّ العالمين على التمام والصلوة على رسوله الهمام وعلى آله واصحابه الكرام، وقد وقع الفراغ من تاليف هذا الشرح المسمّى بتنوير الاذهان والضماير بعناية الله الواقف على دبيب النملة السوداء على الصخرة الصمّاء فى ظلم الدياجير الّذى (lacuna) وقع الفراغ من الشرح والاستنساخ (والاستنساخ .l) باعانة الاخوان فى السنة الخامسة والعشرين بعد الالف، وكان الشارح رحمه الله تع عالما فاضلا كريما محبّا للعلم وطلّابه لم يعرف منه كبيرة اعطاه السلطان احمد قضاء مكّة حجّ وفيها مات قاضيا رحمه الله. Commentario igitur A. H. 1025 (Chr. 1616) finito et ope amicorum descripto auctor a Sulthâno A'hmed I muneri judicis Meccani praefectus et ibi mortuus est. Hujus autem exempli scriptio absoluta est A. H. 1062 (Chr. 1651—2).

CCVIII.

[Pf. K. 6.]

Codex arabicus, fol., foll. 301 *) chartae bombycinae, char. neschi antiquiore: *El-Fetâwâ El-Zhahîrijje*, quarum pars prior fol. 1 v. — 147 r. unum et viginti libros a كتاب الطهارة ad كتاب الاضحيّة comprehendit, posterior fol. 148 v. — 301 v. quatuor et viginti a كتاب الوقف ad كتاب المتفرّقات. Indices librorum utrique parti fol. 1 r. et 148 r. praefixi sunt. Utraque ibidem sic inscripta est: كتاب الفتاوى الظهيريّة تاليف الشيخ الامام العالم العلّامة، البحر الحبر الفهّامة، معدن المعانى، نعمان الثانى، ظهير الدين المرغينانى، رحمه الله برحمته، واسكنه بحبوحة جنّته، quibus in parte priore adjectum est: هو واصحابه وعترته، تتجاه خير بريّته. Praeterea fol. 1 v. varia de jure notata sunt. Initium partis prioris: الحمد لله المتفرّد بالعلاء، المتوحّد بالبقاء، الدافع ضرار البلاء، الرافع منار العلم والعلماء، . Post brevem ingressionem de utilitate et necessitate scientiae juris ad argumentum libri sic transitur: *Hoc igitur mihi cupiditatem et studium indidit colligendi libri de casibus juris et quaestionibus singularibus* (كتابا من الواقعات والنوازل), *qui ea contineret quae maxime necessaria sunt, ut qui hanc scientiam comparare vellent, apparatum ejus et certas auctoritates haberent.* Parti priori fol. 147 r. haec subscripta sunt, scilicet partim corrupta et obscura: تمّ الدفتر الاوّل من الواقعات والنوازل المنسوب الى القاضى الامام بديع الدين من جمعه واملا بعضه والى ابيه قاضى الامام ظهير الدين رحمهما الله بتحبيسه واملا الباقى باملا اعزّ عباد الله فضل الدين محمّد بن محمّد بن مسعود البخارىّ مولدا والدبوسىّ محتدا لان (كان .l) ابوه الامام تاج الدين للحجّاج لخطيب رحمه الله

*) Librarius 302 numeravit, sed 135 et 233 per errorem bis posuit, ut vere 304 fuerint; nam nunc tria desunt, quum fol. 91 evulsum sit, 152 et 153 exciderint.

منه وفضل الدين هدا مدعوا كالامام الاجلّ البارع الورع المتّقى بفقيه شمس الدين خواهرزاده قاضى الامام ظهير الدين هدا رزق ما اولاه فى اخراه واولاه فى يوم الجمعة فى مسجد المخاشع ببخارى على قريب سربل بازارجه لليلة عشر ليال خلون من ربيع الاوّل سنة ثمان واربعين وستمأية. Hinc id certe constat, compositionem partis prioris finitam esse in quodam templo Bochârae d. 10 Rebî'i prioris A. H. 648 (Chr. 1250). Hujus autem exempli scriptio absoluta est Scha'bâno A. H. 905 (Chr. 1500). Reliquum folium 147 r. et v. complent مسائل فيها ردّ على المخالف, i. e. quaestiones de jure, ad quas quae Abû-'Hanîfe respondit, contra adversarios defenduntur. Finis partis posterioris: فقلت له اين ابو حنيفة رحمه الله قال هيهات هيهات هو فى اعلا عليين والحمد لله ربّ العالمين وصلّى الله على سيّدنا محمّد وعلى آله وصحبه وازواجه وذرّيته اجمعين. Hujus partis scriptio absoluta est Rebî'o priore A. H. 908 (Chr. 1502). Ab initio libri argumenta in marginibus adscripta sunt, sed paullatim deficiunt. Sequitur fol. 301 v. — 302 v. idem opusculum de المشروعات وغير المشروعات, quod vidimus in Cod. CXXVII, pag. 439 col. 1 et 2 No. 6; sed pro ultimis verbis illius exempli haec sunt: استخراج هذه الاحكام من المحيط وفتوى الخانيّة وفتاوى الكبرى والكشف وميزان الاصول والبداية وحاشيتها. Scriptio absoluta esse dicitur A. H. 958 (Chr. 1551), quamquam, quum omnia eadem manu scripta sint, pro ٩٥٨ conjicias legendum esse ٩٠٨. Adjecta sunt quatuor disticha arabica et locus de significatione nominis أمة, ex Fetâwâ-Ibn-El-Ssalâ'h excerptus. Legatus est codex a Scheich Suleimân Efendi templo primario Budensi.

CCIX.

[Pf. K. 19.]

Codex arabicus, 8° maj., foll. 102, a pluribus char. partim neschi partim nesta'liq scriptus.

1) *El-Fetâwâ el-'Adlijje*, A. H. 966 *) (Chr. 1558 — 9) jussu Solimani I ab *El-'Hâǵǵ Resûl Ibn-Ssâli'h El-Aidînî*, judice Marmarae in provincia Ssaruchanensi (مرمره فى ولاية صاروخان), ex libris usitatissimis de jure 'hanefitico collecta, ut judices sui temporis minus docti muneris administrandi adminiculum haberent. Fol. 1 r. responsa de jure notata sunt. Ipsius libri initium: الحمد لله ذى الجلال والاكرام، والصلوة على محمّد خير الانام، Insunt: fol. 2 r. — 17 r. كتاب النكاح; fol. 17 r. — 30 r. كتاب الطلاق; fol. 30 r. — 36 r. كتاب الوقف; fol. 36 r. — 58 v., ubi oratio abrupta est, كتاب البيوع. Sequuntur quatuor folia inter se non recte excipientia, de البيع, الوكالة, العارية. Hinc foliorum ordo rursus recte procedit: fol. 63 r. — 65 v. pars ab initio trunca libri de البيوع et العارية; fol. 65 v. — 67 v. كتاب المزارعة; fol. 67 v. — 69 r. كتاب الحدود; fol. 69 r. — 71 r. كتاب اللقيط; fol. 71 r. — 72 r. كتاب اللقطة; fol. 72 r. — 73 r. كتاب الآبق; fol. 73 r. et v. كتاب المفقود; fol. 73 v. — 78 r. كتاب الفاظ الكفر; fol. 78 r. — 80 r. كتاب الكراهية; fol. 80 r. — 83 v. كتاب الجنايات; fol. 83 v. — 86 v. كتاب الوصايا. Finis: وله ان يفعل ما فيه خير لليتيم وكذا الاب كذا فى قاضى خان.

2) Fol. 87 r. — 92 v. *Commentatio de agendis causis*, in fine abrupta. Initium: الحمد لله على نوالهٖ، والصلوة والسلام على نبيّه الكريم وصحبه وآله، امّا بعد فلنقدّم أمام الكلام ما للمدّعى عليه من الاقسام الخ. Ultima verba: ويرى فيها عندى وجوه الاضطراب والاختلال الى ان اطلعت على هذا القيد الجليل.

3) Fol. 93 r. — 100 v. *Fragmentum compendii juris*, utrinque truncum. Prima verba: نصف العقر ويصير قصاصا بماله على الآخر. Sequitur fol. 93 r. — 94 r. كتاب المكاتب; fol. 94 r. — 95 r. كتاب الولاء; fol. 95 r. — 96 v. كتاب الجنايات; fol. 96 v. — 99 r. كتاب الديات; fol. 99 r. — 100 r. كتاب القسامة; fol. 100 r. et v. كتاب المعاقل; fol. 100 v. كتاب الحدود. Ultima verba: فان امتنع الشهود من الاسداء يسقط الحدّ.

4) *Finis commentationis de* الوصايا. Superscriptum est: هذه رسالة للمولى مصلح الدين افندى العلائىّ. Prima verba: فان قلت انّ ما ذكر الامام قاضيخان عليه الرحمة والرضوان وانّما اطنبنا الكلام فى هذا المقام, ultima: فى كتاب الوصايا لكونه (من) مزالق الاقدام مع كونه معينا لاصحاب التحصيل فى الوصول الى المرام، الحمد لله الّذى هدانا لهذا وما كنّا لنهتدى لولا ان هدانا الله، Scriptum esse hoc exemplum ab auctore commentationis testantur verba eadem manu subscripta: حرّره مصطفى العلائىّ.

*) فى تاريخ سقصو, pro quo primum سقطو scriptum erat.

CCX.

[K. 3.]

Codex turcicus in fine truncus, fol. obl., foll. 214, char. nesta'lîq: *Responsa de jure*, per undequinquaginta libros, quorum index praefixus est, a كتاب الطهارة ad كتاب الفرائض decurrentia. Initium: مسئله ابدستى اولان كمسنه يه حدث واقع اولديمى اولمديمى ديو شبهه ايلسه ابدست المق لازم اولورمى الجواب اولمز من شكّ فى الحدث فهو على وضوئه. Haec forma per totum librum obtinet, ut verba *quaesitum* et *responsum* rubro colore scripta binas singulorum locorum partes distinguant, responsis autem subjungantur auctoritates arabicae. Additamenta in marginibus rarius apparent. Duo ultima folia exsecta sunt. Deficit codex in his verbis: مسئله بر طريق خاصى بر تاج.

CCXI.

[Pf. K. 206.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 60, char. nesta'lîq praeter partem ultimam char. mauritanico scriptam. Fol. 1 r. varia notata sunt.

1) Fol. 1 v. — 37 r. *Ferâïdh-El-Segâwendi* (vid. Catal. Dresd. 73, 1, et 257, 1) cum adnotationibus interlinearibus et marginalibus. Oratio El-Segâwendii lineis tam longe inter se distantibus scripta est, ut singulae paginae tantum septenas contineant, quarum intervalla et latera adnotationibus stipata sunt. Initium ipsius libri: الحمد لله حمد الشاكرين والصلوة والسلام على خير البريّة محمّد وآله الطيّبين الطاهرين قال رسول الله عم تعلّموا الفرائض وعلّموها الناس فانّها نصف العلم. Fontes adnotationum plerumque siglis indicati sunt; praeterea hi scriptores et libri apparent: بديع الدين, امين الدولة (vid. Catal. Dresd. 257, 1), خواهرزاده, تفسير ابى الليث, تحقيق, مشكلات, مشارق, كشّاف, ضوء, شهاب الدين, شرح الهداية, منهاج. Finis: يرث بعضهم من بعض الّا ممّا ورث كلّ واحد منهم من مال صاحبه والله اعلم بالصواب. Absoluta est scriptio d. 4 Mo'harrami A. H. 956 (Chr. 1549). In reliquo fol. 37 v. varia de jure notata sunt.

2) Fol. 37 v. — 38 v. زبدة الفرائض من المهمّات, *capita commentationis antecedentis scitu maxime necessaria*, in undeviginti sectiones (فصول) divisa. Initium: قال النبىّ تعلّموا الفرائض وعلّموها الناس امر سيّد المرسلين وامام المتّقين بتعليم الفرائض وتعلّمها حتّى لا يدخلوا تحت هذا الوعيد الخ. Finis idem qui supra, ad quem accedunt verba: لانّه لزم الدور وهذا باطل.

3) Fol. 38 v. — 39 v. *Casus juris ad hanc disciplinam spectantes.* Initium: رجل مات وترك ابا وامّا فللامّ الثلث والباقى للاب. Finis: وللصلبيّتين مع الصلبىّ عصوبة للذكر مثل حظّ الانثيين وللاب الفرض المطلق, cui sententiae adscriptus est auctor شهاب الدين. Deinde docetur qui El-Segâwendii interpretes et commentarii his illis locutionibus indicari soleant, ut بعض الشارحين sit Schihâb-el-dîn, اكثر الشروح auctor commentarii El-Dhau et Bedî'-el-dîn et Schihâb-el-dîn, بعض الافاضل Tâg-el-dîn El-Kurderî, الشرحان El-Dhau et El-Muntachabe, ما قيل El-Minhâg, البحران El-Dhau et Emîn-el-daule, بعض الافاضل El-Dhau, كلام البعض الشروح Bedî'-el-dîn, (sic) Emîn-el-daule. Accedunt dictum Mu'hammedis et aliquot versus arabici et turcici.

4) Fol. 40 r. — 49 r. *Kemâl Pâschâ-zadae Eschkâl-el-ferâïdh*, forma tabulari; vid. 'H.-Ch. 806. Initium: لابن كمال پاشا رحمة الله عليه الباب الاوّل فى الابن وان سفل

	١٢				٤		
الخ	ابن باقى	ام سدس	زوج ربع		ابن باقى	زوج ربع	
	٧	٢	٣		٣	١	

Caput secundum fol. 42 v. — 43 v. فى الاب والجدّ. Caput tertium fol. 43 v. — 47 r. (argumenti indicatio deest). Caput quartum fol. 47 r. — 49 r. فى الاخ وحكم سائر العصبات. Singula capita in sectiones divisa sunt. Finis:

	٢		٤
والاجداد الساقلون والجدّات الساقلات	زوج	اولاد ابنات واولاد ابن البنات	زوج
١	١	٣	١

5) Fol. 50 v. — 60 v. *Abû-'Abd-allâh Mu'hammed Ibn-Dâûd El-Ssanhâgii*, vulgo *Ibn-Agrûmi*, Syntaxis arabica, *El-Agrûmijje*, literis mauritanicis scripta et rubris vocalibus instructa. Initium: الكلام هو اللفظ المركّب المفيد بالوضع. Finis: نحو ثوب خزّ وباب ساج وخاتم حديد.

CCXII.

[Pf. K. 18.]

Codex turcicus, 4° min., foll. 97, char. neschi et diwani-neschisi: *Kitâb-el-ferâïdh*, paraphrasis turcica libri Segâwendiani, quem in codice proxime antecedenti vidimus. 'Hamdala et taslija eaedem sunt quae illius, nisi quod pro خير البريّة est سيّدنا. Deinde: امّا بعد بلكل كيم بو علم بغايت مهمّ وكركلو علمدر بونى اوكرنمك فرضدر

بو حديث شريف موجبنجه الخ. Finis: اشده بو مسئله ده ورثيه برر دينار اولدى والله اعلم بالصواب. Scriptio absoluta est d. 15 Scha'bâni A. H. 1052 (Chr. 1642). Fol. 95 r. — 97 r. appendix ab alio scripta de partibus Corani et precationibus quotidie recitandis.

CCXIII.

[Ac. K. 143.]

Codex arabicus turcicus, 8° obl., foll. 84, char. partim neschi, partim nesta'lìq, partim diwani-neschisi.

1) Fol. 1 v. — 41 v. *Pír Mu'hammed Ibn-Músá Ibn-Mu'hammedis Prusani Bidhá'at-el-qádhi*; vid. 'H.-Ch. 1856, in quo latine reddito pro syngraphis ponendum est actis vel documentis judicialibus. Horum enim scribendorum praecepta et exempla hic proponuntur. Initium idem est quod apud 'H.-Ch., nisi quod abest على عبده post انزل; ne autem ideo nostrum librum eum esse putes, qui apud H.-Ch. proxime sequitur, post امّا بعد nomen auctoris est quod supra indicavi, et fol. 2 lin. antepen. et penult. inscriptio libri plane ea quam 'H.-Ch. posuit. Novem capita: 1) Fol. 2 v. — 3 r. فى بيان عنوان الصكوك. 2) Fol. 3 r. — 9 r. فيما يكتب فى النكاح وفروض النفقة والطلاق ونصب الوصىّ والوصيّة بشىء لاحد. 3) Fol. 9 r. — 11 v. فيما يكتب فى العتاق والتدبير والمكاتبة وما يتعلّق بها. 4) Fol. 11 v. — 24 v. فيما يكتب فى الاقرار بالبيع والدَّيْن والصلح والابراء والايجار وما يتعلّق بها. 5) Fol. 24 v. — 28 v. فى اثبات شىء بمحضر من المنكر بشهادة الشاهدين. 6) Fol. 28 v. — 32 v. فى انواع نقل الشهادة. 7) Fol. 32 v. — 35 v. فيما يكتب فى الوقف باستبداله وما يتعلّق به. 8) Fol. 35 v. — 38 r. فيما يكتب فى الدية والقصاص وما يتعلّق بهما. 9) Fol. 38 r. — 41 r. فى صور ما يكتب فى المزارعة. Finis: فلا دعوى ولا نزاع ولا خصومة بعد اليوم لكلّ واحد منهما فى هذه المادّة اقرارا شرعيّا ومتى صدّقته وجاها، الحمد لله على التمام ولرسوله محمّد عليه افضل التحيّة والسلام. In marginibus multa adscripta sunt, quibus plerumque ea, quae liber arabica habet, turcice redduntur; idem factum in duobus foliis post septimum et quadragesimum insertis, ubi margines non suppetebant.

2) Fol. 42 v. — 81 v. *Exempla turcica et arabica literarum judicialium et verborum in iis usitatorum*, item additamentis marginalibus instructa.

3) Fol. 82 r. — 84 r. *Poëmata turcica*, quorum quatuor ultima *'Alewii* sunt. Fol. 84 v. responsum Abû'l-su'ûdi superstitionem de quibusdam mortuis noctu e sepulcris redeuntibus vivosque enecantibus confirmans. Quaestio haec proposita erat: *Si qui uxorem viri non mu'hammedani, postquam mortua et sepulta fuerit, in somnis viderint et ab ea his verbis: Tu quoque ad me veni! vocati consilio divino decesserint: quid illi mortuae ex lege faciendum?* Responsum est: *Talium mortuorum mortuarumve tres sunt status. Primum aperto sepulcro cadaver inspiciatur: quod si in faciem jacens inventum fuerit, palus fiat ex arbore fructifera, quo per tergum adacto cadaver terrae affigatur; si vero linteum funebre voraverit, caput ejus recidatur et ad imos pedes projiciatur; si denique caput recisum postea in locum suum revolutum fuerit, cadaver e sepulcro protrahatur et comburatur.*

CCXIV.

[K. 14.]

Codex arabicus, fol. min., foll. 240, vel, si indicem numero comprehendas, 242, char. neschi pressiore: *Volumen prius Murschid-el-enâm ilâ dâr-el-selâmi, commentarii in Rukn-el-islâm Mu'hammed Ibn-Abi-Bekri Kitâb-el-Schir'a* (الشرعة). Initium commentarii: الحمد لله الّذى اوجد العالم وجعله دليلا على اسمائه وصفاته وذاته. Initium El-Schir'ae: الحمد لله الّذى دلّنا على معرفته بالشواهد والاعلام، وتعبّدنا لكرامتنا باقسام العبوديّة والاحكام، Divisa est in undeseptuaginta sectiones (فصول) de singulis partibus disciplinae rituum sacrorum, vitae ac morum, cum dictis et factis Mu'hammedis ad illas spectantibus, praemissa summa sciendorum et credendorum *). Harum sectionum quinque et triginta priores hoc volumine comprehenduntur, earumque index scriptus est fol. 1 v. et 2 r., qui etiam minores partes, in quas aliquot sectiones divisae sunt, persequitur. Sectio 1 — 3, fol. 7 v. — 28 r., de summa fidei et vitae institutionibus propheticis sancita. Sectio 4, fol. 28 r. — 45 v., de studiis doctrinae. Sectio 5 — 8, fol. 45 v. — 70 v., de Corano docendo, discendo, legendo, scribendo. Sectio 9 et 10, fol. 70 v. — 85 v., de purificationibus. Sectio 11 — 25, fol. 85 v. — 162 r., de precibus. Sectio 26 — 28, fol. 162 r. — 176 v., de decimis sacris et stipibus. Sectio 29, fol. 176 v. — 187 v., de jejunio. Sectio 30, fol. 187 v. — 195 r., de peregrinatione sacra. Sectio 31, fol. 195 r. — 197 v., de celebranda 'Âschûrâ (d. 10 Mo'harrami). Sectio 32, fol. 197 v. — 201 v., de El-Odh'hijje, solemni sacrificio d. 10 Dû'l-'higgae faciendo. Sectio 33, fol. 201 v. — 217 r., de quaerendo victu legitimo. Sectio 34, fol. 217 r. et v., de resurrectione mortuorum tempore verno

*) Scriptor fol. 3 r. librum suum esse dicit عقود منظومة من سنن سيّد العالمين وامام المتّقين، منتقدة من كتب الايمّة المهتدين، *Monilia composita ex institutis principis hominum et antistitis piorum, delecta ex libris orthodoxorum antistitum.*

recordanda. Sectio 35, fol. 217 v. — 240 v., de legibus edendi et bibendi. Commentarius est شرح ممزوج, i. e. particulis orationis integrae continuaeque, linea rubra superducta distinctis, interpretationes interpositae sunt, ad quas accedunt ipsius interpretis adnotationes marginales. Commentarium scriptum esse post mortem Abû'l-su'ûdi (Chr. 1574) constat ex commentario ejus coranico saepe ita citato, ut nomini adjectum sit رحمه الله. In praefatione interpres dicit se non solum ea, quae summatim et obscure dicta sint, singulatim et clare explicasse, ac dicta prophetica, quae orationi scriptoris materiam praebuerint et ad sententias ejus declarandas necessariae sint, attulisse, sed ea quoque, quae prior interpres, *Ja'qûb Ibn-Sejjid-Ali* (cf. Cod. XXVII, 1), ad librum illustrandum contulerit, cum paucis additamentis recepisse. Itaque passim in marginibus particulae ex ejus commentario excerptae sunt, adjecto من شرح ابن سيّد على, brevius ابن سيّد على. Nec rarae sunt refutationes ejus in ipsum commentarium intextae et in marginibus per ردّ ابن سيّد على vel ردّ سيّد على زاده indicatae. Finis sectionis 35 El-Schir'ae: ويكيل الطعام عند الاخذ من الغير والاعطاء له ولا يهيله فانّ ذلك يذهب البركة. Finis commentarii: تمّ الفصل الّذى هو فى بيان الاكل والشرب ويتلوه الفصل الكائن فى فضايل بعض الاطعمة والفواكه ولاشربة. Scriptio ab Ibrâhîm Ibn-'Oϑmân, scriba Janissariorum Budensium (كاتب يكيجريان بودين), absoluta est d. 20 Regebi A. H. 1040 (Chr. 1631).

CCXV.

[Ac. K. 250.]

Codex arabicus ab initio truncus, 8° obl., foll. 118, char. nesta'lîq: *Kitâb-el-gewâhir* *), qui apud 'H.-Ch. 4292 est *Gewâhir-el-fyqh*. Tegumento anteriori intus inscriptum: كتاب القنية نجم الدين الزاهدىّ الخوارزمىّ. Prima nunc praefationis verba sunt: على المطلوب المعبود لنفسى ومخلّص اخوانى المتعبّدين المنقطعين الى الله تعالى. Postea fol. 1 r. — 2 r. scriptor libros enumerat quibus in hoc componendo usus est, ex quibus decem summae in jure auctoritatis his siglis minio scriptis indicat: الهداية هد, تحفة الفقهاء تف, الكافى كا, جامع الصغير جص, النهاية نه, منية المفتى مم, قنية الفتاوى قن, خلاصة الفتاوى خف, منية المصلّى مص, مقدّمة الغزنوىّ مغ. Postea rogat ut quae commiserit ignoscantur et corrigantur, praesertim quum librum conscribens terras turcicas (كور الروم) peragraverit, cujus itineris interpellationes et molestiae mentem saepe multumque turbaverint, ita tamen ut nihil dubiae aut nullius auctoritatis receperit nec quidquam suo arbitrio novaverit, sed tantum antiqua et aliena transcripserit, collegerit, explicaverit. Hac opera prope finita se in Aegyptum profectum et aliquamdiu Cahirae commorantem, quum primo libri periculo multa necessaria deesse intellexisset, se eum ex illis auxisse expolitoque caput de fufismo subjunxisse. Capita: 1) Fol. 3 r. usque ad folium quod post quintum excidit, فى اثبات الصانع وتوحيده وكتبه ورسله والايمان به. 2) Fol. deperditum — 15 r. فى الطهارة والسواك واحكام المياه. 3) Fol. 15 r. — 23 v. فى نواقض الوضوء والاستنجاء والانجاس وتطهيرها. 4) Fol. 23 v. — 27 r. فى الاغتسال وما يوجبه. 5) Fol. 27 r. — 59 v. فى صفة الصلوة والمسائل المنشورة فيها والاذان والجماعة واوقاتها. 6) Fol. 59 v. — 76 r. فى القراءة وسجود التلاوة والسهو وسنن الصلوة. 7) Fol. 76 r. — 88 r. فى صلوة الجمعة والعيدين والجنائز. 8) Fol. 88 r. — folium quod post centesimum tertium excidit, فى احكام السفر والتيمّم والمسح والصوم. 9) Fol. deperditum — 110 v. فى فوايد متفرّقة شتّى. 10) Fol. 110 v. — 118 r. فى آداب السالكين من اهل الطريقة. Praeter illa folia, quae dixi, alia exciderunt post septimum, tertium decimum, sexagesimum tertium, centesimum septimum. Finis: انه الغفّار الوهّاب للمؤمنين سبيل الصواب واليه المرجع والمآب وصلّى الله على سيّدنا محمّد وآله وصحبه الطيّبين الطاهرين. Scriptio ab Isma'îl Ibn-Churrem, literarum studioso (سوخته), absoluta est Budae medio m. Δû'l-'higge A. H. 1051 (Chr. 1642).

*) Fol. 2 v. lin. 5 et 6: وسمّيته كتاب الجواهر.

CCXVI.

[Ac. K. 142.]

Codex turcicus, 4° min., foll. 162, char. neschi: *Qothb-el-din Ibn-Mu'hammedis Moqaddime;* vid. Catal. Dresd. 10 et 132. Initium: الحمد لله الّذى كلّف عباده بالفرائض والواجبات ورفع درجاتهم بالنوافل والتطوّعات. Fol. 1 v. — 7 v. ingressio partis prioris, de officiis externis in universum et de consilio libri, in quo scriptor exempla El-Ghazâlii, Abû'l-Qâsim Râghibi, El-Qoscheirii, Abû-'Abd-allâh El-Mo'hâsibii secutus est. Fol. 7 v. — 107 v. pars prior de quinque officiis externis, totidem capitum: 1) fol. 7 v. — 26 v. de fide; 2) fol. 26 v. — 81 r. de purificationibus et precibus; 3) fol. 81 r. — 91 v. de decimis sacris et stipibus; 4) fol. 91 v. — 99 r. de

jejunio; 5) fol. 99 r. — 107 v. de peregrinatione sacra. Fol. 107 v. — 117 v. ingressio partis posterioris, de vitiorum et virtutum (officiorum internorum) principiis, conditionibus, disciplina. Fol. 117 v. — 158 v. pars posterior de decem vitiis totidemque virtutibus primariis, duorum capitum: 1) fol. 117 v. — 133 v. de vitiis: a) f. 117 v. — 121 v. studio mundi, b) f. 121 v. — 122 v. superbia, c) f. 122 v. — 123 v. admiratione sui, d) f. 123 v. — 124 v. invidia, e) f. 124 v. — 126 r. avaritia, f) f. 126 r. et v. studio magnificentiae, g) f. 126 v. — 127 v. iracundia, h) f. 127 v. — 129 v. simulata pietate, i) f. 129 v. — 131 r. spe longae vitae, k) f. 131 r. — 133 v. loquacitate; — 2) fol. 133 v. — 158 v. de virtutibus: a) f. 134 r. — 137 r. amore Dei, b) f. 137 r. — 139 r. animo in decretis Dei acquiescente, c) f. 139 r. — 141 v. poenitentia commissorum, d) f. 141 v. — 143 r. timore Dei, e) f. 143 r. — 145 v. fuga mundi, f) f. 145 v. — 147 r. patientia, g) f. 147 r. — 150 r. animo grato, h) f. 150 r. — 151 v. sincera pietate, i) f. 151 v. — 155 v. fiducia in Deo ponenda, k) f. 155 v. — 158 v. perpetua mortis recordatione. Fol. 158 v. — 160 v. conclusio, quae postquam auctoritates coranicas et traditionales hic non allatas in libris quatuor illorum doctorum, aut, si non omnes suppeditent, in El-Ghazâlii *I'hjâ-el-ôlûm* quaeri jussit, admonitiones cum argumento libri convenientes subjungit. Finis: كم چق كشلر قدرت يتمدكى نسنلرى بلين ديدى وآن بلمككده عاجز اولب ازدى نعوذ بالله وبالله التوفيق والهدايه، والحمد لله ربّ العالمين الخ. In priore duorum foliorum, quae utrinque ad ipsum libri corpus accesserunt, aliquis majores Mu'hammedis et Abû-'Hanîfae retro usque ad abavos notavit, *S*châfi'i usque ad avum atavi; in posteriore quaestiones quibus Imâmus tentandus est, et precationem solvendo jejunio praemittendam.

CCXVII.

[Ac. R. 152.]

Codex arabicus, 8° max., foll. 53, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 45 v. *Abû'l-Leiθi Moqaddime*; vid. Herbel. s. v. *Aboulaith*. Integras sectiones singulas sequitur commentarius nonnulla verba earum per قوله minio scriptum inducta explicans. Initium: الحمد لله ربّ العالمين، والعاقبة للمتّقين ولا عدوان الّا على الظالمين، وصلّى الله على سيّدنا محمّد وآله اجمعين، قال الفقيه ابو الليث رحمة الله عليه ثمّ اعلم بانّ الصلوة فريضة قائمة وشريعة ثابتة عرفت فرضيّتها بالكتاب والسنّة. Sectiones: 1) Fol. 1 v. — 4 r. precationem officium summae religionis esse Corano et Traditione probatur. 2) Fol. 4 r. et v. de فرض العين, ex quo genere est precatio, et فرض الكفاية. 3) Fol. 4 v. et 5 r. de varia significatione verbi الصلوة. 4) Fol. 5 r. et v. de الحدث الحقيقى et الحدث الحكمى. 5) Fol. 5 v. — 6 v. de الطهارة الغليظة et الطهارة الخفيفة. 6) Fol. 6 v. — 8 r. de الماء المطلق et الماء المقيّد. 7) Fol. 8 r. — 9 r. de sex شرائط totidemque اركان precationis*). 8 — 18) Fol. 9 r. — 17 r. ea singula (praeter الركوع et السجود in unum conjuncta) auctoritatibus coranicis et traditionalibus instructa. 19) Fol. 17 r. et v. de septem واجبات precationis. 20) Fol. 17 v. — 18 v. de duodecim سنن ejus, it. de الآداب, quorum numerus non est definitus. 21) Fol. 18 v. — 20 r. de effectibus illarum caerimoniarum omissarum. 22) Fol. 20 r. — 23 v. de tribus شرائط, quatuor فرائض, decem سنن, sex نوافل, sex مستحبّات, sex آداب, sex كراهيات, sex منهيّات lotionis sacrae, الوضوء. 23 et 24) Fol. 23 v. — 31 v. de الاستنجاء. 25) Fol. 31 v. — 32 v. de sex modis puritatis, اوجه الطهارة, et de duabus ejus speciebus: الطهارة الحقيقيّة et الطهارة الحكميّة. 26) Fol. 32 v. de rebus lotionem sacram irritam reddentibus, المعانى الناقضة للوضوء. 27) Fol. 32 v. — 34 v. de duabus speciebus τῶν سنن. 28) Fol. 34 v. — 45 v. variae quaestiones, quarum priores usque ad fol. 40 v. ad purificationes et preces spectant, posteriores ad معرفة الله, الايمان, الدين, الشريعة, التوحيد, الاحسان, الاسلام, المعرفة, et محمّد رسول الله يبقى مع جسده فاذا جمعا العمل. Finis: صار ايمانا (تامّا). Scriptum A. H. 1068 (Chr. 1657—8).

2) Fol. 46 v. — 53 v. *Schurûth-el-falât*, idem opusculum quod vidimus in Cod. CXXVII, pag. 441 col. 2 lin. 31 sqq.; sed hoc exemplum ultimo folio truncum est; desinit enim in فرائض الغسل وهي ثلثة الاوّل المضمضة, quae verba in altero exemplo sunt pag. penult. extr.

CCXVIII.

[Ac. R. 148.]

Codex arabicus turcicus, 8° max., foll. 80, char. neschi.

1) *Compendium* illius *opusculi de precibus et purificationibus*, de quo dictum est pag. 438 col. 2 lin. 7 ab inf. sqq. Oratio arabica usque ad fol. 10 r. inter lineas turcice reddita est. Initium: باب شروط الصلوة وهي ثمانية الاوّل الوضوء بالماء المطلق او التيمّم بالتراب عند عدم الماء.

*) *El-scherâïth* eadem sunt quae pag. 468 col. 1 lin. 1 — 7 الشرائط التي هي قبل الصلوة, *el-arkân* eadem quae illic lin. 7 — 14 فرائض الصلوة non controversa.

Conveniunt omnia cum divisione illic descripta, nisi quod in parte secunda inter النوافل et المناهي interposita sunt tria مكروهات الوضوء, ita ut ea pars non septemplex sit, sed octuplex. Finis: والثالث غسل الوقفة بعرفة والرابع غسل الاحرام.

2) Fol. 14 r. — 29 r. et 34 r. — 35 v. Alia recensio illius *Wafijjet-nâmeï-ʿAli*, de quo dictum est pag. 427 col. 1 lin. 2 sqq. Multa ambabus recensionibus communia sunt. In hac singula praecepta ab يا علي incipiunt. Initium excidit; nam fol. 14 r. lin. 1 — 6 post inscriptionem باب فيما يفرض على المكلّف et dictum El-ʿHasani Bafrensis de quatuor et quinquaginta officiis diurnis et nocturnis (vid. Catal. Dresd. 201, 5) ex abrupto haec posita sunt: دونوب كيجدن ارتيا دكين نماز قليجى اولور يارين قيامت كوننده مرتبسنده يتسى آق اوليسر در, hinc demum sententia integra: يا على هر كم حرام ييه, et quae sequuntur. Finis fol. 29 r.: يا بن آنلره پايندان اولم كم صورسوز اجماغه كره لر. Fol. 34 r. — 35 v. fragmentum Wafijjet-nâmae et justo initio et fine carens.

3) Fol. 29 r. — 34 r. Wafijjet-nâmae interpositum *colloquium Muʿhammedis cum Diabolo*, turc., illi simile quod est in Cod. Dresd. 21, 2; nam in hoc quoque Diabolus interrogationibus Muʿhammedis tamquam tormentis constrictus homines religione et pietate sua ipsius vineta caedere docet. Initium: بر كون حضرت پيغمبر ابليس لعنى كورب ايتدى يا ملعون بنم امّتم اجنده نكزرسين ددى. Finis deest; ultima verba, certe quae videntur esse (nam cum primis posterioris fragmenti Wafijjet-nâmae coaluerunt): دخى امين اولوب صدق ويرجى اولقدر.

4) Fol. 35 v. — 41 v. *Narrationes de Muʿhammede, Jesu, El-ʿHasano Bafrensi*, turc.

5) Fol. 41 v. — 76 v. *Prima pars compendii turcici annalium Ibn-Ǵerîri Thabaristanensis, a creatione mundi usque ad mortem Salomonis pertinens*, cujus exordium est ab initio voluminis primi annalium a Kosegartenio arabice et latine editorum, XVI et XVII, ubi quod ille ex conjectura posuit, دمكله مشهور اولان, id in nostro libro est; sed item pro يانډرسون lin. 5 ab inf. ex nostro باتدرسون reponendum, cui respondet in translatione latina *immergat*. Finis: كم اكّا نقدر وفا اتديسه بو دنيا سكّا دخى اول قدر وفا ايدر.

6) Fol. 77 r. — 80 v. *Kitâbi scherâïthi-islâm*, turc., initium ejusdem catechismi quem vidimus pag. 407 col. 2 lin. 8 sqq. Abruptus est post locum de foedere Dei et animorum humanorum ex lumbis Adami eductorum.

CCXIX.

[Ac. K. 127.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 102, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 64 v. *Munjet-el-mufalli we-ghunjet-el-mubtedi*; vid. Cod. CLXXXVII, 3.

2) Fol. 65 r. — 68 v. *Precationes arabicae.*

3) Fol. 69 v. — 101 r. *Abû'l-Leiϑi Moqaddime cum commentario*; vid. Cod. CCXVI. In quaestionibus ipsi libro subjunctis non omnia cum altero exemplo conveniunt; etiam finis alius est: رجل صلّى وفى كمّه جرو الكلب وفمه مشدود والله اعلم بالصواب. Fol. 101 v. et 102 r. iterum precationes.

CCXX.

[Ac. K. 140.]

Codex arabicus utrinque truncus, 4°, foll. nunc 145 (nam ex 155 a librario numeratis exciderunt 1, 6 — 8, 23 et 24, 57 — 60; fol. 76 autem paene totum evulsum est), char. neschi: كتاب مغنى الذاكرين, *de pietate erga Deum in omnibus vitae partibus die noctuque colenda* *) *auctoritates et praecepta Muʿhammedis et doctorum muʿhammedanorum.* Prima nunc verba: الى على الفضيل بن عياض رح قال ترك العمل لاجل الناس رياء الخ. Ingressio usque ad fol. 5 v. lin. 1 pertinens de ذكر الله in universum atque inde a fol. 4 v. lin. 13 de fontibus et consilio libri est. Suppeditarunt scriptori materiam maxime hi libri: *ʿAmel-el-jaum we'l-leile*, Officia diurna et nocturna Abû-Bekr-Aʿhmed Ibn-Muʿhammed Ibn-Ishâq El-Sunni (qui postea rarius El-Sunnî, saepius Ibn-El-Sunnî appellatur), cujus libri explicationem scriptor acceperat ab Abû'l-baqâ Châlid Ibn-Jûsuf Ibn-Saʿd Ibn-El-ʿHasan, cujus *silsile* per Abû'l-Jumnî Zeid Ibn-El-ʿHasan Ibn-Zeid Ibn-El-ʿHasan El-Kindî, Abû'l-ʿHasan Saʿd-el-chair Ibn-Muʿhammed Ibn-Sahl El-Anfârî, Abû-Muʿhammed ʿAbd-el-raʿhmân Ibn-Aʿhmed Ibn-El-ʿHasan El-Dûlî, Abû-Nafr Muʿhammed Ibn-El-ʿHosein Ibn-Muʿhammed Ibn-El-Kessâr El-Dînûrî ad Ibn-El-Sunnî redibat **); deinde الكتب الخمسة التى هى اصول الاسلام, quos ipse scriptor interpretatur esse corpora traditionum Bochârii, Muslimi, Abû-Dâûdi, El-Tirmidii, El-Nisâii; maxime opus Abû-Dâûdi; praeterea corpora traditionum Ibn-Mâǵae, El-Dâraqothnii, El-Beihaqii; tandem El-

*) Nam, ut est fol. 3 r. lin. 1—3: اعلم انّ فضيلة الذكر غير منحصرة فى التسبيح والتهليل والتحميد والتكبير ونحوها بل كلّ عامل لله بطاعته فهو ذاكر لله تعالى.

**) Hinc intellexi illud انا, de quo pag. 455 col. 1 in adnotatione dubitavi, compendium scribendi esse pro اخبرنا, ut ثنا in corporibus traditionum saepissime pro حدثنا.

Mauthâ Imâmi Mâlik, El-Musned duplex, alterum Imâmi Ibn-ʿHanbel, alterum Ibn-ʿAwânae, et multi alii libri, quorum nomina suis quaeque locis indicata sunt. De consilio et divisione libri fol. 5 r. et v.: *Visum est caput praemittere de praestantia recordationis Dei in universum, in quo pauca quaedam dicta referrem, quibus ad ea, quae sequuntur, via muniretur; deinde ipsum argumentum per capita persequi; tandem capite de petenda venia divina librum finire, quod omini esset vitae quoque nostrae finem veniae divinae participem fore.* Fol. 5 v. pars capitis de praestantia recordationis Dei; nam cetera cum fol. 6 — 8 exciderunt. Fol. 9 r. — 155 v. libri sedecim, ut videtur (primi enim inscriptio excidit), in capita et sectiones divisi, de singulis generibus τῶν اذكار, quorum infinita est multitudo et varietas, totam vitam pravae religionis minutiis implicans, quas qui consummare velit, vix quidquam facere aut dicere possit, quin ei ritus quidam observandus aut naenia quaedam decantanda sit. Quamquam pleraque istorum non perfecta officia habentur, sed opera eximie bona, altioris sanctitatis comparandae et majorum Dei praemiorum captandorum instrumenta; qui paene omnium religionum, etiam christianae corruptae, communis est error. Insunt tamen, maxime in ultimo capite, bona et vere honesta, omnino autem plurima mores muʿhammedanos egregie illustrantia. Libri: 1) Fol. 9 r. — 42 r. ex argumento fere sic inscriptum fuisse conjicio: كتاب الطهارة والصلوة, quamquam primis duobus foliis docetur quae dicenda sint, quum lavandi aut cubandi aut alius rei causa vestes deponas, quum foras exeas et domum redeas, quum noctu expergefias, quum alvum aut vesicam exoneratum eas et inde redeas. 2) Fol. 42 r. — 46 r. كتاب تلاوة القران. 3) Fol. 46 r. — 47 r. كتاب حمد الله. 4) Fol. 47 r. — 54 r. كتاب الصلوة على الرسول صلعم. 5) Fol. 54 r. — 69 v. كتاب اذكار المرض والموت وما يتعلّق بهما. 6) Fol. 69 v. — 77 r. كتاب الاذكار فى صلوات مخصوصة, ut die Veneris et nocte eum antecedente, binis festis annuis, prima decade mensis *Δû'l-ʿhiggae*, in defectibus solis et lunae, in siccitate, in tempestate, quum stella transvolat, quum tonat et pluit, noctibus ramadhânicis, al. 7) Fol. 77 r. — 78 v. كتاب اذكار الصيام. 8) Fol. 78 v. — 84 r. كتاب اذكار الحجّ. 9) Fol. 84 r. — 87 r. كتاب اذكار الجهاد. 10) Fol. 87 r. — 92 v. كتاب اذكار المسافر. 11) Fol. 92 v. — 97 r. كتاب اذكار الاكل والشرب. 12) Fol. 97 r. — 112 v. كتاب السلام والاستيذان وتشميت العاطس وما يتعلّق بها. 13) Fol. 112 v. — 114 v. كتاب اذكار النكاح وما يتعلّق به. 14) Fol. 114 v. — 119 r. كتاب الاسماء, de imponendis nominibus et cognominibus, illis mutandis, hominibus appellandis. 15) Fol. 119 r. — 132 r. كتاب الاذكار المتفرّقة, ut quum bonum accipias aut malo libereris, quum canentem gallum, rudentem asinum, latrantem canem audias, quum incendium videas, quum ex consessu discedas, al. 16) Fol. 132 r. — 155 v. كتاب حفظ اللسان, de omnibus iis, quae non dicenda sunt, eorumque contrariis. Finis hujus capitis cum ultimo excidit. Verba nunc ultima: قال النبىّ صلعم يقول الله تع من جاء بالحسنة فله عشر امثالها وفى صحيح البخارىّ. Codex a Scheich Suleimân Efendì templo primario Budensi legatus est.

CCXXI.

[Pf. K. 150.]

Codex turcicus, 4° min., foll. 105, char. neschi. Fol. 1 El-ʿHâgî Musthafâ Praefectus militaris (*Mir-âlâï*), qui librum m. Ramadhâno A. H. 1077 (Chr. 1667) comparavit, nonnulla notavit et computavit; etiam magicum quoddam portentum fol. 1 v. pictum est.

1) Fol. 2 r. — 68 v. *Miftâʿh-el-genne*, qui liber est in Cod. Dresd. 42 et 82. Folium primum excidit; prima nunc verba praefationis sunt: عليكم اهل البيت، امّا (امّا بعد .l) بو ضعيف دعاجى حقّ تعالى رحمتنه ومغفرتا (l. ومغفرتنه) ساعى احمد داعى اصلح الله شانه ايدر كيم الخ Octo *megâlis*: 1) Fol. 1 r. — 15 r. de praestantia et praemiis precationis. 2) Fol. 15 r. — 25 r. de praestantia poenitentiae (توبه). 3) Fol. 25 r. — 28 v. de decreto absoluto. 4) Fol. 28 v. — 34 v. de praemiis divinis mensi Regebo propriis. 5) Fol. 34 v. — 39 r. de praemiis mensi Schaʿbâno propriis. 6) Fol. 39 r. — 46 r. de praemiis mensi Ramadhâno propriis. 7) Fol. 46 r. — 52 r. de praemiis nocti ramadhânicae *leilet-el-qadr* propriis. 8) Fol. 52 r. — 68 v. de praemiis eleemosynae soluti jejunii (فطر صدقتى, vid. Muradgea d'Ohsson a Beckio transl., I, p. 485 et 459) et precationi bairâmicae (بيرام نمازى, vid. idem, I, p. 352 — 354) propriis. Continent autem haec capita, ut in praefatione est, تفسير واحاديث ودخى دوكلمزك كوثلنده . وامثال ولطايف وحكايات Finis: ودلنده لا اله الّا الله كلمسين ثابت ايليه ان شاء الله تعالى امين يا ربّ العالمين.

2) Fol. 69 r. — 104 r. *Compendium historiae Prophetarum in Corano aut nominatim, aut citra nomen commemoratorum.* Inscriptum est: قران ايچنده كلن پيغامبرلرك تواريخنين بيان اتمكده. Initium: اوّل ادم پيغامبر عم در حقّ تعالى جلّه وعلى (sic) انى كندو قدرت اليله طپراقدن يراتدى. Fol. 69 r. Adam, 70 r. Seth, 70 v. Idrîs, 72 v. Noah, 74 v. Hûd, 75 r. Ssâliʿh, 76 v. Abraham, 78 r. Ismaël et Isaac, ib. Loth, 79 r. Jacob, 80 r. Joseph, ib. Jobus, 80 v. *Δû'l-kifl*, ib. Schoʿaib, 81 r. Moses, 82 v. Aaron, ib. Chydhr, 83 v. Josua, 84 r. Elias, 84 v.

Elisa, 85 r. Ezechiel, 85 v. Samuel (اشْمويبيل, quod arab. اسماعيل valere dicitur), 87 v. David *), 90 r. Loqmân, 90 v. Salomo, 93 r. Jonas, 95 r. Zacharias, 95 v. Johannes, 97 v. Jesus, 98 r. ʿOzeir, 99 v. Alexander Bicornutus, 101 v. plures prophetae et viri sancti inter Jesum et Muʿhammedem medii, 102 v. Muʿhammed. Finis: وتواريخ انبيانك عقبنجه زبوردن بر سبيل نصيحت وعيسانك ومحمدك شهادت اولا ديو بر قاچ سورسنده سوز نقل اتدم والسلام, sed quae his verbis promittuntur, hic desiderantur. Scriptio ab Ibn-Ghadhanfer absoluta est A. H. 1099 (Chr. 1687 — 8).

3) Fol. 104 r. — 105 v. *Institutio ad reperiendos thesauros in terra defossos* adhibendis versiculis coranicis pro diebus septimanae diversis et caerimoniis magicis **). Ultimo folio deperdito oratio in die Saturni abrupta est.

CCXXII.

[Pf. K. 131.]

Codex turcicus utrinque truncus, fol. min., foll. 49, quorum primum et secundum falso post sextum rejecta sunt, char. neschi robusto: *Fragmentum libri ʿImâd-el-islâm de officiis muʿhammedanis*, et ordinariis, احكام عبادت, et extraordinariis, نوافل وفضايل; vid. fol. 11 r. lin. 4 — 14. Prima verba: صكره صلوات دعاسين بلمين بلدوكى صلواتدن اقيه, ex loco de sepultura et visendis sepulcris, ad quem ab argumento libri de precibus, cujus haec appendix esse solet, deflexum esse docet finis fol. 3 v. lin. 10: *Haec sufficiant; jam ad priores nostras commentationes* (اولكى مقالاتموز) *redimus.* Sequitur a fol. 3 v. usque ad finem كتاب الصوم. Quum autem in jejunio, ut fol. 12 r. est, non solum a cibo et potu, sed etiam ab omnibus peccatis et rebus illicitis abstinendum sit, ad haec transitur: fol. 13 r. تفصيل الحرامات, enumeratio illicitorum, quae duplicia sunt: fol. 13 v. الحرام المقطوع, quae illicita esse certo scitur, fol. 20 r. الحرام المظنون, quae illicita esse putantur. Fol 23 v. فضايل الكسب, de optimis modis victus quaerendi. Fol. 38 r. مسائل التوبة, de poenitentia. Fol. 41 r. مداخل الشيطان, per quae Diabolus in animos humanos intrat. Fol. 44 v. تفصيل الكباير, enumeratio peccatorum gravium. Fol. 46 v. صورة التوبة النصوح, forma poenitentiae sincerae. Fol. 48 r. مسائل المشبهات والمشكلات, de iis quae utrum liceant, an non liceant, dubium et perplexum est. Ultima verba: امّا فى زماننا قز جانبندن درلو درلو شرطلر. Liber non tam scholae, quam vitae scriptus est; quare praecepta subinde exemplis et narrationibus ad usum communem traducuntur et adhortationibus in animos lectorum infiguntur.

CCXXIII.

[K. 26.]

Codex maximam partem turcicus, 4° min., foll. 67, char. neschi. Post fol. 20 et 44 nonnulla exciderunt.

1) Fol. 1 v. — 61 r. *Ginân-el-ğenân*, Horti paradisiaci cordis (quamquam et in inscriptione et in fine est *ğenân-el-ginân*), liber paraeneticus fere ejusdem generis, cujus est is qui proxime antecedit. Initium: صدق اخلاص برله خالق موجودات ورازق مخلوقات عالم السرّ والخفيّات حق تعالى حضرتنه حمد وثنا قلوب الخ. Fol. 1 v. — 3 v. Primum officium: Deum unum profiteri, colere, amare. Fol. 3 v. — 4 v. Secundum: Muʿhammedem prophetam profiteri, ei fidem habere et obedire. Fol. 4 v. et 5 r. Mores credentium et hypocritarum. Fol. 5 r. — 10 r. Societas bonorum quaerenda, malorum fugienda; nam pietas tantum et bona opera gratiam divinam merent. Fol. 10 r. — 11 r. species felicitatis piis a Deo promissae. Fol. 11 r. — 15 v. Vera pietas in animis posita, non in officiis externis; cum his enim conjuncta esse potest animi durities, quae deinceps per levia peccata ad gravia, hinc, nisi tempori intercedit poenitentia, ad impietatem et perniciem aeternam deducit. Fol. 15 v. — 17 r. Necessitas poenitentiae, quae amorem Dei et veniam peccatorum comparet, maturandae et pericula dilatae. Fol. 17 r. — 20 v. Brevitate vitae parce et sapienter utendum. Fol. 21 r. — 23 v. Insania improborum quasi dedita opera in perniciem ruentium. Fol. 23 v. — 29 r. Ira et poenae Dei metuendae, securitas vitanda. Fol. 29 r. et v. Illicita non edenda. Fol. 29 v. — 34 v. Quaecunque inebriant vitanda. Fol. 34 v. — 44 v. Libido sodomitica et fol. 44 v. — 52 v. scortatio, partim crassiores, partim subtiliores, cavendae. Fol. 52 v. — 54 r. Serico, auro, argento nec ad vestes aut ornatum, nec ad vasa utendum. Fol. 54 r. — 56 v. Omnino mundus non amandus. Fol. 56 v. — 60 v. Officia et divinae et propheticae auctoritatis servanda; precum ratio, omissarum poenae, praestitarum praemia. Fol. 60 v. et 61 r. Consilium scriptoris, preces ad Deum et lectores. Ultima verba: لانّه تعالى يسمع ويجيب، وداعيه لا يخيب، وصلّى الله على سيّدنا وشفيعنا محمّد وآله وصحبه اجمعين والحمد لله ربّ العالمين. Vim praeceptorum et admonitionum augent sententiae coranicae

*) De ejus gente fol. 88 r. lin. penult. citatum est مايشوش انجيل كه عربجه متّى انجيل درلر, *Evangelium Maischuschi* (Matthaei), *quod arabice Ingîl-Mettâ appellatur.* Omnino in hoc libro saepe Judaei et Christiani auctores adhibentur.

**) Virgam magicam habes fol. 105 r. lin. ult., ubi versiculus coranicus virgae tamariceae, بر الغون چبوغى, inscribi ac terra ea tangi jubetur, ut dehiscat et thesaurum edat. Pro virga fol. 104 r. est habena, اويان. Item gallina nigra, بر قره تاوق, ut apud nostrates, ubi thesaurus jacet, immolanda est, fol. 105 r. lin. 2.

et traditionales, narrationes, versus, allocutiones. Scriptio absoluta est medio Mo'harramo A. H. 993 (Chr. 1585).

2) Fol. 61 v. — 63 v. *Du'âï-îmân*, arab.; nonnulla nomina divina cum institutionibus turcicis de eorum usu et vi; precatio arabica, quae *Wirdi-enbijâ* dicitur.

3) Fol. 64 r. — 66 r. *Commentatiuncula astrologica de horis singulorum planetarum*, turc. Primum docetur, ad quae negotia illae horae faustae aut infaustae sint; deinde, qui planetae singulis horis dierum septimanae praesint. Horae autem, *sâ'ât*, sunt septenae illae dierum partes, quas enumeravi pag. 437 col. 2 adnot. 2. Fol. 66 v. — 67 v. varia notata sunt.

CCXXIV.

[Ac. K. 223.]

Codex turcicus, 4° min., foll. nunc 66 (nam post fol. 52 unum exsectum est), char. diwani-neschisi vacillante manumque senilem prodente. In tegumento anteriore scribae nomen apparet: *Hujus libri dominus est Sefer Agha, praefectus albo timariotarum Temeswariensium (ketchudâï defteri Temeschwâr), antehac incola Lipowae.* Ibidem quaedam notavit de chronologia diluvii et de Sur. 2 vers. 153. Fol. 1 r. somnium a se visum narrat.

1) Fol. 1 v. — 26 r. *Fadhâïli ğihâdi 'askerî*, de causis, ratione, praestantia et praemiis belli sacri, adhibitis multis sententiis coranicis turcice explicatis et narrationibus ad illa argumenta spectantibus. Initium: الحمد لله الذى انزل كلامه المتين بالروح الامين بلسان عربى مبين. Scriptor cives non solum in Christianos, nominatim in Hungaros, sed etiam in Mu'hammedanos hypocritas incendit, qui ab illis pecunia corrupti causae eorum faveant et serviant. Postremum vocem illam ab initio Sur. 30: الم غلبت الروم portendere aït, fore ut Graeci, vel qui a partibus eorum stent, A. H. 1432 rerum potiantur; فى بضع سنين autem, imperium illud, postquam 872 annos steterit, a Mu'hammedanis iterum eversum iri. Hinc fol. 23 r. — 24 r. versibus vulgaribus laudes bellicas suorum ab expugnata Constantinopoli ad Cretam A. Chr. 1645 captam celebrat. Finem facit fol. 24 r. — 26 r. *sebebi kitâb*, causa libri, ubi se, militem octogenarium, in limite imperii turcici natum et paene per totam vitam stipendia meritum, nunc, quum pax facta sit, perfidis hypocritarum machinationibus ad illum scribendum permotum esse dicit et quid eo consequi voluerit exponit. Ultima verba: اولكه بونك سببى ايله اول دركاهه واردقده يوزمز قاره سن بونگله اورتم، ستار العيوب عفو ايليه، آمين يا معين، وبحرمة سيد المرسلين. Scriptio absoluta est A. H. 1064 (Chr. 1653 — 4).

2) Fol. 26 r. — 27 v. Fabula de arbore montis Qâf et poëma turcicum de rebus primum creatis, اوّليات عوالم ممكنات.

3) Fol. 28 r. — 48 v. Leges coranicae de hereditatibus, divortio, venatu, talione, fenore, scortatione, cum interpretationibus turcicis. Et ipsum militarem esse libellum indicat inscriptio primae partis: فرايض عسكرى.

4) Fol. 48 v. — 51 v. Preces militares ad Deum versibus conceptae, scriptae ab initio Rebî'i prioris A. H. 1065 (Chr. 1655); carmen militare Mu'hammedem celebrans; oda mystica ad Mu'hammedem, item militaris; laudes Mu'hammedis.

5) Fol. 51 v. — 62 r. Institutiones theosophicae militares, نثر عسكرى بطريق تصوّف et مشاهدهٔ كلمات عسكرى.

6) Fol. 62 r. — 66 v. Commentatio de vitandis dolis Diaboli et impiorum, item de horum insania et perditis moribus et futura miseria. In tegumento posteriore loci coranici turcice explicati, quibus Mu'hammed, quod in suos lenis sit, laudatur, de efficacia autem praeceptorum suorum in animis auditorum sollicitus esse vetatur, sic inscripti: موعظهٔ ربّانى على الواعظين الاخيار, *Adhortatio divina bonorum paraenetarum.*

CCXXV.

[K. 213.]

Codex turcicus, 8°, foll. 258 chartae orientalis, char. nesta'lîq nitide scriptus: *'Azmii Enîsu'l-'ârifîn*; vid. 'H. Ch. I, pag. 205 lin. 1 et 2, pag. 487 lin. 7 et 8, et Hammeri Hist. poes. osman. III, p. 30, ubi libri argumentum, *mekârimu'l-achlâq*, honesti mores, pro ejus nomine positum est *). Initium: منّت اللّهيه كه او در خلّاق. خلق ايدوپدر مكارم اخلاق. Scriptor postquam Selîmum II et Mu'hammed-Pâscham, summum ejus Vezîrum, laudavit, se ab amicis rogatum multos celebres libros de moribus collegisse et, quae hominibus sui temporis opus essent, inde excerpsisse dicit. Ita se Ğâmium totum (libri nomen non indicat) turcicum fecisse, atque ex Moribus 'Hosein Kâschifii non solum ordinem et argumenta capitum, sed etiam multa alia mutuatum esse, multa item ex poëtis, philosophis, anthologis, paraenetis, collectoribus sententiarum et proverbiorum arabicorum, et laudatissimis scriptoribus persicis. Ceterum a verbis arabicis minus usitatis aut notis se abstinuisse; sicubi autem admiserit, interpretationem adjecisse. Ex versibus orationi interpositis nonnullos suos esse. Fol. 7 r. — 8 r. prooemium de philosophia practica triplici: ethica, oeconomica, politica (vid. Catal. Dresd. 343). De his partibus omnibus in hoc libro disputatum esse, sed de secunda et tertia modo ita, ut a prima ad eas excursum sit, على سبيل الاستطراد, quia antiqui philosophi, prophetarum disci-

*) Similiter fol. 1 r. nostri exempli اخلاق عزمى.

puli, in hominibus ad virtutem instituendis primam illam partem praemiserint. Argumenta quadragiuta capitum a fol. 8 r. ad fol. 257 r. pertinentium: 1) عبادت, 2) اخلاص, 3) دعاء, 4) شكر, 5) صبر, 6) رضا, 7) توكّل, 8) حياء, 9) عفّت, 10) ادب, 11) همّت, 12) عزم, 13) جدّ وجهد, 14) ثبات, 15) عدل, 16) عفو, 17) حلم, 18) خلق, 19) توضّع, 20) شفقت, 21) خيرات, 22) سخاوت, 23) ورفق, 24) انجاح حاجات, 25) صداقت, 26) وفاء, 27) امانت, 28) غيرت, 29) شجاعت, 30) حزم, 31) مشاوره, 32) تأنّى, 33) سياست, 34) تيقّظ, 35) فراست, 36) كتمان اسرار, 37) اغتنام فرصت, 38) رعايت حقوق, 39) محبت اخيار, 40) تربيت خدم وحشم, دفع اشرار. Fol. 257 r. — 258 r. conclusio, in qua chronostichum, حمد لله ايردى پايانه انيس العارفين, *Laus Deo, quod ad finem pervenit Enîsu'l-ʿârifîn*, eundem annum finiti operis indicat, qui apud ʿH.-Ch. est, i. e. A. H. 974 (Chr. 1566—7). In fine scriptor verum suum nomen hoc disticho inclusit:

افقر الناس الى الله الجليل
پير محمّد بن پير احمد بن خليل

CODICES DE SUMMA THEOLOGIAE.

CCXXVI.

[Ac. K. 177.]

Codex turcicus, 12°, foll. 120, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 80 r. *Birgilii Wasijjet-nâme*; vid. Cod. CXIII, 2, et Cod. CXCII, 6.

2) Fol. 81 v. — 102 r. *Risâleï Rûmi Efendi*, compendium fidei muʿhammedanae. Initium: الحمد لله ربّ العالمين، والصلوة والسلام على سيّدنا محمّد وآله اجمعين، وبعـد اى طالب حق اولان اخوان بل اكاه اولغل كه حق تعالى قران كريمنده الخ. Argumenta: Dei natura et attributa partim positiva, ثبوتيّه, partim negativa, سلبيّه; angeli; libri divini; legati divini; res ultimae; decretum absolutum; vis fidei et incredulitatis; fides aut singula discernens, تفصيلى, aut summaria, اجمالى; confinia fidei et incredulitatis; effectus orationis incredulitatem prodentis; munimenta contra incredulitatem; liberi per fidem ad honestatem formandi; novi conjuges ante consummandum matrimonium de capitibus fidei examinandi; liberi moribundi, si nondum adulti sunt, confessione fidei a parentibus iteranda, si adulti sunt, ab ipsis iteranda ad mortem praeparandi; ratio confessionis fidei sepultis dictandae et precum pro iis adjungendarum, de quo *telqîn* privato dictum est pag. 417 col. 2 lin. 36 sqq. Finis: لطف ايدوب بونلرى تأنّى ايله اوقيه تز تز اوقيوب كتميه.

3) Fol. 102 v. — 111 v. *Risâleï Qâdhî-zâde Efendi*, compendium disciplinae precum. Initium: الحمد لله الّذى جعل الصلوة عماد الدين، وبضاعة اهل اليقين، . Inde a fol. 106 r. ex affectatione precum extraordinariarum opera supererogatoria improbanda, نوافل مكروه, res novas, بدَع, contemtum probatissimarum auctoritatum et fanaticam superbiam nasci, haec omnia autem maxime abhorrenda esse docet. Finis: اول جاهل وباطل سوزلر ايله عمل واعتقاد اتميلر.

4) Fol. 112 r. — 120 v. *Kitâb ǵewâhir-el-islâm*, idem catechismus quem vidimus pag. 407 col. 2 lin. 8 sqq. et pag. 481 col. 2 lin. 7 sqq. Finis hujus exempli: تا كم حق تعالينك عذابندن امين اولوب رحمتنه واصل اولالر.

CCXXVII.

[Ac. K. 158.]

Codex turcicus, 8°, fol. 92, char. neschi rudiore: *Birgilii Wasijjet-nâme*, رسالة برگلى محمّد افندى; vid. Cod. CCXXVI, 1. Finis exstat, sed in linea antepenultima scriba ex capite de نمازك سنّتلرى, quod a fine retro nonum est, festinavit ad exitum capitis ultimi de احوال حيض ونفاس; vid. Cod. CCXXVI fol. 71 r. lin. 3 et fol. 80 r. lin. 3.

CCXXVIII.

[K. 45.]

Codex turcicus, 12°, foll. 67, char. neschi: *Idem liber*, in capite antepenultimo de دعاء قنوت abruptus post verba: انّ عذابك بالكفّار ملحق, quae in Cod. CCXXVI sunt fol. 76 r. lin. 3.

CODICES DE THEOSOPHIA.

CCXXIX.

[Ac. K. 74.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 117, char. nesta'lîq: *Mo'hji'l-dîn Mu'hammed Ibn-'Alii*, vulgo *Ibn-'Arabii*, celeberrimus liber theosophicus, *El-Futû'hât el-mekkijje*, in compendium redactus ab *Abû'l-Wahhâb Ibn-A'hmed*, A. H. 973 (Chr. 1565—6) mortuo, ut apud 'H.-Ch. est in فتوحات المكّيّة; nam in libro ipso nihil de eo invenitur. Initium: الحمد لله ولا اله الّا الله والله اكبر، افضل الكلام كلامه الاطهر، . Deinde: وبعد فلمّا غطست بحر الفتوحات الاخطر، وغمست من علم الرموزات الجمّ الاوفر، صدفه ململم من الجواهر والدرر الازهر، رايت فيه فقه الله الاكبر، والكبريت الخالص الاحمر، المدموس بين الطمّ والرمّ الاحقر، وهو من اجلّ الكتب فائدة، واعظمها عائدة، لاشتماله على بغية الطالب، لاعزّ المطالب، يُفهمك اسرار البدايات، ويُطلعك على معالم النهايات، . His libri laudibus absolutis, scriptor, postquam multum inde fructum ceperit, se illum in compendium redegisse sic significat: وانّى من بحر فتوحاته باصداف التبيان، فاستخرج منه اللؤلؤ والمرجان، بعناية الملك المنّان، فانّ الجود والخزاين لديه، ومفاتيح العلم والسرّ فى يديه، والله يؤتيه من يشاء ويهديه اليه، وقد كانت هذه الرسالة نقطة من بحره الزاهر (الزاخر .l)، وقطرة من سحابه الماطر، . Jam exordium Ibn-Arabii refert: قال اقدس المشايخ بالكمالات، فى اوّل الخطبة من الفتوحات، احمده حمدَ من علم انّه سبحانه علا فى صفاته وعلا (sic)، وجلّ فى ذاته وجلا، الخ. Delirans ista sapientia, quae vanissima superbia tumens sanamque rationem et religionem pedibus proculcans nubes et inania captat, per totum hunc librum quasi bacchanalia agit. Ibn-'Arabî prooemium scribens, ut fol. 2 r. lin. 18 sqq. narrat, in عالم حقايق المثال (vid. pag. 473 col. 2 lin. 32—35) Mu'hammedem in solio sedentem, angelis, prophetis, chalifis et sanctis stipatum vidit. Jesus, الختم, id est ختم الولاية العامّة, non ختم الولاية المحمّدية, quem se ipsum esse Ibn-'Arabî haud obscure significat *), Jesus igitur a Mu'hammede jussus suggestum ante hunc collocavit, quem postquam Ibn-'Arabî conscendit, primum divinitus inspiratus Deum et Mu'hammedem versibus laudavit, deinde vicissim a Mu'hammede laudatus et ut arcana divina exponeret rogatus, rerum originem et decursum usque ad finem hujus mundi post septem millia annorum futurum persecutus est. Fol. 5 v. lin. 6 sqq. ex prooemio refertur ratio arcanae illius sapientiae secessu in solitudinem et meditatione rerum divinarum a Deo impetrandae. Triplex enim est scientia: prima علم العقل, quae intelligendo et ratiocinando continetur; secunda علم الاحوال, quae ita comparatur, ut ipse aliquo modo affectus sis idque quale sit sensu percipias, qualis est scientia dulcedinis, amaritudinis, deliciarum venerearum et musicarum; tertia علم الاسرار, mente ac ratione superior, primum auctorem habens spiritum sanctum (روح القدس), prophetarum et sanctorum propria. Ea autem ipsa duplex est: prior mente quidem apprehenditur, sed simpliciter accipiendo, non ratiocinando, ut ipsa haec prima et quasi propaedeutica horum graduum scientia; posterior partim, ut scientia secunda, sensu percipitur, sed longe nobilior est; partim fando, sed certissima auctorum veritate omnem dubitationem excludit. Hanc qui tenet, omnia quae sciri possunt penitus scit. Quae autem hujus generis esse dicuntur, non temere arripienda, sed caute et pedetentim probanda, aut, si de auctoribus non omnino constat, modo admittenda vel in medio relinquenda sunt. Ceterum religio mu'hammedana esotericam hanc scientiam tantum abest ut improbet, ut ipse Mu'hammed non pauca ejus specimina cum discipulis interioris admissionis communicaverit. Hinc est quod Abû-Hureira dixit: *Duo genera dictorum Prophetae memoria teneo, quorum unum elocutus sum, alterum si eloquerer, hoc mihi guttur praecideretur;* item Ibn-'Abbâs, quum in Corano interpretando ad illud de septem coelis totidemque terris (Sur. 65 vers. 12) venisset: *Hoc si interpretarer*, inquit, *me lapidibus obrueretis aut impium esse diceretis;* item 'Alî omnium gravissime:

يا ربّ جوهر علم لو ابوح به
لقيل لى انت ممّن يعبد الوثنا
ولاستحلّ رجال مسلمون دمى
يرون اقبح ما يأتونه حسنا

Multae sunt scientiae gemmae, quas si propalam facerem, idola colere dicerer ac viri moslemici sanguinem meum effundi licere censerent, omnium quae facere possunt turpissimum honestum rati. Fol. 6 v. lin. 19 sqq. Hanc

---

*) Fol. 2 v. lin. 3—5: *Tum summus princeps, fons aquae limpidissimae et suavissimae* (Mu'hammed), *quum forte faciem vertisset, me conspexit post tergum El-Chatmi* (Jesu) *stantem, nimirum propter quandam categoriae communionem inter nos intercedentem* (لاشتراك بينى وبينه فى الحكم). *Ibi summus princeps ei dixit: Hic est aequalis tuus et filius tuus et amicus tuus* (هذا عديلك وابنك وخليلك). Non vanum igitur crimen est, quod El-Chawâfî in collegam, nempe luscus in caecum, conjicit pag. 440 col. 2 lin. 35—38.

igitur scientiam hereditate a prophetis acceptam se jam studiosis traditurum esse professus praemonet, quid de iis statuendum sit, quae philosophorum aut theologorum scholasticorum aut omnino virorum doctorum sola ratione utentium dictis similia in hoc libro inventuri sint. Fol. 7 r. lin. antepen. — 8 r. lin. 5. qafîda de scientia arcana. Fol. 8 r. lin. 5 — 9 r. ult. ex capite secundo de arcanis literis singulis, binis aut pluribus ab initio aliquot suratarum positis, excerpta est oratio versibus intexta, qua Ibn-ʿArabî librum hispanico cuidam Emîr-el-umerâ dedicavit, ad quem quum primum A. H. 590 (Chr. 1193 — 4) venisset, non eam quam volebat gratiam et auctoritatem consecutus est; quod sane mirandum non fuit: nihil enim arrogantius esse potest quinque illis distichis, quae se ex libro suo *Kitâb-el-isrâ* (ʿH.-Ch. 639) in consessu principis recitasse dicit. Aliquot annis post iterum ad eum venit cum eoque et duobus sociis, Abû-ʿAbd-allâh Ibn-El-Murâbith et ʿAbd-allâh Bedr El-ʿHabeschî El-Temenî (التمنّى), liberto Abû'l-ghanâïm Ibn-Abî'l-futûʿh El-ʿHarrânii, novem menses suaviter consumsit. Postea religionis causa in Palaestinam et Arabiam profectus consilium hujus libri scribendi illique mittendi cepit atque effecit. ʿHâgî-Chalfa m. Ssafaro A. H. 629 (Chr. 1231 exeunte) finitum esse aït. Fol. 9 v. lin. 1 — 10 v. lin. 13 de causis, objectis et ratione disciplinae ſuficae. Scientiae quidem ſuficae haec septem argumenta sunt: 1) اسماء اللّٰه, 2) التجلّيات, 3) خطاب الحقّ عباده بلسان الشرع, 4) كمال الوجود ونقصه, 5) الانسان من جهة حقايقه, 6) الكشف الخيالىّ, 7) العلَل والادواء. Fol. 10 v. lin. 14 — 11 v. lin. 1: Ibn-ʿArabî aedem meccanam rite ambiens spiritum quendam divinum forma juvenili indutum idem facientem vidit, qui ei caʿbam internam vivam sub specie externa inanima latentem monstravit, uti velis religionis vulgaris quasi corpus idearum divinarum obtegitur, ad quas animi erectiores perruptis illis perveniunt quibusque potiti ipsi divini fiunt *). Fol. 11 v. lin. 1 — 19: Ibn-ʿArabî illo spiritu agnito sensibus alienatus, postquam ad se rediit, ab eo petiit ut se arcana doceret: quo facto ille eum formam suam oculis persequi et arcana in ea perscripta legere literisque mandare jussit, simul altioris sapientiae specimen ab eo postulavit. Itaque Ibn-ʿArabî fol. 11 v. lin. 19 — 14 r. lin. 7 narrat, quomodo ab ipso Deo et caʿba secum collocuta Deum recte cognoscere et colere didicerit, adversarium quendam ex theologis vulgaribus acerbe perstringens. Fol. 14 r. lin. 7 r. — 14 v. lin. 5: Spiritus illa omnia probavit; deinde cum Ibn-ʿArabî caʿbam ingressus et naturam suam clare professus, recepta forma nativa illi apparuit equo tripede vectus, omnium rerum scientiam ejus pectori inspiravit eumque iterum formam suam, omnium arcanorum quasi pinacothecam, describere jussit. Sic natae sunt hae *Revelationes meccanae*. — Fol. 14 v. lin. 5 — 15 r. lin. 3: Calor et humiditas principia vitae naturalis; discrimen vitae accidentalis, caducae, et essentialis, aeternae; ratio resurrectionis mortuorum. Fol. 15 r. lin. 3 — 15 v. lin. 3. quatuor elementa, الاركان الاربعة, ex totidem primis matribus, الامّهات الاُول, i. e. calore, frigore, humiditate, siccitate, ratione binaria inter se mixtis nata; ubi de numero quaternario (tetrade), numerorum omnium fonte, ex quo denarius (tetractys) ita nascitur, ut primos quatuor numeros, qui illo continentur, toties inter se addas (1 + 2 + 3 + 4 = 10), et de numero senario solo perfecto, *el-ʿâded el-tâmm*; quod solus ex semisse et triente et sextante sui constat (3 + 2 + 1 = 6), plane pythagoraice disseritur; qualitates autem corporum compositorum ex illis matribus singulis nascuntur. Fol. 15 v. lin. 3 — 18: entia partim abstracta, partim concreta; ratio subtilior mixtionis primarum matrum; elementa in se invicem transeuntia. Fol. 15 v. lin. 18 — 19 v. lin. 15: arcana literarum suratis praefixarum; ubi inter alia A. H. 583 (Chr. 1187), quo Hierosolyma a Moslemis recepta sunt, computari docetur ex بضع سنين, Sur. 30 vers. 3, et الٓم ab initio Sur. 2 et aliarum posito. Fol. 19 v. lin. 15 — 21 r. lin. 3 ex capite tertio: Deus ab omni corporis et animi humani similitudine, qualem verba coranica et traditionalia indicare videntur, liberandus. Fol. 21 r. lin. 3 — 21 v. lin. 7 ex capite sexto: de quatuor mundis a Deo creatis, *el-ʿawâlim el-arbaʿa*: 1) العالم الاعلى s. عالم البقاء, in quo sunt a) essentia Muʿhammedica ejusque sphaera, quae est Vita, الحقيقة المحمّديّة وفلكها الحيوة, b) solium divinum superius inferiora omnia complectens, العرش المحيط, c) solium divinum inferius, الكرسىّ, d) caʿba coelestis, البيت المعمور, e) angeli, f — m) septem planetae singulorumque sphaerae, a Saturno ad Lunam. Quum haec omnia طبقات العالم الاعلى, quasi tabulata mundi summi, appellentur, intelligendum est inferiora superioribus ita includi, ut superius quodque longius a terra in medio mundo sita distet. 2) عالم الاستحالة s. عالم الفناء, in quo sunt a) sphaera aetheris s. ignis, كرة الاثير s. كرة النار, cujus spiritus, روح, est calor et siccitas, b) aër, cujus spiritus est calor et humiditas, c) aqua, cujus spiritus est frigus et humiditas, d) humus, cujus spiritus est frigus et siccitas. Habet autem septem quasi strata, طباق: humum nigram, ravam, rubram, flavam, albam, caeruleam, viridem. 3) عالم

*) Fol. 11 r. lin. 18 — 11 v. lin. 1: *Jam aedem video iis, a quibus ambitur, laete superbientem, quod facere sane non potest nisi Sapiens, Beneficus* (Deus ipse). *Ista quidem innnima est, nec sentiens nec videns, nec intellectum nec auditum habens. Ibi nescio quis homulus: Hoc officium est, inquit, cui per totam vitam operam dare lege divina jubemur. Cui respondi: Tibi quidem istud satis est; jam vero audi orationem viri, cui ipsa natura altiorem sapientiam reclusit. Antehac malem inanimam vidi, quae nec prodesse nec nocere posset; sed acies mentis, si non est hebes aut vitiata, ita in eam penetrat, ut eam interno splendore exserto illustrem videat. Mortalis autem hunc adspectum ferre nequit; itaque, qui humillimus eram, nostrûm altissimus factus sum, cujus est tum largiri, tum parce dare et negare* (i. e. ipse quasi Deus factus sum).

التعبير s. علم البقاء والفناء, in quo sunt a) οἱ πνευματικοί, الروحانيون, b) mundus animalium, c) mundus plantarum, d) mundus metallorum et lapidum, علم الجماد. 4) علم النسب, qui communis est macrocosmo, علم الاكبر, i. e. omnibus iis quae sunt praeter homines, et microcosmo, عالم الاصغر, i. e. hominibus. In eo sunt a) accidentia, العرض, b) qualitates, الكيف, c) quantitates, الكم, d) loca, الاين, e) tempora, الزمان, f) relationes, الاضافة, g) positiones, الوضع (vide apud Freytagium significationem verbi philosophicam), h) actiones, ان تفعل, i) passiones, ان تنفعل, k) variae temperationes primarum matrum in entibus ex materia formatis, اختلاف الصور في الامهات. Singulis partibus mundorum singulae partes microcosmi respondent, ut essentiae Mu'hammedicae ejusque sphaerae spiritus, solio divino superiori corpus, inferiori anima, ca'bae coelesti cor, cet. Fol. 21 v. lin. 8 — 23 v. lin. 5 ex capite decimo: de دورة الملك, orbe rerum humanarum anteislamico; nam الدورة, ut ipse scriptor dicit, sunt instituta divina quae in genere humano ab Adamo usque ad Mu'hammedem inter se successerunt. Fol. 23 r. lin. 6 — 24 r. lin. 13 ex capite undecimo: spiritualia principium masculinum, naturalia principium femininum; sex systemata cosmogonica *); principium conjugii et generationis mundum et spiritualem et naturalem permeans; duae res primum creatae: 1) القلم الاعلى s. القلم s. العقل الاول, principium masculinum, unde per processionem, الانبعاث, ut ex Adamo Eva, ortum est 2) اللوح المحفوظ s. اللوح, principium femininum, atque ex horum conjugio principia ceterorum omnium. Creata autem deinceps rerum universitate Deus mundo naturali, عالم الطبيعة, i. e. secundo et tertio quatuor mundorum supra enumeratorum cum ea parte quarti, quae ad illos pertinet, inde a coelo terrae proximo, السماء الدنيا, deorsum usque ad imam terram, partes maternas assignavit; mundo spirituali, qui idem summus et aeternus est, inde ab eodem illo coelo sursum usque ad extremam sphaeram, partes paternas. Fol. 24 r. lin. 13 — 29 v. lin. 14 ex capite quinto decimo: de summis scientiae arcanae auctoribus. Antiquissimam hominum aetatem (aetatem auream) Keiwân (Saturnus), vir sapientissimus viribus coeli septimi (cui praeest Saturnus planeta) instructus Alchymiam docuit, qua non solum ex ferro argentum et aurum faciebat, sed etiam corpora humana talia, qualia ante peccatum protoplastorum erant, i. e. ab omni infirmitate libera, reddere studebat. Post prophetas in his terris condita est arcana quaedam virorum sanctorum societas (vid. pag. 406 col. 1 lin. 10 sqq., pag. 416 col. 2 lin. 12 sqq., pag. 424 col. 1 adnot.), cujus hi sunt ordines: 1) القطب, summus hierarcha, qui idem مداوى الكلوم, curator vulnerum, appellatur; 2) الامامان, duo ejus administri; 3) الاوتاد quatuor, qui singuli singulis regionibus mundi et angulis ca'bae meccanae ad illas obversis praefecti sunt *); 4) الابدال septem, qui singuli singulis climatis et diebus septimanae et horis praesunt, item singuli a singulis planetis eorumque coelis, quibus in dies et horas imperium est, et septem prophetis, qui in illis coelis habitant, vires et facultates accipiunt. Aliae sententiae de numero et divisione τῶν ابدال traduntur fol. 28 v. lin. 17 — 29 r. lin. 3. Summus illius aetatis hierarcha, Ibn-'Arabii magister, fuit مسلمة بن وضّاح Cordubensis, a quo se ceteris discipulis omnibus praelatum et ad intima admissum esse significat. Huic opponit Ibn-Ruschdum (Averrhoëm), summum suae aetatis philosophum, a quo, quum judex Cordubensis esset, se rogatum esse narrat, ut ipsi theosophiam traderet, quod quo minus faceret se quadam visione prohibitum esse. Postea se eum demum A. H. 595 (Chr. 1198 — 9) iterum vidisse, quum sepulturae causa ex urbe maroccana Cordubam transferendus jumento imponeretur **). Fol. 29 v. lin. 14 — 30 r. lin. 10 ex capite septimo decimo: scientia humana vulgaris, locis et temporibus rerumque vicissitudinibus obnoxia et multiplex, alia post alia legit; divina, ab illis vinculis libera et simplex, uno omnia obtutu complectitur. Nomina divina nec in ipso Deo nec in rerum natura quidquam habent cui respondeant, sed relationes modo essentiae unius et simplicissimae significant. Fol. 30 r. lin. 11 — 31 r. lin. 17 ex capite duodevicesimo: de precationis meditationisque nocturnae extraordinariae, التهجد, officio, conditionibus, fructibus. Fol. 31 r. lin. 17 — 32 r. lin. 8 de scientia Jesu, العلم العيسوى, qua corpora mortua aut inanima spiritu suo viva reddebat. Erat autem illa scientia علم الحروف; nam, quemadmodum Deus non solo spiritu, sed voce كن mundum creavit, ita Jesus quoque spiritum in sonos, qui literis indicantur, colligebat, scilicet in sonos quorum efficaciam a Deo doctus erat. Fol. 32 r. lin. 8

*) *Alii dicunt quatuor elementorum pro se quodque principium esse; alii, principium esse ignem, ex hoc spissatum esse aërem, ex hoc aquam, ex hac terram; alii, aquam esse principium; alii, terram; alii, principium nullum ex his quatuor esse, sed quintum quoddam, quod in iis insit. Hanc sententiam de principio quinto nos probamus. Id ipsum autem principium natura,* الطبيعة, *appellatur; natura enim res intellectualis est una,* معقول واحد, *unde exstiterunt et ignis et cetera elementa.*

*) Horum se summum esse modestissimus hierophanta, postquam quartum eorum, Mu'hammedi gratissimum, angulum lapidis nigri, i. e. orientalem, obtinere dixit, his verbis profitetur: وهو لنا بحمد الله تعالى, *Eum autem gratia Dei O. M. nos obtinemus.*

**) In codice fol. 26 r. lin. 9 et 10 est وذلك سنة خمس وخمسمائة, in quo post خمس excidisse patet وتسعين.

— 33 v. lin. penult.: verba الجمع, المشاهدة, الاتحاد et alia horum similia vere unionem moralem hominis cum Deo significant: فناء مراد العبد فى مراد الحقّ فلا يصير للعبد مراد مع الحقّ ابدا الّا بحكم التبعيّة, *quod ea, quae homo vult, plane in ea, quae Deus vult, abeunt, ita ut homo adversus Deum nihil unquam velit nisi secundum ejus voluntatem.* Haeretici autem, اهل الاتحاد, iis abutuntur ad nescio quam essentialem unionem indicandam, quae est summa impietas, etiam idololatricam pravitatem superans. Ipse Muʿhammed, quum in nocturno illo per coelos itinere Deo proximus esset, duorum tamen arcuum spatio, قاب قوسين, ab eo distabat: quo igitur jure homunciones isti naturae divinae communionem sibi arrogant? Quid? quod essentiam Dei cum omnibus rebus creatis confundunt, quum hae modo per continuam emanationem luminis divini, فيضان النور الالّهى, sint et esse pergant. Omnino Deus non est ejusdem generis ac naturae creatae, vera autem unio non cadit nisi in τὰ ὁμογενῆ. Non sublimioris voluptatis aut impiae familiaritatis causa Deus colendus est, sed quia se coli jussit, cui jussui simpliciter parere debemus. Quum cetera contraria omnia communi alicui generi subjecta sint aut alio communionis vinculo conjungantur, Deus et homo inter se plane diversi sunt; nam ne esse quidem de ambobus eodem modo dicitur, quoniam Deus necessario ac per se est, homo esse et potest et non potest, quod autem est, Deo debet. Itaque ne summae quidem scientiae theosophicae ultra fines conditionis humanae, quae est الامكان والحدوث, sitae sunt *). Fol. 34 r. lin. 4 — 35 r. lin. 11 ex capite altero et vicesimo: de scientiis naturarum creatarum per gradus dispositis, exclusis iis quae Muʿhammedanis cum ceterarum religionum asseclis communes sunt. Totum earum genus in tres species dividitur: 1) علم المفرد, scientiam simplicium, 2) علم التركيب scientiam compositionum, 3) علم المركّب, scientiam compositorum. Gradus autem, المراتب, sunt undeviginti, qui singuli in stationes, منازل, subdividuntur. Sunt autem hae: 1) منازل الثناء والمدح لارباب الكشوفات والفتح, 2) منازل الدعاء لاهل الرموز والالغاز لاهل الحقيقة والمجاز, 3) منازل الافعال لاهل الاحوال والاتصال, 4) الاشارات والبعد منازل التنزيه لاهل, 5) منازل الابتداء لاهل الهواجس والايماء, 6) منازل التقرّب للغرباء, 7) التوجيه فى المناظرات والاستنباط منازل التوقّع لاصحاب التراقع من اجل, 8) المتعبّدين المتألّهين منازل الاقسام, 9) منازل البركات لاهل الحركات, 10) السبحات منازل الدهر لاهل الذوق, 11) لاهل التدبير من الروحانيّات منازل اللام والالف, 12) منازل الآنية لاهل المشاهدة بالابصار, 13) للالتفات لحاصل بالتخلّق بالاخلاق الآلهيّة ولاجل السرّ الّذى منازل التقريب لاهل العلم بالصنعة الآلهيّة, 14) لا ينكشف منازل فناء الاكوان للصنائن المخدّرات, 15) الطبيعيّة والروحانيّة منازل الوعيد, 16) منازل الالفة لاهل الامان من اهل العرف, 17) منازل الاستخبار لاهل, 18) للمتمسّكين بقائمة العرش الامجد منازل الامر للمتحقّقين بحقائق سرّه فيهم, 19) غامضات الاسرار. Iis autem, qui in singulis his gradibus versantur, sua quibusque attributa sunt: 1) لاهل المدح الزهو, 2) لاهل الرموز لاهل, 3) النجاة من الاعتراض, 4) للمتألّهين التيه بالتخلّق لاهل الاشارة الحيرة عند, 5) الاحوال والاتّصال لحصول على العين لاهل الاستنباط الغلط والاصابة وليسوا بمعصومين, 6) التبليغ لاهل الحركة, 7) الانكسار, 8) للغرباء الخوف, 9) لاهل التراقع, 10) للمتمكّنين الحدود, 11) للمدبّرين الفكرة, 12) مشاهدة الاسباب لاهل, 13) لاهل الكتم السلامة, 14) لاهل المشاهدة الحجر اهل, 15) العلم الحكم على المعلوم, 16) اهل الستر منتظرون رفعه لاهل, 17) الامن فى موطن الخوف من المكر, 18) لاهل القيام القعود لاهل التحقيق ثلثة ابواب نور ايمان وكفر, 19) الالهام التحكّم ونفاق والمراد من هذه الابواب باب الاعتدال وباب الافتراق وباب الايتلاف. Hinc eorum احوال, deinde صفات الاحوال

*) De sacerrimo adyto essentiae divinae Ibn-ʿArabî inter alia haec habet, quae Schillero nostro poëma de velata imagine saïtica scribenti obversata esse dixeris: غطس الغاطس ليخرج ياقوتها الاحمر، فى صدفة الازهر، فخرج الينا من قعر ذلك البحر صفر اليدين، مكسور الجناحين، مكفوف العين، اخرس لا ينطق، مبهوتا لا يعقل، فسئل بعد ما رجع اليه النَفَس، وخرج من سدفة الغَلَس، فقيل له ما رابك، وما هذا الامر الّذى اصابك، فقال هيهات لما تطلبون، وبُعدًا لما ترومون، والله ما ناله احد، ولا تضمّن معرفته روح ولا جسد، هو العزيز الّذى لا يدرك، والموجود الذى يَمْلِك ولا يُمْلَك، اذا حارت العقول وطاشت الالباب فى تلقاء صفاته، فكيف لها بدرك ذاته، *Urinatus est quidam, ut rubinum ejus* (essentiae divinae) *in splendida concha conditum efferret. At emersit ad nos ex fundo illius maris manibus vacuis, alis fractis, oculis praestrictis, mutus et attonitus, loquela et mente defectus. Postquam autem spiritum recepit atque ex tenebris menti offusis se expedivit, rogatus est, quid eum perturbasset et quae animi tam vehementer perculsi causa esset. Respondit: Procul est quod quaeritis, procul quod petitis! Deum nemo unquam assecutus est, nec spiritus nec corpus cognitionem ejus intra se concepit. Est ille Altissimus, ad quem nemo enititur, est ille ὁ Ὤν, qui habet, non habetur. Si mentes stupent et corda titubant in conspectu attributorum ejus: qui tandem essentiam ejus assequantur?*

enumerat. Illae ipsae stationes autem quaternas species, اربعة اصناف من المنازل, continent: 1) منازل الدلالات, 2) منازل الحدود, 3) منازل الخواصّ, 4) منازل الاسرار. Fol. 35 r. lin. 12 — 39 r. lin. penult. undeviginti stationes singulatim describuntur, quarum pleraeque in binas aut plures stationes minores divisae sunt. Fol. 39 r. lin. penult. — 39 v. lin. 9 enumerat اخصّ صفات كلّ منزل. Fol. 39 v. lin. 9—19: undeviginti species rerum possibilium, الممكنات (quae utrum sint, an non sint, in voluntate entis, quod solum necessario est, الواجب الوجود, i. e. Dei, positum est), quae in singulas undeviginti stationes cadunt. Fol. 39 v. lin. 19 — 40 r. lin. 2 ex Corano, inferno, coelis, viris arcanis, رجال الغيب*), enumerantur quae undiviginti stationum numerum referunt. Fol. 40 r. lin. 2 — 11 de الامام المبين (Sur. 36 vers. 11), summa statione ceteras omnes in se continente, منزل المنازل. Fol. 40 r. lin. 11 — 40 v. lin. 17 ex capite sexto et vigesimo: فى معرفة اقطاب الرموز وتلويحات من اسرارهم وعلومهم فى الطريق. Fol. 40 v. lin. 17 — 42 v. lin. 8 ex capite tertio et tricesimo: فى معرفة اقطاب النبات واسرارهم وكيف اصولهم ويقال لهم النباتيّون. Fol. 42 v. lin. 8 — 44 r. lin. 19 ex capite centesimo octogesimo secundo: فى معرفة مقام السماع. Fol. 44 r. lin. 19 — 45 r. lin. 14 ex capite centesimo octogesimo tertio: فى معرفة ترك السماع. Fol. 45 r. lin. 14 — 47 v. lin. 2 ex capite quadragesimo: فى معرفة منزل مجاور لعلم خبرىّ من علوم الكون وترتيبه واعزّ آية واقطابه. Fol. 47 v. lin. 2 — 48 r. lin. 6 ex capite uno et quadragesimo: فى معرفة اهل الليل واختلاف طبقاتهم ونياتهم فى مراتبهم واسرار اقطابهم. Fol. 48 r. lin. 6 — 49 r. lin. 1 ex capite altero et quadragesimo: فى معرفة الفتوّة والفتيان ومنازلهم وطبقاتهم واسرارهم واقطابهم. Fol. 49 r. lin. 1 — 50 r. lin. 3: فى معرفة من عاد بعد ما وصل ومن جعله يعود, capite non indicato. Fol. 50 r. lin. 3 — 50 v. lin. 8 ex capite sexto et quadragesimo: فى معرفة العلم القليل ومن حصّله من الصالحين. Fol. 50 v. lin. 8 — 52 v. lin. penult. فى سرّ آلهى, de Deo centro mundi in orbem circa illum dispositi et de relationibus Dei ad totum orbem ejusque circuitum; quae illustrantur duobus circulis fol. 50 r. et v. pictis. Fol. 52 v. lin. penult. — 54 r. lin. 20: فى معرفة رجال الحيرة والعجز. Fol. 54 r. lin. 20 — 54 v. lin. 5: فى معرفة منتهى اسرار اهل الالهام المستدلّين. Fol. 54 v. lin. 5 — 58 r. lin. 5 ex capite sexagesimo: فى معرفة العناصر وسلطان العالم العلوىّ على السفلىّ وفى اىّ دورة كان وجود هذا العالم الانسانىّ من دورة الفلك الاقصى واىّ روحانيّة لنا. Fol. 58 r. lin. 5 — 60 r. lin. 8 ex capite centesimo sexagesimo quarto: فى معرفة مقام التصوّف. Fol. 60 r. lin. 8 — 65 r. lin. 9 ex capite centesimo trigesimo primo et secundo et sexto: de nomine Dei summo, *el-ism el-aʿzham*, et de significatibus plurimorum verborum theosophicorum, ut السبحة, الحرف, السكينة, الترقّى, الشجرة, السمسمة, الدرّة البيضاء, الزمرّدة الخضراء, السوداء الورقاء, العقاب, الغراب الاسود al. Fol. 65 r. lin. 9 — 65 v. lin. 1 ex capite quarto et nonagesimo: فى معرفة محلّ من كان محقّا. Fol. 65 v. lin. 2 — 6 ex capite quinto et nonagesimo: فى معرفة سكينة الاولياء. Fol. 65 v. lin. 6 — 66 r. lin. 14 ex capite centesimo nonagesimo nono: فى معرفة ثلاث مراتب السرّ اى سرّ العلم وسرّ الحقيقة وسرّ الحال. Fol. 66 r. lin. 14 — 68 r. lin. 14 ex capite centesimo sexagesimo septimo: فى بيان علم المقادير والاستحالات والاوزان. Fol. 68 r. lin. 14 — 71 v. lin. 11 ex capite tricesimo secundo: فى تحقيق اسم العزيز وتوجّهه على ايجاد وله من الحروف الثاء المعجمة ومن المنازل سعد الذابح, it. فى اربعة اقسام الادب اى ادب الشريعة وادب الخدمة وادب الحق وادب الحقيقة; it. فى اربعة اصناف العلوم اى علم المعانى مجرّدة عن الخطاب او النصوص فى الكتاب والعلم باسرار الشرع والعلم بالكمال والاحوال والجمال والعلم بطريق الوحى والايمان وصفاء الالهام. Fol. 71 v. lin. 12 — 72 r. lin. 1 ex capite ducentesimo nonagesimo tertio: فى معرفة سبب وجود عالم الشهادة وسبب ظهور عالم الغيب. Fol. 72 r. lin. 2 — 76 r. lin. 19 ex capite ducentesimo nonagesimo quinto: فى معرفة منزل الاعداد المشرقة من الحضرة المحمّديّة. Fol. 76 r. lin. 19 — 78 v. lin. 10 ex capite ducentesimo sexto decimo: فى معرفة الفتوح واسراره. Fol. 78 v. lin. 10 — 80 v. lin. 7 ex capite ducentesimo quinto decimo: فى معرفة اللطيفة واسرارها. Fol. 80 v. lin. 7 — 81 r. lin. 15: فى المكاشفة, capite non indicato. Fol. 81 r. lin. 15 — 81 v. lin. 7 ex capite ducentesimo vicesimo secundo: فى معرفة الجمع واسراره. Fol. 81 v. lin. 7 — 82 r. lin. 2:

*) „*Ex* الرجال (sic absolute) *iis respondent duodecim* نُقَبَاء *et septem* ابدال, *ex quibus quatuor sunt* اوتاد, *duo* امامان, *unus* القطب." Sequitur hic usum eorum, qui, ut fol. 28 v. lin. 20 — 22 est, nomen ابدال septem principibus illius hierarchiae commune faciunt.

فى معرفة حال التفرقة, capite non indicato. Fol. 82 r. lin. 2 — 85 v. lin. 8 ex capite trecentesimo septimo decimo: فى معرفة الابتلاء وبركاته. Fol. 85 v. lin. 8 — 87 r. lin. 6 ex capite trecentesimo quadragesimo octavo: فى معرفة منزل سرّين من اسرار قلب الجمع والوجود وهو من الحضرة المحمّديّة. Fol. 87 r. lin. 6 — 91 v. lin. 7 ex capite trecentesimo quinquagesimo tertio: فى معرفة منزل ثلاثة اسرار مكتّمة والسرّ الغربىّ فى الادب الآلهىّ والوحى النفسىّ والطبيعىّ وهو من الحضرة المحمّديّة. Fol. 91 v. lin. 7 — 92 v. lin. 12 ex capite trecentesimo septuagesimo tertio: فى معرفة منزل اسرار ظهرت فى الماء الحكمىّ المفصّل تركيبه على العالم بالعناية وبقاء العالم ابد الآبدين وان انتقلت صورته وهو من الحضرة المحمّديّة. Fol. 92 v. lin. 12 — 97 r. lin. 3 ex capite trecentesimo tricesimo primo: فى معرفة منزل التوحيد والجمع وهو يجرى على خمسة آلاف مقام رفرفىّ وهو من الحضرة المحمّديّة. Fol. 97 r. lin. 3 — 98 r. lin. 4: فى بيان اسم اللطيف حضرة اللطف. Fol. 98 r. lin. 4 — 99 r. lin. 15: فى بيان اسم الكريم حضرة الكرم. Fol. 99 r. lin. 15 — 177 r. ex capite quingentesimo undesexagesimo, i. e. penultimo: فى معرفة الاسرار وحقايق من منازل مختلفة, in quod medulla totius libri inclusa est, ut ab ejus initio dicitur: اعلم ايّدك الله بروح القدس انّ هذا الباب من اشرف ابواب هذا الكتاب هو الباب الجامع لفنون الانوار الساطعة والبروق اللامعة الحاكمة والمقامات الراسخة والمعارف اللدنيّة والعلوم الآلهيّة والمنازل المشهودة والمعاملات الاقدسيّة والاذكار المنتجة والمخاطبات المنهجة والنفثات الروحيّة والقابلات الروعيّة وكلّ ما يعطيه الكشف ويشهد له الحقّ الصرف، ختمت (ضمّنتُ .l) هذا الباب جميع ما يتعلّق بابواب هذا الكتاب ممّا لا بدّ من التنبيه عليه مرتّبا من الباب الاوّل الى آخره. In narratione de conventu meccano Ibn-ʿArabii et Spiritus divini fol. 100 v. ipsa hujus forma picta est, scilicet aegri somniis digna. Ex ceteris libris Ibn-ʿArabii praeter *Kitâb-el-isrâ* hi commemorati sunt: fol. 13 v. lin. 7 et 8 منهاج الرسايل من اجل السبعة الاشواط; fol. 16 r. lin. 2 كتاب الجمع والتفصيل فى معرفة معانى التنزيل; fol. 18 v. lin. 15 et 16 كتاب التدبيرات الآلهيّة فى اصلاح المملكة الانسانيّة, vid. H.-Ch. 2762; fol. 19 v. lin. 13 كتاب المبادى والغايات, ad quae ʿH.-Ch. addit فى اسرار الحروف والاسماء والدعوات; fol. 23 r. lin. 17 notae marginalis كتاب النكاح الاوّل, i. e. illius conjugii duarum rerum primum creatarum, unde cetera omnia nata sunt; fol. 48 v. lin. 14 et 15 رسالة الاخلاق, ad El-Fachr Ibn-ʿOmar Ibn-El-Chathîb el-Râzî, alia atque ea quam hic ipse scripsit, ʿH.-Ch. 283; fol. 54 v. lin. 4 et 5 et fol. 58 r. lin. 1 التنزيلات الموصليّة. Ibn-ʿArabium, quod supra diximus, se خاتم الولاية المحمّديّة s. الخاتم المحمّدىّ haberi voluisse, id clarissime elucet ex duobus locis fol. 2 v. lin. 4 — 7 et fol. 95 r. lin. 3 — 10 inter se collatis. Quum enim loco posteriore se A. H. 594 (Chr. 1197 — 8) in urbe Fes beneficio divino illum cognosse ejusque signum accepisse dicat, quae sane ad alium trahere licet: tamen ea, quae loco priore de se ipso praedicat, cum iis, quae posteriore illi sanctorum muʿhammedanorum Sigillo tribuit, tam perfecte conveniunt, ut facile intelligas quis ille sit, quem fol. 95 r. lin. 7 se nominaturum esse negat. Nec vero discrepant a ventosa ista superbia quae fol. 92 v. lin. 8 — 12 de libro suo jactat: *Ac talem* (i. e. scriptum ab عالم آلهىّ, quem ipse Deus per الالهام والالقاء بانزال الروح على قلبه instituit) *hunc librum esse persuasum habemus; nam per Deum, ne verbulum quidem in eo scripsimus, quod non a Deo dictatum mentique nostrae insinuatum aut a Spiritu spiritui naturali insusurratum esset. Haec rei summa est. Quamquam neque ex legatis divinis novorum sacrorum conditoribus, neque ex prophetis officiorum divinorum praeceptoribus sumus; utriusque enim muneris Muʿhammed terminus fuit, post quem nec legatus nec propheta sacrorum aut officiorum novator veniet. Nos tantum scientiam et sapientiam et intelligentiam a Deo accepimus.* Finis: وهذا القدر كافٍ فى الباب، لمن يسمع الخطاب، واعطى الحكمة وفصل الخطاب، والله يرزق من يشاء بغير حساب، قال تعالى هذا عطاؤنا فامنن او امسك بغير حساب. Scriptionem die ʿArafae m. Ramadhâni A. H. 1078 (Chr. 1668) absolvit Suleimân Aqʿhisârensis; quamquam nunc probabilius videtur hoc compendium non ab Ibn-Aʿhmede, quem ʿH.-Ch. dicit, sed ab ipso illo Suleimâno factum esse, scribam autem nomen suum non indicasse. Nam fini haec subscripta sunt: جمعت وحرّرت هذه الرسالة وانا اضعف عباد الله البارى سليمان الاقحصارى cum solita appendice precum pro Muʿhammede ejusque gentilibus et sociis. Postea: حرّر فى سنة ثمان وسبعين والف فى شهر رمضان المبارك فى يوم عرفة اللهمّ تقبّل بحرمة من له العزّ والشرف.

CCXXX.

Codex arabicus turcicus, 4° min., foll. 78, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 26 v. ʿ*Omar Ibn-Suleimâni*, ex ordine Mewlewiorum, نزهة الارواح, *compendium doctrinae su-*

ficae, turc. Initium: الحمد لله الذي خلقنا لمعرفة ذاته بالآيات، وشرّفنا بمشاهدة افعاله وصفاته بالآثار والبيّنات. Argumenta: Fol. 2 r. — 5 r. Prooemium de aliquot rebus scitu utilibus, بعض فوايد بياننده در, i. e. qualem disciplinae ſuficae tironem esse oporteat, de necessitate Scheichi, de summo fine ſufismi, de duabus viis quibus ad Deum cognoscendum pervenitur, speculativa et intuitiva. Fol. 5 r. — 19 r. Pars prior de anthropologia ſufica, وجود انسانی نك معارفی بياننده در, trium tractatuum, مقالات: a) fol. 6 r. — 11 r. de animo humano, نفس; b) fol. 11 r. — 16 r. de corde humano, خلد s. قلب; c) fol. 16 r. — 19 r. de spiritu humano, روح. Fol. 19 r. — 26 v. de theologia ſufica, وجود آلهی نك معارفی بياننده در, trium capitum, ابواب: a) fol. 21 r. — 22 r. de unitate actuum divinorum, توحيد افعال حق; b) fol. 22 r. — 23 v. de unitate attributorum divinorum, توحيد صفات حق; c) fol. 23 v. — 26 v. de unitate essentiae divinae, توحيد ذات حق. Praeter Mewlânâ Rûmî, ordinis principem, et Scheich Schuǵâʿ-el-dîn, scriptoris doctorem, hi ejus auctores apparent: El-Ghazâlî in *Kimijâï-saʿâdet* et *Mischkât-el-enwâr*, Scheich Schihâb-el-dîn (sc. El-Suhrewerdî) in *El-ʿAwârif*, Ibn-ʿArabî in *Fuſûſ-el-ʿhikem* et hujus libri interpres in *Scharʿhi Fuſûſ*, Abû-ʿAlî Sînâ (sic fol. 6 v. lin. 4 pro Ibn-Sînâ) in *Risâle* sua, Kemâl-Pâschâ-zâde item in *Risâle* sua (qui quum fol. 8 v. lin. 5 beate defunctus, مغفور ومرحوم, dicatur, librum post A. Ch. 1534, qui illi fatalis fuit, scriptum esse constat), Chôǵâ Aʿhmedî in *Qaſîde* sua (vid. Hammeri *Rosenflor des Geheimnisses*, pag. 32, No. 40), Ferîd-el-dîn ʿAtthâr, Abû-Jezîd s. Bâjezîd (sc. El-Besthâmî), Abû-ʿAlî Daqqâq ejusque discipulus Abû'l-Qâsim El-Qoscheirî, Scheich Ibrâhîm Zâhidi-Kîlânî, Mewlânâ Nizhâm-el-dîn El-Nischâbûrî, Tirmidî, Achî Muʿhammed Chalwetî, qui fol. 13 v. lin. 16 et 17 nomen Chalwetî inter Ssufios primus gessisse ad aliosque transmisisse dicitur; Jûnus, poëta turcicus. Finis: وارادت غيبيّه ومكاشفات قلبيّه برله اوهام شكوكدن دور اولاسن انشاء الله تعالى. Fol. 26 v. — 27 v. recentius haec adjecta sunt: دعاء قنوت et quinque aliae Dei invocationes, omnes arabicae; duo praecepta pharmaceutica.

2) Fol. 28 v. — 37 v. رسالة من علم المشايخ, turc. Initium: الحمد لله حمد الشاكرين، وصلّى الله على سيّدنا محمّد وآله اجمعين، امّا بعد شرح مقالات سيّد احمد كبير رحمة الله عليه رحمة واسعة، بل اى درويش الخ. a) Fol. 28 v. — 29 v. Aʿhmedi-Kebîr, cujus vita breviter narratur, quadraginta stationes, مقامات, disciplinae ſuficae statuit, quarum decem ad شريعت pertinent, decem ad طريقت, decem ad معرفت, decem ad حقيقت. Decem primae solae enumerantur. Clausula: *Quisquis igitur has quadraginta stationes suo quamque loco noverit et singularum officiis satisfecerit, Deo dignus Deoque gratus fiet et ad eorum gradum perveniet, qui apud eum interioris sunt admissionis. O Deus, nos omnes ad has stationes perduc* cet. b) Fol. 29 v. de quatuor animi gradibus, مراتب: نفس امّاره, نفس لوّامه, نفس ملهمه, نفس مطمئنّه. c) Fol. 29 v. — 30 v. de discrimine verborum ايمان et اسلام, et de significatione verbi احسان. d) Fol. 30 v. — 33 v. catechismus doctrinae muʿhammedanae dogmaticae et ethicae. e) Fol. 33 v. — 37 v. catechismus ſuficus. Finis: امدى هر درويشه بونلرى بلمك البتّه لازمدر بلمك كركدر تاكه درويشلك دعواسى كرچك اولا والله اعلم.

3) Fol. 37 v. — 65 v. *Institutio ad ſufismum*, turc. Initium post besmelam: اطيعوا الله واطيعوا الرسول واولى الامر منكم يعنى الله تعالى بيورر كم مطيع اولك الخ. Argumenta: de personis et virtutibus doctorum ſuficorum, qui revera sunt illi اولو الامر, quo loco etiam de ايمان تقليدى et ايمان تحقيقى et de interpretatione Corani interiore sive mystica agitur, qua qui utuntur, cum مولانا خداوندكار dicunt: بز قرانك مغزن الدق پوستن خسلره اتدق, *Nos Corani nucleum sumsimus, corticem profano vulgo projecimus*; de triplici conjunctione discipuli cum doctore: صحبت عام, صحبت خاص, صحبت خاص الخاص; de شريعت, طريقت, حقيقت, ubi locupletissime dicitur de *lege* etiam in summis *viae* et *veritatis* gradibus observanda ac de perversitate eorum qui contra sentiunt; de اولو, نبى, رسول, اصحاب, العزم, primis quatuor chalîfis; ubi inter alia Gabriel Muʿhammedi narrat, se, ex quo creatus sit, stellam lucidissimam intra septuagena millia annorum semel orientem, quam modo creatus primum conspexisset, jam septuagies millies cursum suum perficere vidisse, Muʿhammed autem hanc animam suam fuisse respondet (اول بنم روحم ايدى); item narratur, Muʿhammedem ʿOmaro et ʿOϑmâno Fâthimam in matrimonium petentibus jussu divino ʿAlium praetulisse et paulo ante mortem hunc nutu successorem designasse; quum autem ʿOmar et ʿOϑmân illum nutum aliter interpretati Abû-Bekrum chalîfam constituissent et postea ipsi ei successissent, ʿAlium nulli eorum fidem et obedientiam sacramento obstrinxisse, sed tamen bella civilia in eos non suscitasse; item quomodo ʿAlî necatus sit et quae prodigia necem ejus antecesserint et comitata et secuta sint narratur; deinde homines vulgares quatuor primos chalîfas aeque diligere jubentur, Ssufii autem ʿAlium, quippe per quem traditio ſufica usque a Muʿhammede repetatur, magis quam ceteros; tandem quomodo tota gens Muʿhammedica honoranda sit docetur; — de ratione a

doctore in ordinem recipiendi, de legibus honestatis ab utroque erga alterum et a discipulis erga condiscipulos observandis, de ipsa via fufica. Post fol. 65 septem et viginti excidisse numeri a librario adjecti testantur; ultima verba: مرحبا اتدوكلرنوك سرّ بودر بعضلر دمشكى صوفى او.

4) Fol. 66 r. *Finis institutionis ad honestatis et pietatis officia in omnibus vitae partibus observanda*, turc. Hic quidem docetur quae facienda dicendaque sint, quum in balneas eas, quum ibi laves, quum aquam in guttum fundas, quum cubitum eas, quum e lecto surgas. Ultima verba: اوّل صاغ يانده دونه اكنجى تنكرى ادين ايده اوجنجى شكر ايده تمّت بعون اللّه. Adjecta sunt fol. 66 r. et v. haec: traditio turcica de colloquio quod Diabolus die resurrectionis cum hominibus a se in gehennam deductis habebit; ghazel persicum quo Coranus laudatur, cum appendice precum orationis solutae; ghazel turcicum fuficum *Sidii*.

5) Fol. 67 v. — 71 r. *Brevis institutio ad Coranum recitandum*, sic inscripta: فى بيان قواعد قران اسٺ, turc. Priora soluta sunt, posteriora metrica. Initium: حروف اظهار التى حرفدره ا ح خ ع غ. Finis: رحمت اتسون قائلنه قارسنه حق جلب ، دخى رحمت اڭا كلسون كيم قله علمه طلب. Fol. 71 r. locus ex libro El-Schâthibii (vid. Cod. C, 2) excerptus de pausis coranicis earumque siglis, eadem continens quae sunt in Grammatica Sacyana, ed. II, § 169 *); tantum haec differunt, quod وقف جائز, ea pausa esse dicitur, qua et uti et non uti liceat, ita tamen ut illud praestet; وقف مجوّز, pausa controversa, quam alii permittant, alii non permittant; de وقف مرخّص, praecipitur ut, si ea usus fueris, verbum, in quo substiteris, ante sequentia iteres. Adjecta sunt haec sigla: ك علامة الكافّة ص علامة المصدر ن علامة التحيين خ علامة الخبر (Cod. التخير) ط علامة الشرط س علامة الاستفهام. Fol. 71 v. de septem principibus lectorum coranicorum eadem quae relata sunt pag. 361 col. 1 lin. 24—30, sic inscripta: اسماء قرّاء سبعه وراويتان, *nomina septem lectorum coranicorum et binorum relatorum*. Haec quidem sic scripta sunt: قَالُونْ et وَرْشْ, بَزِى et قُنْبُلْ, أَزْكُوَا (sic pro دورى) et سُوسِى, هُشَامْ (sic) et ابْنِ زَكْوَانْ, أَبُو بَكْرِ كُزِينْ et حَفَصْ, خَلَفْ et خلادوس (sic pro خلّاد), أَبُو الْحَارِثْ et دُورِى. Praeterea tria praecepta magica, literis partim evanidis.

6) Fol. 72 r. — 78 r. *Compendium de precibus et purificationibus*, quod idem est in Cod. CCXVIII, 1, sed hic ab initio truncum. Folia a bibliopego confusa hoc ordine legenda sunt: 74, 73, 76, 77, 72, 75, 78.

CODICES AD POLITICAM SPECTANTES.

CCXXXI.

[Ac. R. 224.]

Codex arabicus turcicus, 8° max., foll. 45 chartae orientalis, char. neschi: *'Hasan Kâfii Aq'hifârensis Ufûl-el-'hikem fi nizhâm-el-'âlem*; vid. 'H.-Ch. 853 *) et Catal. Dresd. 177, 2. Initium: حمد اول ناصر وقهّاره كه اتدى منصور· عسكر دينى ظفر رهبر وكفرى مقهور·; nam apud 'H.-Ch. initium orationis arabicae est; hoc autem exemplum, ut Dresdanum, praefationem et paraphrasin turcicam orationi arabicae membratim interpositam habet. Fol. 1 v. — 2 v. praefatio de temporibus libri arabice scripti et postea jussu procerum aulicorum, qui eum sibi propositum comprobaverant, turcice explicati. Fol. 2 v. — 5 v. exordium ejus. Rei publicae abhinc annos decem et plures turbatae tres sunt causae: quod muneribus publicis in homines indignos collatis justitia et severior disciplina negligitur; quod proceres se ipsos admirati, viros sapientes autem et doctos aspernati, consilia leviter capta temere exsequuntur; quod exercitus abjecta

*) In eo latine reddito pro *el-hukm*, decreti, ponendum est *el-hikem*, sapientium institutorum. Ceterum de tempore scripti libri ipse erravit. Nam postquam Kâfî in praefatione turcica fol. 2 r. se expeditioni Agriensi interfuisse dixit, sic pergit: بوندن اقدم اقحصارده زاويهٔ عزلتده منزوى وكوشهٔ وحدتده منطوى ايكن نظام عالمه متعلّق بو رسالهٔ لطيفه ومجلّهٔ شريفه تاليف وترتيب وتصنيف ايتمشدم. Atque etiam definitius in exitu libri narrat, se arabica scripsisse A. H. 1004 m. Dû'l-'higge (Chr. 1596 m. Junio et Julio), turcica post illam expeditionem Aq'hifâri A. H. 1005 m. Regeb (Chr. 1596 m. Decembri et 1597 m. Januario).

*) Cod. CCXIII fol. 1 r. in adnotatione ad illa sigla accedit ك, quod ibi ponitur, ubi pausa eadem est ac quae proxime antecedit: ك شول محلده استعمال اولنور كه اول محل وقفده سابقك حكمى كبى اوله.

principum reverentia nec bene ducitur, nec strenue pugnat. Primaria vero malorum causa avaritia est ambitioni et corruptioni patens. Hic liber medelam illorum docens ex scriptis virorum sapientium et doctorum collectus est, maxime ex Beidhâwii commentario coranico et *Raudhat-el-achjâr* s. *el-'olemâ*, compendio libri Zamachschariani *Rebi'-el-ebrâr*. Fol. 5 v. — 10 r. المقدّمة في سبب نظام العالم. Fol. 10 r. — 22 v. الاصل الاوّل في سبب نظام السلطنة. Fol. 22 v. — 29 v. الاصل الثاني في المشاورة والاستخارة. Fol. 29 v. — 36 v. الاصل الثالث في وجوب الرأى والتدبير. Fol. 36 v. — 43 r. الاصل استعمال آلات الحرب والقتال. Fol. 43 r. — 45 v. الرابع في اسباب الظفر والعون من الله تعالى. الخاتمة في الصلح والعهد. Finem faciunt preces ad Deum pro salute reipublicae et civium. Ultima verba orationis arabicae: واكتب السلامة على الحجّاج والغزاة والمجاهدين والمسافرين والحمد لربّ العالمين, post quae tempus scripti libri arabici indicatur, deinde in paraphrasi turcica etiam turcici. Haec sic exit: ايچنده واقع اولان سهو وخطايى ذيل عفو ايله مستور وكرم ولطفلريله معذور بيوره لر.

CCXXXII.

[Ac. K. 255.]

Codex turcicus, 8° obl., foll. 15 chartae orientalis, char. nesta'lîq: *'Hâgî-Chalfae Dustûr-el-'amel li-islâ'h-el-chalel,* Ratio agendi ad damna reparanda; vid. Hammeri Hist. imper. osman., ed. II., vol. 3 pag. 7 inf. et pag. 405 lin. 10 sqq. Initium: حمد وثنا اول مالك الملك تقدّس وتعالايه سزادر كه الخ. Fol. 1 v. — 3 v. Quum A. H. 1063 (Chr. 1652 — 3) in imperio turcico quaedam infirmitatis signa exstitissent, jussu Sulthâni proceres et consiliarii aulici apud Defterdarum congregati de remediis illius mali consultarunt. Ab omnibus consensum est, ante decem annos, Qara Mufhtafa summo Vezîro, reditus et sumtus publicos inter se pares fuisse, nunc illos his superari. Itaque placuit ut libellus scriberetur, in quo primum causae hujus detrimenti singulatim exponerentur, deinde quibus rebus corrigi posset indicaretur. Jam pluribus conventibus habitis et consiliis agitatis, de sananda republica ad aulam referre visum est. Itaque 'Hâgî-Chalfa, vetus consilii aulici minister, multa rerum experientia et historiae scientia adjutus, patriae bene consulturus, certe administratoribus ejus, si propter incuriam et socordiam rectis consiliis uti nollent, die judicii excusationem ignorationis praecisurus, hunc libellum conscripsit, in quo sane haud lenem medicinam facit, sed abusus, vexationes, injustitias, fraudes, peculatus, reipublicae pestes, non solum gravissime castigat, sed etiam qui earum effectus fuerint et futuri sint, apertissime exponit et denuntiat. Fol. 3 v. — 4 v. مقدّمه اطوار دولت بياننده در, de rerumpublicarum natura et tribus aetatibus humanas referentibus: سنّ نمو, سنّ وقوف, سنّ انحطاط, aetate crescentiae, stationis, decrescentiae. Ad hanc jam rempublicam osmanicam pervenisse significat. Fol. 4 v. — 8 v. فصل اوّل رعايادة در, de civibus. Fol. 8 v. — 11 r. فصل ثاني عسكرده در, de exercitu. Fol. 11 r. — 13 r. فصل ثالث خزينهده در, de aerario. Fol. 13 r. — 15 v. نتيجه اختلال غائلهسى دفعنه وانحراف مزاج دولت علاجنه اشارتده در, de remediis aegrotae reipublicae adhibendis. Finitur haec ultima pars adhortatione ad salutem patriae non desperandam et promissione rerum laetiorum, تنبيه وتبشير. Finis: بو دولت عليّهيى غدردن كچورب مادّهٔ قانونه ايلتورلر الله تعالى ميسّر ايليه آمين.

CCXXXIII.

[Ac. K. 123.]

Codex turcicus, 8° max., foll. 89, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 26 r. *'Ain 'Alii Qânûn-nâme*, plene: *Risâleï qawânîni âli 'Oθmân we-cholâfaï madhâmini defteri diwân*, qui idem liber est in Cod. Dresd. 233, 1. Vid. Hammeri Hist. imper. osman., ed. II, vol. 2 pag. 12 et 767. Murâd Pâschâ, cui liber dedicatus est, A'hmedis I summus Vezîrus fuit A. Chr. 1606 — 1611. Initium: كاتب نسخهٔ لوح قلم، وناظم اوراق ما في العالم، Liber in septem sectiones, فصول, et conclusionem, خاتمه, divisus est. 1) Fol. 3 r. — 4 r. de praefecturis, بكلربكيلكلر. 2) Fol. 4 r. — 7 v. de comitatibus, سنجاقلر, qui illis subjecti sunt. 3) Fol. 7 v. — 14 r. de reditibus quos administratores tîmârorum et zi'âmetarum singulorum comitatuum aerario debent. 4) Fol. 14 r. — 21 r. de exercitibus singularum praefecturarum et de tîmâris et zi'âmetis singulorum comitatuum. 5) Fol. 21 r. de significatione verborum *zi'âmet* et *tîmâr* et aliorum ejusdem generis. 6) Fol. 21 r. — 23 v. de legibus collationis zi'âmetarum et tîmârorum. 7) Fol. 23 v. — 25 r. de turbis in administratione zi'âmetarum et tîmârorum ortis paullatim tollendis. Fol. 25 r. — 26 r. conclusio de iis, quae scriptor ipse, quum *Defter emîni* s. summus zi'âmetarum et tîmârorum praefectus esset, illarum turbarum tollendarum causa fecit. Ceterum ex fol. 24 r. lin. 14 sqq. intelligitur, eum tribus et viginti annis ante hunc librum scriptum illo munere functum esse. Finis: زمان قليلده زعما وارباب تيمار احوالى وزعامت وتيمار اختلالى بر طرف اولوب نظام حاصل اولور وبالله التوفيق.

2) Fol. 26 v. — 40 r. *Ejusdem Risâleï wazhifechôrâni merâtibi bendegâni âli 'Oθmân*, qui idem liber est in Cod. Dresd. 233, 2. Initium: كاتب ديوان ملك ملكوت،

ودفتر بارگاه عالم جبروت. Liber, quod in Cod. Dresd. dicere oblitus sum, jussu ejusdem Murâd Pâschae, summi Vezîri, scriptus est, sui generis primus. Stipendia menstrua et trimestria autem, quae in eo enumerantur, ea sunt, quae mensibus Reǵeb, Scha'bân et Ramadhân A. H. 1018 (fere tribus ultimis mensibus A. Chr. 1609) soluta esse codices rationum publicarum testantur. Quatuor *merâtib* s. gradus: 1) Fol. 29 r. — 32 r. stipendia exercitus et pedestris et equestris. 2) Fol. 32 r. stipendia classicorum et operarum navalium. 3) Fol. 32 r. — 35 r. stipendia ministrorum aulicorum inferiorum. 4) Fol. 35 r. — 38 r. stipendia ministrorum aulicorum superiorum. Duae *châtimae* s. epilogi: 1) Fol. 38 r. et v. stipendia eorum qui in summis dignitatibus ecclesiasticis et civilibus constituti sunt aut fuerunt. 2) Fol. 38 v. — 39 v. de iis quae scriptor hoc libro efficere et consequi voluit. Finis: كون كبى اولور نور شولى. Subjunctum est fol. 39 v. et 40 r. jussum imperiale de ratione tîmârorum in codices referendorum et vacuorum denuo conferendorum et administrandorum, quod in codice summario comitatus Nicopolitani scriptum est: الان نيكه بولى سنجاغنك اجمالنده يازلمشدر. Initium: پادشاه عالم پناه حضرتلرى امر شريفلرى بو منوال اوزره صادر ودر دولته عرض اولنمسى لازم اولدقده. Finis: اولدقده وقوعى اوزره عرض ايدوب كناغنه كوره حقندن كلنه.

3) Fol. 40 v. — 53 r. *Qânûn-nâmeï Sulthân Suleimân Chân*, de quo vid. Hammerus in Hist. imper. osman., ed. II, vol. 2 p. 345 lin. 8 sqq. Illud nomen sequitur inscriptio primi capitis, quod sic incipit: اكر بر كمسنه زنا اتسه دخى شرعا ثابت اولسه. Quinque capita: 1) Fol. 40 v. — 41 v. در بيان جرائم وزنا وغيرهما. 2) Fol. 41 v. — 42 v. در بيان تضارب وتشاتم. 3) Fol. 42 v. — 45 v. در بيان سياست. 4) Fol. 45 v. et 46 r. در بيان محتسب (Cod. inepte محبت). 5) Fol. 46 r. — 53 r. در بيان اهل صنايع. Finis: شويله بلة سز بو دورلو دخى اوليه. Nullo discrimine facto adjunctum est fol. 53 r. — 72 v. ejusdem Suleimâni *Qânûni-Ra'âjâ*, de quo Hammerus ibidem dixit pag. 343 lin. 26 sqq. Inscriptio deest. Initium: در بيان رعايا ' رعايادن رسم چفت مارتده آلنور. Finis: وياياسنك سياستى كناه ايتدوكى يرده ايدوب وهم جرم الميه‌لر.

4) Fol. 72 v. — 82 v. *Qânun-nâmeï Sulthân Mu'hammed Chân*, de quo vid. Hammerus in eodem libro, vol. 2 pag. 580 lin. 22 sqq. Inscriptio: بو قانون نامه آتم ودهدم قانونيدر وبنم دخى قانونم در اوّلا ذكرا ثمّ نسلا بعد نسل بونكله عامل اوله (عمل اولنه .l), *Hic liber legum mei patris et avi et meas leges continet. Primum memoriae mandetur, deinde per omnes aetates observetur.* Initium: حمد وثناء لا يعد اول خالق ايجون جلّ على الريب والمنون دركاهنه اولسون. Tria capita, ابواب: 1) Fol. 73 v. — 78 r. مراتب اعيان واركان بياننده در. 2) Fol. 78 r. — 79 v. سلاطين عظامه لازم اولان ترتيب وآيين بياننده در. 3) Fol. 79 v. — 82 v. احوال جرائم وهر اهل منصبك عايدلرى بياننده در. Ultima pars hujus capitis inscriptione non comprehensa, fol. 81 r. — 82 v., de praescriptionibus honoris est, quibus in literis imperialibus ad ministros aulae et reipublicae, proceres, ipius Imperatoris uxores, filios, filias, nepotes, neptes utendum est. Finis: اوغلم سلطان محمود قزى عايشه سلطان دامت عصمتها بويله يازيله والسلام.

5) Fol. 83 v. — 89 v. سابقا ولايت روم زعماسى وارباب تيمارى حقنده وارد اولان قانون نامۀ همايون در, Suleimâni I Canon de emphyteutis publicis rumeliensibus ad Musthafam, praefectum Rumeliae, datus Constantinopoli ineunte Reǵebo A. H. 937 (Martio A. Chr. 1531); vid. Hammerus ibidem, pag. 339 lin. 4 ab inf. sqq. Initium: امير الامراء الكرام ' ظهير الكبراء الفخام ' شويله. Finis: بلهسن ' علامت شريفه اعتماد قلاسن ' تحريرا فى اوايل رجب المرجّب سنه سبع وثلاثين وتسعمائة بمقام قسطنطنيّة المحروسة.

CCXXXIV.

[Ac. R. 137.]

Codex turcicus, fol. oblong. angust., foll. 60, char. diwani neschisi.

1) Fol. 1 v. — 32 v. ونديك بكلرينه متعلّق اولان اوامر شريفه در, *Literae publicae Venetorum causa ad ministros imperii osmanici datae.* Initium faciunt literae Simeoni Contarenio ad susceptum regnum Murâdo IV gratulandum a Venetis Constantinopolin misso (vid. Hammeri Hist. osman. vol. 3 pag. 28) salvi reditus causa datae A. H. 1034 exeunte Scha'bâno (Chr. 1625 medio). Ordo annorum: A. H. 1034 fol. 1 v.; A. H. 1035 fol. 3 r. — 5 v., post quod nonnulla exciderunt; A. H. 1041 fol. 6 r. et v.; A. H. 1042 fol. 6 v. — 13 r.; A. H. 1043 fol. 13 v. — 17 v.; A. H. 1044 fol. 18 r. — 23 r.; A. H. 1045 fol. 23 v. — 29 v., post quod iterum nonnulla exciderunt; A. H. 1049 fol. 30 r. — 32 v. — Fol. 2 r. vacat; fol. 2 v. libellus a summo Vezîro A. H. 1039 (Chr. 1629) Sulthâno propositus, quo Regem Hispanicum, Turcarum hostem, per causam mercaturae exercendae in

litoribus turcicis copias et commeatum ad bellum contra Ducem Mantuanum, Venetorum vicinum et amicum, gerendum contrahere nuntiat, de qua re quum Legatus (بايلوس, *il baïlo*) Venetus apud se questus sit atque ut exclusis Hispanis Veneti, Turcarum socii, ad illud pro amico faciendum admitterentur petierit, quid jam fieri placeat rogat. Subscriptum est, Ssafaro illius anni exeunte (Chr. 1629 m. Octobri) literis sulthânicis veniam illius rei Venetis datam esse.

2) Fol. 33 r. — 60 v. *Literae publicae de muneribus ecclesiasticis et scholasticis in imperio turcico collatis* ab A. H. 1077 m. *Ʒû'l-ʿhigge* medio (Chr. 1667 m. Majo) usque ad A. H. 1080 m. Rebîʿ priorem exeuntem (Chr. 1669 m. Augustum).

CCXXXV.

[Pf. K. 290.]

Codex turcicus, fol. obl. ang., foll. 106, char. diwani neschisi.

1) Fol. 1 v. — 101 r. *Foedera inter Turcas et Anglos facta et literae publicae Anglorum causa ad ministros imperii turcici datae.* a) Fol. 1 v. — 5 r. foedus ab Ibrâhîmo I cum Carolo I factum A. H. 1051 (Chr. 1641); vid. Hammeri Hist. osman. vol. 3 pag. 217 lin. 12—14. Inscriptio duplex tempus prae se fert: m. Rebîʿ priorem illius anni (Junium) et ejusdem m. Schaʿbân (Decembrem), quod sic interpretandum videtur, illo mense foedus factum esse, hoc perscriptum; nam in fine est: في اوائل ش ١٠٥١, *ab initio Schaʿbâni A. H.* 1051. b) Fol. 5 v. — 9 r. foedus ab eodem cum eodem factum A. H 1057 m. Rebîʿ priore medio (Chr. 1647 m. Aprili), perscriptum ejusdem anni m. *Ʒû'l-qaʿde* (ejusdem anni m. Decembri), procurante legato anglico, سر تومازو بندش, *Sir Tommaso Bendish;* vid. Hammeri Hist. osman. ibid. pag. 279 lin. 20 sqq. c) Fol. 83 v. — 88 r. foedus a Muʿhammede IV cum Carolo II factum A. H. 1086 m. Ǵumâdâ posteriore medio (Chr. 1675 m. Aug. vel Sept.) vid. Hammeri Hist. osman. ibid. pag. 679 et 680. d) Fol. 97. v. — 101 r. foedus ante tertium illud ab eodem cum eodem factum A. H. 1061 m. Rebîʿ priore ineunte (Chr. 1651 m. Febr.), procurante بارونت سر تومازو بندش, *Baronet Sir Tommaso Bendish.* Fol. 10 v. — 83 v. literae publicae, quas supra dixi, ab A. H. 1050 m. Rebîʿ posteriore (Chr. 1640 m. Jul.) usque ad A. H. 1086 Rebîʿ priorem exeuntem (Chr. 1675 m. Jun.). Fol. 88 v. — 96 r. iterum literae ab A. H. 1086 m. Regeb ineunte (Chr. 1675 m. Sept.) usque ad A. H. 1093 m. *Ʒû'l-qaʿde* ineuntem (Chr. 1682 m. Oct.)

2) Fol. 102 r. — 106 v. *Jussa imperialia ad viros variis muneribus publicis fungentes missa* ab A. H. 1069 m. Schewwâl exeunte (Chr. 1659 m. Jul) usque ad A. H. 1075 m. Ǵumâdâ posteriorem exeuntem (Chr. 1665 m. Febr.)

CCXXXVI.

[Pf. K. 294.]

Codex turcicus, fol., foll. 10, char. diwani: *Jussa imperialia*, qualia sunt in Cod. CCXXXV, 2, ex A. H. 1091 (Chr. 1680). Non sequuntur ordinem temporum. Pleraque ex m. Ramadhân sunt.

CCXXXVII.

[Ac. K. 288.]

Codex turcicus, fol. obl. ang., foll. 2 (nam cetera omnia exciderunt), char. diwani: *Literae publicae de muneribus in imperio turcico collatis* ab A. H. 1076 m. *Ʒû'l-qaʿde* exeunte (Chr. 1666 m. Majo) usque ad ejusdem anni *Ʒû'l-ʿhigge* medium (m. Jun.) et A. H. 1077 m. Ǵumâdâ priore ab initio usque ad dimidium (Chr. 1666 m. Oct. et Nov.). Inscriptum est: قيد توليت عن زمان حسين افندى قائم مقام رئيس الكتّاب ديوان عالى در ادرنه طال بقاه الواقع فى شهر ذى القعده سنه ١٠٧٦, *Index munerum collatorum ex quo ʿHosein Efendi Procancellarius summae curiae Adrianopolitanae fuit, inceptus m. Ʒû'l-qaʿde A. H.* 1076. Folio posteriori ad A. H. 1077 pertinenti inscriptum est: در زمان حضرت مصطفى افندى رئيس الكتّاب در ركاب همايون, *Quo tempore Musthafâ Efendi Cancellarius curiae aulicae fuit*, sc. munera, quae sequuntur, collata sunt.

CCXXXVIII.

[Pf. K. 138.]

Codex turcicus, fol. obl. ang., foll. 69, char. diwani: *Literae publicae de muneribus in imperio turcico collatis* ab A. H. 1088 m. *Ʒû'l-qaʿde* ineunte (Chr. 1677 m. Dec.) usque ad A. H. 1094 m. Ǵumâdâ posteriorem medium (Chr. 1683 m. Maj. vel Jun.). Extrinsecus inscriptum est: توليت قيديدر الواقع در شهر شوّال المكرّم سنه ثمان وثمانين والف, *Index munerum collatorum, inceptus m. Schewwâl A. H.* 1088

CCXXXIX.

[Ac. K. 298.]

Codex turcicus, fol. min. obl. ang., foll. 13, char. sijaqa: *Index summarius (iǵmâl) oppidorum, arcium, vicorum, pagorum praefecturae Budensis cum singulorum reditibus*, ex A. H. 1061 (Chr. 1650—1). Simul indicantur peculia Imperatoris et praefectorum, tîmâri et ziʿâmetae, praesidia arcium eorumque stipendia.

CCXL.

[Pf. K. 295.]

Codex turcicus, fol., foll. 8, char. diwani.

1) Fol. 1 r. — 2 r. *Index judicaturarum in praefectura Rumeliensi, Bosniensi, Budensi, Temeswariensi, et*

eorum, *quibus singulae ad hibernandum* (قشلاق) *assignatae sunt*, ex A. H. 1074 (Chr. 1663—4).

2) Fol. 2 v. — 8 v. *Jussa imperialia ad viros variis muneribus in imperio turcico fungentes missa*, ex eodem anno.

CCXLI.

[Ac. K. 289.]

Codex turcicus, fol. obl. ang., foll. 28, char. sijaqa et diwani: *Index emphyteutarum publicorum Rumeliensium*, fol. 1 v. — 13 v., *et Anatolensium*, fol. 14 v. — 28 v., *qui ex militibus loricatis* (جبه‌لويان) *creati sunt A. H.* 1080 (Chr. 1669—70), quamquam inde a fol. 23 r. redditur ad A. H. 1079. Ad dimidium et ultra revulsa sunt foll. 3, 18, 20, 21, 22; post fol. 22 trium exiguae laciniae supersunt, quae numero non comprehendi.

CCXLII.

[Ac. K. 297.]

Codex turcicus, fol. obl. ang., foll. 20, char. sijaqa et diwani: *Index emphyteutarum publicorum qui creati sunt A. H.* 1088—1094 (Chr. 1677—1683).

CCXLIII.

[K. 296.]

Codex turcicus, fol. obl. ang., foll. 4, char. sijaqa et diwani: *Index summarius Janissariorum qui in praesidiis Budensibus fuerunt A. H.* 1097 (Chr. 1685—6). Aliunde accessit folium regesta telonii Constantinopolitani ex A. H. 1062—1064 (Chr. 1651—1654) continens, quo tempore ʿHasan Aghâ praefectus telonio, امين كمرك استانبول, erat.

CCXLIV.

Codex turcicus, fol. obl. ang., foll. 30, char. sijaqa: *Diarium aerarii praefecturae Budensis*, ab A. H. 987 m. Schewwâl (Chr. 1579 m. Nov.) usque ad A. H. 989 m. Ssafar (Chr. 1581 m. Mart.), quo tempore Mufthafâ Beg praefectus aerario erat. Primus annus fol. 1 v. — 5 v., secundus fol. 6 v. — 20 v., tertius fol. 21 v. — 30 v. Inscriptio anni primi: روزنامچهٔ خزانهٔ عامرهٔ عمره (sic) اللّه تعالى الى يوم الآخره در ولايت بدون عن غرّهٔ شوّال المكرّم سنه ٩٨٧ در زمان مصطفى بك دفتردار خزانهٔ عامرهٔ ولايت م (i. e. مزبور), *Diariolum florentissimi aerarii* (*quod Deus O. M. usque ad diem extremum florere jubeat*) *in praefectura Budensi, ab initio Schewwâli A. H.* 987, *quo tempore Mufthafâ Beg erat magister rationum florentissimi aerarii hujus praefecturae.* Inscriptio secundi: روزنامچهٔ خزانهٔ عامرهٔ ولايت بدون عمره اللّه تعالى الى يوم الآخره در زمان مصطفى الحقير دفتردار خزانهٔ عامرهٔ ولايت م عن اول نوروز الواقع فى ٢٥ محرّم الحرام سنه ٩٨٨. Inscriptio tertii eadem usque ad مزبور, quod hic est pro siglo م; nisi quod بك positum est pro الحقير, et عامرهٔ posterius omissum. Temporis indicatio deest.

CCXLV.

[Ac. K. 293.]

Codex turcicus, fol. obl. ang., foll. 3, char. sijaqa: *Diarium acceptorum et expensorum aerarii praefecturae Agriensis, quo tempore Ćelebi Pâschâ et Suleimân Pâschâ et Aʿhmed Pâschâ ei praefecti erant, a Jûsuf Efendi, magistro rationum illius aerarii, inceptum A. H.* 1031 *d.* 3 *Rebîʿ posterioris* (Chr. 1622 m. Febr.). Hoc enim inscriptum est: ابتداء روزنامچهٔ ايراد ومصارف خزانهٔ عامرهٔ ولايت اكره در زمان حضرت چلبى پاشا وسليمان پاشا واحمد پاشا ميرميرانان ايالت مزبوره لمدوّن يوسف افندى دفتردار خزينهٔ مصونه الواقع فى ٣ ربيع الآخر سنه ١٠٣١.

CCXLVI—CCLVII.

[Ac. K. 299—310.]

Codices turcici ejusdem formae et ab eodem scripti, fol. obl. ang., char. sijaqa et passim diwani: *Indices summarii tributi a Christianis et Judaeis duodecim praefecturarum soluti partim A. H.* 1088 (Chr. 1677—8), *partim A. H.* 1089 (Chr. 1678—9), *partim A. H.* 1090 (Chr. 1679—80), *partim A. H.* 1098 (Chr. 1686—7). Omnes extrinsecus sic inscripti sunt: اجمال دفتر جزيهٔ كبران ولايت — عن واجب —, ita ut post ولايت nomen positum sit, post واجب numerus. 1) Cod. CCXLVI (K. 299) foll. 4: ولايت رادوميبر عن واجب سنه ١٠٨٨ (Chr. 1677—8). 2) Cod. CCXLVII (K. 300) foll. 4: ولايت نفس پره وادى عن واجب سنه ١٠٨٨. 3) Cod. CCXLVIII (K. 301) foll. 4: ولايت صالنه عن واجب سنه ١٠٩٨ (Chr. 1686—7). 4) Cod. CCXLIX (K. 302) foll. 2: ولايت قونيچه نام ديكر دپه دلن عن واجب سنه ١٠٨٨. 5) Cod. CCL (K. 303) foll. 4: ولايت سلستره عن واجب سنه ١٠٨٨. 6) Cod. CCLI (K. 304) foll. 6: ولايت نفس ودين عن واجب سنه ١٠٨٨. 7) Cod. CCLII (K. 305) foll. 4: ولايت اوخرى عن واجب سنه ١٠٨٨. 8) Cod. CCLIII (K. 306) foll. 4: ولايت فلورينه عن واجب ١٠٨٨. 9) Cod. CCLIV (K. 307) foll. 7: ولايت خاصهاء معادن اسكوب عن واجب سنه ١٠٨٩. 10) Cod. CCLV (K. 308) foll. 4: ولايت سنوب در لواء قسطمونى عن واجب سنه ١٠٨٩. 11) Cod. CCLVI (K. 309) foll. 4: ولايت قرين آباد نام

۱۰۹۰ دیگر سوزه بولی عن واجب سنه. 12) Cod. CCLVII (K. 310) fol. 2: ولایت پراکندهء اناطولی عن واجب سنه ۱۰۸۹.

CCLVIII.

[Ac. K. 136.]

Codex turcicus, fol. obl. ang., foll. 70, char. diwani.

1) Fol. 1 v. — 65 r. *Indices tributi a singulis agricolis nonnullorum vicorum et pagorum hungaricorum pro ratione proventus agrorum soluti.* Vici et pagi hi sunt: fol. 1 v. سنطوش s. سنتوش, fol. 8 v. سنکورك, fol. 15 v. بکیده, fol. 17 r. توکه, fol. 19 v. منسنت, fol. 38 v. طاپی, fol. 42 v. واروش بالا, fol. 48 r. واروش زیر.

2) Fol. 65 v. — 67 r. *Indices decimae* (عشر) *a singulis incolis nonnullorum vicorum et pagorum solutae.*

3) Fol. 67 v. — 68 v. *Indices tabernarum vinariarum publice concessarum et tributi ab iis soluti.* Fol. 69 r. et v. et 70 r. vacat.

4) Fol. 70 v. *Index agricolarum qui singuli singulos caballos* (بارکیر) *habebant.*

CCLIX.

[K. 291.]

Codex turcicus, fol. obl. ang., foll. 4, char. sijaqa praeter subscriptionem char. diwani factam: *Index summarius acceptorum et expensorum aerarii Qâhirensis A. H.* 1088 *m. Rebî' priore* (Chr. 1677 m. Apr. et Majo): اجمال واردات ومصاریف خزینهء عامرهء مصر برای مواجب ماه ربیع الاوّل در واجب سنه ۱۰۸۸; nam مصر urbem esse, non provinciam, intelligitur ex inscriptione interna, in qua est محروسهٔ مصر. Subscriptum est: تحریرا فی یکرمی سکز ربیع الآخر من شهور سنه ثمان وثمانین والف, *Scriptus d.* 28 *m. Rebî' posterioris A. H.* 1088.

CCLX.

[Pf. K. 292.]

Codex turcicus, fol. obl. ang., foll. 8, char. sijaqa, diwani et neschi: مصر قوللرینك ترقّی دفتریدر, *Codex de stipendiis militum aegyptiorum auctis.* Fol. 1 et 2: Index septem et quadraginta militum aegyptiorum A. H. 1084 medio m. Reǵeb (Chr. 1673 m. Oct.) ab 'Hosein Pâschâ, praefecto Aegypti, Portae osmanicae ad stipendia augenda commendatorum. Adscriptum est, hoc a Porta ratum factum esse d. 23 m. Schewwâl ejusdem anni (Chr. 1674 m. Jan.). Fol. 3 et 4: Index septem et triginta militum A. H. 1086 medio m. Ɖû'l-qa'de Chr. 1676 m. Jan.) ab eodem praefecto Portae ad stipendia augenda commendatorum. Id ratum factum est A. H. 1087 d. 26 m. Ssafar (Chr. 1676 m. Majo). Fol. 5—8: Index quatuor et quinquaginta militum aegyptiorum, qui in totidem mortuorum locos et stipendia suffecti erant A. H. 1085, a Suleimân, Comitatus principe (*Miri liwâ*, i. q. *Sanǵaq beji*), praefecto exercitus aegyptii (*Serdâri 'askeri Myfyr*) confirmationis causa Portae propositus, scriptus d. 25 m. Schewwâl illius anni (Chr. 1675 m. Jan.). Id ratum factum est d. 14 Ɖû'l-qa'dae ejusdem anni (m. Febr.)

CODICES DE ASTRONOMIA, PHYSICA, METAPHYSICA.

CCLXI.

[K. 203.]

Codex arabicus, 8° obl., foll. 63 chartae orientalis, char. neschi nitido, punctis diacriticis parcius instructo.

1) Fol. 1 v. — 40 r. النصیریّة, sc. کتاب التذکرة, *Naſîr-el-dîn Thûsii institutiones astronomicae;* vid 'H.-Ch. 2856. Quatuor capita: 1) Fol. 1 v. — 3 r. فیما یجب تقدیمه, prolegomena de natura et objectis astronomiae, a quorum initio scriptor dicit, se tantum summas rerum persequi; qui subtiliora illarumque demonstrationes doceri cupiat, eum ad Al-Magestum Ptolemaïcum remittit, ex quo ipse sua repetierit. Duae sectiones: a) fol. 1 v. — 2 v. de rebus geometricis, quas ad discendam astronomiam sciri necesse est, ut de puncto, linea, cet. b) fol. 2 v. — 3 r. de rebus physicis ejusdem generis, ut de corpore, motu, cet. 2) Fol. 3 r. — 25 r. de formis, statibus et motibus corporum coelestium. Quatuordecim sectiones: a) fol. 3 r. — 4 r. de rotunda forma coeli et terrae et immobili statu terrae in medio mundo. b) fol. 4 r. et v. de dispositione et ordine corporum coelestium. c) fol. 4 v. — 6 r. de circulis maximis. d) fol. 6 r. — 7 v. de positionibus, quae ex duobus primis motibus oriuntur, et de statibus stellarum fixarum. e) fol. 7 v. — 9 v. de nonnullis motibus specie inter se diversis ad principia illorum similitudinem postulantia reducendis. f) fol. 9 v. — 10 v. de sphaeris coelestibus earumque motibus. g) fol. 10 v. — 13 r. de sphaeris lunae ejusque motibus. h) fol. 13 r. — 15 r. de sphaeris Mercurii ejusque motibus in longitudinem. i) fol. 15 r. — 16 v. de sphaeris ceterorum planetarum eorumque motibus in longitudinem. k) fol. 16 v. — 17 v. de latitudinibus quinque planetarum. l) fol. 17 v. — 21 v. de solvendis difficultatibus, quae de harum stellarum motibus oboriuntur. m) fol. 21 v. — 22 v. de diversitate adspectuum. n) fol. 22 v. — 24 v. de vicissitudinibus luminis lunaris in defectibus lunae et solis. o) fol. 24 v. et 25 r. de retardationibus, visibilitate, invisibi-

litate et conjunctionibus planetarum. 3) Fol. 25 r. — 35 r. de terra et de vi quam diversa positio corporum coelestium in eam habet. Duodecim sectiones: a) fol. 25 r. — 27 r. de forma terrae et de statu divisionibusque superficiei ejus. b) fol. 27 r. et v. de aequatore. c) — f) fol. 27 v. — 31 r. de varia locorum latitudine ejusque effectibus. g) fol. 31 r. — 32 r. de ortibus et occasibus signorum zodiaci. h) fol. 32 r. — 33 r. de varia longitudine dierum et noctium. i) fol. 33 r. et v. de luce matutina et vespertina. k) fol. 33 v. et 34 r. de horis, diebus, mensibus, annis. l) fol. 34 r. et v. de gradibus transitus planetarum per aequatorem et ortus et occasus eorum. m) fol. 34 v. et 35 r. de linea meridiana et regione meccana. 4) Fol. 35 r. — 40 r. de distantiis et magnitudinibus corporum coelestium. Septem sectiones: a) fol. 35 r. — 36 r. de dimensione terrae. b) fol. 36 r. et v. de varia distantia lunae a centro mundi. c) fol. 36 v. — 37 v. de varia magnitudine diametri lunae et solis et umbrae utriusque et de varia distantia solis et umbrae ejus a terra. d) fol. 37 v. et 38 r. de magnitudine corporum solis et lunae. e) fol. 38 r. — 39 r. de varia distantia et magnitudine duorum planetarum inferiorum, i. e. Mercurii et Veneris. f) fol. 39 r. et v. de distantia et magnitudine trium planetarum superiorum, i. e. Martis, Jovis, Saturni. g) fol. 39 v. et 40 r. de distantia et magnitudine stellarum fixarum. Finis: فكان خمسة وعشرين الف الف واربعمأئة واثنا عشر الفا وثمانمأئة وتسعين فرسخا ولنختم الكتاب ههنا حامدين لله تعالى ومصلّين على نبيّه المصطفى وآله الطاهرين. Scriptio hujus exempli absoluta est A. H. 790 nocte quae antecessit diem quartum decimum Schawwâli (Chr. 1388 m. Oct.).

2) Fol. 41 v. — 63 v. كتاب الالواح العماديّة للشيخ شهاب الدين السهروردى, *El-Suhrewerdii Tabulae 'Imâdicae*, i. e. institutiones physicae et metaphysicae; vid. 'H.-Ch. 1163. Fol. 41 v. — 43 r. Prooemium de notione communi, المعنى العامّ, ut الانسانيّة, et de individuo, الامر المتشخّص, ut هذا الانسان; de ratione inter quantitates notionum intercedenti; de differentiis specificis et individualibus; de qualitatibus necessariis, impossibilibus, possibilibus; de qualitatibus partim qualificato communioribus, partim ei aequalibus; de qualitate communi necessaria, الهيئة; de loco, المحلّ; de substantia, الجوهر; de corpore, الجسم; de qualitatibus omnium corporum communibus, i. e. longitudine, latitudine, altitudine; de qualitatibus communibus necessariis aut ipsa re, aut loco, aut tempore inter se differentibus; de differentiis essentialibus et accidentalibus; de impossibilitate monadum vel atomorum, الجوهر الفرد, ex quibus nonnulli corpora composita esse dicunt; de corporum impenetrabilitate. Quatuor tabulae, الواح: 1) Fol. 43 r. — 45 v. فى اثبات تناهى الابعاد وفى طرف من السماء والعالم وفى بسائط العنصريّات وما يحدث منها, de omnibus distantiis necessario finitis ideoque mensurabilibus; de finibus mundi ejusque forma rotunda; de mundo nusquam vacuo, de eo autem, quod extra mundum est, nec pleno, nec vacuo, sed mere nihilo; de loco; de motu; de tempore; de aeternitate temporis praeteriti, الازل, et futuri, الابد; de calore, frigore, siccitate, humiditate; de quatuor elementis corporibusque elementaribus, quae sunt contraria et subjecta coelestibus aethereisque, السماويّات الاثيريّة, vim suam in illa exercentibus; de triplici modo quo corpora corporibus afficiuntur; de tribus causis caloris; de elementis in se invicem transeuntibus; de origine nubium, pluviae, nivis, fumi, vaporis, phaenomenorum, آثار الجوّ; de hyle s. materia, الهيولى s. المادّة, et tribus ejus relationibus et nominibus relativis; de materia corporum elementarium, العنصريّات, variarum formarum vicissitudines in se admittenti, contra materia sphaerarum coelestium, الافلاك, easdem formas in aeternum retinenti; de tribus ordinibus rerum naturalium, metallis, plantis, animalibus, ex illa materia elementari prognatis. 2) Fol. 45 v. — 48 r. فى النفس واشارة خفيفة الى قواها, de animo rationali immateriali, incorporeo, indivisibili, indissolubili*); de duabus facultatibus animantium propriis: القوّة المدركة, facultate percipiendi perceptisque utendi, quae in cerebro regnat, et القوّة المحرّكة, facultate se movendi, quae in corde regnat; ac primum quidem de المدركة, quae dividitur in quinque sensus externos, الحواسّ الخمسة الظاهرة, etiam vulgo notos, et quinque sensus internos, الحواسّ الخمسة الباطنة, i. e. الحسّ المشترك, sensum communem, omnium specierum sensibus externis perceptarum receptaculum; الخيال, imaginationem illas species simpliciter repetentem; الوهم, imaginationem ex rebus ita perceptis judicia de rebus non perceptis pro lubitu fingentem ideoque menti

---

*) In dictis Prophetarum et Sanctorum naturam animi illustrantibus tria Jesu Christi citantur fol. 46 v. lin. 11—14: واليها اشار المسيح بقوله تشبّهوا بابيكم السماوىّ وبقوله ابى وابوكم فقد نسب النفس الى القدس واياها عنى لمّا قال لا يصعد الى السماء الّا من نزل منها, *Eundem* (animum) *Christus innuit hac voce: Patris vestri coelestis similes fieri studete; et hac: Pater meus et pater vester; quibus animum quasi progeniem sanctissimi Dei esse declaravit; atque ad eundem spectat haec ejus sententia: Nemo ad coelum escendit, nisi qui inde descendit.* Secundum et tertium horum dictorum apud Johannem sunt, cap. 20 v. 17 et cap. 3 v. 13; primum ex Matth. cap. 5 v. 48 contractum videtur.

adversantem; المتخيّلة, imaginationem similitudines et judicia componentem, quae quum mentem adhibet, المفكّرة, facultas cogitandi, appellatur; somniorum matrem, poëtarum et eorum, qui in artibus et disciplinis nova excogitant, instrumentum; deinde de الحركة, quae item duplex est: النزوعيّة, ἡ ὁρμητική, partim شهوانيّة, ἐπιθυμητική, grata appetens, partim غضبيّة, ὀργιστική, ingrata repellens; et المباشرة للحركة, quae illi paret et ministerio nervorum motus efficit; — de tribus facultatibus vegetabilibus, القوى النباتيّة, i. e. animantium et plantarum communibus: الغاذية, facultate se alendi, النامية, facultate crescendi, المولّدة, facultate gignendi; de spiritu vitali, الروح, quod est corpus subtile ex latere sinistro cordis procedens et omnes facultates animantium sustentans, جسم لطيف ينبعث من الجانب الايسر من القلب وهو حامل جميع القوى التى فى الحيوان; isque duplex: الروح النفسانىّ, spiritus psychicus, auctor perceptionum et motuum, qui ex corde in cerebrum escendit ibique ad justam temperiem refrigeratus ab animo, النفس, luculentiorem quandam potestatem accipit, quae السلطان النورىّ appellatur; et الروح الطبيعىّ, spiritus physicus, auctor actuum facultatum vegetabilium, qui ex corde per venas, الاوردة, in jecur descendit; de animo non prius quam corpus, sed simul ac corpus nascenti; definitio animi rationalis: جوهر غير جسمىّ من شأنه ان يدرك المعقولات ويتصرّف فى الاجسام وهو نور من نور اللّه القائمة (sic) لا فى ابن, *substantia incorporea, cujus est intellectualia percipere atque ex arbitrio in corpora agere, eaque lux est ex luce divina derivata, constans, sed non hic aut illic.* 3) Fol. 48 r. — 53 v. فى اثبات واجب الوجود وما يتعلّق به من صفات الكمال, de omni ente aut واجب الوجود, aut ممكن الوجود (vid. pag. 494 col. 1 lin. 8—11); de variis causis rerum contingentium: العلّة الفاعليّة, causa effectiva, المادّيّة, materiali, الصوريّة, formali, الغائيّة, finali; de causa perfecta, العلّة التامّة, i. e. complexu omnium causarum alicujus rei; de causa perfecta nunquam duplici; argumentum cosmologicum existentiae unius entis absoluti; de eodem simplici, immateriali, nec corpus nec formam habenti, nulli loco aut relationi locali adstricto, immobili et immutabili, vivo, per se ipsum sui ipsius ceterorumque omnium penitus conscio, mere agenti, neutiquam patienti; de ejus attributis tantum negativis, سلبيّة, et relativis, اضافيّة, ergo non veris nec in ipso sitis*); de aeternitate mundi, quae argumentis aristotelicis probatur; de quaestione, utrum mundus, postquam creatus est, se ipse conservare possit, an Deo conservatore egeat? quorum posterius item Aristotele auctore affirmatur; de المعلول الاوّل s. العقل الاوّل, prima Dei creatura, quae est جوهر روحانىّ وحدانىّ مجرّد عن المادّة وعوارضها والمتصرّف فيها, *substantia spiritualis, unitaria, a materia ejusque accidentibus soluta, sed ex arbitrio in eam agens*; de mente secunda, العقل الثانى, et sphaera prima, الفلك الاوّل, ex mente prima progressis, deinde mente tertia et sphaera secunda ex mente secunda, et sic porro usque ad indefinitam multitudinem; quamquam doctores recentiores numerum mentium et sphaerarum ita definiverunt, ut decem mentes esse statuerent, ex quibus novem primae totidem ex ordine sphaeras procreaverint, decima autem mundum elementarem, العالم العنصرىّ; de mentibus et animis rationalibus tantum eo inter se differentibus, quod illae ex omni parte a materia solutae et libere agentes corpora non regunt, hi autem corpora regunt; de rebus creatis perpetua aliarum ex aliis processione a nobilioribus ad ignobiliores descendentibus, ita tamen ut nulla earum beneficiorum divinorum omnino expers sit aut ad suam sibi perfectionem pervenire nequeat; de sphaeris vita et sensu et ratione praeditis; de illo motu, quo perpetuo in orbem feruntur, voluntario, cujus causa singulis propria est amor earum mentium, quae singulis praesunt, omnibus communis amor entis absoluti; de aeternitate et immutabilitate rerum coelestium et mentium. 4) Fol. 53 v. — 63 v. فى النظام والقضاء والقدر وبقاء النفس والسعادة والشقاوة واللذّة وآثار النفوس, de sapientissima et benignissima ratione mundi a Deo non propter necessitatem extrinsecus sibi obtrusam, sed propter necessitatem in sua ipsius natura sitam creati **); de Deo solo αὐτάρκει, غنىّ, ceteris omnibus ejus indigentibus, فقراء; de ratione inter Deum et mundum, et vicissim inter singulas partes mundi intercedenti; de imperio animorum in res corporeas, mentium in animos, mentis primae in ceteras mentes, Dei in mentem primam, quae est sacratissima

*) Capitalis illa theologorum mysticorum sententia, revera nulla esse entis absoluti attributa, fol. 49 v. lin. 22 his verbis enuntiatur: واجب الوجود لا يتّصف بصفة. Sequitur subtilis de ejus veritate argumentatio.

**) Est igitur mundus necessario, quia Deus Deus est, ideoque, ut supra ex Aristotele demonstratum, ab aeterno est, quoniam Deus sine mundo esse non potest. Illud dogma fol. 55 r. lin. 16 et 17 his verbis conceptum est: الحقّ الاوّل لا يجب عليه شىء إلزامًا عن غيره ولكن يجب به اشياء.

illius manus, يد الله المقدسة, per quam utrumque mundum creavit, et الملكوت, i. e. عالم المُفارِقات, mundum spirituum incorporeorum (plene مفارقات الاجساد), et الملك, i. e. عالم الجسمانيّات s. عالم الاجرام, mundum corporum s. rerum corporearum, qui umbra quaedam illius et imago est, كظلّ وصنم له; de divisione τῶν مفارقات in مفارقات تدبّر الاجسام, spiritus corpora regentes, i. e. النفوس, animos, et مفارقات تُعْقل ولا تحسّ بوجه ما, spiritus qui tantum mente, neutiquam sensibus percipiuntur, i. e. العقول, mentes; deinde de divisione animorum in المتصرّفة في السماويّات, animos corpora coelestia regentes, et المتصرّفة في الارضيّات, animos corpora terrestria regentes; de malo revera non ente, quippe quod semper ad nihilum redeat, ceterum ex mundo superiore omnino absit et tantum in inferiore a benignissimo Deo bonis ex minore parte admixtum sit, nullo autem modo, quod Magi putant, auctorem a Deo diversum habeat; de vi fatali quam motus corporum coelestium in casus terrestres exercent; de quaestione, cur Deus peccata fato praestituta puniat; de aeternitate animi et de ejus post mortem reditu ad Deum; de vanitate metempsychosis; de voluptate et dolore sensuum et animorum; de beatitate et miseria aeterna; de iis quae animos corporibus exutos a se invicem et a mentibus et ab ente absoluto, item mentes a se invicem et ab ente absoluto distinguunt; de quaestione, quo pacto Deus et spiritûs nec cum mundo conjuncti nec ab eo distincti dici possint; de mentibus mundi superioris et animis sphaerarum tam praeterita quam futura scientibus, unde nostri quoque animi, quippe qui ejusdem generis sint, interdum vinculis corporum laxatis, veluti per somnum, arcana et futura cognoscunt, ita tamen ut, quum imaginatio species componens, المتخيّلة, illa in similia aut contraria mutare soleat, interpretatione opus sit; Prophetae autem et Sancti etiam vigilantes arcana variis modis cognoscunt, interdum epileptici quoque et mente capti et pueri *); de animis nostris a principio facultatem perfectionis habentibus, hinc ad priorem et deinceps ad altiorem gradum perfectionis pervenientibus, idque per eum, qui a philosophis العقل الفعّال, in Corano روح القدس et القلم appellatur, qui jussu Dei mundum elementarem creavit et res elementares administrat (هو واسطة وجود العالم العنصرىّ وكَذٰلِكَ العنصريّات بامر الله); de animo solo, relicto corpore, ad Deum redeunti *); de virtutibus lucis et solis **); de animis, si via et ratione purificantur, ex tenebris ignorantiae et vitiositatis ad lumen divinum emergentibus et praesentem Deum (السكينة القدسيّة) in se recipientibus, quo facto animi in ipsa corpora et materiem eandem vim exercent, quam ignis in ferrum, et, si in studio perfectionis usque pergunt, ab ipso Deo potestate, majestate, celebritate donantur, veluti antiqui Persarum reges, Ferîdûn et Kei-Chosrew, qui minime Magi et Dualistae (من المجوس والثنويّين) erant, quoniam isti errores demum post Guschtaspum orti sunt, sed lumine quodam a Deo animis humanis infuso ad veritatem dirigebantur, quod lumen in universum خُرّة appellabatur, quae autem ejus species regum propria erat, كَيَانْ خُرّة; singulatim de virtute, sapientia, potestate, felicitate Fe-

*) وقد يتّفق للمصروعين والممزورين الاطّلاع على بعض المغيّبات لقلّة شواغلهم وفساد آلاتهم وقد يشغل المستنطقون الصبيان بامور تحيّر البصر وتدهش الخيال كالقدح الّذى فيه الماء او كلطخ من سوادٍ برّاقٍ وغيرهما ليقع لنفوسهم بعد حيرة الحواسّ وركود التخيّل صور غيبيّة ويخبروا عن امور صحيحة, *Interdum epileptici quoque et mente capti fortuito quaedam arcana cognoscunt, propterea quod animi eorum rebus alienis minus occupantur et instrumenta sensuum in iis corrupta sunt. Interdum etiam incantatores animos puerorum rebus visum hebetantibus et imaginationem reproductivam obtundentibus, veluti calice in quo aqua est, vel macula fulgentis nigredinis, vel alia re, ab alienis abstrahunt, ut, sensibus hebetatis et imaginatione sopita, species occultas animis concipiant et res veras edicant.* Hinc duo verba discimus: ممزور i. q. مزْر, et مستنطق, qui artibus magicis efficit ut alii ea, quae vult, eloquantur, incantator; quem sensum confirmat vetus glossa verbo المستنطقون subscripta: المعزّمون. Rei mirabilissimae, sed a compluribus auctoribus confirmatae exempla praebet *Lane* in *An Account* etc., 1, pag. 347—357.

*) Interpretationis Corani allegoricae, cujus totus liber plenus est, hoc loco luculentum exemplum habemus: *Vox Prophetae nostri:* من مات فقد قامت قيامته, *Qui moritur, ejus jam resurrectio instat, ad Sur.* 81 *et* 82 *spectat: Quum findetur coelum, scilicet morientis, i. e. meninx, — et dispergentur stellae ejus, i. e. sensus, — et convolvetur sol ejus, i. e. cor, — et missae fient gravidae camelae ejus, i. e. corpus, — et cogentur ferae ejus, i. e. facultates, praecipue ἡ ὀργιστική, — et comminuentur montes ejus, i. e. ossa et alia.*

**) Paene zoroastricum enthusiasmum sapiunt hymnoque similes sunt laudes Solis fol. 60 v. lin. 11 sqq.; quid? quod persicus scriptor eum antiquo vocabulo gentili هورخش الشديد, *validissimum Hurchosch*, appellat, idque eo aptius, quod eum non inanimam molem esse statuit, sed الحىّ الناطق الاطهر العالم, *vivum, ratione praeditum, sanctissimum, scientia pollentem.* Omnino non errare videntur qui ingenia Persarum in mysticismo islamico instar antiquae religionis patriae, monotheismo mu'hammedico temperatae et velatae, restaurasse putant.

rîdûni et Kei-Chosrewi; de facultate cogitandi, quae, si rebus spiritualibus et scientiis sublimioribus unice vacat, illa arbor fit, de qua pluribus locis coranicis allegorice dicitur, ut Sur. 36 v. 80, Sur. 56 v. 70 et 71, Sur. 23 v. 20 *), Sur. 24 v. 35, ex qua eadem Moses Deum secum colloquentem audivit, Sur. 28 v. 30 sqq.; de mente in contemplandis mundi ordinibus sapientissime dispositis defigenda; de animo humano Dei in terra vicario. Finis: ارحمنا وارضنا عنك وارض عنّا انّك بالجود الاعمّ على العالمين جدير. Ultimum verbum a me ipso adjectum in nostro exemplo excidit; nam quinque ultima folia tineas passa sunt, maxime ultimum, quod supposita charta recentiore sartum est. Scriptio absoluta est A. H. 791 d. 26 Muʿharrami (Chr. 1388 m. Jan.)

CCLXII.

[Ac. K. 65.]

Codex turcicus, 8° max., foll. 165, nitido char. nestaʿlîq: *Ssolʿh-el-dîni Schemsijje*; vid. pag. 471 col. 1 lin. 8 sqq. Initium poëmatis: اى خداوندا قديم لم يزل· خالق الاشيا ابد سين ثم ازل·. Hoc exemplum omnia argumenta ab Hammero in Hist. poës. osm., I, pag. 75 sqq., enumerata atque etiam plura continet; Dresdanum autem desinit post epilogum quinque et viginti phaenomenis mensis Eilûl subjunctum, qui in hoc exemplo fol. 131 v. legitur. Fol. 131 v. — 135 r. fasti astronomici mensium syriacorum iterum a Teschrîni ewwel usque ad Eilûl, ubi ea, quae de siderum et stellarum ortu et occasu in prima parte poëmatis intexta sunt, separatim amplius pertractantur ac sidera et stellae etiam describuntur. Fol. 135 v. — 137 r. de aetate mundi. Quum Deus mundum crearet, suum cuique coelo planetam dedit, septimo Saturnum, sexto Jovem, quinto Martem, quarto Solem, tertio Venerem, secundo Mercurium, primo (السماء الدنيا) Lunam, et simul definivit, ut planetae alii aliis celerius signa Zodiaci peragrarent circuitusque conficerent, singuli autem millenos annos regnarent, praeter Lunam, cujus regnum tantum nongentorum septendecim annorum esset. Ita Saturnus in quoque signo tricenos menses moratur et post tricenos demum annos orbem complet; inde quo quisque terrae in medio mundo constitutae propior est, eo minora spatia percurrit. Quum igitur exilium Muʿhammedis in annum mundi sexies millesimum inciderit, regna Saturni, Jovis, Martis, Solis, Veneris, Mercurii, illud antecesserunt, regnum Lunae cum illo incepit. Itaque ab A. H. 801 (Chr. 1398—9), quo hoc poëma scriptum est, ad aetatem mundi complendam supererant centum sedecim anni. Fol. 137 r. — 139 r. de diebus septimanae, quatuor partibus anni, duodetriginta stationibus lunaribus, duodecim mensibus anni, cum institutione ad usum Calendarii perpetui, quod fol. 139 v. scriptum est. Fol. 140 r. — 149 v. de duodecim mensibus anni arabici; vid. Hammerus l. l. pag. 81—85. Fol. 149 v. — 164 v. reliqua quinque capita, quae apud Hammerum sunt sextum decimum et quae sequuntur usque ad vigesimum. Finis: سوز تمام اولدى وختم اولدى كتاب· اوقوغل والله اعلم بالصواب·. Scriptio hujus exempli, ut fol. 1 r. docet, absoluta est A. H. 902 (Chr. 1496—7), ejus autem, unde descriptum est, a Sû-bâschî *Ibn-ʿHosein* A. H. 839 ineunte m. Rebîʿ posteriore (Chr. 1435 m. Oct.) Nam pro اربع مائة res ipsa ثمان مائة legendum esse docet. Fol. 165 r. char. sijaqa nonnulla notata sunt de quadam medicina, qua concubitus et mari et feminae suavior redditur.

*) In hoc versiculo interpretando scientias sublimiores dicit esse panem hominum theosophorum et angelorum, quem Pythagoras in Aenigmatis et Davides in Psalmis innuerint: فالمعارف خبزهم وخبز الملائكة الّذى اشار اليه فيثاغورس· فى رموزه وداود فى مزاميره. In fine ejusdem loci, fol. 62 v. lin. 9 et 10, haec leguntur: وللعلماء المتألّهين اسرار فى كيفيّة تخليص النفس الى عالم الحقّ اشرنا اليها فى حكمة الاشراق, *Viri docti sapientiae divinae studiosi arcanos habent modos animi vinculis terrestribus solvendi et ad mundum divinum emittendi, quos innuimus in Philosophia illuminationis.* De hoc El-Suhrewerdii libro vid. Tholuckii Commentatio de vi, quam graeca philosophia in theologiam muhammed. et jud. exercuerit, part. I, pag. 8, ubi doctissimus vir recte assecutus est, quid الاشراق in hoc argumento valeat; saepe enim in hoc libro اشرق de lumine divino dicitur animum humanum illuminante, ut fol. 61 r. lin. 9: واذا اشرقت عليها (sc. على النفس) الانوار الالهيّة وحلّت فيها السكينة القدسيّة.

CCLXIII.

[Ac. K. 170.]

Codex turcicus persicus, 8° lat., foll. 7, praeter ea quae utrinque accesserunt, char. sijaqa: *Calendarium persicum anni Ǵelâleddîniani*, ita dispositum, ut suam quisque mensis tabulam quindenorum loculorum habeat. Ex siglis in eo adhibitis nonnulla quid significent, post ultimum mensem fol. 7 r. explicatum est. Juxta singulas tabulas indicati sunt menses Arabum antiquorum et Syrorum, qui persicis respondent, ut primo mensi Ferwerdîno Ǵumâdâ posterior et Nîsân. In hoc atque in secundo, Erdebehischt, etiam ii menses persici adscripti sunt, qui antiquitus illorum locum tenebant: in primo مهرماه قديم, in secundo آباناه قديم; in primo praeterea mensis aegyptius Farmûdî. In secundo omissus est mensis syriacus Ijâr. — Ab initio libri inserta sunt haec: 1) Epistola persica, qua Aʿhmed Chân, minister alicujus praefecti (نواب عالى), amicos suos, Muʿhammed Emîn et Muʿhammed Ǵaʿfar, certiores facit, praefecto nuntiatum esse, eos legatum, quem comitari jussi

esseut, deserere et remanere velle; quod si ausi fuerint, iis ab irato praefecto poenas imminere monet. 2) Epistola persica, char. taʿlîq scripta d. 12 m. Reǵeb, incertum cujus anni, qua Muʿhammed Mûm amico suo, ʿAbd-el-qâsim Beg, nuntiat, in castris Qazwînensibus, in quibus sit, adhuc omnia tranquilla esse; regioni Schirwânensi Beglerbegum nondum constitutum esse; filium Principis (پسر خان) Schemâchii (در شماخی) sedere; ex hominibus plebejis et proceribus Schirwânensibus plures, quorum nomina indicantur, abiisse; filium Principis Perwâne-Begum ad populandam regionem Schirwânensem misisse; Russos Schemchâlum (regulum Kaitakorum et Kumukorum) accusavisse, quod, ut antea ab ipsis stipendia (مواجب) accipiens arcem russicam devastaverit, ita nunc a Persis stipendia accipiens eorum naves diripiat et cum Tataris Crimensibus conspiret, quare hominem e medio tollendum esse; ad quae responsum esse, Schemchâlum illam arcem ab ipsis jussum devastasse, cetera, quorum isti eum accusent, falsa esse. 3) Diarium alicujus ministri de itinere regis persici in terris suis, foedo char. nestaʿlîq deproperatum. Potissimum notavit, unde et quando singulis diebus profecti sint, ubi et quando consederint. Post calendarium inserta est epistola turcica char. neschi scripta, qua Suleimân, famulus aulae osmanicae (از چاوشان درگاه عالی), alicui nuntiat, quanti apparatus belli germanici facti quantaeque copiae contractae sint; deinde mandat ut summum Vezîrum confestim certiorem faciat, utrum Brata (براته) fidus sit, an infidus; nam illum Petrowicho (پتروویك) hoc affirmanti non credere. Quodsi Brata in fide maneat, sine mora tributum mitti jubet; sin minus, ferrum et ignem denuntiat. — De illo Petrowicho vid. Hammeri Hist. osman., II, pag. 172 et 174; nam eum ipsum intelligendum esse docet mentio facta reginae, قرالیچه, i. e. Isabellae, viduae Zapolyae paullo ante mortui, ad quam ejusdem rei explorandae causae Antonius quidam missus esse dicitur, qui antea cum eo, ad quem literae datae sunt, ad aulam osmanicam venisset.

CCLXIV.

[K. 231.]

Codex turcicus, 4° min., foll. 67, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 55 v. *Muʿhammed Ibn-Maʿhmûdi Schirwânensis Ǵauher-nâme*, liber de gemmis. Initium: سپاس بی قیاس اول ذات پر سپاس کم قدرت ایجاد اتدی الخ. Scriptor absolutis studiis doctrinae in Rumelia medicinam exercens et simul gemmarum scientiae operam dans, quum amatores et emtores earum saepe decipi vidisset, illorum instituendorum causa jam aliquoties librum scribere aggressus erat: quum m. Rebîʿ priore A. H. 831 (Chr. 1427 exeunte vel 1428 ineunte) ab Umûr Beg Ćelebî, filio Timurtâsch Begi (vid. Hammeri Hist. osman., I, pag. 313 lin. 4 et pag. 378 lin. 15), *Aʿhmed Ibn-Jûsuf Ibn-Aʿhmedi El-Tighâschii* *) librum de gemmis, *Ezhâr-el-efkâr* (ʿH.-Ch. 543 et 4335) turcicum facere jussus est. Is quinque et viginti capitibus totidem gemmas persequens docet, unde ortae sint, ubi inveniantur, quae bonae sint, quae malae, quae earum sint virtutes, utilitates, pretia; sed longus est, eadem saepe repetit et inutiles narrationes inculcat. Itaque interpres istam luxuriam coërcuit, ceterum capitum numerum, ordinem, argumenta servavit, atque ex aliis spectatis libris multa adjecit, opusculum autem ita confectum Umûr Bego dedicavit. Capita partim in sectiones divisa: 1) Fol. 3 r. — 12 r. de جَوْهَر **). 2) Fol. 12 r. — 19 v. de يَاقُوت. 3) Fol. 19 v. — 24 r. de زُمُرُّد. 4) Fol. 24 r. et v. de زَبَرْجَد. 5) Fol. 24 v. — 26 r. de بَلَّخْش, pro بَلَخْشِى, idque pro بَدَخْشِى, i. e. لَعْل, ut ipse scriptor aït. 6) Fol. 26 r. — 27 r. de بَنَفْشَه. 7) Fol. 27 r. — 28 r. de بِيجَادِى, it. بِجَادِى et بُجَادِى. 8) Fol. 28 r. — 31 r. de أَلْمَاس. 9) Fol. 31 r. — 33 r. de عَيْنُ ٱلْهِرِّ. 10) Fol. 33 r. — 37 v. de پَازَهَر, pro quo more turcico aliquoties پَازَهْر scriptum est, it. پَازَهْر et پَازَهْر. 11) Fol. 37 v. — 38 v. de پيروزه. 12) Fol. 38 v. — 39 v. de عَقِيق. 13) Fol. 39 v. — 41 r. de جَزَع, it. جَزْع, pro جَزْع. 14) Fol. 41 r. — 43 v. de مَغْنَاطِيس, it. مِغْنَاطِيس. 15) Fol. 43 v. — 44 v. de سَنْبَازَج, it. سُنْبَازَج, pro سنباذج. 16) Fol. 44 v. — 47 v. de دَهْنَه. 17) Fol. 47 v. — 49 v. de لَاجُوَرْد. 18) Fol. 49 v. — 52 r. de مَرْجَان. 19) Fol. 52 r. et v. de سَبَج. 20) Fol. 52 v. et 53 r. de جُمْشُت, it. جَمْشُت et جُمُشْت, pro جمسه vel جمست. 21) Fol. 53 r. et v. de خُمَاهَان. 22) Fol. 53 v. et 54 r. de

*) Sic, تيغاشی, ut Flügelius in praefatione tomi secundi ʿHâǵi-Chalfae pag. IV pro تيفاشی, *Teifâschî*, scribi et dici jubet; quamquam ceteris locis nostri codicis paene omnibus تيفاشی est, etiam تيفاش et تيفاس.

**) Ne inscriptione fallaris, ipsum capitis initium cavet: *Ǵauher nomen commune est, quod omnes gemmas* (et eas quae proprie dicuntur, et margaritas) *comprehendit. Verum ex usu gemmariorum ǵauher appellantur margaritae, ceterae gemmae suis quaeque nominibus distinguuntur.*

يَشْمْ, it. يَشِيمْ. 23) Fol. 54 r. de يَصْب. 24) Fol. 54 r. — 55 r. de بِلُورْ, it. بُلُّورْ. 25) Fol. 55 r. et v. de طَلْق. Scriptores orientales citantur hi: fol. 42 v. in marg. قاضى ابو الفتح احمد بن مُطَرِّف in libro, qui دوست inscriptus esse dicitur (دُوسْت ادلو كتابنده); fol. 18 r. lin. 9 et 10 شريف جوهرى; fol. 5 v. lin. ult. مسعودى; fol. 30 v. lin. ult. et fol. 45 v. lin. 7 et 8 يعقوب بن اسحاق in *Gauher-nâme* suo (loco priore filius patrem citat, qui idem fol. 38 r. lin. 2 حكيم اسحاق appellari videtur); fol. 29 r. lin. 10 (Cod. يُوحَنَّا) حكيم يُوحَنَّا ابن مَاسَّه. Accedunt hi libri: fol. 53 r. lin. 6 تحفة الملوك, et fol. 30 v. lin. 10 كتاب صيارمج. Scriptores occidentales, vel qui videntur esse, citantur hi: saepissime أَرِسْطَاطَالِيسْ, semel أَرِسْتَطَالِيسْ, scilicet ex libris subditiciis *); fol. 40 v. lin. 4 et 5 حكيم أَنْطَاكِيَا et حكيم أَمَانُوسْ; saepissime item بَلِينَاسْ, بَلِينُوزْ, بَلِينُوسْ, sed et ipse Plinius adulterinus **); fol. 20 v. lin. 2 et fol. 54 r. lin. 2 جَالِينُوسْ; fol. 30 v. lin. 8 حكيم رُوسْطِينْ in libro: Quomodo lapides fingantur (طاشلر چون دزلمش كتابنده). Finis: نقدر كم حاونده وبا سندان ازرنه جكوجله دوكلر دوكلب سحق اولمز. Mendaci librario si credimus, hoc exemplum etiam prius absolvit, quam ipse liber scriptus est, i. e. A. H. 688 m. *Dû'l-ʿhigge* ineunte (Chr. 1289 extremo).

2) Fol. 55 v. — 67 r. *Beithar-nâme*, liber de medicina veterinaria, septem et trigiuta capitum. Caput primum signa boni equi docet, cetera morbos equinos eorumque curationem persequuntur. *Besmelam* continuo sequitur inscriptio primi capitis: أول اوّل باب اتوك ايوسنك نشان لرن بيان ادر، شيله دمشلر كم اتوك باشى اتسوز اولا الخ. Finis: يندك كيَنِنَه وبكُرْلرينه اسّى اسّى دورتلر تا شفا بوله.

*) Manifesta fraus est fol. 38 r. lin. 10 et 11: *In Sikender-nâme legitur, Aristotelem Nasîhat-nâme scripsisse et ad Alexandrum misisse, ubi haec dicat cet.*

**) Speciosum fucum facit ipsum nomen operis Pliniani fol. 12 r. lin. 8, ubi primum citatur, positum: سِيَرِ طَبِيعَتْ, *Naturalis Historia.* Sed quae ibi homo romanus de gemmis ex calore et humiditate et siccitate nascentibus docere perhibetur, tam genuine orientalia sunt, quam cetera omnia, quae eundem titulum prae se ferunt.

CCLXV.

[Ac. K. 76.]

Codex turcicus, 4° mln., foll. 163, char. neschi: *Jaʿhjâ Ibn-Muʿhammed El-Ghaffârii* كتاب ياقوتة المخازن فى جواهر المعادن, de rebus pretiosis naturalibus. Initium: جواهر زواهر حمد نا محدود ، ولآلى متلالى شكر نا معدود ، اول حضرت واجب الوجوده. Scriptor post dinturna et longinqua itinera in terras turcicas delatus ibique variis disciplinis institutus est. Tandem quum ad Qorqudum, filium Bâjezîdi II, et Pijâle-Begum, illius amicum et ministrum (vid. Hammeri Hist. osman., I, pag. 698), venisset, hunc iis librum scripsit et dedicavit, quod quando factum sit, nomen ejus ياقوتة indicat, i. e. A. H. 917 (Chr. 1511—12). Duorum fontium suorum sola nomina posuit, quae apud ʿH.-Ch. non inveniuntur: *) تنسوق نامهٔ ايلخانى et جوهر نامهٔ جديد. Quatuor libri مخازن, horrea, i. e. partes: 1) Fol. 9 r. — 20 v., quinque capitum, de rebus simplicibus, ex quibus non solum omnia metalla, sed omnia cetera corpora mundi inferioris composita sunt, et de causis metallorum. 2) Fol. 20 v. — 127 r., unius et viginti capitum, de iis gemmis, quae ex genere metallico sunt, معادن, et de horum metallorum natura, virtutibus, utilitatibus, item de arte eorum poliendorum et aliis rebus huc spectantibus. Argumenta capitum: a) ياقوت. b) عين الهرّ. c) زمرّد. d) زبرجد. e) الماس. f) انجو. g) لعل. h) فيروزه. i) پازهر. k) عقيق. l) اشباه ياقوت, i. e. بنفش, پيچاده, ماده پيچ. m) جزع. n) مِقناطيس, pro مغناطيس. o) سُنباده. p) دهنه. q) لاجورد. r) بُسَّد ومَرْجان. s) يصب s. يشب. t) بلّور. u) جمست. v) varii lapides: سبج s. شبق, خمّاهن, طلق, يغمر, باغش الخلّ طاشى, يرقان طاشى, عقاب طاشى, طاشى حجر ارمنى, حجر اليهود, زيت طاشى, جاذب الخلّ طاشى, براق القمر s. حجر القمر, شاربخ s. حجر الدم, حجر الفارون, سنك s. مرقشيشا, حجر مثقالى, حجر النوم, حجر ذو الالوان, توتيا طاشى, سُرمه طاشى, مغنيسيا, روشناى. w) de ratione inter pondera gemmarum intercedenti **). 3) Fol.

*) De verbo تَنْسَخ, تَنْسُق, تَنْسُوخ, تَنْسُوف, dixi in Diar. liter. Hal. 1839, No. 220 pag. 542.

**) In hac parte fol. 126 v. lin. 8 auctor citatur أَبُو رَيْحَان, qui fortasse alterutrum illorum duorum librorum scripsit, qui supra

127 v. — 156 v. quindecim capitum, de septem metallis, quae proprie dicuntur, اجساد سبعه s. فلزّات سبع, de iis quae inde composita sunt, et de aliis corporibus naturalibus. Argumenta capitum: a) طلا s. التون. b) نقره s. سيم s. كمش. c) بقر. d) قلاى s. قلعى, pers. ارزيز. e) اسرب s. قورشون. f) دمر. g) خار صينى. h) metalla composita: برنج, arab. شبه, توج, arab. صفرة, هفت خوش, سَختَه, طاليقون, دَرَارُو, تال s. تَبرِزو. i) de ratione inter pondera metallorum intercedenti. k) دندان فيل كمكى, turc. عاج, turc. بالق ديشى. l) ماهى, m) آبنوس. n) ختو ديشى. o) بلسان. p) معجون مثروديطوس وترياق فاروق, ubi singulatim dicitur de quinque rebus ex quibus Theriaca tota, antidotum Mithridaticum ex parte componitur: قصب الذريرة, طين مختوم, سقنقور بالغى, دهن بلسان, شادنج هندى. 4) Fol. 156 v. — 161 v. novem capitum, de odoribus, عطرلر. Argumenta capitum: a) مسك. b) عنبر. c) عود. d) كافور. e) صندال. f) زعفران. g) زباد. h) لادان. i) مثلث. Fol. 161 v. — 162 v. epilogus: *Hujus libri pars prima et quarta translatae sunt ex* تنسوق نامهٔ ايلخانى, *ceterae tam ex eo, quam ex* جوهرنامهٔ جديد. Solitas preces ad lectores et Deum tria disticha sequuntur, quorum duo priora testantur librum absolutum esse m. Schewwâl A. H. 917 (Chr. 1511 exeunte vel 1512 ineunte). Ultimum distichon: خداوندا انى هركم اقرسه ٭معين اول بالنبى صدر الكرامى. Paginam priorem folii ultimi complet epistola turcica char. diwani scripta, qua ʿAlî Turca, Melitae captivus, patrem, Musthafâ Ćausch, rogat, ut, quum princeps Melitensis promissum de se post quatuor annos manumittendo etiam nunc, postquam undecim annos in domo ejus servierit, non efficiat, sui redimendi causa Legato francogallico Qâhirensi centum aureos Principi mittendos et literas supplices iis adjungendas tradat.

CCLXVI.

[R. 215.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 138 chartae occidentalis non laevigatae, char. mauritanico: *Abû-Bekr Ibn-Zekerijjâ El-Râzii Kitâb-el-esrâr*, de Chemia et Alchymia. Argumenta capitum in marginibus perscripta sunt, sed cultro bibliopegi magnam partem resecta. Ibidem passim ab alio, item Mauro, atramento pallidiore notae adscriptae sunt. Libro insertus est index argumentorum literis orientalibus scriptus, sed admodum mendosus, quum is, qui eum confecit, in legendis literis mauritanicis saepe offenderit, atque etiam capitum inscriptiones, quae in libro ipso non sunt, commentus sit, ineptas et sensu carentes. *Besmelam* et *taslîjam* sequitur inscriptio, quam supra posui, hanc continuo argumentum primae partis. Partes, اقسام, septem sunt: 1) Fol. 1 v. — 28 v. فى تدبير الاجساد والارواح. Sectiones: a) فى معرفة العقاقير. b) فى معرفة جودة العقاقير من رداءتها. c) فى معرفة المصنوع من العقاقير المذكورة. d) فى معرفة الآلات. e) فى معرفة تدبير الارواح الصابغات الفرّارة. f) فى معرفة التكليس. 2) Fol. 28 v. — 51 v. فى تشميع*). Capita: a) تشميع الارواح والاكلاس وغيرها. b) تشميع الاجساد. c) تشميع الاحجار. d) تشميع الاملاح. 3) Fol. 51 v. — 61 v. فى تحليل الارواح والاكلاس المشمّعة. Species: a) التحليل بالمياه الحادّة والبوارق والاملاح. b) التحليل بالدقّ. c) التحليل بالرطوبة. d) التحليل بالزبل. e) التحليل بالمرجل. f) التحليل بالعمّيا. g) التحليل بالكرفس والسفدان. h) التحليل بالتقطير (**). 4) Fol. 61 v. — 62 v. فى المزاج. Species: a) مزاج السحق والتشوية. b) المزاج بعد التحليل. c) مزاج السحق والتشميع. 5) Fol. 62 v. — 65 v. فى العقد. Species: a) العقد بالدفن. b) العقد بالقارورة والقدر. c) العقد بالبيبوسة. d) العقد بالعمّيا. 6) Fol. 65 v. — 71 v. فى تصعيد الاجساد والاحجار بالارواح وتجسيدها. A) التصعيد: a) تصعيد الذهب. b) تصعيد الفضّة. c) تصعيد النحاس. d) تصعيد الحديد. e) تصعيد الرصاصين. f) تصعيد المرقشيثا. g) تصعيد التوتيا والازورد والشادنه***) والمغنيسيا والدوص.

---

dicti sunt. Se ipsum scriptor fol. 127 v. lin. 1 nominat مترجم كتاب يحيى البرّى.

*) شمّع apud Chemicos significat: in massam mollem cerae similem convertit.

**) In fine praeter hos resolvendi modos unum subtilissimum esse dicit, quem traditurus sit in libro سموّ الاسرار.

***) الشادنه idem est quod ab initio libri السادنج.

h) تصعيد الطلق والتجبسين. i) تصعيد الزاج. B) التجسيد: a) تجسيد الحديد. b) تجسيد المرقشيثا والمغنيسيا والدوص. c) تجسيد الطلق والتجبسين والزجاج. 7) Fol. 71 v. — 138 v. في عماد التدابير, varia praecepta alchymica, maxime de conflando argento et auro. Hic certus ordo non apparet. Auctore El-Râzio nihil facilius quam divinam illam artem exercere. Lege modo fol. 83 r. et v., quomodo ipse Baghdâdi cum Ibrâhîm Ibn-Ġaʿfar El-Hamadânio*) primum verbis, deinde factis certaverit, atque eum vicerit; lege imprimis praecepta fol. 124 r. — 129 r. larga manu data: quod si ne tum quidem imbres aureos e sartagine effuderis, vel tuam inscitiam, vel fortunae invidiam accusa, liberalissimum scriptorem ne calumniare. Ut igitur saltem principia artis anticipes, argumenta quatuor primarum sectionum adjiciamus. Elementa materiae alchymicae triplicia sunt: العقاقير الترابيّة, العقاقير الحيوانيّة, العقاقير النباتيّة. I) *Elementa terrestria* sex generum sunt: املاح, بوارق, زاجات, احجار, اجساد, ارواح. 1) *Spiritus* quatuor: الكبريت, الزرنيخ, النشاذر, الزيبق. 2) *Corpora* septem: الرصاص, الحديد, النحاس, الفضّة, الذهب, القلعيّ, الحديد الصينيّ**). 3) *Lapides* tredecim: الدهنج, الازورد, التوتيا, الدوص, المغنيسيا, المرقشيثا, التجبسين, الطلق, الكحل, الشبّ, السادنج, الفيروزج, الزجاج. 4) *Vitriola* quinque: الزاج الاسود, القلقديس (i. e. الزاج الابيض), القلقطار (i. e. الزاج الاصفر), السوري (i. e. الزاج الاحمر), القلقنت (i. e. الزاج الاخضر). 5) *Nitra* sex: التنكار, بورق الصاغة, النطرون, بورق الخبز, بورق العرب, البورق الزراونديّ. 6) *Sales* undecim: الملح الطيّب, الملح المرّ, الطبرزد, الملح الاندرانيّ, الملح النفطيّ, الملح الهنديّ, الملح البيضيّ, ملح القليّ, ملح البول, ملح الرماد, ملح النورة. II) *Elementa animalia* decem sunt: 1) الشعر, 2) القحف, 3) الدماغ, 4) المرارة, 5) الدم, 6) اللبن, 7) الصوف, 8) القرن, 9) العيون, 10) العظام. III) *Elementa vegetabilia* rarioris sunt in alchymia usus; ex iis adhibetur potissimum الاشنان الطويل الرطب المسمّى*) بالخمسة اصابع السنجيّ. Horum elementorum sex arte quaeruntur: القلقديس, القلقطار, التنكار, ملح القليّ, ملح الرماد, ملح البول; cetera natura praebet. Instrumenta haec sunt: 1) الكور, 2) المنفاخ, 3) البوطقة, 4) الماشق, 5) الماسك, 6) بوط بر بوط, 7) المقطع, 8) المكسر, 9) القرعة, 10) الانبيق ذات الخطم, 11) القابلة, 12) العميا, 13) الاعمى, 14) الاثال, 15) الموقد, 16) الاقداح, 17) القامي, 18) القوارير, 19) الصلاية, 20) الفهر, 21) الاتون, 22) الطابستان, 23) النافخ نفسه, 24) الازج, pro quo fol. 5 v. lin. 4 est الدرج, 25) الكرة, ex quibus ea, quae minus nota sunt, describuntur fol. 4 v. lin. 10 — fol. 5 v. lin. 8. Ad omnes autem operationes alchymicas necessaria est طين الحكمة, *maltha alchymica*, qua rimae et commissurae vasorum oblinantur, quae quomodo conficiatur docet reliquum fol. 5 v. Passim, ut fol. 93 v. lin. antepen., fol. 95 r. lin. 2, fol. 106 v. lin. 8, citatur liber alchymicus البحر المحيط. Fol. 133 — 135 orationi interpositae sunt *σημειογραφίαι*, in quibus materiae, instrumenta et operationes signis hieroglyphicis indicantur. In fine, fol. 135 v. — 138 r., demonstratur, alchymiam non solum a ratione, sed etiam a lege divina probari, ac jam Adamum, primum et hominem et prophetam, eam a Deo accepisse, ab hoc autem Sethum; deinde Idrîsum, Abrahamum, Mosem, Davidem, Salomonem, Alexandrum, Muʿhammedem, ʿAlium eam exercuisse; omnino Deum hanc artem viris sanctis et piis ad salutem, impiis autem, ut Qârûno, ad perniciem impertiisse. Finis: وهذا القسم يسمّا تدبير الدواء وهو تدبير الاكسير الاعظم , وهذا ما بلغ من هذا الكتاب رحم الله مؤلّفه ولمن دعا له بالمغفرة وصلّى الله على سيّدنا ومولانا محمّد وآله وصحبه وسلّم.

*) Hic eum simpliciter الحكيم الهمدانيّ appellat; totum nomen legitur fol. 69 v. lin. 2 et 3; nam eundem esse, ea, quae lin. 3 — 5 sequuntur, certissime docent.

**) In primo horum indice fol. 1 v. lin. 9 inter القلعيّ et الحديد الصينيّ positum est الاسرب, quam scriptor manifesto speciem τοῦ الرصاص esse voluit, quum alibi dualem الرصاصين posuerit. Certe fol. 2 v. lin. 1. cum ceteris tantum septem corpora statuit: وامّا الاجساد السبعة فمعروفة الّا الحديد الصينيّ فهو معدوم.

*) In codice est المسمّا, ad quod exemplum omnia, quae Grammatici in ى exire jubent, in hoc libro ا adsciscunt.

CODICES DE MEDICINA.

CCLXVII.

[Ac. K. 205.]

Codex persicus, 4° min., foll. 84, char nestaʿlîq.

1) Fol. 1 v. — 14 r. فوايد مولانا يوسفى طبيب هروى, *Jûsufiï, medici Herâtensis, Fewâïd*, poëma didacticum de medicina. Initium: بدانکه چو کفتی سپاس ودرود · که در فنّ طبّست این قطعها · فوايد شدش نام وهر حرف ازوست · زدُرْهای حکمت دُرِ بی بها ·. Sunt *qythʿât* binorum, interdum ternorum vel plurium distichorum, per loculos lineis rubris inclusos digestae, earumque consonae finales ex ordine hae undeviginti: ا, ب, ت, ح, د, ر, ز, س, ش, ص, ع, غ, ك, ل, م, ن, و, ه, ى. Post prooemium quinque distichorum ipsum poëma sic incipit: غرض از طبّ دو چيز آمده است · بشنو از يوسفى به سمع رضا · حفظ صحّت يكى ازان باشد · ديكرى دفع علّت مرضا ·. Ut in his a metro Muteqârib, quod in prooemio adhibitum est, ad metrum Chafîf transitur, sic in reliquo poëmate metra non minus quam argumenta varie miscentur. Ceterum non modo diaetetica et medica, in his aphrodisiaca, sed etiam cosmetica docet Jûsufî, ut fol. 5 v. lin. 10 et 11 canos nigros reddere, fol. 8 lin. 2 et 3 nitorem genarum ab aestu solis et ignis defendere, al. Ultima *qythʿa* ex bulbis narcissorum vomitorium parare docet, quam sequitur *châtime:* بدستيارى كلكم شد اين رساله تمام · كه آفتى نرسد زانقلاب ايّامش · زخواندنش بفوايد رسند چون اخيار · بوَدْ فوايد اخيار سال اتمامش. Finitum igitur est poëma eo anno, quem repraesentant duo verba فوايد اخيار, i. e. A. H. 913 (Chr. 1507—8).

2) Fol. 14 r. — 16 v. *Ejusdem* رسالهٔ ماكول ومشروب, poëma de ratione edendi et bibendi, ex versibus binariis (*meϑnewi*) metri Muteqârib compositum. Initium: زبانرا چو در اوّل اين كلام · زحمد وتحيّت رساندى بكام · بدان اى خردمند روشن ضمير · كه كويد چنين يوسفىء حقير · كه اين نسخه را بر تو كردم رقم · زتدبير ماكول ومشروب هم · در آندم كه اين نسخه منظوم شد · بماكول ومشروب موسوم شد · چو از چهره اين ماه برقع كشود · مرا كشت*) تاريخ او خوش نمود ·. Duo verba, quae in his tempus compositi poëmatis indicant, خوش نمود, si ad amussim computantur, A. H. 1006 (Chr. 1578—9) efficiunt, quod cum tempore poëmatis superioris conciliari vix potest. Finis châtimae, in qua poëta Deum laudat eique gratias agit: زانعام او باد سامان من · فداى ره او دل وجان من ·

3) Fol. 16 v. — 17 v. *Ejusdem* قصيده در حفظ صحّت, carmen de conservanda valetudine, metro Remel. Initium: اى كه دارى تندرستى از دَرِ حكمت در آ · تا بعلّتهاى كوناكون نكردى مبتلا ·. Capita: 1) de edendo et bibendo; 2) de motu et quiete corporis; 3) de motu et quiete animi; 4) de vigiliis; 5) de alvo adstrictiore laxanda; 6) de alvo laxiore adstringenda; 7) de concubitu; 8) de victu et amictu singulis anni partibus convenienti; 9) quaestiones variae. Tribus ultimis distichis hujus capitis Jûsufî dicit se sperare, fore ut Bâber, Imperator indicus (mort. A. Chr. 1530), suo poëmati faveat. Finis: از خدا اميّد ميدارم كه كيرد هر زمان · دشمنشرا آنچنان دردى كه نپذيرد دوا ·

4) Fol. 18 r. — 62 v. *Ejusdem poëma* رسالهٔ علاج الامراض, de curandis morbis, *cum* جامع الفوايد, i. e. commentario orationis solutae. Post وبعد scriptor nomen suum hoc posuit: Jûsufî Ibn-Muʿhammed Ibn-Jûsuf. Argumenta singulorum capitum haec esse solent: primum nomen morbi, plerumque arabicum, cum interpretatione persica, item ejus causa, signa, natura; deinde *rubâʿijje* hujus metri: _ ⏑̲ ⏑ | ⏑ _ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑̲ _ | ⏑⏑ ⏑̲ |, de curatione morbi; postea *sifet*, i. e. amplior descriptio medicamentorum et curationis; tandem, quamquam non ubique, *ischârât*, i. e. varia de aliis remediis, maxime alvum solventibus, de diaeta, al. Capita: 1) Fol. 18 r. — 25 v. morbi capitis, in his affectiones animi et corporis in capite sedentes et inde orientes: cephalalgia sanguinica, cholerica, phlegmatica, melancholica, quae ex aestu solis nascitur, quae ex frigore nascitur, hemicranium (شقيقه), inflammatio alterius ex duabus membranis cerebri (سرسام), oblivio (نسيان), hebetudo et imbecillitas mentis (حمق ورعونت), torpor sensuum et immobilitas (جمود), lethargus (سبات), insomnia (سهر), insania (جنون), amoris impotentia (عشق), caligatio oculorum in surgendo (سدر), vertigo (دوار), epilepsia (صرع), apoplexia s. torpor sensuum et omnium membrorum (سكته), incubo (كابوس), torpor alicujus membri (خدر), hemiplexia (فالج), spasmus oculos, faciem, labra obliquans (لقوه), tremor alicujus membri (رعشه), subsultus sive palpitatio alicujus membri (اختلاج), spasmus alicujus membri (تشنج),

*) In codice deest كشت, quod et metrum requirit, et sententia.

tentigo alicujus membri (تمدّد). 2) Fol. 25 v. — 28 r. morbi oculorum. 3) Fol. 28 r. — 29 r. morbi aurium. 4) Fol. 29 r. — 30 r. morbi nasi. 5) Fol. 30 r. et v. morbi faciei. 6) Fol. 30 v. — 31 v. morbi oris. 7) Fol. 31 v. et 32 r. morbi dentium. 8) Fol. 32 r. et v. morbi linguae. 9) Fol. 32 v. — 35 r. morbi gutturis. 10) Fol. 35 r. et v. morbi pectoris. 11) Fol. 35 v. — 36 r. morbi cordis. 12) Fol. 36 r. et v. morbi mammarum. 13) Fol. 36 v. — 38 v. morbi stomachi. 14) Fol. 38 v. — 40 v. morbi jecinoris. 15) Fol. 40 v. — 41 r. morbi splenis. 16) Fol. 41 r. — 43 r. morbi intestinorum. 17) Fol. 43 r. et v. morbi ani. 18) Fol. 43 v. — 46 r. morbi renum et vesicae. 19) Fol. 46 r. — 47 v. morbi membrorum genitalium virilium. 20) Fol. 47 v. — 49 v. morbi membrorum genitalium muliebrium. 21) Fol. 49 v. — 51 r. morbi dorsi, natium, manuum, pedum. 22) Fol. 51 r. — 53 r. febres. 23) Fol. 53 r. — 60 v. morbi in superficie corporis sedentes, quorum saltem nomina adjiciam, ubertatem hujus capitis e longinquo ostensurus: اورام, فلغمونى (*φλεγμονή*), حُمْرۀ ريحى (pers. سرخ باد, erysipelas), خنازير ورم رخو ورم ريحى (scrofulae), نفّاط *), نَمْله, جَمْره, جذام, سرطان, غُدّه, سِلْعه, بلخيّه, سعفه, بنات الليل, حصف, شَرى (pers. دُشْم), حكّة الاعضاء من غير جرب, جرب, قوبا (pers. ثَرِيوَن), فرنكيّه, دُنْبَل, vulg. دُمَّل, (pers. كَنْدَمه) داحس, ثُؤلول, الجرب, جدرى, عِرْق مَدَنِىّ, بثور لبنيّه, طاعون, آكله, دبيله, حَصَبه (pers. سرخچه), كَلَف (pers. تاش), بَرَش (pers. قمقام, برص, بهق, نمش, خيلان, (كُنْجِدَك, حرق النار, صُنان, كثرة العرق, (چنار پاياك. 24) Fol. 60 v. — 61 r. morbi capillorum, داء الثعلب, داء الحيّة, تشقّق الشعر, افراط جعودت شعر, شيب غير طبيعى. 25) Fol. 61 v. de nimia macie et obesitate. 26) Fol. 61 v. et 62 r. de morsibus et punctibus serpentum, scorpionum, phalangiorum (رتيلا), apium, vesparum, crabronum, canum rabidorum. 27) Fol. 62 v. de antidotis. Scriptio absoluta est d. 3 Schawwâli A. H. 968 (Chr. 1561).

---

*) Quantitas verbi ex *rubâ'ijje* elucet:

كردد چو زنقّاط تنت فرسوده
رك زن كه همان زمان شوى آسوده
مى ساز شكاف يكيكش را وبرو
مى پاش روانى انزروت سوده

Quum corpus tuum pustulis aquosis affligitur, venam incide; nam protinus levaberis. Deinde eas singulas finde iisque massam sarcocollae liquefactae insperge.

5) Fol. 63 v. *Exordium libri* ستّه ضروريّه, *Sex rerum necessariarum*, sc. ad conservandam valetudinem. Scriptus est, ut ex versibus in exordium illigatis intelligitur, sub rege persico ex gente Ssafiorum, vulgo Sofiorum, fortasse Isma'îlo, dynastiae conditore. Exordium abruptum est in his verbis: واكر مريض اطاعت طبيب كند شايد كه قوت, ex enumeratione impedimentorum amissae valetudinis recuperandae. Fol. 64 v. et 65 r., 66 v. et 67 r. adnotationes medicae in marginibus arearum vacantium adscriptae.

6) Fol. 68 v. — 78 v. *Mu'hammedis 'Hamûtensis Iezdensis medici* (محمّد حموى يزدى طبيب) *commentatio de coffea, thea, bezoaro, radice Chinae* (قهوه وچا وفادزهر وبيخ چينى). Initium: الحمد لله الّذى اودع الخواصّ فى ماهيّات العقاقير والدواء. Quatuor sectiones: 1) Fol. 68 v. — 72 r. de coffea, quinque capitum (اصول), quibus scriptor haec praemisit: neque in libris de re pharmaceutica (صيدنه, pro صيدله; vid. Sacy in *Relation de l'Egypte*, pag. 94, cui adde ex Bochthoro: „*Apothicaire*, صيدلانى, *pl.* صيادله,“ quod ne dubita quin deflexum sit a صندلانى, venditore ligni sandali) neque apud herbarios (حشّاشان) quidquam de coffea inveniri, nec medicos sui temporis accurate in eam inquisivisse, nisi quod praeceptor suus, *'Imâd-el-dîn Ma'hmûd* medicus, de ea commentatus sit, sed brevius. Argumenta capitum: a) de usu coffeae orto et propagato. Abû'l-'Hasan Schâdelî, celeberrimus doctor sufficus, auctor precationis حزب البحر (vid. pag. 449 col. 1 lin. 28 et 29), cum nonnullis discipulis in montana Arabiae australis secesserat. Ibi quum victus defecisset, discipuli cibos quaesitum missi baccas coffeae invenerunt et ad magistrum attulerunt. Tum varia in iis tentata: alii crudas manducarunt, alii carne exutas, alii tostas. Tandem negligentia ministri, qua grana quondam nimis, ut putabant, tosta erant, artem docuit potus parandi, quem mox senserunt animos hilariores et ad negotia alacriores reddere. Deinde in sedem pristinam remigrantes magnam copiam granorum secum portarunt atque ex illo tempore ad officia monastica peragenda et vigilias ceterasque molestias perferendas coffea adjuti sunt. (Cf. Sacyi Chrestom. arab. ed. II, tom. 1 pag. 419 med.) Hinc usu ejus per Arabiam et Persiam propagato etiam caffeopolia instructa sunt, in quibus homines voluptarii et festivi suaviter otiari, confabulari et genio indulgere consuerunt. b) de temperatura (مزاج) coffeae. c) de ejus utilitatibus. d) de ejus noxis. e) de modis ejus coquendae et bibendae. 2) Fol. 72 r. — 73 v. De thea. Libri de medicina notissimi, ut اختيارات, منهاج, جامعين, eam non commemorant, praeter *Abû-Rei'hâni* صيدنه et *'Hosein Ibn-Is'hâqi*

Judaei اختيارات. Ex his duobus libris et *Guncidii* قرابادين excerpta sunt quae proxime sequuntur de usu theae in terra natali, i. e. sinica, et in tibetana, in quam a mercatoribus importatur, de ejus natura, sapore, effectibus, tandem de ejus inventione, quae sic narratur: Aulicus quidam sinensis ab Imperatore in exilium actus, et animo et corpore aeger, dum quondam circa pagum, in quo consederat, vagatur, plantam theae vidit eaque famem, qua forte tentabatur, sedavit. Inde brevi convaluit et eodem usque cibo usus vires corporis mirum in modum auxit. Tandem aliquis ex familiaribus Principis ad eum venit et, quum tam bene valentem vidisset, rem domino nuntiavit. Is ab homine arcessito causam miraculi sciscitatus illam plantam afferri jussit et medicis proposuit, qui ejus vires experimentis confirmarunt. Deinde de theae temperatura, utilitatibus, speciebus, pretio, coquendae et bibendae modis. In fine scriptor dicit sua aetate grana ejus cum foliis ex Sina in Persiam advecta ab hortulanis ʿAbbâsi regis seri; tamen se nescire, num plantae inde natae easdem vires habeant quas indigenae *). 3) Fol. 73 v. — 76 v. De bezoaro **) qui idem lapis hircinus, حجر التيس, appellatur, quia in ventriculo hircorum montanorum nascitur; de ejus origine, natura, speciebus, temperatura, viribus, usibus, bonitatis experimento ***). 4) Fol. 76 v. — 78 v. De radice Chinae vera s. orientali (Smilace China L.), quae etsi jam ineunte saeculo post hiğram nono (ab A. Chr. 1494) in Persia innotuerat, tamen ante hunc scriptorem nemo quidquam de ea edidit praeter ipsius magistrum, ʿImâd-el-dîn Maʿhmûd Schîrâzenum, qui compendiariam de ea commentationem scripsit. Primum igitur eam sic describit: چوبی است معقد صلب ملوّن بحمرت که از ولایات فرنك ببلاد اسلام می آورند والحال در میان مردمان بمرتبهٔ شیوع یافته که از ذکر تحدید وتوصیف مستغنی است ودر ازالهٔ امراض مختلف بتخصیص مرض آتشك که در دفع آن بغایت موثّر است, *Lignum est nodosum, durum, coloris rubri, quod ex Europa in terras moslemicas advehitur, jam adeo inter homines pervulgatum, ut definitione et descriptione non egeat. Ad pellendos varios morbos, maxime morbum venereum, efficacissimum est.* Ut hic چوب est pro بیخ, ita postea quoque promiscue چوب چینی et بیخ چینی. Quatuor capita (مطالب): a) de ejus temperatura et natura. b) de ejus utilitatibus. c) de qualitatibus quae in ea requiruntur, de justo ejus pondere, de modo ejus coquendae et bibendae, de diaeta inter usum ejus et post eum servanda. d) de noxis ejus. Finis: آنچه بتجربه رسیده بود این بود که بقلم شکسته رقم آمد. Exemplum Muhammed Schefiʿ Ibn-Maʿhmûd, ex خیابد in Chorasania oriundus, absolvit Constantinopoli d. 29 m. Ⅾû'l-ʿhiğğe A. H. 1049 (Chr. 1640).

7) Fol. 79. r. *Formula componendi medicamenti* مادّة الفرح جدوادی, quod sic appellatur, quia laetitiam excitat et zedoaria indica pars ejus primaria est.

8) Fol. 80 r. — 82 v. *Formulae sorbitionum* (شربتها) *ex succis variarum rerum saccharo incoquendis conficiendarum*, quae quas vires medicas habeant simul indicatur. Illae res hae sunt: mala, pira, nymphaea (نیلوفر), buglossa (گاوزبان), papaver, hyssopus, mala punica subacida *) cum mentha hortensi (پودینهٔ باغی), violae, mala cydonia (سفرجل, pers. بهی, quod non colocynthidem significat, ut apud Meniuskium legitur) cum limoniis (لیمو), mala aurantia (نارنج), baccae myrteae (حبّ الآس), cydonia, lignum sandali, uvae immaturae, pruna, melissa (بادرنجبویه), absinthium, tandem, quod mireris, bombyx (ابریشم). Locus de bombycina ista sorbitione hic

---

*) Et hic, et fol. 71 v. lin. 11, ubi se ʿAbbâsum I zingiber in pulverem contritum coffeae admiscentem vidisse narrat, nomini regis subjungit: *Cujus regnum Deus aeternet!* unde librum intra A. Chr. 1588 et 1629 scriptum esse constat.

**) Duplicem verbi فادزهر s. پادزهر s. پازهر usum esse, angustiorem et latiorem, fol. 74 r. lin. 7—10 haec docent: مصطلح اطبّا چنان شده که هر دوای که دافع سموم ومزیل غایلهٔ نهش هوام باشد اکر مفردی باشد از مفردات مسمّی بپادزهر سازند واکر مرکّبی باشد از مرکّبات بتریاق موسوم کردانند *Usus loquendi medicorum hic est, ut omne medicamentum, quod venena pellit et morsus reptilium innoxios reddit, si est simplex, bezoarum nominent, si compositum, theriacam.*

***) Nescio an nullus adhuc grammaticorum persicorum animum ad usum emphaticum exitus vocativi *â* in casu nominativo adverterit, qualis invenitur fol. 71 v. lin. 4: امّا حضرت استادی عمادا محمودا چنین فرموده اند, *Illustrissimus autem magister meus, ʿImâdâ Maʿhmûdâ* (pro ʿImâd s. ʿImâd-el-dîn Maʿhmûd), *sic dixit*, et fol. 75 r. lin. 22 et 23: امّا حضرت حکمت ومغفرت پناه استادی عمادا محمودا مغفورا مبرورا چند طریق بجهة خوردن آن تعیین فرموده اند. An forte lingua persica hanc formam ex contagione aramaïcae traxit?

*) انار میخوش, quod adjectivum otiosum non esse docent duae aliae species fol. 81 v. lin. 2: انار ترش وانار شیرین, *mala punica acida et dulcia.* Ea commemorantur in شربت فواکه, in quam conveniunt succi malorum, pirorum, cydoniorum, aurantiorum, punicorum acidorum et dulcium, item omphacomeli, ربّ غوره.

est: شربت ابریشم تقویت معده ودل میکند بکیرند ابریشیم خام نا جوشانیده پنجاه درم ودر آب باران بجوشانند یکشبانروز بخیسد بعد ازان پوشیده بر نار هادی بجوشانند مقدار سه ساعت بلکه چهار ساعت وبعد التغلیه آبش را صافی کنند ودر چهار صد درم شکر سفید مکرّر*) بقوام آرند وبعد از قوام دانکی عنبر خام مسحوق حل کنند, *Sorbitio bombycina stomachum et cor firmat. Sumantur quinquaginta drachmae bombycis crudae, non coctae, et in aqua pluvia coquantur et per viginti quatuor horas macerentur. Postea iterum tres vel potius quatuor horas leni igne coquantur, et postquam coctae fuerint, jus earum liquetur et quadringentis drachmis sacchari candidi purissimi inspissetur, quo facto granulum* (quadrans drachmae) *ambari crudi triti in illa massa solvatur.*

9) Fol. 83 r. — 84 v. *Nomina arabica, persica, turcica, plantarum et metallorum, cum nominibus latinis quae illis respondent, et ipsis arabice scriptis.* Index non est perfectus; nam modo orientalibus latina non sunt adjuncta, modo latinis orientalia. Literarum forma scribam orientalem prodit, orthographia Turcam. In latinis indicia doctoris germanici sunt v per ف redditum, ut حریق فراتروم, veratrum, خبازی مالفا, malva, et s ante alias consonas per ش, ut سپینا, شمیلاقس, spina, smilax. Utilia visa sunt haec: مکّه صمانی, foenum meccanum, turc., i. q. آذخر سقینانتی, schoenanthus; قالقدیر قالاقانتوم (leg. قلقدیز, pro قلقدیس), chalcanthum; سرخس فیلقز, filix; خیار شنبه (l. شنبر) قسّیه, cassia; شقایق النُعما (l. النعمان) انیمونه کلنجق, anemone, turc. *gelingyq*, pro کلنجك, *gelingik*; فِسْفِسَه تریفولیوم ترفیل, trifolium, *tirfil*, quod verbum ex τρίφυλλον ortum est, quamquam usitate dicitur اطریفل, ut apud Bochthorum est s. v. *trèfle d'eau*; صندل عاشقه هیدرا صارماجق, hedera, turc. *farmagyq*; الحدید عیماتیتس, haematites; بقلة الیمنیّة بلیتوم اِشْتِیر, blitum, turc. *ischtir*; خصیه (l. خصی) الثعلب تستیقولوس فولپز, testiculus vulpis; سنبل هندی ناردوز اندیقوز, nardus indica; کثیرا تراغاقانته لاقریما غومّی دراغانتی, tragacanthae lacrima, gummi draganti (ital. *gomma adraganti*, francog. *gomme adragant*); لوبیا شمیلاقس هورتنسز بوغرجه, smilax hortensis, turc. *bogrulge*, pro بوکرجه, *bögrülge*; أُشْنه انبرارز (امبرباریس pro), موشقوس وبریون, muscus et bryon; ذنب الخیل سپینا اقوتا بربریز, spina acuta, berberis; اقویستوم, equisetum; فراسیون ماروبیوم, marrubium; بادرنجبویه اپیاستروم مَلِسّا, apiastrum, melissa; عاقر قرحا پیرِتْرُوم, pyrethrum; بهر (l. بخور) مریم قیقلامینوس, cyclaminus; لوف دراقونقولوس, dracunculus; سقرام زیقوتا (pro شوکران) یوزرلق, cicuta, turc. *jüzerlik**); توتیا پومفولقز, pompholyx; زرنیخ صندرخا, sandaracha; اقلیمیا قادمیا, cadmia (Bochthor: „*Cadmie, espèce de suie métallique*, قلیمیا; *Calamine, pierre calaminaire*, حجر سلیمانی — حجر التوتیا," hinc nostrum *Galmei*); سورنجان قولخیقوم, colchicum; حیّ العالم سیدوم, sedum; مرده سنك سپوما ارغنتی, spuma argenti; برسوشان ادیانتوم, adiantum (apud Freytagium est برشنوسان et برشانوشان; apud Bochthorum: „*Capillaire, adiante*, برشاوشان ou برسیاوشان" ex quibus formis ultima Meninskiana vera est, quasi pilosum pectus Sijâwuschi); سقولوفندریون اسپلینوم, asplenum; هلالیّه لوناریه, lunaria (Bochthor: „*Lunaire, plante*, حشیشة تقطع سیلان الدم" herba fluxum sanguinis sistens); مرزنجوش سامسوخوم مایورانا, sampsuchum, majorana; فودنج اوریغانوم, origanum; استخادوس ستخاس, stoechas; عرق سوس رادقز دولزیز, radix dulcis; اسارون اساروم, asarum; غار لاوروز, laurus (Bochthor: „*Laurier*, شجر الغار"); بزباره مازیز, macis (Bochthor: „*Macis, écorce intérieure de la muscade*, بسباسه — بزباره"); اکلیل الملك ملیلوتوز, melilotus; بابونج انتیمیز, anthemis; اقحوان پارتنیوم, parthenium; فیونیه پیونیا, paeonia (apud Meninskium est فاوانیا et فاونیا, it. apud Bochthorum: „*Pivoine*, فاونیا"); حشیشة الزجاج الزینه, helxine; زرنیك اسود اوریپیغمنتوم, auripigmentum.

*) Vid. Diss. mea de glossis Habicht., pag. 65 lin. 7—9 cum adnot.

*) Infra est شوکران زیقوتا بالدران, cicuta, turc. *baldiran*, et حرمل روتا سلوستریز یوزرلق, ruta silvestris, turc. *jüzerlik*

CCLXVIII.

[Pf. K. 270.]

Codex turcicus, 8° min., foll. 108 chartae orientalis, char. nestaʿlîq: ʿ*Hâġi Pâschae Teshil;* vid. ʿH.-Ch. 2995, Hammeri Hist. poës. osman., I, pag. 73 lin. 13 sqq.*), Catal. Dresd. 52. Initium: حمد وسپاس وشكر بى قياس بجا تكريكيم موجودات عدمدن وجود كتردى. Deinde: *Secundum sententiam illam:* خير الناس من ينفع الناس, *Optimus hominum is est, qui hominibus prodest, compendium medicinae scribere volui, quo rationem valetudinis conservandae et eorum morborum, qui saepe usu veniunt, causas et signa et curationes declararem, ut, quum medici periti copia non esset, hoc compendio utereris.* Tres partes, اوچ بخش: 1) Fol. 1 v. — 26 r., duorum capitum: a) fol. 1 v. — 5 r. de طبّك علميسى, parte medicinae theoretica, i. e. de conversione ciborum in chylum et origine quatuor humorum et temperamentorum, de temperamentis quatuor partium anni et de vi earum in corpora, de signis humorum et temperamentorum in hominibus praevalentium, de tentando sanguinis pulsu, de inspicienda urina. b) fol. 5 r. — 26 r. de طبّك عمليسى, parte medicinae practica, i. e. de quaerenda salubritate aëris, de delectu aquae, de exercitatione corporis, de usu somni, de usu vomitionis, de usu thermarum, de lotione quae fit aqua frigida, de usu aquarum calidarum naturalium, de usu concubitus, de diaeta singulis partibus anni convenienti, de diaeta convalescentium, de diaeta mulierum gravidarum et puerperarum, de diaeta aegrotorum, de alvis eorum laxandis, de vomitione eorum, de usu phlebotomiae, scarificationis, clysteriorum, de crisi (بحران), de signis bonis et malis. 2) Fol. 26 r. — 52 v. de cibis, potionibus, medicamentis: fol. 26 r. — 35 v. de cibis, fol. 35 v. — 38 r. de potionibus, fol. 38 r. — 44 r. de medicamentis simplicibus, fol. 44 r. — 52 v. de medicamentis compositis, separatim fol. 52 r. et v. de exprimendis oleis. 3) Fol. 52 v. — 108 v. de morborum causis, signis, curationibus: fol. 52 v. — 59 r. de morbis capitis: de cephalalgia, de inflammatione cerebri, de melancholia et insania, de insomnia, de vertigine; fol. 59 r. — 61 v. de morbis oculorum; fol. 61 v. — 62 v. de morbis nasi; fol. 62 v. — 63 v. de morbis aurium; fol. 63 v. — 64 v. de morbis dentium; fol. 64 v. et 65 r. de morbis linguae; fol. 65 r. et v. de morbis faciei; fol. 65 v. — 68 v. de morbis gutturis; fol. 68 v. — 69 v. de morbis pectoris et pulmonum; fol. 69 v. — 70 v. de morbis cordis; fol. 70 v. — 73 r. de morbis stomachi; fol. 73 r. — 75 r. de morbis jecinoris; fol. 75 r. — 78 v. de morbis partium genitalium *), umbilici, ani; fol. 78 v. — 80 r. de morbis intestinorum; fol. 80 r. — 81 r. de ictero; fol. 81 r. et v. de splenitide; fol. 81 v. et 82 r. de taenia et vermibus lumbricis; fol. 82 r. et v. de calculo; fol. 82 v. et 83 r. de stranguria; fol. 83 r. et v. de diabete; fol. 83 v. — 84 v. de vi genitali deminuta aut amissa; fol. 85 r. — 87 r. de morbis artuum; fol. 87 r. — 95 v. de febribus; fol. 95 v. — 105 r. de omnibus generibus exanthematum, pustularum, ulcerum in superficie corporis provenientium; fol. 105 r. — 106 r. de vulneribus, ossibus fractis, membris torsis et luxatis, offendendo et feriendo laesis, capite fisso, cute elisa; fol. 106 r. et v. de manibus, pedibus, facie, labris sua sponte fissis; fol. 106 v. de corpore adusto; fol. 106 v. — 108 r. de venenis et antidotis; fol. 108 r. et v. de morsibus canum rabidorum. Finis: اول قدر اندرب جكرن اللر اول كشيه يدرلر مجربدر.

*) Secundum ea, quae Hammerus ibi docuit, in Cod. Dresd. 51 pro „*Liber selectus de arte medendi*" scribe: *Liber selectus ex Schifâ*, i. e. ex opere majore ʿHâġi-Pâschae de medicina.

*) Simpliciter قسم, ut apud medicos graecos, si recte memini, τὰ μέρη.

CCLXIX.

[Pf. K. 245.]

Codex turcicus utrinque truncus, 4° min., foll. 251 (nam etsi numeri foliorum ab 1, quod revera secundum est, ad 266 procedunt, tamen 6, 137, 138, 247 — 258 exciderunt), char. neschi: *Ibn-Scherîfi compendium medicinae*, cui nomen dedit يادكار ابن شريف vel simpliciter يادكار; vid. Cod. Dresd. 17 in praefatione. Initium ex eodem codice sumtum: الحمد لله ربّ العالمين والصلوة والسلام على سيّدنا ونبيّنا محمّد وآله وصحبه اجمعين ، امّا بعد توكّل **) اتدى دوايه مقيّد اولمدى حق تعالى جلّ وعلى ندا اتديكم يا موسى الخ Hic codex ex abrupto incipit ab indice argumentorum praefationi subjuncto, qui usque ad fol. 2 r. continuatur. Quinque partes, بش بخش: 1) Fol. 2 r. — 106 r., duorum tractatuum, ايكى مقاله: A) fol. 2 r. — 29 v. de conservanda valetudine, sedecim capitum, ex quibus septem priora in hoc codice fol. 2 r. — 3 v. in unum contracta sunt, ex reliquis finis octavi et initium noni cum fol. 6 exciderunt. In codice Dresdano integra sunt: a) de aëre; b) de diaeta quatuor partium anni; c) de habitatione; d) de vestitu; e) de cibis; f) de aqua; g) de vino; h) de somno et vigilia; i) de exercitatione corporis; k) de alvo medicamentis laxanda; l) de vomitu; m) de phlebotomia et scarificatione; n) de ceteris humorum egestionibus, quae fiunt per urinam, sudorem, mucum et alia ex naso manantia, salivam, seminis emissionem, alvi dejectionem balanis et clysteriis provocatam; o) de vi quam affectus

**) Quae sequuntur, ante توكّل saltem nomen Mosis excidisse docent.

animi et actus mentis in corpus habent; p) de diaeta senum; q) de diaeta viatorum. B) fol. 29 v. — 106 r. de iis rebus, quarum scientia in medicina necessaria est, tredecim capitum *): a) de causis materiae morborum; b) de morbis partim ex humorum abundantia, partim ex defectu nascentibus; c) de abundautia humorum duplici; d) de maturitate materiae morbi; e) de crisi; f) de iis morbis, qui aliis tolluntur; g) de signis convalescentiae; h) de signis morbum futurum iudicantibus; i) de signis convalescentiae desperandae sub finem morbi apparentibus; k) de variis rebus alvum laxantibus; l) de variis potionibus, quarum multae etiam sanis utiles et gratae sunt; m) de theriacis et ecligmatis s. electuariis; n) de rebus quae medicis in curandis aegrotis observandae sunt **). 2) Fol. 106 r. — 213 v. de morbis partium corporis a capite usque ad pedes, triginta capitum, ex quibus undecim priora morbos capitis et eas affectiones persequuntur, quas in Cod. CCLXVII, 4, illis subjectas vidimus; undeviginti posteriora morbos oculorum, aurium, nasi, oris, labrorum, linguae, dentium, gutturis, pectoris, laterum, pulmonum, cordis, stomachi, intestinorum, alvi, ani, jecinoris, splenis, renum, vesicae, inguinum, partium genitalium, artuum. Capite penultimo separatim de morbis mulierum propriis dicitur. 3) Fol. 213 v. — 255 v. de febribus, variolis (چچك), petechiis s. morbillis (حصبه). 4) Fol. 225 v. — 243 v., ubi haec pars abrupta est, de omnibus generibus tumorum, ulcerum, exanthematum: خنازير, بلغمی وصوق شیش, سرطان, اسّی شیش (turc. قورولوغن), داحس, طاعون, (خنام s. اوتن کسمه), جمره, (turc. قورد اشنی), شرا (turc. چبان), دنبل s. دمّل (turc. کوینلدرمه), حمره, کاورسی, آتش پارەسی (turc. قوبا), کل باش, سعفه وشبرینه, ایوز وکچیك (turc. اسرغو), (turc. دمرکو). Fol. 244 r. — 247 r. quarta pars continuatur et absolvitur, sed turbato et confuso argumentorum ordine. Nam vulnera carnum et fracturae ossium, de quibus hic conjunctim dicitur, secundum indicem argumentorum fol. 2 r. lin. 7 et 8 ita disponenda erant, ut illa quartae parti tribuerentur, hae quintae. Augentur turbae in parte quinta, fol. 247 r. — 250 r., cujus argumenta fol. 2 r. haec promittuntur: زیفتده وصدنق بتورمکده واغولر علاجنده, quamquam in Cod. Dresd. pro زیفتده est ریشده; ab ipso ejus initio autem haec: زیفتده وداء الثعلب ده *), cui inscriptioni respondet argumentum, quamquam in fine etiam de curando بهق, دمرکو, سکل, dicitur, qui morbi quartae partis sunt. Fol. 250 r. — 251 v. epilogus, خاتمه, cujus inscriptio promittit institutionem de medicamentis simplicibus, ادویهٔ مفرده; sed in illis quidem foliis, post quae cetera exciderunt, nihil est nisi institutio ad curandam lepram, برص, quae et ipsa ad quartam partem pertinet. Ultima verba: عاقر قرحای دوکلر بالیله قرشدره لر صباح آجله یدره لر. In foll. 206—226 atramentum injectum et per chartas veluti percolatum partem literarum delevit.

*) Haec et deinceps omnia quibus in foliis incipiant, indicatum est in argumentis capitum fol. 1 r. — 2 r.

**) Ex multis, quae in hoc capite scite praecipiuntur et moneatur, argutissimum videtur duplex distichon persicum fol. 104 r.

بالغ بی عقل وصبیان وسلاطین ونسا
کر بر ایشان سخت کیری در علاج افتد خطا
پس بده از مشتهی شان اندکی ورنی ازان
بس بخواهد خورد آن چیز مضررا در نهان

Adultos dementes, pueros, reges et mulieres si severius coercebis, in curatione offendes. Itaque de iis, quae cupient, paullulum illis permitte; alioquin noxias istas res clam immodice vorabunt.

CCLXX.

[Ac. K. 75.]

Codex turcicus utrinque truncus, 4° min., foll. 139, char. nesta'liq: *Idem liber.* Ex abrupto in capite decimo tractatus prioris partis primae ab his verbis incipit: کلبشکر وکل شرابی اله کیرمیه, quae in codice superiore sunt fol. 8 r. lin. 15. — Tractatus posterior partis primae incipit fol. 15 v., pars secunda fol. 50 r., tertia fol. 113 v., quarta fol. 121 r.; post fol. 136 v. abrupta est; fol. 137—139 partim videntur esse ex parte quinta. Illis argumentis partis quartae, quae in codice superiore enumerata sunt, in hoc a fol. 132 r. haec succedunt: سکل, کچی ایوزی (pers. et turc. عرق مدنی, اود یانغی, (turc. اور سعله), عرق وبدن کم یرامز, برص, **) جذام, رثیس تلخی, (رشته), قولنتق کم یرامز قوقر, دودق یارلمسی, اوکچه یارلمسی, قوقر زهرلر علاجی, تدبیر سمیزلك, قمله قیل دیلرنده چوق اولمسی. Ultima verba: خاتون کشیلر قودز ایت طلدوغی کوپچك اوردغی کبی کم اوستونی یاقرلر وچولمك.

*) زیفه juxta cum plurimis aliis vocabulis artis medicae in nostris lexicis deest. Ex ipso capitis argumento conjicio, contrarium esse verbi داء الثعلب et significare proventum pilorum nimium et incommodum, ut in genis et manibus, contra quem depilatoria adhibentur.

**) Locus de hoc morbo abruptus est in fol. 136 v.; quae jam sequuntur, sunt ex foll. 137, 138, 139.

CCLXXI.

[Pf. K. 207.]

Codex turcicus, 4° min., foll. 53 variorum colorum, char. item vario. Ab initio usque ad fol. 14 v. *poëtica,*

ut cantilenae amatoriae (*turkijjât*), carmina ethica et mystica, *rubâ'ijjât*, disticha singula (*mufredât*). Sed hic quoque immixta sunt, quae reliquum codicem paene totum complent, praecepta medica et pharmaceutica de componendis medicamentis, ut potionibus, ecligmatis, unguentis, pilulis. — Fol. 50 r. et v. institutio ad pingendam et adhibendam tabulam magicam (*wefq*): *Si hoc telesma contra vertiginem equi ita, ut infra docebitur, scriptum et jubae illigatum fuerit, equus cum bona venia Dei convalescet. Ego illud a viro sancto mihi permissum multis equis scripsi, qui omnes convaluerunt. Sed utique omnes caerimoniae, suo quaeque loco, peragendae sunt. Est autem telesma hocce:* (sequitur ejus figura). *Primum, animae Imâmi 'Hasan Manfûrii gratia, homini egeno unum numum dona; deinde, postquam telesma scripseris, alium numum in chartam insere eamque cera obductam et linteo involutam jubae equi illiga. Una septimana post, eo ipso tempore et loco, telesma ex juba protractum cum cera in aquam fluentem injice et numum inde exemtum homini egeno dona, simul dicens: Dei causa dono; divinum autem hujus beneficii praemium animae 'Hasan Manfûrii attribue.* — Fol. 16 v. — 25 r. منافع الناس, *Institutiones hominibus utiles*, compendium medicinae. Ingressionem versus faciunt, quorum primus hic est: ای حکیم وعلیم لم یزلی ٠ علم وحکمتده کامل ازلی. Post laudes Dei scriptor eum per Mu'hammedem rogat, ut hoc experientiae medicae horreum suo nomine dignum fieri vicesque medici recte explere jubeat; deinde Selîmum II laudat eique bene precatur, qui quum faustissimis auspiciis in solio paterno consederit, se ipsum publica laetitia ad scribendum hunc librum impulsum esse A. H. 974 (Chr. 1566). Exordium poëticum sequuntur prolegomena theologica, anthropologica, physiologica, quibus absolutis medicos peritos hoc tempore paucos superesse dicit, et si quis sint, Constantinopoli esse; in provinciis innumeros homines medicis omnino carere; in nonnullis non modo medicum, sed ne librum quidem de medicina inveniri, et si quis inveniatur, vel arabicum vel persicum esse ideoque ab hominibus vulgaribus non intelligi; si quis autem liber de medicina turcicus sit, ab inscitis librariis describendo adeo corruptum esse, ut nemo inde vel tantillum utilitatis capere possit (وتورکی داخی بولنورسه جهلهٔ کتّاب یازه یازه اصلندن چیقاروپ اکثرین مخبّط یازمشلردر که ذرّه قدر انسان مستفید اولیماز). Hujus incommodi levandi causa se hoc compendium lingua pure turcica (صافی ترکیده) scripsisse et, quo facilius suo quidque loco repeririretur, inscriptiones et argumenta sexaginta*) capitum ejus praemisisse. Hic index a fol. 18 v. ad 19 v. pertinet. Hominis ex quatuor elementis compositi valetudinem sitam esse docet in illorum aequabilitate et congruentia; hanc autem conservandam esse legitima diaeta (پرهیز ایله); qua neglecta oriri hos illos morbos. Deinde dicit de diaeta quatuor partibus anni accommodanda, de sex omnium morborum causis, de quantitate sanguinis et spiritus vitalis, quae ex cibis justo modo et tempore sumtis gignitur, de quatuor humoribus partim naturam suam servantibus, partim corruptis, de quatuor generibus membrorum, de generatione et formatione hominis, de indiciis temperamentorum, de tentando sanguinis pulsu et inspicienda urina; hinc non optimo ordine de morbis, ulceribus, exanthematis, vulneribus, eorumque curatione, de operationibus chirurgicis (ut cap. 23 de circumcisione puerorum: صبیانی نیجه سنّت اتمك کرکدر), de legibus diaeteticis, de cibis et potibus aegrotorum, de medicamentis simplicibus et compositis, tandem in ultimo capite ante ipsam conclusionem iterum de causa libri scripti: سبب تألیف کتاب وخاتمة الابواب بیاننده در. Sed hoc exemplum jam in capite duodecimo de morbis oris et gutturis abruptum est; ultima haec sunt: بر مقدار دشلروك اتلرینه ومطلقا اغزه غبار کبی قیوپ صولاندقدن صکره یودرسه اول داخی اعلادر. Praeterea multa, quae postmodo minio interscribenda erant, omissa sunt.

*) Tot ipse scriptor dicit; sed in nostro exemplo tantum undesexaginta enumerantur.

CCLXXII.

[Ac. K. 233.]

Codex turcicus, 12° maj., foll. 61, char. neschi: *Praecepta de componendis et adhibendis variis medicamentis*, qualis liber قرابادین appellatur. Initium: الحمد لله اول قادر بی زواله که تن خسته لکلرینه دوالر ایدوب بلدوردی. Qui hanc farraginem congessit, profitetur se ea gratum facere voluisse cuidam custodi sepulcri Scheichi Kemâl-el-dîni (تربدار شیخ کمال الدین), qui pluribus morbis laboraret. Singulis locis praepositum est verbum باب. Finis fol. 55 r.: باب اوکسروك ایچون رازیانه تخم بر انجیر مقدار میان کوکی بر چوملك ایچنده قینادوب صوینی ایچهلر غایت مجرّبدر. In reliquis foliis praecepta item pharmaceutica et magica notata sunt.

CODICES DE HISTORIA ET VERA ET FICTA.

CCLXXIII.

[Pf. K. 128.]

Codex turcicus, fol., foll. 29, char. nestaʿlîq: ʿ*Hâgi-Chalfae* تقويم التواريخ, *Tabulae historicae et chronologicae;* vid. ʿH.-Ch. 3496. Initium: حمد وثنا وشكر بى انتها اول مبداء اوّل جلّ وعلايه كه الخ. Fol. 1 v. — 3 v. prolegomena. Primum de tempore mundi creati et rerum primordiis certi quidquam sciri aut dici posse negat; simpliciter hoc teneri jubet, muudum esse حادث, i. e. non aeternum, sed aliquando ortum. Deinde narrat, quam varie tempora inter descensum Adami ex paradiso et exilium Muʿhammedis interjecta, et universa, et singula, definiantur, et quae sint hujus dissensionis causae; se quidem rationem Abulfedanam (vid. Hist. anteïslam. pag. 6 — 11) probare dicit. Tum exponit de notione temporis, de divisione ejus in annos, menses, dies et noctes, horas earumque partes, de discrimine anni solaris et lunaris, tandem de ipsa chronologia historica et de sex aeris: تاريخ تركى, تاريخ قبطى, تاريخ اسكندرى, تاريخ فارسى s. يزدجردى s. شهريارى, تاريخ هجرى, تاريخ جلالى s. ملكى. Fol. 4 r. tabula de intervallis septem epocharum: descensus Adami, diluvii, Seleucidicae, Diocletianae, Muʿhammedanae, Jezdegerdianae, Gelâleddînianae, cum institutione ad usum tabulae. Huc usque librum germanice reddidit *von Diez* in *Denkwürdigkeiten von Asien*, II, pag. 378 — 398. — Fol. 4 v. — 9 r. septem tabulae historiae antemuʿhammedicae, bipartitae, ita ut ad dextram positi sint anni mundi creati, ad sinistram quae in iis acciderunt: a) f. 4 v. a mundo creato ad diluvium; b) f. 5 r. a diluvio ad natales Abrahami; c) f. 5 v. et 6 r. a natalibus Abrahami ad mortem Mosis; d) f. 6 r. — 7 r. a morte Mosis ad initium regni Nabuchodonosoris; e) f. 7 r. et v. ab initio regni Nabuchodonosoris ad Darium ab Alexandro victum; f) f. 7 v. et 8 r. a Dario ab Alexandro victo ad natales Jesu Christi; g) f. 8. r. — 9 r. a natalibus Jesu Christi ad exilium Muʿhammedis. Fol. 9 v. tabula de intervallis illarum epocharum et praeterea harum: interitus ʿÂditarum, aedificatae Caʿbae, submersi Pharaonis, aedificati templi Hierosolymitani, Cleopatrae ab Augusto victae, Septem dormientium, mortui Diocletiani, Constantinopolis muris cinctae, belli elephantini et natalium Muʿhammedis, missionis propheticae ejusdem. Fol. 10 r. — 20 v. tabulae historiae postmuʿhammedicae, quarum paginae quinquagenos annos continent ita per quina quadrata oblonga digestos, ut deniones ab eorum initiis ad latus dextrum indicati sint, uniones supra denas columnas, quae illa oblonga intersecant. Procedunt hae tabulae usque ad A. H. 1057 (1647 — 8), nisi quod recentius nonnulla loculis annorum 1084 — 1088 inscripta sunt, alia margini de annis 1070, 1089, 1091. — Fol. 21 r. — 24 r. tabulae centum triginta quinque dynastiarum, ac primum quidem fol. 21 r. viginti quinque dynastiarum antemuʿhammedicarum, postea fol. 21 v. — 24 r. centum decem postmuʿhammedicarum, in quibus a dextra primum nomina dynastiarum posita sunt, deinde numeri regum vel principum, tum sedes eorum, postea tempora quibus dynastiae exortae sunt, quibus eversae vel exstinctae, postremo anni per quos steterunt. Ultima earum in nostro exemplo omissa est, id quod et numerus a scriptore indicatus, et vacans loculus ostendit. Fol. 24 v. Sulthâni ʿOϑmânidae, i. e. nomina et cognomina eorum, anni quibus nati sunt, quibus inaugurati, quibus mortui, per quos regnarunt. Procedit tabula usque ad Ibrâhîmum I, ita tamen, ut duo loculi de tempore necis et annis regni ejus vacent, quamquam alius ac qui cetera scripsit, non solum duobus distichis persicis in margine inferiore adscriptis annum ei fatalem, A. H. 1058, indicavit, sed etiam tres priores loculos de Muʿhammede IV explevit. Fol. 25 r. summi Vezîri, fol. 25 v. summi pontifices, *meschâïch-ul-islâm*, et judices militares, *qodhâti-ʿasâkir*, usque ad muneris divisionem (vid. Hammeri Hist. osman., I, pag. 586), hinc fol. 25 v. et 26 r. judices militares Rumelienses, fol. 26 v. et 27 r. Anatolenses, fol. 27 r. magistri Sulthânorum et principes gentis muʿhammedicae, *noqabâi eschrâf* (vid. pag. 392 no. 37), fol. 27 v. et 28 r. judices Constantinopolitani. Fol. 28 v. et 29 r. *châtime*, fol. 29 r. *châtimet-ul-châtime*, duplex epilogus. Ille sententias quasdam universales ex diligenti rerum gestarum contemplatione collectas enumerat; hic de tempore libri scripti, de nomine, consilio et ratione ejus, item de duabus recensionibus vel potius dispositionibus eadem docet, quae in opere bibliographico inveniuntur. Postremo eos, qui plura et subtiliora requirant, ʿH.-Ch. ad trecentos libros historicos remittit, quos ab initio libri sui *Fedlike* enumeraverit. Finis: نتيجه‌سن بو مدخلدن ضبط ايده‌لر والسلام على من اتّبع الهدى. Margines totius libri adnotationibus et additamentis ipsius scriptoris, ultimi maxime chronostichis, impleti sunt. Scriptionem hujus exempli absolvit ʿAbd-el-raʿhmân Ibn-ʿHasan medio m. Gumâdâ posteriore A. H. 1061 (Chr. 1651). Fol. 29 v. inter alia est حساب جمل صغير in multis ab eo discedens, quod pag. 425 col. 1 et 2 exscripsi. Est autem hoc:

ا	ب	ت	ث	ج	ح	خ	د	ذ	ر	ز	س	ش	ص	ض	ط	ظ	ع	غ
١	٢	٤	٥	٣	٨	٣	٤	٧	٢	٧	٦	٣	٩	٨	٩	٩	٧	١٠

ف	ق	ك	ل	م	ن	و	ه	ى
٨	١	٢	٣	٤	٥	٦	٥	١٠

quae si ad ordinem antiquum rediguntur, literae ab *elif* usque ad *tha*, ut solent, primam enneadem efficiunt; inde a *je* usque ad *ʃad*, insertâ ante hanc literam *dhad*, eandem iterant, (nam quod in codice *je* decem valet, manifesto erratum est; cf. pag. 337, lin. 6 — 9, ubi pro *minorem* scribe *majorem*, pro *majorem*, *minorem*); inde a *qaf* usque ad *te* quatuor primos numeros tertium repetunt; quinque reliquae, *cha, ϑe, δal, zha, ghain*, tres, quinque, septem, novem, decem valent.

CCLXXIV.

[Ac. K. 129.]

Codex turcicus ab initio truncus, fol., foll. 294, char. neschi: *Tomus primus historiarum Ibn-Keϑiri turcice redditarum;* vid. ʿH.-Ch. 1698. Prima verba ex historia Josephi: ايتدى بن يوسفم وبو قرداشم در. Conjuncta sunt in hoc tomo duo volumina et dimidium: 1) Fol. 1 r. — 24 r. primum dimidium: fol. 1 r. de Josepho; fol. 3 v. de Jobo; fol. 5 r. de *Dû'l*-kiflo; fol. 5 v. de Jona; fol. 7 r. de Mose et Aarone. 2) Fol. 24 r. — 86 v. المجلد الثانى من تواريخ ابن كثير: fol. 24 r. continuatur locus de Mose et Aarone; fol. 39 r. de Josua; fol. 41 r. de Chidro et Mose; fol. 44 r. de Ezechiele; fol. 45 r. de Samuele; fol. 47 r. de Davide; fol. 48 r. de Salomone; fol. 52 r. de prophetis israëliticis Salomone posterioribus; fol. 53 r. de Hierosolymis a Nabuchodonosore vastatis; fol. 53 v. de Daniele; fol. 54 r. de Hierosolymis restauratis; fol. 55 r. de Zacharia et Joanne; fol. 56 v. de Jesu; fol. 62 v. de *Dû'l-qarnein;* fol. 64 r. de Septem dormientibus; fol. 65 r. de duobus viris, quorum alter Deo fidem habebat, alter non habebat (Sur. 18 vers. 31); fol. 65 v. de *aſʿhâb-el-eike* (Sur. 16 vers. 78, Sur. 26 vers. 176); fol. 66 r. de Loqmâno; fol. 67 r. de *aſʿhâb-el-ochdûd* (Sur. 85 vers. 4); fol. 68 v. de Ǵeriʿh vel Ǵureiʿh, asceta israëlitico; fol. 69 r. de Barſiſâ monacho, cujus castitatem diabolus per pulcram quandam mulierem evertit; fol. 69 v. de tribus viris, qui commemoratione trium beneficiorum a se in alios collatorum a Deo impetrarunt, ut ipsos ex spelunca, cujus ostium saxo forte objecto praeclusum erat, liberaret; fol. 70 r. de leproso et calvo et caeco; fol. 70 v. de eo, qui ab amico mille denarios in antecessum accepit; fol. 71 r. de Judaeis et Christianis librorum sacrorum corruptoribus; fol. 72 r. — 86 v. de historia veterum Arabum. 3) Fol. 86 v. — 294 r. المجلد الثالث من تواريخ ابن كثير: fol. 86 v. continuatur illa historia usque ad nuptias parentum Muʿhammedis; fol. 115 v. de Muʿhammede nato et de ostentis illius noctis; fol. 123 r. — 294 r. de ejus vita et rebus gestis usque ad reditum a Thaqafensibus frustra ad partes vocatis (vid. Abulfedae Ann. moslem. I, pag. 48). Finis: وبو حديثى بيهقى روايت ايلدى حاكمدن اصمد بن احمد بن عبد الجبّاردن يونس دن ابن اسحاقدن رحمهم اللّه رحمة واسعة ٬ وبو جلددن صكره كلن جلدكْ اوّلنده ایاس بن معاذكْ اسلامى قصّه‌سى كلور. Scriptionem Aʿhmed Ibn-ʿHasan absolvit m. Reǵeb A. H. 989 (Chr. 1581). Miro errore pro تواريخ ابن كثير in causula scripsit التواريخ الطبرى, quo arrepto Acoluthus et Kehrius hos annales Ibn-Ǵerîri Thabaristanensis esse perhibuerunt, ille in inscriptione folii primi: تاريخ الطّبرى فى ظهر محمّد (fortasse scribere voluit فى ظهور محمّد), hic in catalogo.

CCLXXV.

[Ac. K. 48.]

Codex turcicus, fol., foll. 387, char. neschi: *Ejusdem libri tomus secundus,* superiorem, etsi ab alio scriptus est, recte excipiens; primum enim hic narratur conversio Ijâs Ibn-Maʿâδi ad Islamum, quod voluminis quarti initium promittitur fine tertii supra a me exscripto. Quod igitur in fronte hujus libri legitur: المجلد الثانى من ترجمة ابن كثير, id de tomo accipiendum, non de volumine, cujus inscriptio omissa est. Initium: حمد بى حد وثناء بى عد اول پادشاه پروردكار عالمه ثابتدر. Post وبعده: بو كتاب شريف بر دفتردر كم تواريخ ابن كثير دن ترجمه اولندى خدمة السلطان الاعظم ٬ والخاقان المعظّم ٬ مالك رقاب الامم ٬ ملجأ العرب والعجم ٬ سلطان بن سلطان ٬ سلطان مراد بن سلطان محمّد خان ٬ خلّد اللّه مملكته ودولته ٬ وافاض علينا لطفه ورآفته, *Hic liber ex historiis Ibn-Keϑiri translatus est in usum summi Sulthâni* etc. *Murâdi fil. Sulthâni Muʿhammedis* (Murâdi II, regn. A. Chr. 1421—1451), *cujus regnum Deus aeternet et cujus benignitatem et gratiam in nos effundat.* 1) Fol. 1 v. — 73 v. volumen quartum, de Ijâs Ibn-Maʿâδ et Medinensibus ad Islamum conversis, deinde de exilio Muʿhammedis, sede Medinam translata, expeditionibus hanc mutationem secutis, usque ad septimum annum higrae. Fol. 73 v. — 226 v. المجلد الخامس من تواريخ ابن كثير, ab عمرة القضيّة eodem anno suscepta (vid. Ann. moslem. I, pag. 140) usque ad حجّة الوداع A. H. 10 (vid. ibid. pag. 178), quae narrari incipitur fol. 199 r. 3) Fol. 226 v. — 321 r. المجلد السادس من ابن كثير, et 4) Fol. 321 r. — 387 v. المجلد السابع من تواريخ ابن كثير, quae vitam Muʿhammedis absolvunt et solitas appendices subjungunt. Primum inde a fol. 226 v. narratio de ultimo illo Muʿhammedis itinere continuatur et finitur; fol. 238 v. — 259 r. de auguriis mortis ejus, de morte ipsa, de iis quae inter mortem et sepulturam evenerunt, de sepultura, de iis quae reliquit; fol. 259 r. — 268 r. de ejus uxoribus, pellicibus, liberis; fol. 268 r. — 284 v. de ejus servis, servabus, famulis, iis sociorum qui, etsi ex familia non erant, tamen ei ministrabant, scribis, negotiorum administris; fol. 284 v. — 286 r. de ejus reliquiis (آثار), ut gladio, calceo, calice, lacerna, vase stibiario, jumentis. Inde a fol. 286 r. appendices, سيرهٔ شريفهٔ نبويّهٔ محمّديّه متعلّقاتى, quatuor librorum: a) fol. 286 r. — 299 r. كتاب شمائل, de ejus habitu externo et indole moribusque, خَلْق ظاهرى وخُلْق ظاهرى, ut ipse scriptor

verbum interpretatur, qui se hoc loco maxime libro *Schemâïl* a *Tirmidî* conscripto usum esse profitetur; b) fol. 299 r. — 374 v. كتاب دلائل, de argumentis prophetiae ejus, quae duplicia sunt: دلائل معنويّه, ut Coranus divinitus ad eum demissus, sanctissimi mores, egregie dicta et praeclare facta, nec non dotes divinae (*kerâmât*) virorum sanctorum ecclesiae mu'hammedanae et summa doctrina virtusque multorum ex ceteris ejus asseclis, item clarissima genuinae nobilitatis exempla in vita Mu'hammedis conspicua, origo ejus ex gente Abrahami, natales Meccanae, al.; deinde دلائل حسّيّه, i. e. miracula et vaticinia partim ab ipso edita, partim ad eum spectantia, ex quibus vaticiniis nonnulla etiam in Judaeorum et Christianorum libris sacris inveniuntur *); c) كتاب فضائل et d) كتاب خصائص ex hoc volumine exclusa sunt. Finis: ودخی حوادثدن نکم واقع اولشدر بونده اول کلور. Scriptio absoluta est medio m. *Δ*û'l-'higge A. H. 967 (Chr. 1560).

CCLXXVI.

Codex turcicus, 4° min., foll. 178, char. nesta'lîq praeter locos arabicos plerumque char. neschi scriptos: *Weisii historia vitae Mu'hammedis*, درّة التاج فی سیرة صاحب المعراج, oratione ornatissima scripta; vid. Hammeri Hist. poës. osman., III, pag. 204. Nomen libri, درّة التاج, invenitur fol. 97 r. lin. 4 et fol. 176 v. lin. 3; nomen scriptoris, ویسی, fol. 59 r. lin. 14 et fol. 76 r. lin. penult.; etiam munere judicis Scopensis eum functum esse, quod Hammerus narrat, commemoratum est fol. 37 v. lin. 15: قاضیء محروسهء اسکوب اولدغمده. Locupletissimum vero de libro et scriptore testimonium praebet initium partis posterioris fol. 96 v. et 97 r.: تاریخ سنجانِ مآثرِ پیغمبری یه معلوم درکه اکثر معظمات وقایع سلطان الثقلین صلعم بیت الحرام مکّهء مکرّمه ایله دار الهجرة مدینهء معظّمه ده صورت نما اولدوغیچون طرفی هجرت نبویّه ده نازل اولان آیات الکتابه نسبت مهابطِ وحیِ کریم اماکن متعدّده ایکن علماء فنّ تفسیر آنلری ینه اول ایکی بلدهء معظّمه یه منسوب طوته کلمشلردر، بناء علیه بو قراضه چین سکّه خانهء عرفان ویسیء شکسته جَنان دخی ضبط سِیَرِ صاحب المعراج ایچون کشیدهء سمط تألیف ایتدیکی کتاب درّة التاج متضمّن اولدوغی فراید آثار واخباری ایکی مجلّد ایلیوب مکّی ومدنی عنوانیله نامزد اتمش ایدی, i. e., detractis calamistris: *Quum Mu'hammed majorem et illustriorem vitae partem Meccae et Medinae degerit, interpretes coranici, etsi ille singulas Corani partes locis diversis accepit, tamen, si exilio priores sunt, Meccanas facere solent, si posteriores, Medinenses. Ita Weisî quoque, scriptor hujus libri de vita Mu'hammedis, Durret-el-tâǵ, eventa, quae eo continentur, in duo volumina digessit, quorum unum Meccanum, alterum Medinense nominavit.* Deinde illo jam absoluto se hoc exordiri dicit. Ceterum etiam ultra vitam Mu'hammedis progredi voluisse videtur; nam in fine partis prioris fol. 95 v., postquam exilium ipsum narravit, se in chalifatu 'Omaris expositurum esse dicit, quomodo aera islamica, quae ab exilio incipit, condita fuerit: کیفیّت وضع تاریخ اسلامی انشاء الله تعالی خلافت زاهرهء عمریّه نك مطاوی آثارنده درج اولنمغه قلم دربن ویسیء شکسته بیان متعهّد در وعلیه التکلان. 1) Fol. 1 v. — 95 v. volumen Meccanum inscriptione et ingressione carens. Initium: کنون وقتست کز کلك سخن کوی • بسوی ذکر پیغمبر نهم روی •. A solitis prolegomenis de majoribus et origine Mu'hammedis ad ejus natales pervenit; hinc vitam usque ad exilium enarrat. 2) Fol. 96 v. — 178 v. volumen Medinense, ab adventu Mu'hammedis in illa urbe usque ad finem proelii Bedrensis majoris A. H. 2. Ultima verba de Abû-Leheb ad Bedrum interfecto, qui per somnum 'Abbâso fratri apparuit: یا لیتنی اتّخذتّ مع الرسول سبیلا دیو نالهء حسرتی فلك پیوند ایلدی، تمّت غزوة بدر الکبری والحمد لله. Praeter libros pervulgatos Weisî hos citat: fol. 2 v. lin. antepenult. et penult. کتاب الاصنام scriptum ab *Abû-'Oϑmân 'Omar Ibn-Ja'hjâ El-'Hâfyzh*; fol. 88 v. lin. 3 اعلام القطب المکّی, 'H.-Ch. 949; اعلام الساجد باحکام المساجد, scriptum ab *El-Zerkeschî*, 'H.-Ch. 939; ibid. lin. 6 برء السقم, i. e. qaṣîdam *Burde* Scheref-el-dîn El-Bûṣîrii, ut ipse interpretatur: یعنی قصیدهء نصیدهء ذی سلم, quod ab exitu primi hemistichii (vid. pag. 434 col. 1 inf.) ductum est; fol. 76 v. lin. 7 کتاب

*) Quam Mu'hammedani Judaeis et Christianis exprobrant librorum sacrorum interpolationem, ejus ipsi accusandi sunt; uti fol. 343 r. Jesaïae hoc vaticinium supponitur: „*Laetare, o arx* (قصر), *hocce puero, quem dominus tuus tibi donavit, cujus salutari vi terrae tuae latae fient, et fluvii tui in terra ubertatem parient, et domuum tuarum portae altae erunt, et a dextra et a laeva imperatores orbis terrarum dona tibi et munera afferent; atque hic puer tuus omnium populorum haeres erit et omnium urbium regionumque imperator et rex. Ne time igitur neve dole unquam! A nullo hoste tibi fiet injuria.*" Interpretatio subjecta illam arcem Meccam esse docet, puerum Mu'hammedem, cet.

التفسير scriptum ab *El-Tirmidi*; fol. 136 v. lin. 8 حاشية coranicam *El-Ghafârânii*; fol. 69 v. lin. 4 et 5 حبيب السير scriptum ab *Abû'l-kirâm ʿAbd-el-selâm Ibn-Muʿhammed Ibn-ʿHasan*; fol. 128 v. lin. 10 *El-Semhûdii* (sic: السمهودى) خلاصة الوفا; saepissime كتاب الخميس; fol. 16 r. lin. 4 et 5 *El-Sujûthii* الدرجة المنيفة فى الآباء الشريفة; fol. 23 r. lin. 5 ejusdem الدرّ المنثور; fol. 40 r. lin. 7 *Afîlii, paraenetae Herâtensis* (*wâʿyzhi Herât*), درج الدرر; fol. 16 r. lin. 8 *El-Moʿhybbi Thabaristanensis* ذخيرة العقبى; saepissime *Abû'l-qâsim El-Suheilii* الروض الانف; fol. 141 r. lin. 16 et 17 روضة الاحباب scriptam ab ʿ*Athâ-Allâh Ibn-Fadhl-Allâh*, qui cognomine *Ǵemâl-el-din El-Muʿhaddiϑ* notior est; fol. 50 r. lin. 15 الزهر الباسم scriptum ab ʿ*Alâ-el-dîn Moghalthâî* *) *Ibn-Felǵ*; fol. 80 r. lin. 6 زين القصص; fol. 124 v. lin. 2 et 3 *Abû-Abd-Allâh Muʿhammed El-Ssâliʿhii* سُبُل الرشاد; fol. 92 r. lin. 16 *Saʿd-el-din El-Kâzerûnii* سِيَر مختصر; saepe علّامة المغرب قاضى عياض اليحصبى الشفاء, scriptum ab unde fol. 77 v. lin. ult. الشفاء العياضىّ, fol. 51 v. et 52 r. شفاى عياضى; fol. 41 v. lin. antepenult. *Taqî-el-din El-Qâsii* شفاء الغرام; fol. 115 r. lin. 7 et 8 *Abû'l-fereǵ Ǵauzii* **) صفوة الصفاء; fol. 19 v. lin. antepen. et penult. ʿ*Abd-el-wahhâb El-Subkii*, cujus pater est *Taqî-el-din Abû'l-ʿHasan El-Subki*, الطبقات الكبرى; fol. 52 r. lin. 8 *Fachr-el-din El-Râzii* عصمة الانبياء; fol. 130 v. lin. 1 *El-Firûzâbâdii* العقايد; saepissime *Ibn-Sejjid-el-nâs El-Jaʿmerii* (اليعمرىّ) vita Muʿhammedis: عيون الاثر, al. breviter العيون, cum adnotatione (ʿ*hâschije*) a سبيط بن العجمىّ ابراهيم بن برهان الحلبىّ scripta (fol. 145 v. in marg.): نور النبراس; fol. 14 v. lin. 7 *Herâtensis* الغريبان; fol. 100 r. lin. 8 et 9 *Zamachscharii* الفايق; fol. 5 r. lin. 14 *Pezdewii* الكشف; fol. 169 r. lin. 11 كنز العباد; fol. 23 r. lin. 4 *Bedr-el-din El-Zerkeschii* اللآلى; fol. 135 v. lin. 9 *Ibn-Âdili* لباب الكتاب, fol. 133 v. lin. 10 breviter اللباب; fol. 91 r. lin. antepen. *Ibn-El-Mukerremi* لسان العرب; fol. 139 r. lin. 4 المتّقى (nam librum esse indicat صاحب praepositum); fol. 95 r. lin. 15 et 16 *Ǵemâl-el-din Abû'l-fereǵ ʿAli Ibn-El-Ǵauzii* مرآة الزمان, fol. 165 r. lin. 15 breviter مرآة الزمان علّامه جوزى; fol. 75 r. lin. 15 *El-Baghawii* معالم التنزيل; saepissime *Moʿin-el-din El-Meskini* معارج النبوّة (vid. Cod. Dresd. 385); fol. 42 v. lin. 12 المغازى (expeditiones Muʿhammedis) narratae ab *Ibn-ʿOqbe*; fol. 37 r. lin. antepen. et penult. eaedem narratae ab *Ibn-Hischâm El-Moʿâfiri*; fol. 23 r. lin. 2 *El-Sachâwii* المقاصد الحسنة; fol. 37 v. lin. 8 *Muʿhammed Qosthalânii* (sic alibi quoque: قُسْطلانى) المواهب اللّدنيّة; fol. 129 v. lin. 12 et 13 *Ibn-el-Eϑir El-Ǵezerii* نهاية الغريب; fol. 168 r. lin. 12 ينابيع العلوم, breviter lin. 8 كتاب الينابيع.

*) Sic, مُغْلْطاى, scriptum est fol. 88 v. lin. 3; cf. pag. 461 col. 2 lin. 3.

**) Pro *Ibn-El-Ǵauzii*; nam sic, non *El-Ǵûzii*, dicendum esse docet vocalis adscripta: ابى الفرج جَوْزى, cui nomini subjuncta est haec agnominatio: جُوزى باخيرات, *qui summa praemia consequatur.*

CCLXXVII.

[Ac. K. 225.]

Codex turcicus, 4° min., foll. 144, char. diwani: مناقب سلاطين آل عثمان وغزوات وخيرات ايشان, *Laudes Sulthânorum ʿOϑmânidarum et expeditiones bonaque opera eorum.* Initium: سخن سنج اين قصّه دلپذير • جنين كرد نقل از سخندان سير. Quae excerpsi ex Cod. Dresd. 25, i. e. ex compendio historico Muʿhammedis, qui apud Suleimânum I Nischângii munere functus est, me docuerunt hanc eam partem illius compendii esse, quae de dynastia osmanica est, nihil aliud. Fol. 1 v. — 4 r. origines gentis, fol. 4. r. ʿOϑmân I, fol. 10 r. Urchân, fol. 14 r. Murâd I, fol. 18 r. Bâjezîd I, fol. 29 r. Muʿhammed I, fol. 32 v. Murâd II, fol. 41 r. Muʿhammed II, fol. 53 v. Bâjezîd II, fol. 68 v. Selîm I, fol. 79 v. — 144 v. Suleimân I usque ad A. H. 969 (Chr. 1561—2). Finis: مطلوب اولا ميسّر • مقصود جمله حاصل • آمين • يا مجيب السائلين •. Scriptionem absolvit Muʿhammed Agha m. Moʿharramo A. H. 1093 (Chr. 1682).

CCLXXVIII.

[K. 12.]

Codex turcicus, fol., foll. 197 chartae subrubrae, char. neschi: تأریخ سلطان سلیمان عن تألیف جلال زاده صالح افندی, *Ssâli'h Ibn-Ǵelâli*, ut scriptor fol. 6 v. lin. 12 13 se ipse nominat, *historia primorum octo annorum regni Suleimâni I*, quam cave confundas cum historia ejusdem Suleimâni scripta a Mufthafâ, Ssâli'hi fratre; vid. Hammeri Hist. osman., I, pag. 19 No. 20, et II, pag. 3 No. 1, Cod. Dresd. 350. Initium: الهی کیف اشکرك والشکر ایضا من نعمائك. Fol. 1 v. — 7 r. post solitum exordium Suleimânum et Ibrâhîmum, summum ejus Vezîrum, laudat; deinde se post multos alios historiam Suleimâni aggredi dicit, sperantem fore ut et ipsi et Ibrâhîmo probetur. Fol. 7 r. — 197 r. quinque et quinquaginta capita, persice, ut fieri solet, inscripta, ab initio regni A. H. 926 (Chr. 1520) usque ad reditum Suleimâni a venatu, quem A. H. 935 mense Mo'harramo in agro Wîzensi (ویزه جانبنده) instituerat, pertinentia. Fol. 197 r. et v. vota pro salute et gloria Principis, domus augustae, regni. Finem facit hoc distichon: بو دعانك قیلمغل رد سائلن • مستجاب ایت یا مجیب السائلین•

CCLXXIX.

[Ac. K. 47.]

Codex turcicus, fol. foll. 114, char. neschi: فتوح المجاهدین لترویح قلوب المشاهدین, i. e. *Ǵâmii Nefahât-el-uns min 'hadharât-el-quds, a Lâmi'î turcice redditae*; vid. Sacyi commentatio de libro Ǵâmii in *Notices et Extraits*, tom. XII, Cod. Dresd. 408, Hammeri hist. poës. osman., II, pag. 20. Initium: نحن نقصّ علیك احسن القصص بما اوحینا الیك هذا القرآن. Fol. 1 v. — 2 v. praefatio Ǵâmii turcice reddita, sed non integra, quum angulus sinister inferior folii primi laceri et charta supposita muniti exciderit. Fol. 2 v. — 5 r. praefatio Lâmi'î, ubi postquam librum laudavit, se praestantia ejus ad transferendum allectum, quum primum et difficultate rei ipsius, maxime inconstantia et obscuritate generis dicendi fûfici, et mediocritate virium suarum retardatus esset, tandem precibus amicorum ad consilium efficiendum permotum esse, item se Ssûfios turcicos et Ǵâmio posteriores adjecisse dicit. Absolvit autem opus A. H. 927 m. Ramadhâno (Chr. 1521 m. Sept.), postquam Suleimân I Belgrâdum cum aliis arcibus et oppidis expugnavit (cf. Hammeri Hist. osman., II, pag 21 et 22), cujus rei memoriam celebravit et nomine libri: *Expugnationes s. victoriae bellatorum sacrorum* (item, sensu ancipiti: *Revelationes quae asceticis contigerunt*, cf. pag. 406 col. 2 adnot.) *ad recreandos animos epoptarum mysticorum*, et duobus chronostichis: ای فاتح ملك انكروس, et بلاد انكروسی ایلدی فتح, quorum utrumque numerum 927 continet. Fol. 5 r. — 32 v. prolegomena de fûfismo, a Sacyo in illa commentatione gallice reddita et adnotationibus illustrata. Fol. 32 v. — 114 r. recensio trecentorum quinquaginta trium Ssûfiorum usque ad Abû'l-'Abbâs El-Qassab (pag. 137 commentationis Sacyanae separatim editae, col. 1 med.), in cujus nomine librarius opus abrupit, quamquam folia vacua supersunt quatuor et dimidium. Ab indice Sacyano praeter multa in nominibus aliter scripta discrepant haec: Post ابو تراب نخشبی pag. 128 col. 1 adjectus est ابو تراب الرملی; contra omissus est محمّد بن فاذه pag. 130 col. 1; post ابو الغریب الاصفهانی ibid. adjectus est ابو عبد اللّه قلانسی; pro duobus بنان بن محمّد الحمّال et محمّد اسحق بن ابرهیم الحمّال pag. 132 col. 1 tres sunt: بنان بن عبد اللّه, اسحاق ابراهیم حمّال, الحمّال; pro uno ابو بکر شیخ ابو بکر موازینی pag. 133 col. 2 duo sunt: شیخ عبد اللّه بن محمّد; ابو بکر اشنانی et سوزانی post عبد اللّه خداد ابن منازل pag. 134 col. 1 adjectus est رازی (l. حدّاد). Ceterum sub finem rubricator nonnulla nomina locis suis non inscripsit; sed numeri lacunarum cum numeris nominum apud Sacyum positorum congruunt.

CCLXXX.

[Ac. K. 214.]

Codex utrinque truncus, 4° min., foll. 77, char. diwani neschisi: *Dâsitâni Qahramân*, pars magnae illius fabulae de rebus gestis antiquissimorum regum persicorum, quae nomen habet a summo heroe Qahraman, cujus hic, ut homerice dicam, ἀριστεία narratur. De origine libri fol. 3 r. lin. 15 — 17 haec traduntur: *Sapiens Buzurǵmihr hanc de Qahramâno narrationem* (بو قهرمان قصّه‌سن) *ex lingua indica in persicam, hinc sapiens Thûthûs* (pro quo fol. 29 v. lin. 4 *Thurthûs* est) *in turcicam translulisse dicitur. Buzurǵmihr igitur Nûschirwâno Justo haec narravit* cet. Argumentum: Hûschenk, rex iranicus, filius Helhelâni, regis kipćakensis, postquam totum orbem in ditionem suam redegit, ultimum cum Kehtâno, rege Sindorum, et Serǵâno, rege Indorum, in India bellum gerit. Victi induciis impetratis Qahrânum, regem Sengistâniae, et ipsum daemonem anthropophagum, et Anthropophagorum s. Mardichorarum (مردم خورلر) ducem, cum 'Aqqâlo mago novas copias ex insulis collectum mittunt. Dum hi absunt, uterque exercitus ad montem Serendîl castra habet. Ibi quondam in venatu, quem Kehtân instituit, immanis

draco multis jam ducibus necatis illum quoque invadit. (Hanc regis cum dracone pugnam prima verba codicis inducunt: دوشدی بو جانور دخی اردنجه ایروپ تکرار پنجه اوردی). Periclitanti socio Sergán opem fert, sed ipse a dracone obruitur. Ambos liberat et draconem interficit, suis spectantibus et faventibus, Chosrew-schîr, filius Scherîf-Schâhi, regis turanici, fratris Hûschenki, adolescens formosissimus et fortissimus, qui Gulćînam, filiam Sergáni, amat ab eaque redamatur. Post discessum utrinque epulae fiunt, inter quas apud Persas advenit Schîrpenće, qui literas Helhelâni et aliorum regum affert et quid in patria agatur nuntiat. Dum ita bellum cessat, fervent Chosrew-schîri et Gulćînae amores, quorum internuntius est ʿÂfim, homo cum Schîr-penće calliditate certans. At resciscunt ista furta Sergán et Hûschenk, quorum uterque ea vehementer indignatur. Eo tempore Qahrâm cum exercitu daemonum advenit, quo freti Indi bellum repetere constituunt. In consilio, quod ea de re habetur, Qahrâmi animum duae res incendunt: quod Gulćînam, quam amat, tristem esse videt, quippe Chosrew-schîro ab illis daemonibus timentem, et quod a Kehtâno audit, illum potissimum effecisse, ut Persae adhuc invicti sint. Quae apud Indos fiunt, explorata ad Persas defert Schîr-penće. Ibi plerique animos despondent; Hûschenk pavidos frustra oratione confirmat. Chosrew-schîr vero, quum Schîr-penće neminem nisi Qahramânum, qui tunc aberat, Qahrâmo parem esse dixisset, illum noctu se ad castra indica comitari cogit et in consessum ducum se insinuat, ubi Qahrâm gravissimam clavam vibrans omnes daemones hominesque ad idem experiendum provocat. Postquam omnes operam perdiderunt, Chosrew-schîr viribus suis in unum ictum collectis solium, in quo Qahrâm sederat, elidit: tum abjecta clava et stricto gladio turbam perrumpit et cum comite salvus in castra persica evadit. Hac audacia etiam magis exasperatus Qahrâm proelium festinat, in quo dum uterque egregia facinora edit et aequo Marte pugnatur, ʿAqqâl cum exercitu centum millium magorum per aërem advolat. Horum artibus Persae succumbunt: Hûschenk et multi alii duces capiuntur, in his Chosrew-schîr, quem Gulćîna, pedissequa ad eum missa, de imminente periculo praemonuerat. Captum ultura Gulćîna in ʿAqqâlum irruit, sed et ipsa magicis artibus defixa capitur et vincitur. Scherîf-Schâh cum reliquis ducibus militibusque et magna armorum copia et uxoribus thesaurisque fraternis, usu nominis summi (اسم اعظم) et egregia fortitudine hostibus ereptus se in arcem Hûschenk-âbâd recipit, quam autem exercitus partem arx non capit, eam in arduis et praeruptis locis montis Serendîl disponit. Indi supplicia captivorum differunt, dum illo quoque potiantur. Sed artes magicae, quibus arx oppugnatur, vi sacrosancti nominis usque repelluntur. Tandem Hûschenk et multi alii in conspectum suorum producti iis, nisi arcem dedant, illico supplicio afficiendi ostenduntur. Frustra Schîr-penće et ʿÂfim adrepunt et duobus carnificibus, qui regem tenent, occisis saltem hunc eripere conantur; nam ʿAqqâl eos in corvos mutat, se ipsum in falconem, hinc eos ad arcem persecutus revertit et pristinam formam sumit. Jam rex et ceteri ad suum quisque patibulum ducuntur, trepidatio autem et desperatio Persarum eo augetur, quod Qahrâm simul arcem adortus portam effringit. Ita re in ultimum discrimen adducta narratio fol. 41 v. ad Qahramânum deflectit et res peregre ab eo gestas repetit. Nam multo ante ille cum exercitu daemonum sociorum ave Roch in montem Qâf vectus erat, ut Schahbâl, regem hortorum iremicorum, Qamar-Bânû, ejus uxorem, Behrâmi Ǵebelî, horum filium, et permultos alios ex captivitate daemonum hostilium liberaret. In eo itinere miranda plurima et viderat, et fecerat, liberatos autem in hortos iremicos reduxerat. Ibi postquam diu moratus est, cum innumero comitatu in sedes humanas revolans Chosrew-schîrum et alios heroas, Dilfurûzam, uxorem Hûschenki, Gulćînam cum pedissequis, tandem Serwi-chirâmam, ipsius amasiam, e vinculis magicis eripit, quibus comitatui suo adjunctis eo ipso tempore ad montem Serendîl advenit, quo Hûschenk cum ceteris ad supplicium ducitur, ʿAqqâl autem, pro Scherîf-Schâho et conjugibus liberisque Hûschenki tradendis et igne adorando, praesidio arcis corpora salva promittit, ceterum se Helhelânum cum toto populo kipćakensi in mare conjecturum esse minatur. Tum Qahramân, quasi deus ex machina, hostes gravissima strage obruit, reges et duces eorum capit, suos e vinculis et morte liberat. Etiam Qahrâm a Ssahmâno, sagittario Qahramâni, vulneratur et capitur; quum autem vincula perrupit, uno summi herois obtutu tam vehementer percellitur, ut impos sui concidat. Postquam vero ad se rediit, plane in alium mutatus Hûschenkum regem agnoscit ac pertinaciae expiandae aliorumque deterrendorum causa se etiam neci offert. Sed Qahramân, uti superbum debellavit, sic victo non solum parcit, sed poenitentem etiam amplectitur, quo facto Hûschenk et Scherîf-Schâh illi manus osculandas praebent, duces socium et amicum accipiunt. Deinde Scherîf-Schâho verba praeeunte in religionem Sethi jurat et Moslemus fit. Reges quoque et ceteri principes Indorum in fidem recipiuntur. Jam imperio Hûschenki in totum orbem stabilito, Qahramân magnificam pompam instruit, quam ducentes omnes reges hominum et daemonum cum suis Hûschenkum in solio sedentem regem salutent ab eoque lustrentur. Hoc loco, ubi minime velles, librarius opus abrupit post haec verba:

کندوسی یکرمی بیڭ دمیاد مهترلری ایله عندلوس نرة معا کلسون.

CCLXXXI.

[Ac. K. 144.]

Codex turcicus, 4°, foll. 244 chartae bombycinae, char. neschi antiquiore eleganter et perspicue scriptus: *Kitâbi Iskender-nâme*, prima pars Alexandreïdis. Initium:

.فضل بسم الله الرحمن الرحيم · قاموسنه بز کیدر ای حکیم

Octo distichis prosa oratio succedit. Primum scriptor Muʿhammedem quondam in sacro circuitu Caʿbae cum Abû-Bekro, ʿOmaro, ʿOϑmâno et ʿAlio considentem iis historiam Alexandri narrasse dicit; postea alios narratores pro se quemque eandem historiam e monumentis rerum gestarum, e

Ǵâmasp-nâme, e Schâh-nâme, ex historiis prophetarum collegisse; quae igitur illi narraverint, ea se in hoc libro referre. Singula capita, ut hoc ipsum prooemium, poëmate turcico inducuntur. Fol. 2 v. — 14 r. ابتداء قصه, initium narrationis. Enumerantur reges persici toti orbi imperantes, qui a mundo creato usque ad Alexandrum fuerunt. De eorum potentia, moribus, institutis. Penultimus eorum fuit Dârâ (دارا s. داراى شاه), qui Seleuciae s. in urbe Medâïn regnabat. Cui quum rex Graeciae (قيصر روم) obedientiam et tributum negasset, bello devictus et captus est. Fol. 14 r. — 244 v. Alexandreïs ipsa, in مجالس divisa, ex quibus hoc volumen tredecim primos continet, quamquam inde a decimo pro مجلس est مطلع. Falso autem ibidem pro العاشر scriptum est التاسع et sic deinceps. Argumenta consessuum: 1) Fol. 14 r. — 16 v. Rex graecus captivus ad Dâram adducitur et suspenditur, quo facto Dârâ in ejus regiam profectus ab omnibus principibus Graeciae, qui literis invitati eodem convenerunt, rex salutatur. 2) Fol. 16 v. — 34 r. Dârâ cum Vezîris consultat, quid de Graecia faciendum sit. Auditis variis sententiis Philippum (فيلقوس يونانى) a Graecis ipsis commendatum regem constitui placet. Huic a Dârâ quindecim satrapae subjiciuntur et tributum annuum trecentorum sexaginta sex ovorum aureorum imperatur, quae singula millenarum sesquidrachmarum (مثقال) sint. Dârae Seleuciam reverso Philippus illud tributum quotannis mittit. Tandem Dârâ obit et Dârâb filius, quinque et triginta annos natus, ei succedit. Quatuor et viginti reges ad sacramentum obedientiae praestandum invitati Seleuciam veniunt, quae fortuna Dârâbum superbum facit. Post convivia quadraginta dierum reges dimittuntur. Philippus Dârâbo tributum mittere pergens Bertum (برطوس رومى) sibi summum Vezîrum adjungit atque Raqijjam, ejus filiam, in matrimonium ducit. Mulier praegnans fit. In aulam vocantur Aristoteles, Plato, Socrates, Hippocrates, quorum consiliis rex et summus Vezîrus utantur. Tandem Raqijje Alexandrum parit, cujus genesis a quatuor illis sapientibus describitur. Iidem ei nomen imponunt Alexandri Bicornuti (اسكندر ذو القرنين). Narratur, quomodo puer lactatus, nutritus et educatus sit. Adolescentis quindecim annos nati et omnibus numeris absoluti pater letali morbo implicatur. 3) Fol. 34 r. — 53 v. Philippo mortuo succedit Alexander. A principibus graecis, postquam se obedientiae sacramento obstrinxerunt, invitatur, ut a Dârâbo desciscat, nec invitus eorum voluntati obtemperat. Praeterea a quatuor illis sapientibus consilia et praecepta accipit. 4) Fol. 53 v. — 71 r. Alexander regnum egregie auspicatus misso ad Dârâbum legato obedientiam et tributum renuntiat. Utrinque bellum paratur. 5) Fol. 71 r. — 88 v. Dârâb Tarsum, urbem ditionis Alexandrinae, obsidit. Dum Schahlâs, alter praefectorum urbis, ad Alexandrum acciendum properat, Schûmâs, illius frater, impetum Persarum reprimit. Alexandro Tarsum petenti ʿAzzâl Ibn-ʿÂmil, rex Aegypti, auxilia adducit. Hoc nuntio accepto Dârâb Alexandro, antequam suas copias cum aegyptiis jungat, profligando obviam proficiscitur. Discedentem Tarsenses a tergo insequuntur et vexant. Rex aegyptius postridie quam Tarsum pervenit, et ipse Dârâbum sequitur, Schûmâs urbem tenet. Post iter duorum dierum Dârâb in planitie Ssaʿhrâï-waraqa considit. Exploratores ab Alexandro missi de magnitudine exercitus persici terribilia renuntiant, quare Alexander ad eum spectandum ipse praecurrit. Praelio inter prima agmina commisso Persae funduntur et Muhelhel Sîstâneusis, unus ex eorum ducibus, capitur. 6) Fol. 88 v. — 105 v. His victoriae primitiis laetatus Alexander terroris causa Muhelhelum suspendi jubet. Contra iratus Dârâb exercitum movet: castra castris opponuntur. In hoc discrimine rex aegyptius cum suis advenit. Pugnatur: Darâb vincitur. Fugientem duo Vezîri, veteris offensae memores, trucidant et mortuum rati ad Alexandrum transeunt, nempe mercedem facinoris ab eo accepturi. Sed habito consilio Alexander sicarios suspendio punit. Quo exemplo generosi animi accepto Dârâb a suis Seleuciam reportatus victorem, ut regnum legitime accipiat, ad se invitat. 7) Fol. 105 v. — 125 v. Alexander postquam domi matrem vicariam sui constituit, per Tarsum, Antiochiam, Merǵi thâbaq, Palmyram, Râǵibijjam, ad Dârâbum proficiscitur, in quo itinere ei multae res mirandae obveniunt. 8) Fol. 125 v. — 146 v. Ex castris ad Seleuciam positis legatus persicus in urbem praemissus adventum Alexandri nuntiat. Rex splendida pompa in urbem invehitur, non minus splendide a Persis accipitur. Deinde cum Dârâbo colloquitur, qui postquam ei regnum tradidit, moritur. Ex Vezîris ejus Alexander quinque adsciscit, ex ducibus exercitus duodecim. Primus contra eum rebellat Tenkûl Iberus s. Georgianus, qui cum fratribus, Tenkulûs et Enkûl, infesto exercitu Seleuciam petit. Huic se adjungunt Siâpûsch et Schîrdest Schirwânenses. Interea Alexander praefectos septem arcium regni persici munitissimarum, qui jam a Dârâbo defecerant, literis ad eos dimissis arces tradere jubet. Praefectus Tekrîtensis obedientiam falso promittit. Cursor hoc responsum ad Alexandrum referens Iberos advenientes videt et illum praemonet. Itaque fortiter excepti vincuntur; ex ducibus eorum captis Tenkûl et tres alii suspenduntur, ceteri ducibus graecis traduntur. Inde Tekrît expugnatur*). Ex reliquis illarum arcium postea astu capiuntur Qalʿaï-merdân et Qalʿaï-pûlâd. Hinc pergitur ad quartam, Qalʿaï Schuschter, cujus praefectus, Ćihil-pâï ʿIrâqensis, homo callidissimus, Alexandrum diu deludit. 9) Fol. 146 v. — 166 r. Tandem Ćihil-pâï, quum Alexandrum noctu in ipsius tentorio interfecturus est, capitur, sed Alexander et ipsi et militibus ejus ignoscit eosque suo exercitui adjungit.

*) Fol. 140 r. legitur, illam urbem a temporibus Alexandri ad tempora Muʿhammedis sexies incensam et restauratam esse, septimum a Timuro; inde adhuc desertam esse et usque ad Mehdii adventum fore; tum ultimum restauratum iri. Hinc aliquatenus aetatem libri conjicere licet.

Postea quinta arx, Qal'aï-mârân, astu Ćihil-pâiï capitur. Dum Alexander Seleuciam redit, alii hostes ingruunt, Ǵebelenses sive incolae Ǵebeli-kebîri, ducibus duobus fratribus, Ǵâlimo et Hischâmo. Sed primo impetu ambo capiuntur et exercitus eorum fugatur. Suspenditur Ǵâlim cum aliis, parcitur Hischâmo et ceteris. 10) Fol. 166 r. — 186 v. Ex filiis et fratribus, quos duces Ǵebelensium et sociorum domi reliquerunt, 'Anqâs et 'Anthâs, filii Hischâmi, ceteros ad cladem suorum ulciscendam convocant, quamquam ipse pater illorum ab Alexandro cum exercitu graeco ad regnum Ǵebeli-kebîri capessendum advenit. Multitudine hostium, quorum alii post alios ingruunt, Graeci paene opprimuntur, sed Alexander ad opem ferendam Seleucia accitus duobus proeliis rem restituit; nam priore illi ad radices montium suorum rejiciuntur, posteriore devincuntur, atque ex ducibus eorum captis quinque communem culpam suspendio luunt. 11) Fol. 186 v. — 205 r. Reliqui cum aliis ducibus antea captis coram Alexandro congregati vinculis exsolvuntur et in socios recipiuntur, Hischâmo regnum Ǵebeli-kebîri confirmatur. Postea in illis montibus venatus instituitur, in quo vix dici potest quot quantaque miracula visa sint. Seleuciam reversus Alexander ascetam quendam Cûfensem visit et bona consilia ab eo accipit. 12) Fol. 205 r. — 220 v. Dum Alexander Seleuciae commoratur, Saporem, regem Chorasaniae, adhuc contumacem esse accipit. Hinc nova expeditio ad illum subigendum. In eo itinere Alexander urbem Tebrîz condit. Sapor ei obviam proficiscitur. 13) Fol. 220 v. — 244 v. Primo congressu fortitudo Saporis et ducum ejus Alexandro admirationem injicit. Quum vero Sapor castra graeca noctu oppressum venit, Alexander a Chidhro monitus ejus impetum excipit. Certamine singulari confligunt Alexander et Sapor, item duodecim summi heroes graeci et totidem chorasanici. Tandem hi ab illis capiuntur; Sapor evadit, sed postea et ipse capitur: quibus omnibus Alexander ignoscit eosque sibi adjungit. Deinde Girîbân, magus chorasanicus in aspero monte habitans, quem ipse Sapor vinci posse negat, ab Alexandro infractis suppetiis Diaboli vincitur et necatur. Finis: اوستنه شمشیر اوشورب اول جادونك عمرنی كوتاه اتدلر اشنی بتوردلر . تمّت بعون اللّه تعالی وحسن توفیقه وصلّی اللّه علی سیّدنا محمّد وآله وصحبه اجمعین, cum jejuna appendice.

CCLXXXII.

[Ac. K. 124.]

Codex ab initio truncus, fol., foll. 305, char. nesta'lîq usque ad fol. 90 v., inde char. neschi: *Quintus decimus tomus Alexandreïdis*, eodem modo quo codex superior ex utraque oratione mixtus, sed in consessus non distinctus. Prima verba: ولی شیله جریدر كم كنش شعلسنه قرشو كوكلردكی شمع ثوابت مثال كورنر كوز قمشدرر . Ab initio Muschterî, rex heliopolitanus, شاه عین الشمس, cum Alexandro bellum init. Post multas demum clades Alexandrum victorem agnoscit, qui ei regnum fortissime defensum reddit. Diutius bella cum sociis Muschterii continuantur, sed exitus omnium idem est. His novis sociis auctus Alexander inde a fol. 160 v. alium hostem oppetit, Mifrâqum, regem 'Aqâri vel Ḏû'l-'aqâri, cujus pulcerrimam filiam, 'Hosni-zemân, Alexander amat. Finem facit clades a Mifrâqo accepta, propter quam Aqlâm Vezîrus ei suadet, ut auxilium a rege Hindostanico petat. Narrationibus de rebus gestis interpositae sunt, ut in codice superiore, scholae et disputationes virorum sapientium, qui Alexandrum comitantur, quorum princeps est Plato *). Finis: بو اتّفاق اوزره الچی صَلْبُ سكندر شاه جانبن كوزلدلر . تمّ المجلد خمسة عشر بعون اللّه الملك الوهّاب .

CCLXXXIII.

[Ac. K. 154.]

Codex turcicus, 4° min., foll. 28, char. diwani neschisi rudiore scriptus, passim aqua injecta maculatus, ita tamen ut nihil non possit legi. Exciderunt nonnulla folia post 20, 22, 24, 26, 27, post 28 cetera omnia. Est ابو مسلم حضرتلرینك التنجی جلدی, *volumen sextum fabulae epicae de Abû-Muslimo*, '*Abbâsidarum vindice*; vid. Catal. Dresd. Cod. 37. Initium: بیلورسن یوقدرر دهرك بقاسی . اجل دستنده در خلقك بقاسی. Argumenta: Fol. 1 v. — 6 r. Arx 'Antari regis a partibus Merwânitarum **) s. Châreǵitarum stantis ab Abû-Muslimo astu capitur, ipse 'Antar occiditur. Fol. 6 r. — 13 r. Inde Abû-Muslim Herâtam proficiscitur. Nafri Sejjâr, rex chorasanicus, a Sunnitis fugatus se Herâtam ad 'Abd-allâh Ibn-Esed, principem urbis, recipit. Sed factio sunnitica ducibus duobus fratribus, Muwaffaq et Muejjed, in urbe turbas movet et multa caede facta inde erumpit. Quum adversarii eos assecuti essent, ad collem acclinati tres dies fortiter resistunt, tandem a praecursoribus Abû-Muslimi liberantur, adversarii ad urbem rejiciuntur ***). Fol. 13 r. —

---

*) Dicitur Alexander expeditionibus suis etiam ad colligendum codicem historiae naturalis usus esse, ut fol. 99 r. lin. 10—12: سكندر اول جانوری كركی كبی كورب بیوردی شكلن عجایب مخلوقات كتابنه تصویر قلدلر, *Alexander quum illud animal grui simile esse vidisset, ejus formam in libro 'Aǵâibi-machlûqât pingi jussit.* Cf. Catal. Dresd. Cod. 68.

**) Sic asseclae Omajjadarum appellantur a Merwâno II, in quo illa dynastia exstincta est. Contra asseclae 'Abbâsidarum hic semper Sunnitae appellantur.

***) Fol. 12 r. lin. 10 inter amicos et comites Abû-Muslimi ille Abû-Sehl Mah-rûï (hic مهروی) fuisse dicitur, ad cujus auctoritatem in cod. Dresd. 37 tota narratio refertur.

16 r. Principes urbis a Nafri Sejjâro *) acerbis verbis ad virtutem stimulati erumpunt et pugnam instaurant, donec Nafri Sejjâr receptui cani jubet. Fol. 16 r. — 20 v. Utrinque castra ponuntur. Apud Nafri Sejjârum est quidam ex principibus Merwâni chalîfae, eo consilio ab hoc ad illum missus, ut ipse Abû-Muslimum, cui robur et fortitudo cognomen Gâw-bend fecerant, videret et qualis esset renuntiaret. Literis datis chalîfam terrore viri implevit. Noctu Nafri Sejjâr castra sub muros urbis recipit, Sunnitae autem eodem loco manent et tres dies quieti dant. Interea Ǵaʿdân Merwânitis auxilia ex Sîstânia adducit, item Ermîsch Ghûrî ex regno suo غوريں غورجه, qui, quum Sunnitae ad urbem movent, cum Nafri Sejjâr aliisque ex loco occulto duces eorum cum suis quasi pompam agentes spectat. Principes Merwânitarum formidine impleti servo literas ad Abû-Muslimum perferendas dant. Ibi narratio interrupta est. — Fol. 21 r. — 22 v. Exercitum sunniticum iterum illo modo praetervehentem cum ducibus Merwânitarum spectat novus advena, Thâhir. Hunc postea Abû-Muslim literis ad partes mutandas hortatur; sed qui literas perfert, homo truculentissimus, postquam immanitate sua turbas et caedem movit, capitur et in vincula conjicitur. Tum apud Merwânitas cum auxiliis adveniunt rex Jemenensis et Welîd, filius Merwâni, quem Sunnitae contemtim *Welîdi belîd*, Welîdum bardum, appellare solebant. Narratio denuo interrupta. — Fol. 23 r. — 24 v. Astrologus Merwânitas tempus docet, quo Abû-Muslimum commode vincant. Itaque post saevissimam pugnam heros cum aliis capitur et supplicium exspectat. Quomodo evaserit, nescimus, quoniam narratio post fol. 24 denuo interrupta est. — Fol. 25 r. — 26 v. Abû-Muslim cum exercitu bonorum daemonum arcem Ssarfari, mali daemonis, obsidet, qui Bihzâdum, gentilem Muʿhammedis ex posteris ʿHamzae fil. ʿAbd-el-mutthalibi, captivum tenet. ʿAbd-el-rahmân, bonus daemon, Abû-Muslimo cistam affert a Muʿhammede sibi commissam, quam Abû-Muslimo traderet Bihzâdum ex captivitate mali daemonis liberaturo. In cista sunt capilli Adami et indusium Abrahami cum literis, quibus Muʿhammed Abû-Muslimum, quo facilius daemones vincat, illos ad brachium religare, hoc induere jubet. Sic instructus Abû-Muslim conscenso equo alato daemones a Ssarfaro circum arcem constitutos adoritur eosque تورب وشالغم كبى, *ut raphanos et rapas*, concidit. Exitum pugnae intercepit jactura aliquot foliorum. — Fol. 27: Melek-zâd, novus hostis, postquam facinora spectavit, quae Abû-Muslim in milites suos edebat, ipse eum aggreditur: ex quo certamine uterque salvus discedit, sed tamen robur Abû-Muslimi, qui ictum clavae Melek-zâdi sola palma intercepit, Merwânitas etiam magis terret. Itaque Nafri-Sejjâr elephantos in hostes agi jubet. Hic nova lacuna. — Fol. 28: Merwânitis fusis Abû-Muslim duces ad consilium convocat, quo constituitur, ut bellum jam quatuordecim annos cum Nafri-Sejjâr gestum conficiatur. Itaque, dum Abû-Muslim castra ab hostibus deserta visit et praedam inde collectam inter suos distribuit, ceteri duces illos acriter persecuti Herâtam arctissime circumsidunt. Ultima verba: شهرى قات اندر قات قوشاتديلر كم قوش دخى اوچميه اندن مضراب سوردى.

*) Is de causa Omajjadarum jamjam desperans fol. 13 r. lin. 8 et 9 hanc lamentationem effundit: اى دريغا بوكز بلدم كيم دولت بزدن يوز چويردى بنى اميّه دورى تمام اولدى مروانيانوڭ يلدزى دوشدى, *Eheu! nunc fortunam a nobis faciem vertisse, tempora Omajjadarum ad finem pervenisse, stellam Merwânitarum occidisse novi.*

CCLXXXIV.

[Ac. K. 219.]

Codex turcicus, 4° min., foll. 303, char. diwani neschisi. Exciderunt et prima folia, et nonnulla post id, quod nunc primum est. Inest *Fabula epica de Sîdî Batthâl*; vid. Hammeri Hist. imper. osman., II, pag. 113, Hist. poës. osman., I, pag. 24, Catal. Dresd. Cod. 104 et 123. Ceterum quod Hammerus Batthâlum illis locis A. H. 121 (Chr. 738) interfectum esse dicit, ejus rei auctores habet Dehebium apud Herbelotum s. v. *Batthal*, et ʿHâǵî-Chalfam in tabulis chronologicis; sed hanc fabulam si sequimur, demum post illud tempus et natus et mortuus est, natus quidem seculo hiǵrae secundo, non tertio, ut dixi in Catalogo Dresdensi, mortuus vero tertio. Nam acerrimus Batthâli hostis dicitur fuisse Bâbek Pseudopropheta, quem tandem captum ad Moʿtafimum deduxerit; ille autem auctore ipso ʿHâǵî-Chalfa a Moʿtafimo necatus est A. H. 223 (Chr. 837—8). Item Batthâl Moʿtafimo, qui A. H. 227 (Chr. 842 ineunte) obiit, superstes fuisse et sub ejus successore demum interfectus esse dicitur. Argumentum totius fabulae in describendo Cod. Dresd. 104 summatim indicavi. Finis: سيّدوك عزاسن يرينه كتوردلر هر اقليمده ختملر ايتدلر جانى ايچون دعالر قلدلر، جهانوڭ وارلغى باذ هوادر. همان بوندن مراد اولان دعادر. والله اعلم بالصواب. Sequuntur bona vota pro iis, qui hunc librum habituri sint; tandem scriptus esse dicitur medio m. Dû'l-qaʿde A. H. 1050 (Chr. 1641).

CCLXXXV.

Fragmentum codicis arabici, 8° min., foll. 8 chartae bombycinae, char. neschi antiquiore, qui simillimus est illi, quo scriptus est Codex Gallandianus Parisiensis MI Noctium. Genus dicendi quoque idem est et patria libelli sine dubio Aegyptus. Continet *particulam fabulae epicae de Hârûn El-Reschîdo Chalîfa*. Prima verba: وبين من معه من ابطال بنى كلاب عن الباب. Fol. 1 r. — 4 v. Post cladem a Graecis acceptam Hârûn El-Reschîd cum ʿAbd-el-wahhâb, principe Kilâbitarum, Delhema, ejus uxore Amazonis instar bellicosa, Seif-el-ʿHanîfijje heroe,

et septem millibus militum Melitenem se recipit et ad Omar Ibn-ʿObeid-allâh, principem urbis, devertit. ʿAbd-el-wahhâb ʿOmarum coram Chalîfa reprehendit, quod cum El-Fadhl Ibn-El-Rebîʿo ex proelio fugerit, quum antea se, cujus fide Chalîfa nunc salvus sit, perfidiae insimulasset. ʿOmar injuriae veniam petit. Etiam Chalîfa Delhemae se excusat, quod in filium ejus minas jactaverit, et eam et maritum honorificentissime tractat. Deinde ʿAbd-el-wahhâb Qaraqylum ducem cum quinque millibus Nigritarum ob virtutem, quam in proelio praestiterint, laudatos et praemiis affectos ad certam militiam conducit, a Chalîfa autem, ne respublica rumoribus conturbetur, ea ipsa nocte quinque viros principes, qui civibus quid vere acciderit nuntient, in omnes partes dimittere jubetur. Hic post fol. 4 narratio interrupta est. — Fol. 5 r. — 8 v. Mubârek quidam ʿAbd-el-wahhâbo nuntiat, Kerkerum filium Ghaschmi exercitu hostili urbem Amul decem dies oppugnasse, deinde Abû-Muʿhammedem El-Batthâl (de quo codex superior est) ex urbe erupisse illumque laqueo eminus jacto cepisse *), copias autem ejus ad stipendia apud se merenda conduxisse; quo facto etiam Curdos ex pagis et campis ad eum commigrasse seque cum suis omnibus ei emancipasse. Quum autem pars exercitus Chalîfae ʿIrâqam versus fugiens ad urbem Amul venisset, Abû-Muʿhammedem iis omnia, quae secum haberent, in his fiscum Chalîfae, eripuisse, El-Fadhlum, qui inter eos esset, utpote sibi infensum, in vincula conjecisse, ex fisco autem centum millia denariorum inter Curdos distribuisse. Chalîfa ubi haec ab ʿAbd-el-wahhâbo accepit, superbiam hominis indignatus literas ad eum dat, quibus eum decies centena millia denariorum, quae in fisco supersint, cum Schûm Idrîs monacho et Schûma monacha ad se mittere jubet; convenisse enim se inter et imperatorem graecum, ut duae istae belli faces ei puniendae dederentur. Ita se et illa centum millia denariorum et urbem Amul ei condonare; si vero jussa non protinus efficiat, se cum maximis copiis et summis heroibus adversus eum affore, Curdos autem contra ʿAbbâsidas non esse pugnaturos. Deinde imperatorem graecum de his rebus certiorem facit eique indicat, penes quem sint ii, quos exposcat. Finis: انّ الناس الّذى بتطلبهم هم فى قبضة الّذى سرقهم من بلد الروم وقد.

*) Talis laqueus arabice وهق dicitur, persice كمند. De eadem re verbum est اوهق, quod Lexica non habent; ut fol. 5 v. lin. 6 et 7: فاخذه ابو محمّد اسير من غير قتال ولا نزال بل اوهقه, *Itaque Abû-Muʿhammed eum sine pugna aut certamine, sed laqueo jacto cepit*, pro quo lin. 4 est اخذه بالوهق.

CODICES ORATIONIS COPIOSAE ORNATAEQUE EXEMPLA ET SUPELLECTILEM PRAEBENTES.

CCLXXXVI.

Codex arabicus, 8°, foll. 228 chartae orientalis variorum colorum, char. neschi: *Consessus ʿHarîriani.* Nomina a rubricatore iis non sunt inscripta; sed gravius est, quod permulta folia e codice diligenter scripto exciderunt. Lacunas sic indicavi, ut binis foliis, inter quae unum vel plura desunt, copulatis ultimum verbum prioris et primum posterioris posuerim, adscripserim autem folia et lineas editionis Sacyanae. Fol. 72 وربّ, fol. 170 lin. 6: fol. 73 فقادنى, fol. 180 lin. 1. — Fol. 86 حتّى, fol. 211 lin. 6: fol. 87 ابن عبيد, fol. 213 lin. 6. — Fol. 92 وتقدر, fol. 231 lin. 4: fol. 93 وأراه, fol. 233 lin. 5. — Fol. 93 بهت, fol. 236 lin. 3: fol. 94 ان امونه, fol. 238 lin. 4. — Fol. 96 نصب, fol. 244 lin. 7: fol. 97 ثمّ شمخ, fol. 247 lin. 1. — Fol. 99 عام, fol. 251 lin. 14: fol. 100 الواو, fol. 252 lin. 10. — Fol. 102 استطاع, fol. 256 lin. 4: fol. 103 عنك, fol. 267 lin. 4. — Fol. 105 اليك, fol. 277 lin. 8: fol. 106 عن متن, fol. 279 lin. 6. — Fol. 113 وعرين, fol. 292 lin. penult.: fol. 114 وكنت, fol. 294 lin. 3. — Fol. 120 وها, fol. 315 lin. 1: fol. 121 شعاعا, fol. 317 lin. 2. — Fol. 122 inscriptio consessus tricesimi, fol. 322 lin. 4: fol. 123 ايضاح, fol. 342 lin. 4. — Fol. 124 فاصدع, fol. 347 lin. 7: fol. 125 شهادته, fol. 360 lin. 3. — Fol. 126 واقرى, fol. 363 lin. 5: fol. 127 r. لم اباك, fol. 380 lin. 5. — Fol. 166 ملغزا, fol. 478 lin. penult.: fol. 167 ما لى, fol. 480 lin. ult. — Fol. 187 وبقال, fol. 520 lin. 2: fol. 188 بن مهرة, fol. ejusd. lin. penult. — Fol. 189 قاضى, fol. 522 lin. 12: fol. 190 r. وكنت, fol. 524 lin. 8. — Fol. 203 الطمع, fol. 555 lin. 3: fol. 204 للقيام, fol. 557 lin. ult. — Fol. 209 ولو, fol. 567 lin. ult.: fol. 210 ايّها, fol. 570 lin. 4. — Fol. 222 وبعده, fol. 599 lin. ult.: fol. 223 فودّعته, fol. 601 lin. 6. — Subjunctae sunt fol. 224 v. — 227 r. duae epistolae genere dicendi ʿHarîriano insignes, quarum prior in omnibus verbis literam س habet, posterior literam ش. Prior be-

neficia petit et gratias laudesque promittit, posterior has persolvit. Illa sic incipit: باسم القدّوس استفتح ' وباسعاده, haec sic: ' بارشاد المنشى ' انشى شغفى ' استنجح. Sed inter fol. 226 et 227 unum excidit cum eoque pars epistolae posterioris proxima ante finem. Fol. 228 r. Aʿhmed Ibn-Muʿhammed El-Selâmî, qui vulgo Ibn-Eghrîbôzlî appellabatur, testatus est se hunc codicem per Scheich ʿAbd-el-ʿhajj El-Selîm ex codice, qui coram ipso ʿHarîrio praelectus esset, describendum curasse.

CCLXXXVII.

[Pf. K. 24.]

Codex turcicus arabicus, 8° max., foll. 122, char. neschi.

1) Fol. 1 v. — 33 v. *Maʿhmûd Ibn-Muʿhammedis Anthologia sententiarum.* Fol. 1 r. inscriptio: فى علم المحاضرات والادبيّات والاحاديث الشريفة النبويّة الباهرات الساطعات. Fol. 1 v. et 2 r. index trium et viginti tractatuum, مقالات, in quos liber divisus est. Fol. 2 v. et 3 r. ingressio et praefatio, in qua scriptor nomen suum et causam consiliumque libri a se collecti edit. 1) Fol. 3 r. — 9 v. sententiae de Deo uno cognoscendo et profitendo, de religione et bonis operibus. 2) Fol. 9 v. — 19 r. sententiae de moribus honestis et inhonestis. 3) Fol. 19 r. — 28 r. sententiae de disciplinis et literis et de earum cultoribus. 4) Fol. 28 r. — 33 v. sententiae de iis quae reges et viros principes decent. In hoc tractatu liber abruptus est.

2) Fol. 34 r. — 44 v. Varia turcica et arabica: epistolae, acta judicialia, quaesita et responsa de jure, traditiones, chronosticha, sententiae, versus, formulae pharmaceuticae, amuleta. Eminet inter cetera fol. 34 r. — 35 v. epistola turcica de origine et praestantia cujusdam equi arabici, cujus nomen gentile erat Mulûkî, nomen matris Scheicha; fol. 40 r. — 41 v. epistola arabica a Pîrî-Beg, judice Tunetis, ad judicem Mizistrae data, qua judicem Calamatae gravissime accusat et ut homo ab illo oppressus et in carcerem detrusus liberetur petit; fol. 41 v. ejusdem Pîrî-Begi *waqf-nâme* s. *waqfijje*, i. e. literae arabicae datae ineunte Ramadhâno A. H. 1009 (Chr. 1601), quibus confirmatur, Chidhr-Pâscham pro manibus Ramadhân-Pâschae, generi sui, templo Tunetano, *Ǵâmiʿ-el-qasr*, codicem Corani legasse; fol. 42 r. in margine *Iʿtâq-nâme*, i. e. literae arabicae datae ineunte Ǵumâdâ priore A. H. 970 (Chr. 1562 vel 1563), quibus confirmatur, Suleimânum I quendam servorum suorum, Musthafâ Ibn-ʿAbd-allâh, qui vulgo Bâgh-oghlânî appelletur, manumisisse; fol. 42 v. et 43 r. epistola arabica, qua is, qui hunc codicem scripsit, ʿHasan Ibn-Resûl, Pîrî-Bego, cujus primum scriba, deinde in munere judicis Tunetani successor fuit, Ibrâhîmum quendam commendat, qui ex Melite Tunetem venerit et Moslemus factus sit, postea procurante viro sanctissimo, Abû'l-ghaiϑ Qasschâsch El-Tenûsî, uxorem duxerit et religiosissime vixerit, nunc autem a Pîrî-Bego petitum eat, ut documentum quoddam judiciale subscripto nomine confirmet.

3) Fol. 45 r. — 94 v. *Liber de syntaxi arabica*, sic inscriptus: مجموعة من اصول النحو ومن فروعه طَرْفا وظُرْفا ' الحاصل من حقيقة الاعراب فى ستّة اصول وعدّة ابواب. Sed hanc inscriptionem proxime sequuntur qualia supra vidimus; ipse liber demum fol. 46 v. sic incipit: الحمد لله ولىّ الانعام ' والصلاة على محمّد وآله الكرام ' وقد دعتنى اشارة المجلس السامى الاجلّ المعينىّ الغربىّ المنتجىّ زاده الله شرفا ومجدا الى أن اجمع من اصول النحو طَرْفا ' ومن فروعه ظُرْفا '. Post praefationem positus est index sectionum et capitum. Sectio prima capitum sex, fol. 48 r. — 55 r., في المقدّمات; secunda capitum duodecim, fol. 55 r. — 63 r., في المرفوعات; tertia capitum quindecim, fol. 63 r. — 74 v., فى المنصوبات; quarta capitum sex, fol. 74 v. — 80 r., فى المجرورات والمجزومات معا; quinta capitum quinque, fol. 80 r. — 83 v. في التوابع; sexta capitum quatuor, fol. 83 v. — 94 v. في ابواب خارجة عن الاعراب. In marginibus adnotationes adjectae sunt. Opus absolvit aut scriptor, aut librarius, d. 18 m. Δû'l-ʿhiǵǵe A. H. 1016 (Chr. 1608). Fol. 95 r. — 96 r. varia notata sunt, qualia supra et per totum codicem passim in marginibus et alibi.

4) Fol. 96 r. — 119 r. *Aʿhmed Ibn-Musthafae, vulgo Leâlii, Institutiones de formis et flexionibus linguae arabicae*, قوانين الحرف لمولانا لألى افندى. Initium: الحمد لله الّذى وهب لنا سبيل الصواب ' والصلاة على محمّد الّذى منع عن الاذناب '. In praefatione scriptor nomina et suum et libri indicat. Abruptus est ab initio sectionis de conjugatione verborum. Atque etiam post fol. 106 aliquid excidit, id quod jam ab homine orientali, qui numeros foliorum adscripsit, in summo fol. 107 turcice notatum est. In marginibus adnotationes adjectae sunt. Fol. 119 v. — 122 v. varia.

CCLXXXVIII.

[Ac. K. 254.]

Codex arabicus, 8° max., foll. 21, char. neschi scriptus, totus lacer et truncus.

1) Fol. 1 r. — 15 v. *Sententiae variorum auctorum ad ordinem numerorum in iis commemoratorum dispositae.*

Nota est illa forma sententiarum orientalium: Unum est quod, duo sunt quae non, cet. Prima igitur sectio eas sententias complectitur, quae de singulis rebus sunt, secunda eas, quae de binis, et sic deinceps. Initium excidit; prima nunc verba: لبعضهم ما اعجب الاشياء ثقال شيء واحد وهو قلب عرف الله ثم عصاه. Post fol. 8 finis sectionis quartae et initium quintae excidit; item post fol. 10 plura folia evulsa sunt. Fol. 15 in sectione decima desinit; cetera desunt.

2) Fol. 16 r. — 21 v. *Opusculum asceticum*, ab initio truncum. Prima verba: والحجّ والصدقة والعتق والجهاد وجميع الحسنات التى تبقى لاهلها فى الجنّة ما دامت السموات والارض. Sunt haec ex sectione secunda de ذكر الله. Fol. 16 v. sectio tertia فى بيان معانى الاذكار, ubi quaeritur, num et quatenus necessarium sit, ut qui Coranum vel precationes recitent, sensum eorum, quae recitent, intelligant, et secum reputent, quid talis recitatio valeat et mereat. Sed finis hujus sectionis et initium quartae exciderunt. Fol. 17 in media sectione quarta incipit, ubi quaeritur de quaestu et victu Ascetarum. Fol. 18 r. sectio quinta de usu lacernae asceticae, العباء, non solum legitimo, sed etiam eximie pio. Fol. 20 r. epilogus, خاتمة المختصر, de officio mortis recordandae suique ad eam praeparandi. Finis: اقول الحاصل انّ المواظبة على فرايض الله تعالى وسنن رسوله صلعم هى الاستعداد للموت وهو زاد الآخرة فانهم راشدا يا موفّق ، والحمد لله على التمام ودله افضل السلام (sic). Opus absolvit aut scriptor, aut librarius, exeunte m. Rebiʿ priore A. H. 1082 (Chr. 1671). Fol. 21 v. traditiones propheticae in fine abruptae. In marginibus turcica adscripta sunt et nonnulla arabica; in illis fol. 18 v. et 19 r. sunt duae ghazelae Sulthâni Aʿhmedis.

CCLXXXIX.

[Ac. K. 217.]

Codex turcicus, 8° max., foll. 163, char. neschi. Primam paginam, quae exciderat, Acoluthus restituit ex alio exemplo, quod MS. vel Cod. Sebischianum appellat; ex eodem nonnullas alias scripturas excerpsit. Sunt *laudes Dei, prophetarum, sanctorum, summorum doctorum*, oratione partim soluta homoeoteleutis conclusa, partim metrica. Initium: حمد نا معدود ، وثناء نا محدود ، اول حضرته سزاوار در كه هر ذرّه موجود ، وهر داخل دايرهٔ وجود ، اول حضرتك وجوب وجودنه دليل قاطع در. Hic locus de Deo, in quem tota theologia muʿhammedana, etiam mystica, inclusa est, usque ad fol. 119 v. pertinet. Fol. 119 v. — 140 r. laudes septem summorum prophetarum: Adami, Idrîsi, Noae, Abrahami, Mosis, Jesu, Muʿhammedis. Fol. 140 r. — 146 v. laudes Abû-Bekri, ʿOmari, ʿOϑmâni, ʿAlii, Hasani, ʿHoseini, ʿHamzae, ʿAbbâsi, hinc summatim laudes reliquae familiae reliquorumque sociorum Muʿhammedis. Fol. 146 v. — 163 r. laudes Abû-ʿHanîfae, Schâfiʿî, Mâliki, Ibn-ʿHanbeli, hinc summatim reliquorum sanctorum et summorum doctorum, maxime mysticorum, ex quibus scriptor ultimum singularibus laudibus ornat magistrum suum, Scheich Abûʿl-Wefâ Ibn-El-Wefâ, quem rogat ut se in animo emendando adjuvet, spiritum sanctimoniae in se transfundat, ad perfectionem asceticam se perducat. Postremo Deum de illo precatur: خدا اتسون اكا بيك درلو رحمت • يازلسون آلننه خطّ سعادت• دعايى اوقيوب اتمايه اثمال• روان كاتبه ايليه ايصال • . Scriptionem hujus exempli absolvit Maʿhmûd Ibn-Aʿhmed in urbe Fünfkirchen (فى نفس پچوى) ineunte Ǵumâdâ priore A. H. 1029 (Chr. 1620).

CCXC.

[Pf. K. 132.]

Codex turcicus, fol., foll. 163, char. vario: من منشآت المرحوم خواجه افندى وغيره, *Quaedam epistolae Chôǵâ Efendii* (Saʿd-el-dîni, celeberrimi scriptoris historiae osmanicae; vid. Hammeri Hist. poës. osman., III, pag. 98—101) *et aliorum*. In tribus primis foliis varia notata sunt; epistolae, quarum pleraeque publicae sunt, fol. 3 v. incipiunt. Nonnullas Hammerus in Hist. imper. osman. commemoravit, plures adhuc latent. Quum volumen hujus libri pacto constitutum ne graviorum quidem argumenta capiat, ea persequar in *Serapeo*, quod editur a Naumanno nostro.

CCXCI.

[Ac.]

Codex turcicus, 8° maj., foll. 25, char. sijaqa et diwani neschisi: *Duae et quinquaginta epistolae.* Ante eas varia notata sunt. Initium faciunt duae epistolae regiae, quarum priore Suleimân I ineunte Ǵumâdâ posteriore A. H. 946 (Chr. 1539) Sulthâno Aʿhmedi fil. Ibrâhîmi nuntiavit, Bâjezîdum et Ǵihângîrum, filios suos, medio Reǵebo circumcisum iri (vid. Hammeri Hist. imper. osman., II, pag. 159); posteriore, quam A. Chr. 1525 scriptam esse ipsum argumentum docet, idem Thamaspo, regi persico, bellum indixit (vid. Hammeri id. lib., II, pag. 44 et 45). Ceterae partim publicae sunt, partim privatae.

CCXCII.

[W. K. 151.]

Codex turcicus, 8° lat., foll. 66, char. diwani: *Epistolae*, quarum plures publicae sunt, pauciores privatae.

CODICES ENCYCLOPAEDICI.

CCXCIII.

[Pf. K. 230a.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 217, char. nesta'lîq: *'Abd-el-ra'hmân Ibn-Mu'hammed Ibn-'Alí Ibn-A'hmed El-Hanefí 'El-Besthâmii* الفوايح المسكيّة فى الفواتح الملكيّة, de quo libro dixit et indicem capitum, non sine erroribus, germanice reddidit Hammerus in catalogo librorum mss. suorum, in appendice voluminis 83 Annalium literaturae Vindobonensium, pag. 12—15*). Initium post *besmelam:* وفيه درّة ابكار الافكار، وغرّة افكار الابكار. Cognomen El-Besthâmii non urbs natalis scriptori fecit, sed ordo derwîschorum ab Abû-Jezîdo Besthâmensi institutus, in quem adscriptus erat; ut in praefatione est, fol. 5 lin. 12 et 13: الحنفىّ منسكا البسطامىّ مسلكا, et in fine, fol. 217 r. lin. 13 et 14: الحنفىّ مذهبا البسطامىّ مشربا, quocum convenit quod fol. 154 r. lin. 10 et 11 derwîschos sic alloquitur: ايّها الاخوان البايزيديّون والجنيديّون والقادريّون والسهروردّيون. Saepe cognomine النخّاب utitur, ut fol. 4 r. lin. 6 et 7: قال مؤلّف الكتاب عبد الرحمن بن محمّد النخّاب. Librum, cujus materiam secundum fol. 5 v. lin. 9 et 10 inde ab A. H. 795 (Chr. 1392—3) collegerat, exeunte *Dû'l-higge* A. H. 844 (Chr. 1441) finitum dedicavit Sulthâno Murâdo II, id quod fol. 13 r. et v. significat, claris autem verbis dicit ab initio cap. 28, fol. 170 r. lin. 3 sqq. Ceteros libros inde ab A. H. 805 (Chr. 1402) a se scriptos in cap. 85 enumeraturus erat; sed quum ex centum capitibus, quorum indicem huic libro praemisit, tantum triginta priora perfecerit, illo catalogo caremus**). Inveni tamen hos: fol. 2 r. lin. 8—10 se A. H. 842 (Chr. 1438—9) scripsisse dicit رشح عيون الذوق فى شرح فنون الشوق; fol. 30 v. lin. 9 et 10 se argumenta capitis 8, quod de chronologia est, brevius repetiisse dicit ex libro suo كتاب من ظهر بغرر الفوايد واتى من بحر فتوحاته بدرر الفوايد; fol. 155 v. lin. 3, post commentationem de rebus novis in religione, se eam brevius repetiisse dicit ex libro suo منهاج الرشاد. Diu Qâhirae habitaverat, ut est fol. 67 r. lin. 8; hunc autem librum, certe prolegomena ejus scribens, Prusae erat, secundum distichon fol. 12 r. lin. 7 et 8: فقير ومسكين الى روم زائرا • دُعِى عبد رحمن المقيم ببرصة •. Argumenta: Fol. 1 v. — 8 v. praefatio, quae indice centum capitum finitur. Fol. 8 v. — 16 r. *muqaddime:* fol. 8 v. — 13 r. de cultu et divisione disciplinarum, de praestantia theosophiae, de hoc libro assidue legendo, de erroribus scriptori ignoscendis; fol. 13 r. — 14 r. de causa hujus libri scripti, i. e. literis et colloquio Sulthâni Murâdi II, cui eum dedicat; deinde librum omnibus iterum commendat et Deum precatur, ut dignos ad eum legendum adducat, indignos ab eo arceat*); fol. 14 r. — 16 r. index centum quadraginta quinque disciplinarum, quas hic liber complectitur, cum epilogo. Capita: 1) Fol. 16 r. — 18 r. de *besmela* et arcanis ejus virtutibus et viribus. 2) Fol. 18 r. — 20 r. de surata prima et arcanis ejus virtutibus et viribus. 3) Fol. 20 r. — 21 v. de throno divino majore, العرش, minorem, الكرسىّ, et cetera omnia complectente ac per 71,000 annos totum zodiacum inde a Libra usque ad Virginem ita circumeunte, ut simul imperium mundi ab aliis signis ad alia transeat. Hic interposita est delineatio mundi ad sententiam theosophorum, in qua etiam judaicus ille Metatron apparet. Quum enim totum quadratum novem orbes concentricos mundi includens duabus lineis in quatuor quadrata minora aequaliter dissectum sit, in quadrato sinistro inferiore orbi extremo inscriptum

---

*) Pro الملكيّة in nomine libri exemplum Hammerianum habet المكّيّة, ut de hoc ipso libro in nostro exemplo est fol. 11 v. lin. 12, in Cod. CCXCIV fol. 9 r. lin. antepenult.: مسكيّات فوايحها ومكّيّات فواتحها; item ab initio cap. 2 in utroque exemplo: الحمد لله الّذى فواتح آياته مكّيّة وفوايح دلالاته مسكيّة. Solet enim scriptor singula capita velut libros auspicari, nonnullis etiam propria nomina dedit.

**) Falsam, puto, scripturam sui codicis secutus Hammerus in argumento capitis 85 posuit: „*der Bücher, welche verfasst von dem J.* 158 (774), *bis zu dem Jahre, wo dieses Buch geschrieben worden, nämlich* 844 (1440)." Uterque nostrorum codicum, hic fol. 7 v. et 8 r., alter fol. 6 v., perspicue haec habet: فهرست اسماء الكتب الّتى الّفها مؤلّف هذا الزهر الفايح والبدر اللايح عبد الرحمن بن محمّد من سنة خمس وثمان مأئة الى السنة الّتى الّفتُ فيها هذا الكتاب وهى سنة اربع واربعين وثمان مأئة.

*) Non omnia convenire omnibus, in fine hujus partis arguta similitudo docet: نوع من الخنفساء اذا دفن فى الورد الاحمر مات وان دفن فى السرجين عاش, *Scarabaei quidam, si in rubicundas rosas abduntur, pereunt, si in stercus, vivunt vigentque.*

est: ميططرون تحت الكرسيّ المحيط وعن يساره ميططرون وعن يمينه ميططرون, *Metatron sub solio mundum cingente est, item a sinistra ejus Metratron est, item a dextra Metatron;* in quadrato dextro superiore autem eidem orbi hoc inscriptum: حيّة مُحْدقة بالعرش تطلب تأخذ برأسها ذنبها والفلك يدور بها ١٢ برّجا, *Anguis thronum divinum circumdans, capite suo caudam suam prehendere studens, quem revolutio sphaerae per duodecim signa circumducit.* Sequitur ordo et descriptio naturarum et rerum creatarum continuaturque per cap. 4, fol. 21 v. — 23 r., cap. 5, fol. 23 r. et v., cap. 6, fol. 23 v. — 26 v., cap. 7, fol. 26 v. — 27 v. 8) Fol. 27 v. — 30 v. de chronologia. 9) Fol. 30 v. — 38 r. de legatis divinis, prophetis et sanctis temporum antiquorum. 10) Fol. 38 r. — 43 v. de rebus ultimis, resurrectionem et judicium proxime antecessuris. 11) Fol. 43 v. — 68 v. de summis theologis et potentissimis regibus, qui singulis saeculis higrae usque ad nonum exstiterunt. Saeculo decimo Imâm Muʿhammed Ibn-ʿAbd-Allâh El-Mahdî cum eoque finis mundi promittitur. 12) Fol. 68 v. — 75 v. de animo per ascesin enecando et ad novam vitam resuscitando, ut totus in Deum abire possit. 13) Fol. 75 v. — 83 r. de geographia atque ethnographia. Delineatio orbis terrarum minor est fol. 76 v., major fol. 77 r.; utraque Meccam in medio sitam ostendit. 14) Fol. 83 r. — 96 r. in duos libros, كتابين, divisum: priorem, fol. 83 r. — 93 v., de arte regnandi, de virtutibus regalibus, de scientiis quae familiaribus regum necessariae sunt; posteriorem, fol. 93 v. — 96 r., de urbibus occultis, in quas fere non nisi homines eximiae sanctitatis intrarunt, ut *Medinet-el-aulijâ, Medinet-el-noʿhâs, Medinet-Irem ðât-el-ʿimâd, Medinet-el-nesr, Medinet-el-ʿoqâb.* 15) Fol. 96 r. — 98 v. de literis quibus variae gentes ad scribendum utuntur, item de iis, quibus Patriarchae et Prophetae usi esse dicuntur. Alphabetum syriacum perscriptum est fol. 96 v., armeniacum fol. 97 r., scilicet utrumque admodum corruptum. Promisit scriptor etiam tabulam alphabeta duarum et septuaginta linguarum complectentem, sed in nostro quidem exemplo spatium fol. 98 r. ejus causa relictum vacat. 16) Fol. 98 v. — 109 r. de rerum principiis, inventoribus, auctoribus; ut fol. 105 r. lin. 3 et 4: اوّل من ترجم التوراة الى اللغة العربيّة حنين بن اسحق العبادىّ, *Primus Pentateuchum in linguam arabicam transtulit ʿHonein fil. Isaaci ʿIbâdita,* non diversus ab eo, quem aliunde novimus; nam fol. 103 r. lin. 5 et 6 sic est: اوّل من عرّب الكتب اليونانيّة حُنَيْن بن اسحق النصرانىّ العبادىّ وهو ايضا اوّل من عرّب كتاب اقليدس وكتاب المجسطى ومات سنة ستّين ومأتين, *Primus libros graecos arabice reddidit ʿHonein fil. Isaaci, Christianus, ʿIbâdita; idem primus arabice reddidit librum Euclidis et Almagestum. Mortuus est A. H.* 260 (Chr. 873 — 4). Fol. 105 v. lin. 1—2: اوّل من وضع النردَ اردشير بن بابك الفارسىّ اوّل من جمع كتب الفلسفة اليونانيّة وامر بنقلها الى اللغة الفارسيّة سابور الثانى وفى ايّامه اسْتُخرِج العود, *Primus nerdiludium docuit Ardeschîr fil. Bâbeki Persa. Primus libros philosophorum graecorum collegit et in linguam persicam transferri jussit Sapores II. Eodem regnante barbitum inventum est.* Ibidem lin. 5—6: اوّل من وضع الشطرنج صصّة بن داهر الهندىّ واسم الملك الّذى وضع له الشطرنج شهْرام, *Primus schahiludium docuit Ssiffa fil. Damiri Indus. Regi autem, cujus causa illud invenit, nomen erat Schahrâm.* Idem paene iisdem verbis dicitur fol. 112 v. lin. 5—7*). Fol. 108 r. lin. 7—8: اوّل من اتّخذ الحمام بالشأم لنقل البطايق والاخبار نور الدين الشهيد, *Primus columbis ad transferendos codicillos et nuntios usus est Damasci Nûr-el-dîn martyr.* Verbum *bathâïq* ex graeco πιττάκια factum est. 17) Fol. 109 r. — 115 r. de antiquis philosophis, theosophis, mathematicis, astronomis, astrologis, medicis, physicis, ut de Hermete Trismegisto, Âsafo fil. Berachjae, Vezîro Salomonis, Plinio, Zoroastre, Ǵâmaspo, Loqmâno, Pythagora, Thalete, Anaxagora, Anaximene, Hippocrate, Socrate, Platone, Aristotele, Porphyrio, Theophrasto, Dioscoride, Andromacho, inventore theriacae, Archimede, Euclide, Galeno, Paulo Aegineta, Ptolemaeo, et de libris et inventis eorum. Hic omnia fabularum plena. Plinius, بليناس, doctor Alexandri Bicornuti fuisse dicitur, Paulus medicus cum Paulo apostolo confunditur, al. 18) Fol. 115 r. — 119 v. de summo nomine Dei, *el-ism el-aʿzham.* 19) Fol. 119 v. — 122 r. de confessione Dei unius: *lâ ilâh illâ'llâh.* 20) Fol. 122 r. — 133 v. de visionibus Muʿhammedis in somnis. 21) Fol. 133 v. — 139 r. de visione Dei in vita futura. 22) Fol. 139 r. — 140 v. de visionibus et miraculis, quibus Diaboli et Daemones, Deo et angelis assimilati, Ssûfios decipiunt. 23) Fol. 140 v. — 142 r. de viris eximie piis et doctis, qui Deum in somnis viderunt. 24) Fol. 142 r. — 146 v. de viris piis et doctis et aliis, qui in somnis a Muʿhammede consilia et auxilia acceperunt. His nonnulla praemisit de somniis occulta et futura indicantibus et de interpretatione eorum, item de itinere nocturno Muʿhammedis per coelos. 25) Fol. 146 v. — 149 v. de variis gradibus visionum, quae Ssûfiis et vigilantibus et dormientibus et inter utrumque mediis contingunt, et de interpretatione earum. 26) Fol. 149 v. — 153 r. de miraculis quae

*) Fol. 9 r. lin. 7—10 Barzeweih, برزويه الحكيم, quem Barzûje appellare solemus, schahiludium perfectum denorum in longitudinem et in latitudinem loculorum cum libro Kelile we-Dimne ex India ad Nûschirwânum, regem Persiae, retulisse, illud autem, quod Ssiffa fil. Dâmiri Schahrâmum regem docuerit, tantum octonorum loculorum fuisse dicitur.

Mu'hammed post mortem edidit et viris sanctis per somnum ostendit, qui expergefacti rem veram esse invenerunt *). 27) Fol. 153 r. — 169 v. de haeresibus islamicis. 28) Fol. 169 v. — 178 v. de theosophia, الحكمة الاشراقيّة (vid. pag. 506 col. 1 adnot.), diversa a scientiis exotericis, الحكمة التعلّميّة, quam colunt الصوفيّة et الحرفيّة, i. e. ii qui arcana in literis et numeris coranicis latentia scrutantur, qui quibus rebus a Ssûfiis differant, quibus non differant, exponitur fol. 175 r. lin. penult. sqq. 29) Fol. 178 v. — 203 r. de asseclis Dei et asseclis Diaboli, ex quibus illos, i. e. summos doctores islamicos, capite priore fol. 178 v. — 191 v. persequitur, hos, i. e. pseudoprophetas et haeresiarchas, posteriore fol. 191 v. — 203 r. In fine hujus capitis inde a fol. 198 r. scriptor ſûfismum verum dedita opera contra adversarios defendit cumque a falso distinguere docet. 30) Fol. 203 r. — 217 r. de tota ratione ſûfica et ascetica. Primum propter necessitatem praeceptorum ſûficorum multos falsos praeceptores exstitisse docet; itaque ne quis ab iis decipiatur, se sententias a veris praeceptoribus acceptas septem partibus hujus capitis expositurum esse dicit, quarum argumenta praemittit. Sed antequam ad eas accedat, se ipsum impudentissime laudat, se eloquentissimum et sapientissimum jactat, post mortem demum se digne laudatum iri sibi promittit. a) de duplici hierarcha: قطب الارشاد, summo praeceptore ſûfico, hominibus suae aetatis noto, et قطب الأبدال, antistite τῶν رجال الغيب (cf. pag. 492 col. 2 lin. 4 sqq.), plerisque ignoto. b) de vi paraenesis ſûficae tanta, ut multi per eam exanimati, in rerum natura autem miracula effecta sint **). c) de necessitate praeceptoris ſûfici, de iis quae in eo requiruntur, de studiis doctrinae theologicae discipulo ſûfico necessariis. d) de Ibrâhîmo Kirmânensi, Ssûfio caeco, qui in spelunca Libani habitans et corpus animumque severissima disciplina subigens ab ave nutriebatur, feras ad ministeria promtas et daemones moslemicos recitandi Corani discipulos habebat, adspectui hominum studia sua interpellantium, quum vellet, a Deo subducebatur, tandem a Sanctis divinitus ex toto orbe convocatis sepultus est. c) de iis qui discipulo ſûfico vitandi sunt, partim falsis praeceptoribus, partim totis familiis ſûficis: *El-Melâmijje*, *El-Qalenderijje*, *El-'Haiderijje*, *El-'Harîrijje*, quibus alii hos adjungunt: *El-Jûnusijje*, *El-Ġâġîrijje*, *El-'Adedijje*, *El-'Haremijje* (fortasse *El-Churremijje*), *El-Refâ'ijje*, *El-'Hairânijje*, *El-Selsânijje*, *El-Bedewijje*, *El-Ssûfijje el-'hulûlijje*, i. e. eos Ssûfios, qui Deum ipsum in sua pectora descendere ibique habitare perhibent, quem Dei ἐνανθρώπησιν, الحلول, doctores orthodoxi exsecrantur. Deinde docetur, quibus indiciis boni Ssûfii cognoscantur, quibus mali *). Tandem narratur, quomodo quidam ſûfismi studiosus, postquam falsus praeceptor eum omnibus bonis terrestribus exuerit et tamen ejus desiderium explere animumque ad Deum adducere non potuerit, a sanctissimo Scheicho, 'Abd-el-rezzâq El-Schâthibî, voti compos factus sit. f) de poenitentia, التوبة, prima statione ſûfica; de poenitentia vicaria praeceptoris pro discipulo, per quam hic, quum aliquid deliquit, a Deo veniam consequitur atque in integrum restituitur; de auctore hujus sententiae: من لم يعرف امام زمانه مات ميتة جاهليّة, *Qui antistitem* (summum praeceptorem ſûficum) *sui temporis ignorat, paganus moritur*; de existimatione disciplinae ſûficae jam aetate El-Suhrewerdii (mort. A. H. 632, Chr. 1234—5) a falsis Ssûfiis paene pessumdata; de virtutibus praeceptori ſûfico necessariis. g) de cupiditate, quae nunc multos praeceptores invaserit, numeri discipulorum quam maxime augendi et opum comparandarum; de duodecim virtutibus ex sententia Ġuneidi Baghdâdensis praeceptori necessariis; de praeceptoribus statum aliquem ſûficum, حالا من الاحوال, in quem discipulorum volunt transferentibus et quasi transfundentibus, idque aut tactu, aut amplexu, aut osculo, aut tradenda veste, aut ita ut praeceptor subtentae vesti discipuli ea, quae in hunc transferre vult, immurmuret, deinde hic vestem collectam pectori applicet vel eam induat; de Deo Ssûfios in statione inferiore versantes interdum per speciem altioris tentante;

*) Hoc ipsa inscriptio capitis clarissime indicat: فى معرفة مَنْ شهد آيات النبىّ عم فى رؤيا المنام من الاولياء والصالحين الاعيان فجاءت كفلق الصبح فى عالم العيان, quae quomodo apud Hammerum in haec verba abire potuerit: „*Von den Zeugnissen des Propheten hierüber*,“ difficile intelligeretur, nisi duo essent verba: شهد et النبىّ.

**) Ab initio hujus partis vera et nervosa sententia est haec: اعلم انّ الوعظ اذا خرج من القلب وقع فى القلب واذا خرج من اللسان لم يتجاوز الآذان, *Paraenesis quum ex corde proficiscitur, in cor descendit, quum ex lingua, in auribus haeret.*

*) من ادّعى انّه خلّص مع اللّه ضميره ونال رتبة فى الحقيقة وانّه تنزّه عن الشريعة وسقط عنه التكليف وانّ الارتسام بمراسم الشريعة رتبة العوامّ المنحصرين فى مضيق الاقتداء تقليدا فاعلم انّه من اهل الالحاد والزندقة والفلسفة والإباحة فاحذرهم انّ صحبتهم وظلمة انفاسهم سمّ قاتل لقلوب المريدين, *Qui se toto animo cum solo Deo consuevisse et, postquam gradum in Veritate ſûfica consecutus sit, Lege exsolutum et ab officiis ea sancitis immunem esse praedicat, institutis autem ejus tantum profanum vulgus obstrictum esse aït, quod auctoritatem temere sequens intra imitationis claustra contineatur: eum haereticum, atheum, philosophum, nefariae licentiae patronum esse scito. Tales igitur vita; nam societas et tenebricosi sermones eorum velut mortifera venena animos discipulorum ſûficorum perdunt.*

exemplum humilitatis sûficae; exemplum Ssûfii a Deo per somnum in summa auctoritate constituti. Fol. 217 r. et v. epilogus praeter tempus libri finiti, quod supra indicatum est, et aetatem scriptoris tunc duos et sexaginta annos nati nihil nisi solitas preces et vota continens. Fere inde a fol. 133 ea, quae minio interscribenda erant, omissa sunt. Inserta est codici translatio latina indicis capitum a Reiskio facta, cum epicrisi ejusdem, in qua Kehrium refutat, qui hunc librum syntagma centum quadraginta quinque scientiarum orientalium esse pronuntiaverat. Epicrisi cum nomine Reiskii subscriptus est d. 4 Aug. A. Chr. 1736. Quae et Kehrius et Reiskius, uterque in tirocinio haerens, peccarunt, ea supra tacite correxi. Restat unus error, quem Kehrius commisit, Reiskius probavit: hunc codicem ab ipso auctore scriptum esse. Cui obstat scriptura recentior, quali Turcae fere a saeculo septimo decimo p. Chr. n. utuntur; obstant multa falso scripta, omissa, perperam iterata; obstat signum criticum (vid. pag. 427 col. 1 adnot. 1) ab eodem librario multis verbis superscriptum aut in marginibus adscriptum; obstat denique quod idem fol. 28 r. in margine notavit: من هبوط آدم عليه السلام الى الهجرة النبويّة سنه ٦٢١٦ ومنها الى يومنا ١٠٥٨, *A descensu Adami* (ex paradiso coelesti in terram) *ad exilium Muʿhammedis sunt anni* 6216, *hinc ad tempus praesens anni* 1058. Est igitur codex scriptus A. Chr. 1649.

CCXCIV.

[K. 230 b.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 150, char. nestaʿlîq magis ad neschi vergente: *Ejusdem libri exemplum*, superiore emendatius, sed etiam magis mancum, quum ad unum omnia, quae postmodum minio interscribenda erant, omissa sint. Ceterum in multis mendis fortuitis, verbis falso scriptis aut omissis, ambo codices adeo congruunt, ut origine inter se admodum propinqui esse videantur; vide modo in illo fol. 1 v. lin. 14, in hoc fol. 1 v. lin. 13, غرّته الشهيّة et طرّته البهيّة pro عزبة الشهيّة et طريّة البهيّة; in illo fol. 2 r. lin. 12, in hoc fol. 2 r. lin. 7, وردْعائه pro وردْ دعائه, ut recte in illo est fol. 8 v. lin. 6, in hoc fol. 7 r. lin. 3; in illo fol. 4 r. lin. ult., in hoc fol. 3 v. lin. 6 ab inf., signum criticum verbo مدى, quod verissimum est, falso superscriptum; in illo fol. 5 v. lin. 1, in hoc fol. 4 v. lin. 10, بها ab initio hemistichii pro لها; in illo fol. 8 v. lin. penult., in hoc fol. 7 r. lin. 7 ab inf., صنّة omnino barbare pro صنّة. Absoluta est scriptio m. Ǵumâdâ priore A. H. 1066 (Chr. 1656).

CCXCV.

[K. 210.]

Codex persicus, 4° min., foll. 316, char. nestaʿlîq: *Derwîschi Abû'l-ʿHasani Penǵ ʃaʿhîfe*, liber miscellaneus post mortem auctoris ex mandato ejus ab *Kejâ* (كيا) *ʿHosein Ibn-Gerschasp Ibn-el-Naqîb el-Thabari* collectus. Initium: الاوّل فى التوجّه الى الكعبة وفى امامة جبرئيل عم بسم الله الرحمن الرحيم وبه نستعين ، از جميع اطراف روى بكعبه مى بايد كردن بحكم حديث نبوى كه الخ. Est farrago maximam partem historica, exegetica, theologica, cui admixta sunt alia ex variis disciplinis petita. Singulis capitibus argumenta inscripta sunt. Quae de nominibus libri et auctoris et collectoris dixi, leguntur fol. 61 v. lin. 3 sqq. Antecedit fol. 61 r. lin. 13 sqq. اشارة من صاحبه الى ترتيب الكتاب, *Dispositio hujus libri ab ejus auctore indicata*, sed tantum ad ea spectat, quae proxime sequuntur. Finis: جان وتن خورشيد ازلى نمى توان كفت كه جون مى باليد ومى بالد وخواهد باليد. Lateri posteriori folii ultimi Behâ-el-dîn Sâlâr inscripsit se hunc codicem absolvisse A. H. 884 (Chr. 1479—80).

CCXCVI.

[K. 212.]

Codex arabicus, 4° min., foll. 214, char. neschi: *Varia a Jûsuf Ibn-Niʿme ʿHamâtensi collecta.* Inscriptio codicem autographum esse testatur: مجموع لطيف يشتمل على ما رقّ وراق من محاسن مختارات مفيدة ومطربات جمع كاتبه الفقير (الى) عفو ربّه يوسف بن نعمة الحموى عفى عنه وعن جميع المسلمين امين والحمد لله ربّ العالمين. Praemissum est fol. 1 r. exordium ornatum, خطبة لطيفة, cum adhortatione puerorum vel puellarum, ut, dum aetas ferat, amatoribus faciles sint; item duo disticha amatoria. — Fol. 1 v. et 2 r. Jûsuf anthologiae suae praefatur, quam praemisso nobilissimo *poëmate Kaʿb Ibn-Zuheiri in laudem Muʿhammedis*, القصيدة اللاميّة الكعبيّة, et ipsam nobiliorem factam esse dicit. Initium: الحمد لله خالق الانسان ، ومعلّمه البيان ، ومانحه انواع الكمالات ومن اجلّها فصاحة اللسان ، . Fol. 2 r. — 3 r. narrat quomodo hoc poëma ortum et a Muʿhammede acceptum sit. Fol. 3 v. — 15 v. poëma ipsum cum commentario distichis interposito. Utrumque a Reiskio descriptum sibique missum edidit Lettius; vid. edit. Freytag. praef. pag. II. — Fol. 15 v. 15 v. — 21 r. *carmina recentiora et lusus poëtici minores* cum nominibus auctorum. — Fol. 21 r. — 49 v. *Narratio de amoribus nescio cujus paediconis et venusti pueri*, in quorum turpitudinem omnes lepores orationis homoeoteleutis conclusae et versiculis distinctae tamquam in cloacam abjecti sunt. Initium:

ولا بدّ من شكوى الى ذى مروّة • يواسيك او يسليك او يتوجّع. Finis: وذلك من لطف الله الكبير يسير ' وهو عليم بالحال خبير ' وبالاجابة جدير ' وهو على جمعهم اذا شاء قدير ', quibus subjuncta sunt الاستغفار et الحمدلة. — Fol. 50 r. *preces Scheichi Jobi ad Deum, duo ejus poëmatia, distichon poëtae anonymi.* — Fol. 50 v. — 66 r. الباب الرابع والعشرون فى تواريخ الخلفاء من تحفة الظرفاء, *historia Chalifarum et regum aegyptiorum, qui, postquam Chalifae ʿAbbâsidae in Aegyptum concesserunt, pro illis rerum potiti sunt,* usque ad El-Melik el-eschref, qui regnavit A. Chr. 1422 — 1438, a *Muʿhammed Ibn-Aʿhmed El-Bâʿûni* versibus jambicis binariis narrata et, quod in fine dicitur, ʿAbd-el-bâsitho, Vezîro illius regis, dedicata; vid. ʿH.-Ch. 2618 et Herbel. s. v. *Tohfat aldhorafa.* Initium: يقول راجى ربّه محمّد • والده العبد الفقير احمد • الشافعىّ المذهب الباعونى • أمّل من فى الذكر قال ادعونى •. Finis: ما فاح من نشر الرياض طيب • وماس غصن مايس رطيب •. Scriptio a Jûsuf Ibn-Niʿme ʿHamâtensi absoluta est ineunte Regebo A. H. 1069 (Chr. 1659), nam in ١٠٦٩ manifesto numeri falso transpositi sunt. — Fol. 66 v. — 67 v. *qasîda Abû'l-ʿAlâi Maarrensis,* qua orthodoxiam suam a theologis impugnatam defendit et iis difficiles quaestiones theologicas et historicas proponit, quas ipse sapientia sua adjutus solvere possit, isti non possint. Initium ضاقت علىّ باسرها الدنياء • وجرى من الماء القريح دماء. — Fol. 67 v. et 68 r. *qasîda El-Hamadânii,* qua rex erga poëtam liberalis laudatur. Initium: سماء العلى ما هذه الحدق النجل • اصدر الدجى خال وجيه الضحى عطل •. — Fol. 68 r. — 71 r. خطبة المتزوّجين لبعض الظرفاء*), *oratio jocosa, qua aliquis suo exemplo miseriam matrimonii ostendit et vitam caelibem commendat.* Initium: الحمد لله الّذى جعل الزواج قيدا ثقيلا ' ومكابدة النساء بحرا مهولا '. Multa in hac satyra linguae recentioris et vulgaris sunt, plurima in versiculis fol. 70 v. et 71 r. Finis: يقولوا النساء جنان الرجال • فقلت الجحيم ولا جنّتى •. — Fol. 71 r. et v. حكاية هزليّة صدرة, *epistola jocosa, primum in eum, ad quem data est, probra omne genus congerens, deinde avunculum mortuum ei ne hilum quidem reliquisse facetis circumlocutionibus significans.* Fol. 71 v. — 73 r. *duae narratiunculae de Hârûn El-Reschîdo et Abû-Nuwâso poëta.* — Fol. 73 r. — 79 v. قرعة الانبياء عليهم السلام, *sortilegium per nomina quinque et viginti prophetarum,* in quorum unum, quum aliquid mediteris, digitus imponendus est, deinde in subjuncto libello videndum, quid illud nomen sperari aut metui, quid fieri aut omitti jubeat. — Fol. 79 v. *duae narratiunculae.* — Fol. 80 r. — 99 v. *Excerpta ex Ibn-El-Wardii Charîdet-el-ʿagâïb,* de Syria, Sina, quibusdam regionibus et urbibus africanis, Constantinopoli, Roma, terris septentrionalibus; deinde a fol. 89 r. de maribus et insulis, plerumque fabulosa et portentosa; tandem a fol. 98 v. similia de Chazaris, de angelis Hârût et Mârût, de Pîwerasp El-Dhaʿhhâko in monte Nehâwend prope urbem Rei incluso. — Fol. 100 r. — 108 r. *narratiunculae.* — Fol. 108 r. — 198 r. *poëtica,* qualia fol. 15 v. — 21 r. Largam hic messem paratam habent qui in poësin arabicam recentiorem inquirere volunt. Interpositum est fol. 119 r. — 126 r. القرعة الابجديّة, *sortilegium per literas alphabeti,* quale supra per nomina prophetarum, cum institutione metrica ad auguria ex singulis literis ducenda. — Fol. 198 v. — 214 r. *narratiunculae de hominibus stultis et temerariis,* joci et risus plenae et maximam partem lingua vulgari scriptae. Quae a fol. 199 v. lin. 1 leguntur, exscriptae sunt ex كتاب ابن الجوزى, quae a fol. 210 r. lin. 3, ex ديوان الشيخ علىّ السودى. Finem faciunt literae, quas Habannaqa Ibn-Ġedîr, stultissimus mortalium, peregre ad parentes dedisse dicitur, in quarum ipso exordio sententia et oratio vulgaris in cothurno poësis antiquae incedens suavem risum movet:

اذا كانْ ابى ما ماتْ وامّى كَمَانْ تعيشْ
فودّى لهم يا ريحْ عنّى سلاماتْ

Si pater meus non est mortuus et mater mea adhuc vivit, fer iis, o vente, a me salutes! Absolvit Jûsuf anthologiam suam medio m. Rebiʿ posteriore A. H. 1070 (Chr. 1659). Quum ea, quae Kehrius in Catalogo de argumentis hujus codicis dixerat, erroribus scaterent, Reiskius commentatione ipsi codici inserta ista correxit, simul ventosam Kehrii simulationem et dissimulationem satis inclementer, sed merito castigans *).

*) In codice est الزرفاء, accommodate ad pronuntiationem minus accuratam.

*) Totus spirat Reiskius in his verbis: „*Miror hominis temeritatem certe maximam, quae nec Magnifici Excellentissimique Senatus reprehensionem, cui scilicet minus fide hac in re inserviit, nec posterorum oculos virgulamque censoriam extimuit. Somnolentis illum oculis manibusque lassis volutasse hunc Codicem ex eo tam manifeste, tam luculenter apparet, quod opinionem illam sat egregiam, quam omnes de eruditione ejus orientali conceperant, nulla ex parte, quod aequum erat, adimplevit. Absit a me ut laudibus viri alioquin doctissimi detrahere quidquam audeam. Scripta ejus reliqua tacebo, in quae aliorum dicta suppresso auctorum nomine non semel intulit, et ita quidem ut, quae isti minus bene recteque affirmarunt, caeco noster impetu amplecteretur. Praesens imprimis recensio, quam male partes suas egerit, exemplo commonstrabit clarissimo.*“

CODEX THEOLOGICUS CHRISTIANUS.

CCXCVII.

[W. K. 29.]

Codex arabicus, 8°, foll. 155, ex quibus 70—72 vacant, char. neschi crassiore.

1) Fol. 1 v. — 63 v. كتاب من حواشى على مزامير داود اخراج ابن الفضل, *Adnotationes ad psalmos davidicos ex translatione Ibn-El-Fadhli;* vid. de Wettii *Einl. in d. A. T.* §. 55. Locos singulos ex aliquot psalmis excerptos sequitur interpretatio typologica christiana.

2) Fol. 64 r. — 69 v. Varia: de summa dignitate naturae divinae apud philosophos, de usu medico emblici (arab. *emleğ*, pers. *amule*), de usu ovorum formicarum, de oleo ex ovis parando ejusque usu, de tollendis maculis atramenti, olei et aliis.

3) Fol. 73 v. — 155 v. رسالة هرمس المثلث بالحكمة, *Hermetis Trismegisti institutio et adhortatio animi humani per ascesin ad summam perfectionem evehendi*, in sex capita, فصول, divisa. Germanice a me reddita est in Ven. Illgenii *Zeitschrift für die historische Theologie*, 1840, fasc. 1, pag. 87—117, ubi in prooemio dixi de ejusdem translatione latina, quam a Reiskio factam ejusque manu scriptam nostra bibliotheca habet, et de libelli origine, ingenio, forma.

CODICES POETICI.

CCXCVIII.

[Pf. K. 25.]

Codex arabicus turcicus ab initio truncus, 8° maj., foll. 101, char. neschi. Fol. r. — 6 r. carmen *Burde* pro argumentorum natura in decem partes divisum, cum fine prooemii turcici, in quo narratur, quomodo Saʿd-el-dîn quidam ab ipso Propheta per somnum edoctus illo carmine lippitudinem pepulerit; hinc usus et decem argumenta carminis indicantur. Cf. pag. 434 col. 1 et 2. — Fol. 6 v. — 9 r. *Surata psalterii* (vid. pag. 434 col. 2 lin. 4 sqq.) cum prooemio turcico de ejus usibus et Leâlii translatione turcica singulorum distichorum. — Fol. 9 r. — 11 v. *qaṣîdeï Munferiğe* (vid. pag. 434 col. 2 et pag. 435 col. 1), eodem modo alternis distichis arabicis et iisdem turcice redditis. — Fol. 11 v. — 17 v. *qaṣîda turcica paraenetica in mysticam Dei invocationem exiens.* Initium: كوش هوشك طوت ايا جوهر حكمت جويا · سكا بو دُرّلری نظم ايليوب ايتدم اهدا. — Fol. 17 v. — 23 v. *Muʿhammed Ibn-El-Ğezerii Muqaddime de Corano recte recitando;* vid. Cod. C, 1. — Fol. 23 v. — 29 v. قواعد القران, *brevis institutio turcica ad Coranum recte recitandum.* Initium: قال رسول الله صلى الله عليه وسلم خيركم من تعلم القران وعلمه. Finis: مدّ اصلى آمنوا كبى بآياتنا آية. — Fol. 29 v. et 30 r. aliquot versiculi coranici et formulae Dei precandi. — Fol. 30 r. — 34 v. اوراد سيد يحيى, pensa precum arabica. — Fol. 34 v. — 36 v. *qaṣîdeï Amâli;* vid. pag. 434 col. 2 lin. 9 ab inf. sqq. — Fol. 36 v. — 39 v. undecim precationes arabicae, partim cum institutionibus turcicis. — Fol. 39 v. compendium argumentorum fidei, arab. et turc. — Fol. 40 v. — 61 v. *Châqânii ʿhiljeï nebî;* vid. Hammeri Hist. poës. osman., III, pag. 139 inf., et ejusdem index argumentorum in appendice voluminis 85 Annalium literaturae Vindobonensium, pag. 38 et 39. Initium: بسمليله ايدهلوم فتح كلام · فتح اوله تا بو معمّاى بنام. Finis: اولمدين بيلك يدى تاريخى تمام · بو رسالده تمام اولدى كلام. Absolutum est igitur poëma ante finem A. H. 1007 (Chr. 1599). — Fol. 61 v. — 67 v. *poëma Kaʿb Ibn-Zuheiri in laudem Muʿhammedis, a Scheich El-Ketnânî in* تخميس, *i. e. versus ex quinis hemistichiis compositos, translata**), ita ut singula disticha Kaʿbiana singulos versus concludant; ut primum:

قل للعواذل مهما شئتمُ قولوا· فليس لى بعد ان اعواه معقولُ·
نادبتُ يوم النوى والدمع مسبولُ· بانت سعادُ فقلبى اليوم متبولُ·
متيم اثرها لم يفْدَ مكبولُ·

Schaʿbân Ibn-Muʿhammed القرشىّ نسبا والشافعىّ مذهبا والمصرىّ مولدا والآثارىّ منشأ eandem narrationem de origine poëmatis praemisit, quae in Cod. CCXCVI est; vid. pag. 533 col. 2 lin. 33—35. Fol. 68 v. — 101 r. *qaṣîdeï Munferiğe* (vid. supra col. 1 lin. 25—28), cui praemissum est prooemium turcicum de ejus auctore et vi salutari, item de precatione ab El-Ghazâlî in Iʿhjâ-el-ʿolûm

---

*) De ea re verbum est خمّس fol. 62 v. lin. penult. et ult.: ولم نسمع بمن خمّسها غير الشيخ الكتنانى رحمة الله عليه.

commendata; singulis distichis autem subjunctus est commentarius turcicus triplex: معانی المفردات, interpretatio verborum lexicalis, الاعراب, expositio eorum grammaticalis, معنای بيت, sententia distichorum latius explicata. Opusculum alicui Vezîro osmanico dedicatum est. Auctor qaſîdae in prooemio nominatur ابو الفضل يوسف بن النحوی, qui in oppido توزر natus fuerit, ʿHamâtae habitaverit. Initium: حمد نا محدود، اول حیّ ودود، وقیّوم وجود اولان حضرت جلال احدی درکاه قدسی پناهنه. Finis: روّح اللّه روحه، وزاد فی اعلی غرف الجنان فتوحه.

CCXCIX.

[Ac. K. 62.]

Codex arabicus persicus turcicus, 8°, foll. 84, ex duabus partibus compactus, quarum prior utrinque trunca in charta orientali char. neschi scripta est, posterior in charta occidentali char. nestaʿlîq.

1) Fol. 1 r. — 79 v. carmen *Burde* cum singulorum distichorum translatione turcica interlineari et marginali, ad verbum facta, deinde eorum interpretatione turcica ampliore, tandem eadem translatione metrica turcica et persica, quae est in Cod. CXVIII; vid. pag. 434 col. et 2. Disticha pro varietate linguarum liquore partim aureo, partim rubro, partim caeruleo scripta sunt, arabica plerumque aureo. Initium facit interpretatio turcica distichi undecimi, finem interpretatio turcica distichi quarti a fine. Prima verba: يعنى صاحب قصيده عشقنك غلبه سندن, ultima: يا ربّ لطف واحسان ايله دار. Quae quidem supersunt, bene sunt conservata, nisi quod noster, puto, miles folium primum et duo ultima penna vernacula conspurcavit.

2) Fol. 80 v. — 84 r. *Commentatio arabica per* قوله *et* اقول *de interpretatione Beidhawiana verborum Sur.* 6 *vers.* 8: وقالوا لولا انزل عليه ملك ولو انزلنا ملكا لقضى الامر ثمّ لا ينظرون. Nam etsi nomen Beidhawii non apparet, tamen ad eum spectat pronomen in قوله saepe repetito. Ex aliis interpretibus adhibiti sunt Fachr-el-dîn Râzî, Zamachscharî, et Turca, qui in ipsa oratione scriptoris الفاضل النحرير salutatur, in margine vulgo Bostân Efendî appellari dicitur. Initium: الحمد للّه الّذى ارسل من البشر الى البشر رسولا. Finis: بل بيان للبسهم فقط.

CCC.

[W. K. 278.]

Codex persicus primo folio truncus, fol. min., foll. 224 chartae orientalis, nitido char. taʿlîq: Fol. 1 r. — 124 r. *Saʿdii Gulistân* in mediis areis scriptus. Fol. 1 r. — 152 r. *Ejusdem Bostân* in marginibus scriptus. Fol. 125 v. — 224 r. *Ǵâmii Behâristân* in mediis areis scriptus. Fol. 30 v. pictum est certamen duorum illorum athletarum in Gulistâno narratum, ed. Gent. pag. 120; fol. 85 v. colloquium Saʿdii cum venusto puero, ed. Gent. pag. 354 sq.; fol. 197 v. colloquium Anſarii, ʾAsǵedii et Ferruchii cum Firdausio, de quo vid. Hammerus in *Geschichte der schönen Redekünste Persiens*, pag. 51.

CCCI.

[Ac. K. 67.]

Codex persicus primo folio truncus, 8° maj., foll. 109 chartae orientalis, char. taʿlîq: *Gulistân* in areis scriptus, *Bostân* in marginibus. Scriptio absoluta est m. Rebîʿ priore A. H. 1010 (Chr. 1601).

CCCII.

[Pf. K. 44.]

Codex persicus, 12°, foll. 144 chartae orientalis, char. nestaʿlîq: *Saʿdii Gulistân*, scriptus ab ʿAlî Ibn-Muʿhammed El-ʿIrâqî A. H. 873 (Chr. 1468—9).

CCCIII.

[Pf. K. 37.]

Codex persicus ab initio truncus, 12°, foll. 140, char. nestaʿlîq: *Gulistân*, a truncata inscriptione ultimae partis prooemii incipiens: وموجب اختيار عزلت, lin. 7 pag. 30 ed. Gent. Scriptio absoluta est ineunte Gumâdâ posteriore A. H. 962 (Chr. 1555).

CCCIV.

[Ac. K. 149.]

Codex persicus utrinque truncus, 8° maj., foll. 70, char. nestaʿlîq: *Gulistân* incipiens a راست شد از خرّمی, lin. penult. pag. 28 ed. Gent., et desinens in وكرنه در هلاك خود ميكوشى نظم پسيج, lin. ult. pag. 474. Etiam post folium secundum plura exciderunt, ita ut illud desinat in ejusdem editionis pag. 40 lin. 8, tertium incipiat in pag. 76 lin. 5.

CCCV.

Codex persicus turcicus, 4°, foll. 214 chartae occidentalis non laevigatae, char. nestaʿlîq, non calamo, sed penna scriptus, atramento non orientali, sed nostro. Tegumentum quoque chartaceum apud nos factum est. Continet *partem commentarii a Sûdio in Gulistânum scripti.* Incipit a مریدی کفت پیریرا, lin. 5 pag. 212 ed. Gent., et primum fol. 134 v. desinit in ejusdem editionis pag. 354 lin. 14; nam etsi post fol. 54 aeque ac post fol. 134 folia vacua interjecta sunt, tamen oratio illic integra est. Denuo

fol. 135, si vacua numero non comprehenduntur, oratio incipit in ejusdem editionis pag. 422 lin. 6, denuo fol. 194 desinit in pag. 480 lin. 4. Post folia vacua tertium oratio incipit fol. 195 in ejusdem editionis pag. 510 lin. autepenult. Hinc omnia integra sunt usque ad finem: پس معلومدر كه اشعار عرب اوزانندہ قاصر ايمش. Sequuntur tria disticha, quae docent commentarium absolutum esse d. 3 m. Ssafari A. H. 1004 (Chr. 1594). Ratio Sûdii haec est, ut primum totas narrationes, versuum complexiones, sententias, ex Saʿdio repetat, deinde singula verba earum accurate interpretetur, postea totos locos paraphrasi turcica reddat, tandem, etsi non semper, eorum sensum paucis comprehendat, ceterum interpretes priores, Schemium, ʿAlî-zâdem, Surûrium, saepe refutet, unde in marginibus frequentatum: ردّ ابن سيدى على, ردّ شمعى, ردّ سرورى, aut conjunctim: ردّ سرورى وشمعى, aut ردّ شرّاح جميعا.

CCCVI.

[W. K. 36.]

Codex trilinguis, 8º maj., foll. 92, char. nestaʿlîq. Fol. 1 r. — 2 r. varii versus persici et turcici. Fol. 2 v. — 23 r. ʿ*Atthâri Pend-nâme*. — Fol. 23 v. — 25 r. precationes arabicae et excerpta persica ex dîwâno ʿ*Obeid El-Zâkânii*; vid. Hammeri *Gesch. d. schön. Redekünste Persiens*, pag. 249—251. — Fol. 25 v. — 44 v. ترجمه للمولى المرحوم مقالى رحمه الله الملك المتعالى, ʿ*Atthâri Pend-nâme a Maqâlio jussu Bâjezîdi, filii Suleimâni I*, ut in prooemio est, *versibus turcicis redditum*. Fortasse Maqâlî ille est, quem Hammerus in Hist. poës. osman., II, pag. 531, commemorat. Initium: كل برو دكّانه اى عطّار دهر • خوش مشام اولسون يله بازار دهر. Finis: اى قمو دوشمشلره سن دست رس • بوى عفوك زمرهٔ كمراهه بس. Fol. 25 v. — 29 r. in marginibus excerpta ex dîwâno ʿObeidi continuata sunt, inter quae fol. 26 r. faceta illa ghazela est de aere alieno a poëta contracto, quae non tota germanice reddita est in libro Hammeri, quem supra dixi, pag. 250. — Fol. 45 r. — 59 v. denuo versus persici ʿObeidiani, quibus fol. 50 v. — 52 r. poëmata turcica et persica aliorum immixta sunt. Inde a fol. 52 v. exscriptae sunt ʿObeidi *Hezelijjât*, quibus licentioris ingenii lusibus nemo est qui illum superet. Saepe tamen a nequitiis ad summam turpitudinem delabitur, ut in exhortatione satyrica ad masturbationem nomine derwîschorum erraticorum edita, fol. 52 v. — 53 v. Etiam fol. 60 r. et v. in marginibus versiculi sotadici adscripti sunt, plane Petronio digni, fortasse illos continuantes, quibus fol. 59 v. in margine superscriptum est هزل لا يدرى قائله, *Joca quorum auctor nescitur.* — Fol. 59 v. — 67 v. كتاب اخلاق الاشراف از انشاء امير نظام الدين عبيد الزاكانى القزوينى *), *libellus satyricus ab ʿObeido A. H.* 745 (Chr. 1344—5) *scriptus, in prooemium et septem capita divisus, in quo mores antiqui et novi ironice inter se opponuntur.* Initium: شكر نا محصور وحمد نا محدود. Finis: اين است آن چه در صدر كتاب واجب الوجود را با برادران وعده رفته بود, quae verba sequitur clausula religiosa arabica. — Fol. 67 v. — 69 v. *Ejusdem* كتاب ده فصل عبيد, *libellus decemplex, in quo interpretationem et definitionem verborum arabicorum et persicorum praetendens partim homines et mores suorum temporum salse deridet et perstringit, partim vera et utilia docet.* Initium: شكر وثنا حضرت خالق را جلّ ذكره كه الخ. Finis: مقرّب الملوك قوّاد المشكور سعى او، واين مختصر بر لفظ مشكور ختم شد, quae verba sequitur الاستغفار et clausula religiosa. — Fol. 69 v. — 72 r. *Ejusdem satyra in Qazwînenses, Schîrâzenos, Ispahânenses, Kâschânenses et Qomenses*, ejusdem formae ac decemplex ille libellus et veluti appendix ejus; deinde fabellae jocosae et fescenninae. — Fol. 72 r. — 78 r. *Ejusdem* رسالهٔ دلكشا, *libellus ex prooemio et duobus capitibus compositus, in quorum priore joca arabica collecta sunt, in posteriore persica.* Initium: الحمد لله على نعمه ونواله، ومننه واتصاله. Finis: واين مختصر بر لفظ تمام تمام شد انشاء الله كه اين موجز بر خوانندكان ومؤلّف وجامع اين مختصر مبارك وميمون وخجسته وهمايون باد بحقّ محمّد وآله اجمعين. Fol. 76 r. — 77 r. interjecta sunt poëmata arabica, persica, turcica. — Fol. 78 r. — 79 r. *Ejusdem* كتاب صد پند عبيد, *libellus A. H.* 750 (Chr. 1349—50) *scriptus, in quo perditos mores derwischorum ironice ita perstringit, ut iis ea ipsa, quae facere solent, quasi honesta et utilia praecipiat.* Initium: الحمد لله على نعمته ونواله، ومنّته. Finis: ونواله، در خانهٔ مردى كه دو زن باشد يا بيشتر جمعيّت وخوش دلى ونسق ونظام احوالى توقّع مداريد post quae plura excidisse librarius his verbis significavit: در نسخه اين قدر يافتيم, *Tantum in codice invenimus.* —

*) Qazwînensis dicitur, quia Zâkân pagus prope Qazwînum est. Itaque fol. 67 v. quoque, lin. 7 ab inf., in ejus nomine conjuncta sunt الزاكانى القزوينى. Fol. 78 r. lin. 8 pro ʿObeid plene est ʿObeidallâh.

Fol. 79 v. — 82 r. *Ejusdem* كتاب نوادر الامثال, *libellus arabicus ʿAlâ-el-dîn Muʿhammedi Veziro dedicatus, in quo apophthegmata et proverbia collecta sunt.* Initium: الحمد لله المتنزه عن الانداد والامثال المتفرد بالقدرة والجلال. Finis: ومفتاحه رفيقه وصناديقه صديقه وخاتمه خادمه. Post haec exemplum sine clausula abruptum est. — Fol. 82 v. — 92 v. poëmata turcica et persica, in ultima pagina aliquot arabica.

CCCVII.

[Ac. K. 218.]

Codex persicus, turcicus, arabicus, 4° min., foll. 281, cujus prima pars char. nestaʿlîq scripta est, secunda diwani neschisi, tertia neschi. Hae partes aliae ab aliis scriptae et utrinque truncae fortuito in unum volumen compactae sunt. 1) Fol. 1 r. — 39 v. *ʿAtthâri Pend-nâme cum Schemʿii translatione turcica singulorum hemistichiorum*; cf. Cod. Dresd. 170. Prima verba: وعملى حق ايچون اولا اصلا ريا اوليه, respondent versui ultimo paginae 15 editionis Sacyanae; ultima: اصل يابى كر بكيرى فرع را, versui secundo paginae 117. 2) Fol. 40 r. — 268 v. *Fabula epica turcica de Sidi Batthâl*; vid. Cod. CCLXXXIV. 3) Fol. 269 r. — 280 v. *Liber arabicus de genethliologia*, argumento fere cum turcico illo conveniens, quem supra recensui pag. 423 et 424. Prima verba: بخدها والله اعلم • الوجه الثانى من نظر المريخ اليها تكون امراة يكون كثير الاعداء والحساد ويحصل شقراة*) اللون, ultima: له منهم مكروه ومكيدة واكثر. Ex inscriptionibus capitum hae supersunt: fol. 272 r. القول على برج السرطان والقمر, fol. 275 r. القول على برج العقرب والمريخ, fol. 277 v. القول على برج القوس والمشترى, fol. 279 r. القول على برج الدالى وزحل.

CCCVIII.

[Ac. K. 147.]

Codex persicus, 8° maj., foll. 165 chartae orientalis, char. taʿlîq: *ʿHâfyzhi Diwân* cum solita appendice, quae continet رباعيات, مخمسات, مثنويات, قطع, inde a fol. 153 r.

*) Animadverte in annexione formam vulgarem pro شقراء, de qua dixi in Diss. de gloss. Habicht. pag. 85. Eodem modo lin. 3 est شهلات العين, lin. 4 سمراة اللون.

CCCIX.

[Pf. K. 39.]

Codex persicus, 12° maj., foll. 169 chartae orientalis, char. taʿlîq: *ʿHâfyzhi Diwân* cum appendice inde a fol. 160 r. Scriptio absoluta est m. Moʿharramo A. H. 1013 (Chr. 1604).

CCCX.

[Pf. K. 226 b.]

Codex persicus turcicus, 4° min., foll. 318, char. neschi: *Pars dimidia posterior Diwâni ʿHâfyzhiani cum commentario turcico et adnotationibus marginalibus Surûrii*, cujus pars prior forte ab hac divulsa est Cod. Dresd. 171. Itaque haec a litera finali ع incipit et fol. 259 v. in ى desinit. Fol. 260 r. — 315 r. appendix. Subjuncti sunt fol. 315 v. — 318 v. loci de Ǵelâl-el-dîn Rûmî, ʿHâfyzh, Ǵâmî et ʿAlî-schîr, ex Daulet-schâhi historia poëtarum persicorum excerpti. Scriptio ab ʿHasan Ibn-Ibrâhîm El-Chathîb absoluta est Albanii s. Istûlnî-Belgrâdi exeunte Ssafaro A. H. 1016 (Chr. 1607).

CCCXI.

[Ac. K. 64.]

Codex persicus, fol. min., foll. 115 chartae orientalis, char. nestalîq: *Ǵâmii Jûsuf u-Zuleichâ.* Scriptio a Maqfûd, qui vulgo El-Wâjâb appellabatur (المشتهر بالواياب), absoluta est ineunte Ǵumâdâ posteriore A. H. 939 (Chr. 1533).

CCCXII.

[Pf. K. 32.]

Codex persicus, 8°, foll. 82 chartae orientalis, char. taʿlîq: ديوان حضرت درويشان. Fol. 1 v. — 27 v. qafîdae et ghazelae, ordinem literarum finalium non sequentes. Prima qafîda sic incipit: تدلى قرب حق تا عبد وعكس آن تدلى دان • اكر باور نميدارى زقران آيتى برخوان. *Machlaf*, qui dicitur, nullus est nisi درويش, quocum convenit argumentum totius libri fûficum. Fol. 27 v. — 33 v. *terǵiʿi-bend*, fol. 33 v. — 47 r. *moqatthaʿât*, fol. 47 v. et 48 r. *tewârich* ex parte dimidia priore saeculi post Chr. n. quinti decimi, fol. 48 r. — 60 r. *rubâʿijjât*, fol. 60 r. — 82 r. *meϑnewijjât.* Finis: كعبه رويش چو ديدى در نماز • از خم كيسوش هم زنار ساز. In summis marginibus foll. 7 v. — 71 v. idem sortilegium arabicum scriptum est, de quo dixi pag. 474 col. 2 lin. 17 sqq. Hic ab initio *Schihâb-el-dîn Suhrewerdi* ejus auctor esse dicitur.

CCCXIII.

Fragmentum codicis turcici, fol., foll. 7, char. neschi. Inter bina quaeque folia alia exciderunt. Ceterum margo exterior folii 3 resectus est, ita ut in pagina priore versus postremi, in posteriore primi exciderint. Decerpta sunt folia ex *Jâzigî-oghlî Muʿhammedis Muʿhammedijje* (vid. Hammeri Hist. poës. osman., I, pag. 128—134, Catal. Dresd. 393), idque ex parte posteriore de rebus ultimis. Versus primus: دخی مهدی جهانه کلمشدر · روافض کرچه دوغدی دیمشدر ·, ultimus, in quo nomen poëtae apparet: وار امدی یازجی اوغلی بو علمه عقلك ایرشمز · اکر یازسکده تا دور قیامت درلو تصنیفات ·

CCCXIV.

Fragmentum codicis turcici, fol., foll. 19, char. nestaʿlîq. Inter fol. 1 et 2, 2 et 3, 3 et 4, 15 et 16, 17 et 18, 19 et 20, 20 et 21 alia exciderunt. Est particula *ejusdem Muʿhammedijjae a Derwîscho Jûsuf refictae* (vid. Catal. Dresd. 371), praeter duo prima folia, quae ex aliqua historia vitae Muʿhammedis decerpta proelium ʿHodeibiense et sacramentum sub arbore مغیلان praestitum narrant. Fol. 3 r. versus primus: اولا چون جمعه کون ایده ملکلر · خدادن عزّت ارکوره ملکلر ·. Haec omnia ex ultima libri parte argumenti mystici sunt; vid. Hammeri Hist. poës. osman., I, pag. 133 inf. Fol. 15 v. sqq. خاتمة الکتاب, in qua fol. 16 r. nomen poëmatis est: هم آدنی دیدم محمّدیّه · که چوق ایچنده وصف احمدیّه ·, fol. 16 v. nomen auctoris primarii: یازجی اوغلی محمّد, fol. 17 v. nomen refictoris یوسف, fol. 17 r. tempus novae recensionis absolutae: d. 13 m. Ramadhâni A. H. 913 (Chr. 1508), et indicatio numeri distichorum ejus: 11,694. Versus ultimus: ولی لطفك انك جرمینی ای حق · اکر محو اتمیه باشینه طپراق ·

CCCXV.

[Ac. K. 63.]

Codex turcicus passim sartus et novis foliis suppletus, 4° min., foll. 110, char. neschi: 1) Fol. 1 v. — 33 r. *Kitâbi mewlûd-el-nebî*; cf. Cod. Dresd. 147. Initium: الله آدیله سوزه بشلایالم · معرفت باغنده کل اشلایالم ·. Ex fol. 5 v. lin. 3 et 4 et fol. 33 r. lin. 4—7 constat, *Abû'l-chairum* Cypselis s. Ipsalae (ابصالة s. ابصالا) hoc poëma absolvisse A. H. 897 (Chr. 1491—2). Compositum est ex compluribus partibus, quasi pensis lectionis, quae omnes exeunt in exhortationem Muʿhammedi bene precandi. Post ingressionem haec fabula narratur, unde intelligatur, quid sit festum natalium Prophetae et quanta ejus religio: Vir religiosissimus Baghdâdensis, illos natales studiose celebrans, vicinum habebat Judaeum Moslemis infensissimum. Ex eo uxor quaesivit, quid illud esset, quod Moslemus die duodecimo cujusque Rebîʿi prioris factitaret. Respondit Judaeus ita, ut clarissime appareret, eum ipsum de munere prophetico Muʿhammedis non dubitare. Inde mulier amore Muʿhammedis exarsit. Proxima nocte per somnum Prophetam familia et sociis stipatum vidit, cum eo collocuta et ad Islâmum conversa est, expergefacta autem maritum convertit. Hinc ambo natales propheticos quotannis summa religione celebrare et ipsi instituerunt. Aliud, quod ad hunc locum pertinet, vir sanctus, ʿAlî Ibn-Zeid, narrat fol. 3 v. — 5 v.: Vicinam ille habebat egenam et probam mulierem, quae moriens filio adolescenti tantum unum florenum (sic: بر فلوری, pro quo postea ex metro etiam duabus syllabis *flûri* dicendum est) reliquit. Is natalibus Prophetae illo floreno cibos emit, quos aliis donaret, atque per totam vitam illud festum eodem modo celebravit. Tandem mortuus, antequam sepeliretur, ad tempus in vitam rediit et cognatis narravit, propter natales illos rite celebratos se nunc beatitudine aeterna frui, unde eos ad idem faciendum hortatus est. Deinde poëta consilium operis proponit idque fol. 5 v. exorditur. Est nota illa naenia de anima Muʿhammedis rerum creatarum primordio et fonte, de ea cum mandatis in corpus et mundum adspectabilem missa, de lumine Muʿhammedis deinceps per omnes prophetas ad majores et patrem illius transmisso, de matrimonio ʿAbd-allâhi et Eminae, de viso nocturno ʿAbd-allâhi de filio a se generando, de conceptione Muʿhammedis, post quam lumen ejus in uterum matris migravit ibique mansit, donec cum ipso renatum est, de viso nocturno Eminae, de miraculis natales ejus antecedentibus et comitantibus, de natalibus ipsis die duodecimo Rebîʿi prioris secutis, de vita ejus et morte, quae fol. 21 r. — 30 r. fuse narratur. Fol. 30 r. — 33 r. familiae, sociorum, asseclarum, totius naturae luctus et illius sepultura; allocutio ad Moslemos de summis beneficiis, quae a Muʿhammede acceperint et usque accipiant accepturique sint; colloquium Meccae et Medinae, quo de praestantia certant, Medina autem vincere videtur; preces ad Deum et epilogus poëmatis. Ei subjuncta est fol. 33 r. — 37 v. narratio de morte Fâthimae, quam pater in mausoleum suum illatam manibus e sepulcro protensis ab ʿAlio accepisse et juxta se deposuisse dicitur. Fol. 37 v. — 39 v. tria cantica, quorum primo reditus ejus mensis, quo Muʿhammed natus est, celebratur, secundo impatientia amoris ṣûfici depingitur, tertio beneficia a Deo petuntur. 2) Fol. 40 r. — 49 v. داستان حبال دبه. ʿHibâl, lignator (اودون حمّالی) dudum sepultus, a Jesu in lucem revocatus primum totam mortis tragoediam et mortuorum ante et post sepulturam vices enarrat, deinde se adolescentem fuisse, in sepulcro demum timore resurrectionis capillis et barba senem factum esse dicit, tum communem moriendi necessitatem et rerum humanarum fragilitatem fabula illa de Salomone hydriam, in qua nullus pulvisculus humanus esset, frustra quaerente confirmat, postea se propterea, quod olim ex fasce lignorum

festucam, qua ad dentes scalpendos uteretur, furatus sit, jam quadringentos annos vivum in sepulcro durissimam quaestionem pati queritur. Itaque Jesus Deum exorat, ut ille supplicio liberetur et cum Moslemis resuscitandus moriatur, quo facto a Jesu et discipulis ejus in sepulcrum reconditur. Finem facit paraenesis ad lectores cum solitis precibus. Fol. 50 r. preces metricae Derwîschi Jonae (*Júnis*) ad Mu'hammedem. 3) Fol. 50 v. — 67 v. داستان محمّد حنيفى. Mu'hammed mortuus lugenti 'Alio per somnum filium promittit, quem a se Mu'hammed 'Hanîfî nominari jubet. 'Alî laetus expergiscitur et Fâthimae somnium narrat. Concumbunt: ille gignitur et justo tempore nascitur. Describitur ejus educatio, pulcritudo, fortitudo. Puer decennis omni jam doctrina et virtute ornatus a patre expeditionem suscipiente petit, ut se comitem assumat, sed repulsam fert. Dum pater abest, ille otii impatiens equo conscenso clam domo aufugit. A dorcade in agrum Tâbûti, regis Moslemis infesti, deductus multis hostibus interfectis caput alicujus principis eorum Medinam refert et publice exponit. Pater domum reversus, re accepta, filium laudat, ceterum praecoces spiritus coercere jubet. Sed tamen 'Alio iterum in bellum profecto Mu'hammed illam regionem repetit et ab exercitu hostili post magnam stragem inter eum editam capitur. Primum Tâbût eum suspendere vult, deinde consiliis suorum obtemperans socium religionis et socerum facere constituit. Itaque vulneribus a medico curatis Mu'hammed a Tâbûto ad convivium adhibetur et, quum vinum ab eo sibi porrectum propter religionem bibere noluisset, ad sacra mutanda invitatur; adducitur etiam Mîne-Chàtûn, pulcerrima regis filia, infidelitatis esca et merces. Ille vero eo constantius recusat, quod in fronte ipsius virginis lucem verae religionis splendere videt. Ut pertinaciam aut deponat, aut morte luat, in profundum puteum demittitur. Sed Mîne-Châtûn adolescentulum, cujus modo conspecti amore capta erat, noctu liberat et fidem moslemicam professa cum eo Medinam petit. At rex fugientes assequitur. Primus impetus paganorum reprimitur. Irato regi Rustem, unus ex ducibus paganis, si filiam sibi desponderit, Mu'hammedem a se victum iri promittit. Ille annuit, Rustem Mu'hammedem ad certamen singulare provocat, sed pro eo Mîne-Châtûn prodit miserumque sponsum interficit. Praelio repetito tandem puella capitur, et collis, in quo Mu'hammed constitit, circumvenitur, sed frustra oppugnatur. Postquam vesper pugnantes diremit, vulnera Mu'hammedis ab ancillis Mîne-Châtûnae curantur. Paullo post 'Alî a Mu'hammede propheta per somnum de periculo filii monitus ad eum liberandum advenit, a quo Tâbût pacem per legatum petitam his conditionibus impetrat, ut tributum pendat, filiam Mu'hammedi in matrimonium det, ac cum suis Moslemus fiat. Epilogus exemplum religionis ab antiquioribus Moslemis summa fortitudine in multas terras propagatae posterioribus imitandum proponit. Fol. 68 r. — 70 r. quatuor *ilâhijjât* s. cantica. 4) Fol. 70 v. — 83 v. كتاب غزاى على. Abû'l-'aschara, alias simpliciter 'Aschara, princeps urbis Penhân, duodecim filios habet *), quorum maximus quondam in venatu cum 'Alio concurrit ab eoque interficitur. Decem superstites a patre ad fratrem ulciscendum missi 'Alium in planitie inveniunt. Rogatus, quis sit, nomen celat, se Medinensem modo et socium Mu'hammedis esse profitetur, de 'Alio autem sciscitatos se, quippe illi simillimum, intueri jubet, ceterum facilem ex eo victoriam fore negat. Postquam ipsi qui sint quidque velint ediderunt, ab illo invitati ex equis descendunt et cibi capiendi causa humi considunt. Quum autem in 'Alium, quasi absentem, minas jactare pergant, ille iis proponit, ut secum luctantes robur, quod tanto adversario par esse putent, experiantur. Accipiunt certamen, sed 'Alî non modo singulos sola manu laeva vincit, sed etiam universos in se irruentes sternit, quo exemplo monitos 'Alium cavere jubet. Probato consilio adolescentes heroem secum ad patrem ducunt, ubi dum splendido hospitio fruitur, noctu domus a magna turba militum circumfunditur atque effringitur. 'Alio causam tumultus quaerenti filii principis respondent, 'Ifrîtum, regem christianum truculentissimum, qui undique mulieres alias post alias cogat, nunc adesse, ut ipsis puellam, quam ei vendere noluerint, vi eripiat. Tum ab 'Alio jussi deditionem simulant et regem hospitio excipiunt, dum dotem et nuptias apparent, 'Alî autem vestibus et velo puellae sumtis se pro illa supponit. Inter apparationem nuptiarum advenit 'Amr, homo vaferrimus, a Fâthima ad 'Alium quaerendum missus, qui quo commodius et tutius omnia speculetur, se ad speciem sacerdotis christiani componit, qua tectus non solum a collegis, 'Ifrîti comitibus, honorifice excipitur, sed eos etiam disputatione theologica coram rege instituta tam splendide vincit, ut ille doctissimum virum solum pactionem nuptialem facere **) jubeat. Vesperi pompa ad aedes sponsae ducitur. Ibi 'Amr ad 'Alium intromissus heroem agnoscit et cetera cum eo componit. Comicae sponsae septem deinceps equi regii conscendendi adducuntur, sed eorum omnium latera frangit; octavus demum robustissimus tantis lumbis cruribusque par est. 'Amr ex theologo in paranympham mutatus sponsam ad urbem regis comitatur, in quam quum inveliuntur, rex antiquo ritu sponsam in potestatem suam adserens scutica ferit, sed ipse scutica sponsae tam valide resalutatur, ut ex equo decidat: de quo roboris specimine, quippe fortissimae prolis pignore, ipse cum ceteris sibi gratulatur. Postquam mulieres in velo sponsae rapiendo frustra desudarunt, rex ipse iis in thalamum succedit, ubi ab 'Alio et 'Amro diu delusus et male mulcatus tandem occiditur. Mane principes alius post alium sciscitatum veniunt, quid regem tam diu in cubiculo detineat: quos 'Alî singulos vincit et colligat. Qui ex iis Moslemi fiunt, liberantur, ceteri in-

*) Narratorem hic dormitasse apparet. Nam nomen Abû'l-'aschara primum decem filios fuisse significat; atque etiamsi ad decem illos referatur, qui post decem fratris ubique apparent, tamen uno a duodecim demto undecim fuisse necesse est, non decem.

**) كابنى قيمق s. كابنى قييويرمك, ut hebr. כָּרַת בְּרִית et similia in linguis et occidentalibus et orientalibus, quae Gesenius collegit in Thesauro ad illam locutionem hebraicam.

terficiuntur. Postea ʿAlî equo regis conscenso quis sit quidque fecerit in urbe proclamat et incolis Islâmi aut supplicii optionem dat. Fit quidem in eum impetus, sed malo eventu: qui salvi evadunt, partim Islâmum accipiunt, partim in religione christiana perstantes tributum pendendum suscipiunt, ceteri pertinaciam morte luunt. Deinde instructis templis et sacris moslemicis, ʿAlî Abû'l-ʿascharam cum filiis arcessit eosque ad Islâmum traducit, illi autem regnum ʿIfrîti tradit; tandem in urbem Penhân profectus ejus quoque incolas Moslemos facit. In epilogo tempus finiti poëmatis his duobus versibus indicatum est: سكيزنجى يلى ايدى نبينك • كچمشدى اول آخرت يلى نك • رمضان آينك اوّلكى كونى • ضحى وقتنده تمام قلدى بونى • ex quibus priorem propter verbum ignotum يلى et آخرت manifesto corruptum non intelligo. Quum tamen ipsa sententia postulare videatur, ut يلى saeculum significet, poëma saeculo higrae octavo scriptum esse conjicio. Fol. 83 v. — 85 r. duae *ilâhijjât*. 5) Fol. 85 v. — 89 r. كتاب كسك باش, i. q. in Cod. Dresd. 175, 1, in quo describendo summam argumenti indicavi. Nomen fabulae inde ductum est, quod caput abscisum viri cujusdam olim potentissimi, sed a malo daemone interfecti, ad Muʿhammedem venit eique vicem suam narrat, deinde ʿAlium ad puteum, in quo ille daemon habitat, deducit, ex quo postquam ʿAlî interfecto daemone quingentos Moslemos captivos, in his uxorem illius viri, liberavit, Deus a Muʿhammede exoratus capiti corpus et uxori maritum restituit. Scriptionem exempli absolvit Musthafâ quidam exeunte Moʿharramo A. H. 1051 (Chr. 1641). 6) Fol. 89 v. — 94 r. داستان جمجمهٔ سلطان, ut fabula nominatur in Cod. Dresd. 264, 8; nam in hoc inscriptione caret. Calva humi jacens, a Jesu in aliquo itinere inventa, quum a Deo facultatem loquendi recuperasset, illi narrat, se quondam potentissimum regem fuisse, qui post mortem in sepulcro et inferno dira supplicia passus, tandem in hanc viam projectus sit. De causa tantae miseriae rogatus, se idola coluisse respondet. Ut igitur illa damna reparare possit, Jesus Deum exorat ut eum in vitam restituat: quo facto veram religionem sequitur et denuo duodequinquaginta annos vivit. 7) Fol. 94 r. — 98 v. داستان معجزت محمّد عم, ut fabula ex argumento inscribenda videtur. Muʿhammed ab Arabe rogatur, ut immanem draconem ignivomum, multis jam hominibus exitialem, quem ipse vix effugerit, e medio tollat. Hoc audito consurgunt ʿAlî, ʿOmar, Oϑmân, Abû-Bekr, sed studio pugnandi religionis obliti nec باذن الله, nec ان شاء الله praefantur, nec veniam aut bona vota Prophetae petunt. Itaque Muʿhammed, etsi inceptum male auspicatum male cessurum esse praevidet, tamen illos, ut ipso eventu cautiores reddantur, cum triginta millibus sociorum proficisci sinit. Conspecto dracone, qui e septem capitibus tetrum halitum efflat, heroes, scilicet sero, الله اكبر clamant et Deum precantur. Totus exercitus impetu draconis fugatur: tantum quatuor illi principes restant. Sed quamvis ʿAlî celeberrimum ensem suum in draconem vibret, nihil efficit; nam Deus Δû'l-fiqârum ne pilum quidem draconis laedere jusserat. Tandem iratus eum abjicit: tum ensis ipse, facultate loquendi a Deo accepta, ʿAlium hebetudinis suae causam docet. Resipiscit ʿAlî et Δû'l-fiqâro resumto veniam peccati a Deo petit. Is Muʿhammedem misso Gabriele pro ʿAlio deprecari et Δû'l-fiqârum ei reconciliare jubet. Itaque Muʿhammed illuc profectus, ubi ʿAlium pulvere et terra a dracone eruta obtectum, hunc autem ictibus Δû'l-fiqâri, etsi non vulneratum, tamen obstupefactum videt, ʿAlium jam venia Dei impetrata et acie Δû'l-fiqâro reddita confidenter draconem aggredi jubet. Primum igitur ʿAlî humi prostratus Deo gratias agit, deinde draconem medium dissecat, milites autem capita ejus abscisa veluti tropaea Meccae in publico suspendunt. 8) Fol. 98 v. — 103 r. Narratio suavissima ac vere poëtica de Ibrâhîmo, unico filio Muʿhammedis, a patre in modum victimae piacularis pro ecclesia muʿhammedana devoto. Puer quatuordecim annos natus dum quondam in schola est, ubi ʿOϑmâno magistro utitur, angelus mortis ad Muʿhammedem venit eique ex mandato divino optionem dat, ut aut Ibrâhîmum salvum habeat, suam ecclesiam autem arbitrio Dei permittat, aut illum morti addicat, pro eo autem omnia, quae velit, bona a Deo consequatur. Propheta salutem ecclesiae vitae filii anteponere non dubitat animoque contra dolorem obfirmato ipse, hospitis adventum causatus, Ibrâhîmum e schola adducit. Is vero, postquam verum comperit, per patrem ab ʿIzraële moram petit, dum magistro et condiscipulis valedicat. Qua impetrata pius puer illis rem nuntiat et officio satisfacit, inde domum reversus caput in genibus patris deponit, qui eum salvere jubet et communione vitae futurae solatur. Tum ʿIzraël animam pueri ex corpore educit. Mortuo justa persolvuntur. Dum pater et ceteri ad sepulcrum stant, Munker et Nekîr quaestionem instituunt. Ad priorem interrogationem: Qui Deus tuus est? puer recte respondet; sed ad posteriorem: Qui propheta tuus est, quae religio tua? prae verecundia respondere non audet. Haerenti pater per تلقين subvenit, quo confirmatus respondet: Propheta meus, qui me in rectam viam perduxit, pater meus est, mortalium praestantissimus. Inde fluxit mos τοῦ تلقين (vid. pag. 417 col. 2 lin. 36 sqq.) secundum librum *Sirâǵ-el-qolûb*. Postea Gabriel pullatus ad Muʿhammedem venit eumque quodcunque velit a Deo petere jubet. Ibi Propheta: O Deus, inquit, pro Ibrâhîmo tibi in victimam dato peccantem peccaturamque ecclesiam meam mihi condona! Annuit Deus et Muʿhammedem voti compotem facit; nam, ut in fine est: Si quis homo id, quod amat, dimittit, id, quod vult, a Deo impetrat. Poëtam se professus est *ʿÎsâ Ferschehirensis*, فرشهرلو عيسى. — Fol. 103 r. — 104 r. idem canticum, quod fol. 37 v. — 38 v. est, etsi verba passim alia sunt. Fol. 104 r. et v. poëma in peregrina-

tione sacra Meccana canendum. Hinc usque ad finem alia cantica, ut illud fol. 106 v. et 107 r., quo mensi natali Mu'hammedis valedicitur; aliud fol. 108 v. et 109 r. canticum peregrinatorium, quo Meccae et Ka'bae pulcritudo et majestas celebratur; aliud fol. 109 r. et v. laudes noctis, qua Propheta natus est, celebrans, quod, nisi nomina et dogmata differrent, pro cantico natalicio ecclesiae christianae haberc liceret; aliud fol. 109 v. et 110 r., quo narratur, quomodo Propheta moribundus familiae, amicis, sociis, ecclesiae valedixerit. Nomina poëtarum, *Júnus*, *Hudâî*, *'Âschiq*, *Chydhr*, in plerisque canticis indicata sunt.

CCCXVI.

[Ac. K. 79.]

Codex turcicus, 4° min., foll. 39, char. neschi: *Idem Kitâbi mewlûd*, qui in codice superiore est, etsi ipsum initium differt: الله آدين ذكر ايده لوم اوّلا . واجب اولدر جمله اشده هر قولا . In fine iis versibus, qui in illo fol. 33 r. librum concludunt, subjunctus est hic: نعمت حقّى مدام فكر ايده لوم . صدقيله اخلاصيله ذكر ايده لوم .

CCCXVII.

[Pf. K. 42.]

Codex turcicus, arabicus, persicus, 12°, foll. 67, char. neschi. 1) Fol. 1 v. — 10 r. *Cantica ramadhânica*, partim turcica, partim arabica, quorum nonnullis modi musici superscripti sunt: راست، عراق، در مقام زنكوله، سكاه، حسينى، نوا، پنجكاه. Fol. 1 v. — 6 v. mensis salutatur ac Deus invocatur et celebratur, fol. 7 r. — 9 r. mensi valedicitur; tantum illud fol. 7 r. اى هلال برج رحمت اى مه فرّخ لقا الخ argumento ad partem priorem pertinet. Canticum fol. 9 r. — 10 r. idem est quod fol. 6 r. et v., etsi versuum numerus et ordo et nonnulla verba differunt. Fol. 10 r. et v. تمجيد بلال حبشى, evocatio arabica dormientium ad Deum precandum. Fol. 11 r. تمجيد ديكر, carmen turcicum in laudem confessionis unius Dei, *lâ ilâh illâ' llâh*, quae verba posterius quodque hemistichium concludunt. 2) Fol. 11 v. — 35 r. *Liturgica:* fol. 11 v. — 22 r. septem *chuthbae* persicae duobus bairâmis recitandae, formae ejus quam docuit Muradgea d'Ohsson, a Beckio transl., I, pag. 347 — 350. Sulthânus, pro quo in iis omnibus vota fiunt, est Murâd III (Chr. 1575 — 1595); fol. 21 v. — 22 r. ghazela persica Deum celebrans; fol. 22 r. et v. دعاى جامع, invocationes Dei post singulas precationes publicas Imâmo recitandae; fol. 22 v. — 23 v. caerimoniae Moslemis observandae, quum ad preces publicas matutinas bairâmi minoris in templum eunt, dum in eo sunt, quum inde domum redeunt; fol. 24 r. et v., quae Mueδδino preces indicturo et indicenti facienda, dicenda, canenda sunt; fol. 24 v. et 25 r. versiculi coranici majore et minore bairâmo precibus publicis praemittendi; fol. 25 r. — 26 v. precationes arabicae matutinae; fol. 26 v. — 28 v. liturgia exsequialis; fol. 28 v. et 29 r. praecepta de duobus bairâmis rite celebrandis; fol. 29 r. — 33 r. *chuthbe* bairâmi majoris cum caerimoniis in ea observandis (cf. Muradgea d'Ohsson, I, pag. 339 sqq.); fol. 33 r. — 34 r. دعاء اخلاص cum iis, quae ei praemittenda sunt; fol. 34 v. دعاء قنوت; fol. 34 v. et 35 r. تسبيح. 3) Fol. 35 v. — 42 v. در بيان نصيحت كواهى, *Guwâhii Pend-nâme turcicum*, non totum, sed in compendium redactum, quod intelligitur ex iis, quae Hammerus in Hist. poës. osman., I, pag. 288 — 292, inde excerpsit. Initium: بنام پادشاه قادر پاك . خداء انس وجان وارض وافلاك. Finis: قچنكم اوقونه بو پند نامه . صفا ويرسه قلوب خاص وعامه . كواهى روحنه قيلسون دعائى . اكى عالمده كورمسون بلائى . Fol. 42 v. *tachmîs* turcicum (vid. pag. 535 col. 2. lin. 24 sqq.) Mu'hibbii (Suleimâni I) ad Chosrewum; vid. Hammeri Hist. poës. osman., II, pag. 283 et 284. Fol. 43 r. traditio prophetica de ratione Corani intra septem dies perlegendi, turc., et precatio arabica illi lectioni subjungenda. 4) Fol. 43 v. — 65 v. *Suleimâni Kitâbi mewlûd-en-nebî*; vid. Hammeri liber, I, pag. 67—70. Tres primos versus ex eo mutuatus est Abû'l-chair in suo *mewlûd-nâme*, si vere illud ejus exordium est, cujus primum versum exscripsi hujus pag. col. 1 lin. 16 et 17. Finis: تكرى رحمت ايلسون اول جانجون . كم دعا قيله بونى يازانجون. Scriptio exempli absoluta est d. 5 m. *Δ*û'l-'higge A. H. 999 (Chr. 1591). Fol. 66 r. — 67 r. paraenesis arabica; tres *tesbî'hât* ramadhânicae arabicae, quales sunt fol. 1 v. — 5 v.; preces ramadhânicae versibus turcicis conceptae; *Δelîlii* qaſîda ramadhânica turcica, قصيده رمضان, sed manca; nam praeter primum et ultimum tria tantum disticha sunt.

CCCXVIII.

Codex turcicus, 12°, foll. 31, char. ta'lîq: *Châqânii 'hiljeï nebî*; vid. pag. 535 col. 2 lin. 15 sqq. Absolvit exemplum *'Omer Lefzhi*, d. 8 *Δ*û'l-qa'dae A. H. 1063 (Chr. 1653), quem annum chronostichon literis aureis ab utroque latere subscriptionis positum hoc hemistichio repraesentat: حليهء پاك رسول ثقلين, in quo hemza post حليه posita unum valet.

CCCXIX.

[Ac. K. 66.]

Codex turcicus ab initio truncus, 4° min., foll. 53, char. ta'liq: *Fadhlii Gül u-bülbül*, ab Hammero turc. et german. editum, Pesti et Lipsiae, 1834, 8° max. Vid.

ejusdem Hist. poës. osman., II, pag. 309 — 325. Versus hujus exempli primus in editione Hammeriana fol. 7 r. quintus est. Exciderunt etiam folia inter 1 et 2, 3 et 4, 5 et 6, 7 et 8, 9 et 10. Itaque versus ultimus fol. 1 v. apud Hammerum fol. 7 v. nonus est, primus fol. 2 r. apud Hamm. fol. 12 v. quintus ab inf.; ultimus fol. 3 v. apud Hamm. fol. 14 v. quartus decimus, primus fol. 4 r. apud Hamm. fol. 18 v. undecimus; ultimus fol. 5 v. apud Hamm. fol. 20 r. tertius, primus fol. 6 r. apud Hamm. fol. 25 r. quartus ab inf.; ultimus fol. 7 v. apud Hamm. fol. 26 v. nonus, primus fol. 8 r. apud Hamm. fol. 32 r. quartus; ultimus fol. 9 v. apud Hamm. fol. 33 r. antepenult., primus fol. 10 r. apud Hamm. fol. 38 v. tertius decimus. Inde usque ad finem nihil excidit. Versus ultimus fol. 51 v. idem est qui apud Hammerum, nisi quod in hemistichio posteriore recte abest و ante مؤنس. Ceterum illa verba non significant, ut in adnotatione Hammeriana est: *das Register des Trauten der Rose und Nachtigall*, quod quid sit nemo facile intelligat, sed: *das gemüthansprechende Buch von der Rose und Nachtigall.* Nec metrum poëmatis, ut ille in praefatione pag. XII aït, Remel est: ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | – – |, sed Chafîf: ⏓ ⏑ – – | ⏑ – ⏑ – | ⏓ – |. Fol. 52 v. versus turcici; fol. 53 v. indicatio annorum, quibus ʿOϑmân ʿOϑmânidaeque regnare inceperunt et per quos regnarunt, usque ad Murâdum III.

CCCXX.

[K. 34.]

Codex turcicus, 8° maj., foll. 48, char. taʿlîq. Fol. 1 v. — 37 v. *Bâqii qaſîdae quinque et viginti*, praeter unam igitur tot quot Hammerus invenit in eo codice Vindobonensi, de quo dixit in Hist. poës. osman., II, pag. 360 *); fol. 37 v. — 39 v. *ejusdem heft-bend* (i. e. poëma septem stropharum, quae septena habent disticha ex genere qaſîdarum vel ghazelarum, quibus subjunctum est distichon octavum ambobus hemistichiis consonans, a prioribus illis dissonans), *cujus sex primis strophis obitum Suleimâni I deflet, septima Selimo II auspicia regni gratulatur*, ex quo vel uno, quantus poëta fuerit, cognoscere licet; fol. 39 v. — 44 r. *quatuor poëmata amatoria* quinarum stropharum, quae singulae in idem distichon exeunt, qualia poëmata *terǵiʿât* appellantur; fol. 44 r. *naenia de nece ʿHoseini* quinque stropharum, quae singulae in idem hemistichium exeunt. Spatia inscriptionum causa relicta ubique vacant. — Fol. 45 v. aliquis notavit, quae dona Ibrâhîm, Vezîrus Suleimani I, quodam bairâmo Sulthâno dederit, quae et quos honores vicissim et ipse et ejus ministri ab illo acceperint; quare jam omnium studia in Ibrâhîmum conversa atque etiam filiam sulthânicam ei in matrimonium destinatam esse. Fol. 46 r., 47 v., 48 r., versus turcici variorum auctorum.

*) Quod Hammerus ead. pag. odam illam in laudem Abû'l-suʿûdi, quae in nostro codice sexta est, alibi Chôǵâ Ćelebio inscriptam vidit, eo res ipsa non mutatur, quoniam ille vulgo ita appellari solebat; vid. Catal. Dresd. No. 368. Nec magis differt Chôǵâ Efendi, pag. 365 libri Hammeriani, a Saʿd-el-dîno, pag. 367; vid. ejusd. Catal. No. 386.

CCCXXI.

[W. K. 35.]

Codex turcicus, 8°, foll. 59, char. neschi: *Jaʿhjae Chamse, i. e. institutiones ſûficae, versibus binariis scriptae.* Folium primum ex transverso revulsum partem posteriorem inscriptionis ostendit: خمسه تاليف يحيا رحمة الله عليه رحمة واسعة, et hemistichium posterius distichi primi: قائلهٔ علم عليم وحكيم. Excidit aliquid post fol. 7 et 13. Solita capita ingressionis sequitur fol. 13 v. laus Suleimâni I, unde Jaʿhjam eum esse intelligitur, qui in Hammeri Hist. poës. osman., III, pag. 32, primus est. Fol. 14 r. poëta, postquam homo sibi inimicissimus (fortasse Rustem, summus Vezîrus; vid. apud Hammerum pag. 37 et 38) mortuus, ipse autem, meliore jam fortuna utens, *ziʿâmeta* donatus sit, se hoc libro rationem vitae ſûficae ex comperto describere voluisse dicit. In *sebebi teelîfi kitâb*, fol. 14 r. — 15 r., narrat, quomodo a Muʿhammed Dede, praeceptore ſûfico, spiritum altiorem, scientiam theosophicam et quinionis scribendi facultatem acceperit: خمسه ايچون ويردى اجازت بڭا. Fol. 16 r. — 17 v. se exempla Nizhâmii, Chosrewi Dehilensis, Ǵâmii et Newâïi imitatum ad quatuor illos quinionum auctores quintum accessisse dicit: يعنى بنَمْ سوز ايليلنوڭ فارسى • خمسه دينْ كمسه • لرڭ خامسى; ut autem illis impar tamen poëma ederet, filium sibi persuasisse. Institutiones ipsae, fol. 17 v. — 55 r., mixtae sunt ex adhortationibus, مواعظ, narrationibus, حكايات, parabolis, تمثيلات, subtilioribus quaestionibus, حكم, versibus binariis, مثنويّات. Fol. 55 r. — 56 r. epilogus, in quo poëta Deo gratias agit, quod se, infirmum senem, quum *leilet-el-qadr* advenisset, ad finem hujus quinionis perduxerit: قدره ايرب نيتكه ماه صيام • خمسهمى نقصانله اتدم تمام •. Ultimus versus: اق يازى اوستنده بو قاره يازى • اولدى قلم طوطرينڭ ايزى •. Exemplum scripsit Schaʿbân Ibn-Mozhaffer A. H. 1018 (Chr. 1609—10). Fol. 56 v. — 59 v. alii versus turcicos et precationes arabicas adjecerunt.

CCCXXII.

[K. 13.]

Codex turcicus, fol. min., foll. 59, nitido char. taʿlîq in laterculis auro conspersis et circumscriptis: *Diwân Jaʿhjae*, ejus qui apud Hammerum, III, pag. 378, secundus est. Initium: بر دلده كه عشقڭ اودى اوله پيدا • حاشاكه

سوی یانمیه خاشاك آسا . Ghazelae usque ad fol. 53 r. decurrunt; fol. 53 r. — fol. 56 r. *qythaʿ*, *tewârîch*, *rubâʿijjât*, *mathâliʿ*; fol. 56 r. — 58 v. *Sâqi-nâme*; fol. 58 v. — 59 v. qafida justitiam Murâdi IV et victorias ab eo ex Persis reportatas celebrans. Finem faciunt fol. 59 v. tria chronosticha.

CCCXXIII.

[Ac. K. 68.]

Codex turcicus, 8⁰ maj., foll. 78, char. neschi: 1) *Diwân ʿAbd-el-kerîm-zâde Rifdii Serâjensis* (السرائی), ejus qui apud Hammerum, IV, pag. 109, posterior est. Fol. 1 v. et 2 r. invocatio Dei et Muʿhammedis. Initium primae qafîdae, Qara Musthafae summum Vezîratum gratulantis, fol. 2 v.: شاد اول ای دل که بو کون بر دم خرّم کلدی . صدره کچدی ینه بر داور اکرم کلدی . Ad eundem missae sunt tres qafîdae, quae proxime sequuntur. Fol. 9 v. — 22 v. *tergîʿi-bend*, *museddesât*, *tachmîsât*, *rubâʿijjât*, *muʿamma*. Fol. 23 v. — 71 v. ghazelae ordinem literarum finalium sequentes. Fol. 72 v. — 75 v. *mufredât*. 2) Fol. 75 v. — 77 v. *Senâî ʿAbd-el-bâqî Sîrûzensis* (السیروزی) *qafîda turcica nomina surataram ex ordine persequens*. De poëta vid. Hammerus, III, pag. 542. Codicem scripsit ʿOϑmân Ibn-Muʿhammed El-Misrî, notarius aerarii Budensis. Fol. 77 r. — 78 r. alius versus turcicos adjecit.

CCCXXIV.

Codex turcicus ab initio truncus, 8⁰ max., foll. 168, char. neschi: *Schems-el-dîni s. Schemsii* *) *ʿIbret-numâ*, ex Ferîd-el-din ʿAtthâri Ilâhî-nâme (qui liber in ʿH.-Ch. latine reddito, I, pag. 426, falso metaphysicus dicitur) excerptus et A. H. 984 (Chr. 1576—7) finitus. In prologo, fol. 1 r. — 9 r., qui ex abrupto sic incipit: نظر قلسك بو ترتیب وتقالیب . مراد اوزره درر جمله اسالیب . primum Murâd III et Muʿhammed Soqollî, summus Vezîrus, laudantur et justitia commendatur. Fol. 6 v. — 8 r. qafîda contra Schîʿitas, in quam illigati sunt versus ex alio codice exscripti pag. 433 col. 1 lin. 19—24, qui hic Ǵâmii esse dicuntur **). Fol. 8 r. — 9 r. transitus ad argumentum, invocatio Gabrielis, quasi Musae homericae, laus orationis, invitatio lectorum. — Fol. 9 r. — 163 v. liber ipse, ex centum narrationibus compositus, quarum plerisque subjunctae sunt عبر. Argumentum: Rex quidam sex filios suos quae maxime cupiant sibi exponere jubet, eum, quem ita dignissimum cognoverit, successorem designaturus. Suo quisque ordine dicit, pater autem cum singulis disputat, vanitatem eorum, quae cupiunt, argumentis et exemplis docens, studia contraria iis commendans, et a rebus terrestribus eos abstrahens. Quot sunt filii, tot tractatus, مقالات: primus fol. 10 r. — 59 r., secundus fol. 59 r. — 98 r., tertius fol. 98 r. — 120 v., quartus fol. 120 v. — 140 v., quintus fol. 140 v. — 156 v., sextus fol. 156 v. — 162 v. Exitus fabulae deest; nam ultima narratio, fol. 159 r. — 162 r., de Judaeo est per miraculum ad Islâmum converso, qui, quum mortuo demum Muʿhammede Medînam venisset, vestem a Muʿhammede relictam osculatus animam summo desiderio aestuantem in sepulcro illius efflavit. Fol. 162 v. — 163 v. preces ad Deum. — Fol. 163 v. — 168 r. epilogus, in quo poëta narrat, quomodo Sebastae (hodie Sîwâs) natus et educatus literis operam dederit, deinde, quum illa studia sibi non satisfecissent, ʿAbd-el-meǵîdo Schirwânensi, qui A. H. 963 (Chr. 1555) eo venisset, praeceptore fûfico usus sit, postea eo mortuo hunc librum in urbe natali scripserit, cujus incolis in fine, fol. 167 r. — 168 r., bene precatur. Ultimus versus: بزی جمع ایله در فردوس اعلا . میسّر ایله فضلکله تجلّی . Exemplum absolvit Mûsâ Sebastensis ineunte Rebîʿo priore A. H. 1025 (Chr. 1616).

*) Quis ex undecim Schemsiis ab Hammero recensitis hic sit, non constat.

**) In hemistichio secundo hic commodius از legitur pro آن, in tertio بدستش چوب اندر چو چوب pro بدست چوب دست, in quinto nervosius بار pro باد.

CCCXXV.

[Pf. K. 221.]

Codex turcicus, 8⁰, foll. 186 chartae orientalis partim albae, partim rubrae, char. nestaʿlîq. Fol. 1 v. — 31 v. *Suheilii Damasceni Fadhâïl-nâme* *), descriptio et laudes Damasci, A. H. 1008 (Chr. 1599—1600), qui annus literis nominis *Fadhâïl-nâme* repraesentatur, versibus binariis compositae et Sulthâno Muʿhammedi III dedicatae. Initium: ابتدأت الثناء بسم الله . وهو الحیّ لا اله سواه . Laudibus Muʿhammedis III, fol. 7 v. — 11 r., ii principes comprehensi sunt, qui in pugna Agriensi, A. Chr. 1596, fidos se et fortes praestiterunt, ex his primus Sʿad-el-dîn, qui Moslemis ab initio victis consilio fugae obstiterit et

*) Sic poëma ab ipso Suheilio inscriptum est fol. 1 r.: بو نظم دلپذیر وروح بخشه . نوله ارباب طبعك اولسه میلی . تمام اولدقده نامن دیدم آنك . فضائل نامهٔ شامی سهیلی . Idem nomen est in chronosticho fol. 31 v. Sed fol. 13 r. poëma A. H. 1008 intra tres dies confectum *Fadhâïli Schâm* nominari vult: اوچ کون ایچنده ایلیوب اتمام . نام پاکن دیدم فضائل شام .

animum Sulthâni confirmaverit; cf. Hammeri Hist. imper. osman., II, pag. 617. — Fol. 11 r. — 13 r. de argumento, fonte, scriptore, compositione, dedicatione et nomine libri. Quum in تاريخ حجّة الاسلام, ex quo libro prosa oratione scripto hoc poëma derivatum est, de فضائل الشام sex capita sint, in hoc quinque sunt: a) fol. 13 r. — 15 r. de nomine *Schâm*, de finibus Syriae damascenae, de dictis Mu'hammedis ad laudes ejus spectantibus. b) fol. 15 r. et v. de versibus coranicis et dictis Mu'hammedis ad laudes Damasci spectantibus. c) fol. 15 v. — 23 r. de magno templo Omajjadarum, الجامع الاموىّ, quod Damasci est. d) fol. 23 r. — 25 r. de prophetis aliisque viris sanctis et doctis Damasci sepultis. e) fol. 25 r. — 29 v. de aedificiis et locis insignibus urbis et agri ejus. Fol. 29 v. — 31 v. epilogus. Ultimus versus: منّت اللّهه بو خجسته كلام • بولدى توفيق حقّله اتمام •. Sequitur appendix poëtica triplex, in qua chronostichon supra commemoratum est. 2) Fol. 34 v. — 140 v. *Ǵinânii Rijâdh-el-ǵinân*, poëma morale 3552 distichorum, ad imitationem Nizhâmii et Ǵâmii compositum, Prusae ineunte m. Ramadhâno A. H. 985 (Chr. 1577) inceptum, deinde intermissum, sed hortatu nobilis et docti cujusdam viri, qui Prusam venerat et paupertatem poëtae levaverat, continuatum, tandem ineunte m. *Δ*û'l-'hiǵǵe A. H. 986 (Chr. 1579), qui annus verbis تكميل بيان كتاب continetur, finitum; vid. Hammeri Hist. poës. osman., III, pag. 92 et 93. Initium: بسم اللّه الرحمن الرحيم • كوهر سرتاج كلام قديم •. Poëmati praemissa sunt haec: fol. 32 v. New'î Efendii meϑnewî persicum commendaticium; fol. 33 r. index viginti viridariórum s. capitum poëmatis; fol. 34 r. poëtam pro hemistichio posteriore versus primi, quem modo exscripsimus, hoc edere voluisse: مطلع سرنامهٔ نظم قديم, vel: ساحل دریای كلام قديم, sed Zekerijjâ Efendio illud praeferenti obtemperasse. Fol. 34 v. — 52 v. ingressio, in laudes Murâdi III exiens. Fol. 52 v. — 137 v. viginti viridaria: a) fol. 52 v. — 56 v. de justitia regum. b) fol. 56 v. — 62 r. de justitia Vezîrorum. c) fol. 62 r. — 64 r. de justitia principum et imperatorum. d) fol. 64 v. — 67 v. de justitia judicum. e) fol. 67 v. — 72 r. de fuga mundi. f) fol. 72 v. — 76 r. de coërcenda ira. g) 76 r. — 80 r. de patientia et constantia. h) fol. 80 r. — 85 r. de liberalitate et fide. i) fol. 85 r. — 89 r. de praestandis officiis veteris societatis aut amicitiae. k) fol. 89 r. — 91 v. de fiducia in Deo collocanda. l) fol. 91 v. — 95 v. de secessu. m) fol. 95 v. — 98 v. de animo paucis contento et usu ciborum licitorum. n) fol. 98 v. — 102 v. de magnanimitate lites et judicia dedignante. o) fol. 102 v. — 106 r. de servandis promissis et pactis. p) fol. 106 r. — 109 v. de obtrectatione, mendaciis, calumnia. q) fol. 109 v. — 116 v. de vitandis peccatis capitalibus. r) fol. 116 v. — 119 v. de loquacitate noxia, taciturnitate utili. s) fol. 120 r. — 126 r. de diligendis et honorandis praeceptoribus asceticis et ſûficis. t) fol. 126 r. — 132 r. de ingenio doctrina bonisque artibus excolendo. u) fol. 132 r. — 137 v. de amore divino. Singula capita in narrationes exeunt ad argumenta eorum accommodatas. Fol. 137 v. — 140 v. epilogus et preces ad Deum. Ultimus versus: خيرله ختم ايله وبروب اقتدار • خاتمهٔ عمرنى پايان كار •. 3) Fol. 141 v. — 154 v. *Fadhâlii Benk u-bâde*; vid. Hammeri Hist. poës. osman. II, pag. 295 sqq., Catal. Dresd. No. 362. Initium: اى وبرن بزم كايناته نسق • برقن جام عشقه نشأهٔ حق •. Finis: چون فضولى درر بنم لقبم • عجب اولمز كر اولمسه ادبم • وار اميدم كه عذرم اوله قبول • اوليه بويله جرمله مسئول •. Exemplum scriptum est A. H. 1021 (Chr. 1612—13). 4) Fol. 155 r. — 156 r. *Poëma meϑnewicum de homine ad perfectionem ſûficam evehendo.* Initium: كل اى معنى سوزن فهم ايلينلر • معانى بحرنه طالب كيدنلر •. Finis: بو ظاهر كوزله آنى كورهوز • قيامتده انكله حشر اولاوز. 5) Fol. 157 v. — 183 r. *Atthâri Pend-nâme a Maqâlio turcice redditum*; vid. pag. 537 col. 1 lin. 27 sqq. 6) Fol. 183 v. — 187 r. versus persici et turcici.

CCCXXVI.

[Ac. K. 78.]

Codex turcicus ab initio truncus, 4° min., foll. 84, rudi char. neschi: *'Omer Derjâ Begi poëma de Strigonio A. Chr. 1595 a Christianis expugnato*, fol. 1 r. — 79 v., *A. Chr. 1605 a Turcis oppugnato*, fol. 80 r. — 83 v. Nam etsi urbs eodem anno ab iis recepta est, tamen narratio citra hunc exitum subsistit. Versus metri Wâfir: ⏑ – – – | ⏑ – – – | ⏑ – – |, quorum primus nunc hic est: زنان ابياتى تركسى دكول بو • شول دستانلر كه اوقورلر دكول بو •, asperi sunt et inculti, undenarum syllabarum numerum explentes, ceterum longas et breves sine ratione miscentes. Erat enim 'Omer primum, ut fol. 51 v. dicit, *lewend*, deinde *agha*, tandem *beg*; itaque militem militares versus fecisse, non mirum. Ea vero, quae narrat, coram visa, sensa, facta esse, non solum ipse saepe profitetur, sed tota narratio testatur. Ita ab initio situm Strigonii, quo aliquot annis ante venerat et ubi, quum urbs oppugnari coepta esset, *agha* erat, deinde aedificia et artis opera, maxime antiquum illud templum, de quo Hammerus dixit in Hist. imper. osman., II, pag. 188, tandem aquaeductus, puteos, fontes, accurate et quasi ad oculos describit. Nec minus vivida est narratio de omnibus oppugnationis vicibus et casibus, de miseria civium et militum in urbe inclusorum, de eruptionibus in hostes factis et aliis eorum repellendorum conatibus, tandem de urbe a Mu'hammed Pâschâ illis dedita, quam secutae sint aliae,

ut Visegradum, Pestum, Belgradum. Multo brevior est de fortuna bellica decem annis post, regnante Sulthâno Aʿhmede I, quem aliquot versibus laudat, denuo Moslemis secunda; quae pars fol. 79 v. his verbis incipitur; یکرمی بش شکر حقّه زمانه بیزه دوندی, his finitur: کوندك دوکولدی حصار (pro حصار) • میسّر اولدی فتحی دونولدی. Nomen suum poëta fol. 30 r. sic definit: ادم عمر مخلسم (pro مخلصم) دریاییدی, *Nomen meum proprium ʿOmer erat, poëticum Derjâi*; fol. 48 v. ادم عمر ایدی خلق بیلور ایدی • عمر دریا اغا هم دیرلر ایدی •, *Nomen meum hominibus notum ʿOmer erat, item ʿOmer Derjâ Agha appellabar.* Fol. 51 v. se, *ʿOmer Derjâ Beg*, semper مجرّت (pro مجرّد) fuisse dicit, i. e., ut ipse interpretatur, neque uxorem neque liberos habuisse et totam vitam in confiniis hostilibus degisse ibique pugnasse, itaque septem locis vulneratum et cicatricibus obductum esse, nunc autem etiam barbam canuisse. Hoc exemplum absolvit Schaʿbân Ibn-Suleimân ineunte Moʿharramo A. H. 1040 (Chr. 1630). — Fol. 84 r. et v. alius nonnulla notavit de bello A. H. 1074 (Chr. 1663—4) in Hungaria gesto, quo primum Moslemi Christianis, deinde hi duce زوزه قپودان پاشا, i. e. Comite Souches (vid. Hammeri Hist. imper. osman., III, pag. 556) illis plures urbes et arces eripuerint, tandem ineunte A. H. 1075 (Chr. 1664 m. Julio) Strigonium oppugnare coeperint, ubi plurimi eorum partim tormentis turcicis, partim morbis absumti sint.

CCCXXVII.

[Ac. R. 77.]

Codex trilinguis, 4° min., foll. 186, char. taʿlîq et nestaʿlîq: *Varia turcica, arabica, persica, et poëtica, et pedestria*, collecta ab eo, qui nomen fol. 1 r. inscripsit, *Scheich Muʿhammed Muderris-zâde.* Praecipua haec sunt: Fol. 1 v. — 25 r. *Newʿii Gewheri-râz*, poëma turcicum A. H. 965 (Chr. 1557—8) compositum, de amoribus ʿÂschiqi et Maʿschûqi, i. e. de conjunctione animi humani cum Deo per amorem mysticum. De poëta vid. Hammeri Hist. poës. osman., III, pag. 108—114; nam eundem esse, ex laude Muràdi III, cui poëma dedicatum est, fol. 4 r. — 5 r., probabiliter colligitur, etsi de poëmate nihil apud Hammerum invenitur. Initium: ایده لم وار ایکن مجال نوعیه قل مقال • حمد معبود بی شبیه ومثال •. Finis: نصیب ایمانی • قابل فیض رحمت ایت آنی • نظر لطفکی مدام ایله • آخرن خیرله تمام ایله •. Subjecti sunt duo versus ad lectorem: دعادن یاد ایدن جان حزینم • جهان دارندن ایمانیله کتسون • دعا اولمزسه باری جان ودلدن دیه لطف ایلیوب حق رحمت اتسون •. Fol. 25 v. — 26 v. sententiae philosophorum, turc. Fol. 26 v. *praecepta diaetetica Benâdiqi* (الحکیم بنادق) *ad Anûschirwânum, regem Persiae, ab Ibn-Sînâ* (Avicenna) *in qasîdam arabicam redacta.* Fol. 27 v. — 50 v. poëmata arabica cum adnotationibus: fol. 27 v. — 28 v. *el-Chamrijje ʿOmar Ibn-Fâridhi*, vid. pag. 400 col. 2; fol. 29 r. — 32 r. *qasîdet el-Amâli*, vid. pag. 434 col. 2 lin. 9 ab inf. sqq., *cum Nâsir-el-dîn El-Ijâsii appendice ejusdem argumenti et formae;* fol. 32 v. — 35 r. *Lâmijjet-el-ʿAǵem* (carmen Tograi), cui praemissa est sententia El-Chalîli de consonantia finali poëtica; fol. 35 r. — 38 r. *Zein-el-dîn ʿOmar Ibn-El-Wardi Maʿarrensis qasîda paraenetica ad filium*, septem et septuaginta distichorum, quorum primum hoc est: اعتزل ذکر الاغانی والغزل • وقل الفصل وجانب من هزل •, ultimum hoc: کلّ اهل العصر غمر وانا • منهم فاترك تفاصیل الجمل •; fol. 38 v. *Ssadr-el-scheriʿae et El-Ssafi ʿHillensis versus memoriales de metris et consonantiis finalibus;* fol. 39 r. — 50 v. *el-Bediʿijje Ibn-ʿHoǵǵae*, qasîda centum quadraginta duorum distichorum in laudem Muʿhammedis, exempla et nomina omnium figurarum rhetoricarum et poëticarum comprehendens, cum commentario distichis interjecto. Initium: لی فی ابتدا مدحکم یا عرب ذی سلم • براعة تستهلّ الدمع فی العلم •. Finis: حسن ابتدائی به ارجو التخلّص من • نار الجحیم وهذا حسن مختتمی •. Scriptum est exemplum in ʿHisâri-Rûmili A. H. 1077 (Chr. 1666—7). Fol. 51 r. — 57 r. *ʿAfîf-el-dîn Abûʾl-ǵeisch Muʿhammed Ibn-Ibrâhîm El-Ansârii, Hispani, Grammatici, commentatio arabica de re metrica*, ea, puto, quam Freytagius in libro suo de eadem re commemorat pag. 36 et 37. Exempla metrorum et ipsa metrica sunt, cetera soluta, haec, nisi fallor, a commentatore adjecta. Initium: اخبرنا الشیخ الامام العالم العامل رضیّ الدین بن ابی بکر بن خلیل الخ. Finis: لا یغرّنّ امرأً عیشه • کلّ عیش صائر للزوال •. Subjuncti sunt octo pedes primarii variis modis mutati. Fol. 58 r. et v. *Ibn-el-ʿhâǵibi qasîda arabica de iis nominibus, quae, etsi exitus femininos non habent, tamen feminina aut communia sunt;* Initium: نفسی الفداء لسائل واتانی • بمسائل فاحت کغصن البان •. Finis: ثوب فقصیدتی تبقی وانّی اکتسی • الفناء وکلّ شیء فانی •. Fol. 59 r. et v. *Fewrii qasîda turcica de centum regentibus grammaticalibus linguae arabicae, secundum El-Ǵurǵânium.* Initium: لازم اوّل حمد حقّ آندن درود مصطفی • بعده تکریم آل وصحب محبوب خدا •. Finis: نخل عرفاندن جهان باغنده برخور اولا • اوقیوب بو نظمی فوری یه کم ایلرسه دعا •. Fol. 60 r. —

63 v. *Mewlânâ Qiwâm-el-dîn Gengensis* (گنجوی) *qaṣîda persica undecentum distichorum de duabus et octoginta figuris rhetoricis et poëticis*, در علم بدیع. Initium: ای فلك را هوای قدر تو بار. وی ملك را ثنای صدر تو کار. Finis: روز وشب جز سخا نباشد شغل. سال ومه جز طرب مبادت کار. Fol. 64 r. — 75 v., 82 v. — 90 v., 97 v., anthologia poëtica turcica et persica. Nomen poëticum ejus, qui haec collegit et scripsit, *Rifʿati*, in pluribus ghazelis ab eo ipso factis apparet. Fol. 76 r. — 80 v. *Fudhûlii Benk u-bâde*, vid. pag. 545 col. 2 lin. 10. Fol. 81 r. — 82 v. ejusdem epistola turcica facetissima ad Suleimânum I data, ex utraque oratione mixta, in fine trunca, qua illum rogat, ut pro diplomate, quo sibi stipendium quotidianum novenorum asprorum ex زوایدِ اوقاف, i. e. pecuniis ex administratione legatorum superantibus, assignaverit, quum scribae curiae legatorum nihil superare causentur, sibi aliud detur, quod ab illis eludi non possit. Fol. 91 r. — 97 r. epistolae turcicae ʿAbd-el-kerîm Efendii; fol. 99 r., 101 v. — 135 v. aliae aliorum; quamquam fol. 101 v. — 135 v. alia interposita sunt, quae infra commemorabo. Fol. 97 v. duodecim modi musici, اون ایکی مقام, septem voces, یدی آواز, modi compositi, مرکّبات. Fol. 98 r. et v. docetur, quibus in climatis sitae sint et quot miliaribus via recta a Constantinopoli distent urbes maximae et notissimae. In nonnullis etiam indicatur, quot ibi horas habeat dies longissimus, quot brevissimus, al. Fol. 98 v. versus arabici de spatiis quae his verbis significantur: البريد, الفرسخ, الميل, الباع, الذراع, الاصبع, الشعيرة, الشعرة من شعر البغل. Ibidem duae sententiae arabicae: الصامت عن الحقّ كالمتكلّم بالباطل وكاتم الشهادة كشاهد الزور, *Qui verum silet, idem facit ac qui mendacium dicit; qui testimonium celat, idem facit ac qui falsum testatur;* altera Imâmi Schâfiʿi, sane robusta: من كانت همّته ما يدخل جوفه كانت قيمته ما يخرج منه, *Qui iis studet, quae in ventrem intrant, tanti est quanti quae inde exeunt.* Fol. 99 r. Abû'l-suʿûd ad quaestionem, num Ssûfiis liceat in templis et ceteris proseuchis (مسجدلرده وسائر دعوتلرده) choreas ducere? caute sic respondet: *Scientia Dei mare infinitum est, cujus litus est lex,* شريعت. *Nos igitur in litore stamus, doctores ṣûfici vero illius oceani urinatores sunt; quare non est nostrum cum iis disceptare.* Fol. 124 r. Muʿhammed El-Meeđûn El-Wânî usum herbae nicotianae responso juridico damnat. Fol. 124 v. ʿHasan El-Muderris *Aʿhmed Senđium* omni excusatione praecisa ex cathedra capitis damnat, quod versibus splendidissime scriptis se jam in locum Muʿhammedis successisse gloriatus sit, quod omnino in prophetas contumelias dixerit eosque singulari commentatione muneri pares fuisse negaverit, quod disputatione cum aliquo ex collegio τῶν *ʿulemâ* coram arbitria instituta coranicum illud يٰس (ياسين) per transpositionem literarum de se, سنايى, interpretatus sit. Ex viginti millibus versuum, quibus partim locum de Deo pertractavit, partim prophetas detrectavit, partim sibi ipsi dignitatem et auctoritatem propheticam arrogavit, hoc specimen proponitur: دور محمّد کچوبن حالیا. سلطنتی احمده ویردی خدا. احمد مرسل بنم الله بیلور. آیت منزل بنم الله بیلور. احمد مختار ممجّد بنم. افعل تفضیل محمّد بنم. *Exacta jam periodo Muʿhammedis Deus imperium Aʿhmedi dedit. Scit Deus me Aʿhmedem esse legatum divinum, coeleste veritatis argumentum, Aʿhmedem electum et gloria cumulatum, denique comparativum Muʿhammedis,* i. e. Muʿhammedem a me tam superari, quam positivus a comparativo superatur. Fol. 133 r. — 134 v. ghazelae turcicae Nâïlii. Fol. 135 v. et 136 r. chronosticha. — Fol. 136 v. — 181 r. octo *sâqî-nâme*, quatuor turcica: fol. 136 v. — 166 v. *Rijâdhii*, (vid. Hammeri Hist. poës. osman., III, pag. 367), fol. 167 r. — 168 r. *Nefʿii*, fol. 168 r. et v. *Thiflii*, fol. 169 r. — 171 v. *Ǵemʿii* (vid. Hammeri liber, III, pag. 460 et 461); quatuor persica: fol. 174 r. — 175 v. anonymum, sic incipiens: کدامست جام جم وجم کجاست. سلیمان کجا رفت وخاتم کجاست.; fol. 176 r. — 177 v. *Umîdii*, fol. 178 r. — 179 r. *Nerkesii*, fol. 179 r. — 181 r. *ʿHaideri*. — Fol. 181 r. — 186 r. varia, in his fol. 185 r. septem regiones, اقالیم سبعه, septem planetis attributae: Sina Jovi, Turcia Marti, Chorasania Soli, Transoxania Veneri, Graecia (روم) Mercurio, Bulgaria Lunae.

CCCXXVIII.

[K. 30.]

Codex turcicus, 4° min., foll. 40, char. nestaʿlîq et neschi. Fol. 1 r. — 26 v. *Ilâhijjât* s. cantica, quorum auctores hi nominati sunt: *Eschref-oghli Rûmî*, *Hudâî*, *Jûnis Imrem* vel *Emrem* (امرم, in Hammeri Hist. poës. osman., II, pag. 566, *Imre* vel *Emre*), *Fikrî*, *Ađâkirî*, *Dhaʿifi*, *Saʿdi*, *ʿAdlî*. Fol. 27 r. — 40 r. varia, et poëtica et pedestria, in his fol. 29 r. *Ghurre-nâme*, de diebus septimanae in quos calendae mensium incidunt, scriptum d. 3 Schaʿbâni A. H. 1077 (Chr. 1667); fol. 30 v. — 31 v. poëma de vera perfectione morali; fol. 32 r. locus de theosophia, عرفان, amore divino, محبّت, accessu ad Deum et intuitione rerum divinarum, وصول ومشاهده, excerptus ex libro تکملة الطريقة, qui interpretatur hunc: طريقة المحمّدية; fol. 32 v. — 33 v. excerpta ex libro

medico de pellendis variis morbis noxisque corporis et de elicienda barba, it. locus de horis faustis et infaustis; fol. 39 v. indicatur, quot sagittae et pilae pyrobolae (vulgo granatae) missae sint et quot centenaria pulveris pyrii consumta, quum Christiani Budam duodequinquaginta dies oppugnarent, item quot globi tormentarii ab his in urbem conjecti.

CCCXXIX.

[Ac. K. 81.]

Codex turcicus, 4° min., foll. 42, char. diwani neschisi: *Varia, plerumque poëtica.* Fol. 1. v. — 4 r. *Zhâhirii poëma vel ingressio poëmatis majoris, Deum et Mu'hammedem celebrans.* Initium: رحیما دادکرا حیّ توانای قدیم· کریما پادشاها خالق شاهانی عظیم·; fol. 4 r. et v. ejusdem *terǵî'i-bend* paraeneticum; fol. 5 r. — 10 r. ejusdem ghazelae; fol. 11 r. et v. ejusdem poëma, quo allegorice narratur, quum amor terrester in eo esset, ut poëtam votorum compotem faceret, amorem coelestem voce conscientiae hunc revocasse, ut religione tactus resipisceret. Superscriptum est بحر طویل, quae verba metrum significant, quale alibi nondum vidi. Habet enim poëma sex strophas, ex quibus posterior quaeque priore longior est, pedes autem plerumque choriambi sunt et exitus omnium stropharum per *âh* consonant. Specimen sit stropha prima: ینه بر· رخلری آل· قاشی هلال· لبلری کور· آب زلال· عرض ایدرك· روی جلال· بدر تمام· قلدی خرام· آفت جان· روح روان· انجه میان· غنچه دهان· کورمدی هیچ· چشم جهان· بویله کوزل· شاه·. Fol. 10 v. interpositae sunt duae ghazelae persicae Nadhîrii et Ǵelâl-el-dîn Rûmii, it. *rubâ'î* persicum. Fol. 12 v. — 14 v. *Tewârîchi Niϑârî*, compendium metricum historiae 'Oϑmânidarum usque ad Mu'hammedem IV, cui dedicatum est; vid. Hammeri Hist. poës. osman., III, pag. 453 et 454. Quod autem *Ǵewrii* nomen inscriptum est, id ipso *machlaſo* refellitur. Initium: بحمد الله جهانه شامل اولدی لطف یزدانی· که جای راحت خلق ایتدی ظلّ آل عثمانی·. Finis: نثاری بو قصیده نامه تاریخ ایچون طبعم· دیدی سلك لآلیء جلیل نسل عثمانی·. Est igitur poëma absolutum A. H. 1066 (Chr. 1655 — 6), quamquam postscriptus est A. H. 1065. Fol. 15 r. — 19 r. poëmata *Meschâmii*, *'Olwii*, *Remzii*, *Ǵewrii*, *Naqschii*, *Emrii*, inter quae excellit fol. 15 v. qaſîda *Remzii* in obitum Qajâ Sulthânae, filiae Murâdi IV, mortuae A. H. 1068 (Chr. 1657 — 8). Fol. 17 v. interposita sunt اسرار عجایب, praecepta de conficiendis liquoribus scriptoriis, qui nonnisi adhibitis artificiis chemicis cerni possint, it. de liquore scriptorio auri instar splendente, it. de liquoribus scripta delentibus. Fol. 19 v. — 30 v. exempla epistolica. Fol. 30 v. — 42 v. poëmata *Wehbii*, *Schukrii*, *Ruschdii*, *Nef'ii* (fol. 34 v. — 35 r. ejus *Sâqi-nâme*, quod vidimus pag. 547 col. 2 lin. 21), *'Olwii*, *Âϑerii*, *Belighii*, *Bâqii* (fol. 39 v. et 40 r. ejus qaſîda hyacinthina, i. e. cujus prima duo hemistichia et cetera disticha omnia in سنبل exeunt), *Rindii*, *Emrii*, *Mu'hibii*, *Murâdii*, *Schemsii* (fol. 41 v. — 42 v. *Mu'hibbii* i. e. Suleimâni I, quatuor ghazelae, *Murâdii*, i. e. Murâdi III, una, a *Schemsio* in *tachmîsât* translatae; vid. pag. 535 col. 2. lin. 22 sqq.)

CCCXXX.

[K. 46.]

Codex turcicus, 8° maj., foll. 206, char. neschi. 1) Fol. 1 v. — 61 r. *Fabula de amoribus Josephi et Zuleichae*, oratione prosa simplicissima cum versibus asperis et hiulcis mixta. Initium: بسمله بشلیلم سوزه بز· بر حکایت ایدلوم بز ای· عزیز·. Finis: یوسف دن صکره قرداشلری پیغامبر اولدیلر صلوات الله علیهم اجمعین. 2) Fol. 62 r. — 73 r. *Fabula de Qambero**), eodem modo ex utraque oratione mixta. Qamberum, filium mercatoris infantem, patri in itinere a praedonibus ereptum et sub arbore abjectum, agricola invenit et cum Arzu filia educat. Amor eorum jam in schola gliscens, tamen, quum se fratrem et sororem esse existiment, temperatus, postquam forte verum audiverunt, vehementius exardescit. Post varias vices tandem votis potiti, sed denuo distrahendi, a Deo mortem petunt. Itaque una exanimati jussu Muftii in uno sepulcro conduntur. Initium: راویلر شویله روایت ایدرلر کم زمانْ قدیمده بر بازرکان باشی واریدی. Finis: ایکسنی دخی بله دفن ایلدیلر روحیچون فاتحه. Hoc exemplum A. H. 1088 (Chr. 1677 — 8) descriptum est ex alio, quod scriptum erat A. H. 999 (Chr. 1590 — 1). 3) Fol. 74 v. — 104 r. *'Hikâjeti-Taqjânûs*, narratio de Deciano, i. e. de Septem dormientibus. Initium: راویان اخبار وناقلان اسرار روایت ایدرلر کم یهودیلر دانشمندلرندن بر نچه سی جمع اولوب الخ. Fingitur enim, ut in Cod. CXCIII, Mu'hammedem a Judaeis quaestionibus tentatum esse, ad quarum unam de Septem dormientibus haec responderit. Postremo indicatur, quae illi facturi sint, postquam a Jesu in terram reverso resuscitati fuerint. Finis: کیرو حضرت عیسی علیه السلام زماننده دین محمّدی صلّی الله علیه وسلّم اوزرنه اولسه لر کرکدر, quem sequuntur so-

*) Nam sic efferendum esse nomen قنبر, docet consonantia cum عنبر in versu fol. 71 v. lin. penult. et ult.

litae preces et laudes. 4) Fol. 104 v. — 206 v. *'Hikâjeti qyrq wezir*; vid. Cod. Dresd. 149 et 245. Est autem recensio antiquior illa et brevior codicis Dresdani 245, omissa etiam hujus ingressione de libri argumento. Initium post *'hamdalam* et *taſlijam:* وبعده بو كتاب عربى دلندن احمد مصرى سلطان عصريچون *) ترجمه ايلمش كم بو كتابه اربعين صباح ومسا درلرمش ' تواريخ ملوكده كتورمشلر كم عجم مملكتنده بر اولو پادشاه واريدى الخ. Finis: اول دخى نجه دليم عمورلر سورب آخر جميعى سى دار فنادن كوچ ايدوب دار بقايه نقل اتدلر ' سزلرى وبزلرى ايو نصيحت قلديلر وبز دخى انلرك اردنجه نقل ايدسروز هله بز انلرى خير دعايله اكالم اوله كم بزى دخى خير دعايله اكالر بو بعون الله الملك المنان. Fol. 206 v. versiculi, quales libris subscribi solent. Fol. 207 r. aliquot eventa A. H. 1078—1095, ita notata, ut argumenta capitum libri historici esse videantur.

CCCXXXI.

[Pf. K. 228.]

Codex paene totus turcicus, 4° min., foll. 150, char. diwani neschisi: *Carmina Ssûfiorum mewlewicorum*, cum nominibus poëtarum. Fol. 32 r. et v. meϑnewî arabicum de unitate mystica Dei et hominis. Fol. 33 r. — 34 v. qaſida turcica de causa, principio, ordine et ratione creationis et ulterioris manifestationis naturae divinae, cujus disticha a literis ex ordine positis ita incipiunt, ut eas primum prorsum, deinde rursum, tandem iterum prorsum percurrant. Cf. duas qaſîdas alphabeticas Neſîmii, fol. 65 r. et 98 r. Longius meϑnewî dogmaticum et ethicum est روضة التوحيد fol. 42 r. — 47 v. Versus adonicos in longiores strophas extentos habet Sa'har Abdâli s. Sa'harii *Duwâzdeh*, i. e. laus duodecim Imâmorum, fol. 96 r. et v.: ورد زبانم · ذكر خدادر · صانكه بو جانم · مرغ خوش الحان · نعت نبى در. Praeter poëmata insunt haec: Fol. 6 v. — 8 v. *Atalar sözi*, dicta patrum vel majorum, i. e. sententiae et proverbia gentis turcicae, ad ordinem primarum literarum disposita, sed jam in litera *be* abrupta. Quae in Diezii *Denkwürdigkeiten von Asien*, I, pag. 157 sqq., idem nomen habent, alia sunt. Fol. 9 v. — 12 r. narrationes de dictis Ssûfiorum. Fol. 12 r. — 25 r. interpretatio ſûfica aliquot versiculorum coranicorum et dictorum Mu'hammedis, quae partim ab 'Alio accepta esse dicitur. Fol. 47 r. — 61 r. *Qâdirii Risâle der ma'rifeti insân*, commentatio ſûfica de natura et officiis hominum. Fol. 103 r. et v. commentatio de dicto 'Alii: *Ana elnoqtha ta'ht el-bâ*, Ego sum punctum sub litera ب. Fol. 150 r. ghazela in laudem Budae, a Mu'hammed Za'îmî Gulensi (كوله وى) incepta.

CCCXXXII.

[Ac. K. 69.]

Codex turcicus, 8° max., foll. 27, char. nesta'lîq et neschi. Fol. 1 r. — 20 r. *Carmina ſûfica Naqschii*, quamquam fol. 1 r. — 2 r. alia quoque notata sunt, in his arabica et persica. Fol. 20 v. — 25 r. *'Hikâjeti qâdhî u-düzd*, narratio de judice urbis Rei a latrone misere vexato, quae eadem est in Cod. Dresd. 224, 3, et 406. Fol. 25 v. narratiuncula de poëta, qui a rege varia deinceps rogatus ad omnia apte verbis coranicis respondit. Fol. 26 v. *turkî*, carmen amatorium. Fol. 27 v. duo disticha amatoria.

CCCXXXIII.

[Ac. K. 72.]

Codex turcicus, 8° oblongo, foll. 6, char. diwani neschisi et nesta'lîq: *Ghazelae Sirrii, Châlifii, Maqâlii, Firâghii, Ghulwii, Mircki, Seliqii.*

CCCXXXIV.

[Pf. K. 43.]

Codex turcicus, 12°, foll. 49, char. neschi: *Ghazelae et Tergî'ât Surûrii, Schâhidii, 'Hâletii, Chalîlii, 'Alii, 'Âschiqii, Neǵâtii, Jûnusi, Naſû'hii, 'Hairetii, Pejâmii, Achii, Ja'hjae, Aihnii, Nesîmii, 'Amrii, Chajâlii, 'Ischretii, 'Hâǵii, A'hmedis*, it. fol. 29 r. — 30 r. persica *Ǵelâl-el-dîn Râmii.*

CCCXXXV.

[Ac. K. 73.]

Codex mixtus, 12°, foll. 106, char. nesta'lîq. In latere interiore tegumenti et fol. 1 r. scripti sunt versus persici et turcici plurium poëtarum. 1) Fol. 1 v. — 9 r. *Quadraginta dicta Mu'hammedis a Mir 'Alî Schîro s. Newâïo binis distichis exita inter se consonantibus* (قطع) *ćaghataïce reddita, cum prologo et epilogo meϑnewico.* Fol. 1 v. — 4. r. verba ćaghataïca versuum in marginibus rubro liquore scripta sunt iisque subscripta quae in dialecto osmanica iis respondent. Initium: حمد انكا كلام خير مآل · كه نوايىغه اول قيلدى ايلكا رسوليدين ارسال ·. Finis: دعا يتكاى · بلبل روحىغه نوا يتكاى ·. 2) Fol. 9 r. — 19 r. *Una et sexaginta sententiae 'Alii ad ordinem primarum literarum dispositae, a Ǵâmio binis distichis exitu*

*) Item in Cod. Dresd. 149 fol. 1 v. et 2 r.: پس بو سببدن شيخ زاده سلطان عصر ايچون بو حكايت اربعين صباح ومسا آدلو كتابى بياضه كتوردى, unde corrige monstrum illud سُلْطَان مُصْر in editione Parisiensi, 1812, pag. 5 lin. 9.

inter se consonantibus persice redditae. Sunt omnes in illo نثر اللآلی, quem edidi in *Ali's hundert Sprüche*, pag. 65—87. 3) Fol. 19 v. — 106 v. *Multorum carmina et carminum fragmenta persica et turcica.* Initium facit nervosa qaſîda persica Ibn-Sînae (Avicennae) de perversis moribus suorum temporum, de virtute et doctrina sua, de contemtu quem Herâtae expertus sit, de inconstantia amicorum. Initium: منسوخ شد مروّت ومعدوم شد وفا ۰ وین هردو نام ماند چو سیمرغ وکیمیا ۰. Finis: مرد آن بود که دوستیء او بجا بود ۰ لو بسّت الجبال او انشقّت السما ۰. Fol. 61 v. et 62 r. satyra persica meϑnewica in mulieres. Initium: چاره نبود اهل شهوت را ززن ۰ صحبت زن هست بیخ عمر کن ۰. Finis: چون جوانی آید آنرا در نظر ۰ جای تو خواهد که او بندد کمر ۰. Subscriptum est distichon μισογύναιον Firdausii: زن واژدها هردو در خاک به ۰ جهان پاک ازین هردو ناپاک به ۰. Fol. 93 v. — 95 v. *New'ii rosa centifolia*, گل صد برک, i. e. qaſîda ſûfica, quam poëta disticho quarto ante ultimum لجّهٔ بحر حقایق esse dicit. Interposita sunt haec pedestria: Fol. 1 r. narratio de *rubâ'i* persico, quod Abû'l-Abbâs Qaſſâb per somnum a Mu'hammede acceperit, et quo assidue recitato et ipse ad summam sanctitatem pervenerit, et alii pervenire possint. Fol. 23 v. narratio Nizhâmî 'Arûdhii Maracandensis de sepulcro 'Omari Chajjâmî, doctoris sûfici, tali, quale ipse futurum esse praedixerit, et de *rubâ'i* persico, quo, postquam A. H. 517 (Chr. 1123—4) Nisaburi mortuus et sepultus sit, matrem per somnum clementiam divinam pro se implorare vetuerit. Fol. 72 v.—77 r. excerpta turcica ex libro *Resch'ha* de fûfismo et verbis ejus propriis. Fol. 77 v. et 78 r. excerpta arabica ex *El-Awwelijjât*, de rerum principiis, inventoribus, auctoribus. Fol. 84 v. epistola turcica New'î-zâde 'Athâ-allâhi, judicis Ruscuqensis, qua alicui munus judicis Adrianopolitani nuper acceptum gratulatur. Fol. 85 v. — 89 v., 91 r. — 92 r., 96 v. et 97 r., verba persica et nonnulla arabica cum interpretatione turcica. Fol. 98 v. — 99 v. praescriptiones honorum et exempla epistolica, it. duae sententiae arabicae.

CCCXXXVI.

[Ac. K. 246.]

Codex turcicus, 4° obl., foll. 19, char. diwani neschisi et diwani. Fol. 1 r. — 5 r. carmina amatoria et fragmenta eorum. Fol. 6 r. — 18 r. epistolae. Fol. 19 r. et v. cantica fûfica.

CCCXXXVII.

[Pf. K. 262.]

Codex turcicus, 4° obl., foll. 132, char. neschi: *Mezâdii Janissarii carmina*, ex eo genere, quod Hammerus descripsit in Hist. poës. osman., III, pag. 360 sqq. Regnante Mu'hammede IV scripta esse docent multae ejus laudes et alia ad historiam illorum temporum spectantia. Proprium nomen poëtae 'Hosein erat; nam fol. 128 r. *semâ'i* sic exit: اسممز حسین امّا ۰ مخلصم مزادی دیرلر ۰, et fol. 129 r. *dileïsch* sic: بلمینلر وقوف اولسون حسیندر آدیمز ۰ اکلین مخلصمز مزادی بولدم بنده بن ۰. Ne autem مزادی in مُرادی mutandum esse putes, poëta fol. 128 v. hanc agnominationem fecit: خوبلرک عشقیله بازار ایچنده ۰ دغعاتیله مزادی مزاده لنمش ۰.

CCCXXXVIII.

[W. K. 260.]

Codex turcicus et persicus, 4° obl., foll. 71, char. nesta'lîq et ta'lîq et neschi: *Ghazelae Fighânii, Bâqii* (hujus plurimae), *Selimii, Firâqii, Schâhii, 'Hairetii, Δâtii, Ssun'ii, Gedâïi, Ssâfii, Ufûlii, Mesî'hii, 'Ahdii, Schemsii, Jetîmii, Rewânii, Ra'hmii, Δihnii, Fadhlii, Fewrii, 'Obeidii, Châwerii, Ghazâlii, Hudâïi, Qijâmii, 'Abdii, Is'hâqi, Ehlii, Âhii, Mu'hibbii, Su'ûdii, Enîsii, Emrii, Ferruchii, Chajâlii, Maqâlii.* Initium et finem faciunt qyth'ae et disticha singula. Charactere neschi tantum haec scripta sunt: fol. 14 r. ghazela artificiosa *Ssâfii*, et fol. 19 v. et 20 r. tria fragmenta poëtica.

CCCXXXIX.

[Ac. K. 263.]

Codex trilinguis, 8° obl., foll. 79, char. vario: Fol. 1 r. — 8 v. *Cantica ramadhânica*, arabica soluta, turcica metrica. Fol. 9 r. — 25 r. *Cantica Hudâïi, Δâkirii, Nûrii, Ibn-Kemâli.* Fol. 25 v. — 79 r. *varia carmina et carminum fragmenta.* Interjecta sunt haec pedestria: Fol. 37 v. et 38 r. quae Abû-'Hanîfe novum Imâmum interrogari et ab eo responderi jussit. Fol. 49 v. — 50 v. quinque praecepta magica. Fol. 41 r. is, qui codicem scripsit, in ghazela a se ipso facta se A'hmedem nominat, et fol. 69 v. quoddam carmen a se, *Rûznâmeǵi-zâde*, scriptum esse dicit m. Δû'l-'hiǵǵe A. H. 1078 (Chr. 1668).

CCCXL.

[Pf. K. 261.]

Codex turcicus, 8° obl., foll. 56, char. vario: *Varia carmina 'Olwii*), Schem'ii, Firâqii, Jaqînii* (fol. 11 v. —

---

*) Sic legi nomen علوی, non cum Hammero Alewi, quia ipsum metrum Hezeǵ in versu ultimo ghazelae primae, fol. 1 v., hanc quantitatem requirit: نظر قیل علوی یه شاهم قپوکده بونجه ییلدر کم ۰ غریبکدر فقیرکدر قولکدر دردمندکدر ۰

12 v. me*th*newî, quo ex auctoritate ʿAlii docetur ars رمل; vid. pag. 394 col. 1, f.), *Sijâhii*, *Memî-oghlii* (fol. 13 v. — 32 v. carmina militaria de victoriis et expugnationibus cretensibus ʿHosein Pàschae; vid. Hammeri Hist. imper. osman., III, pag. 286 et 287, et ejusdem Hist. poës. osman., III, pag. 613 et 614), *Dedem-oghlii*, *Neǵâtii*, *Aʿhmedis*, *Fudhûlii*, *Nesîmii*, *Usûlii*, *Saʿjii*, *Qabûlii*, *Kör-oghlii*.

CCCXLI.

[Ac. K. 264.]

Codex turcicus et arabicus, 8° min. obl., foll. 49, char. neschi et nestaʿlîq. Fol. 1 r. — 12 v. *Cantica Hudâïi*, *Pîrii*, *Sinânii*, *Nûrii*. Fol. 12 v. — 42 v. preces arabicae cum institutionibus turcicis. Fol. 43 r. — 49 r. carmina amatoria. Fol. 49 v. preces.

CCCXLII.

[Pf. K. 265.]

Codex turcicus et persicus, 8° min. obl., foll. 138, char. nestaʿlîq et taʿlîq: *Multorum poëtarum ghazelae*, *muâsscherât*, *museddesât*, *qythâʿ*, *mufredât*. Fol. 115 v. eadem ghazela Suleimâni I, quam Hammerus in Hist. poës. osman., II, pag. 6, germanice reddidit: هاى وعودن فارغ اول عالمده سلطانلق بودر, ubi عالمده est pro Hammeri الكده.

CCCXLIII.

[K. 266.]

Codex turcicus et persicus, 12° obl., foll. 116, char. vario, plerumque nestaʿliq: *Carmina ad modos musicos disposita*. Fol. 2 r. — 3 r. index ictuum tympani singulis modis convenientium, sic: اصول هاوى دم تكه دم تك دم تكه تكه دم تكه تكه دم تك دم دم تكه تكه دم تكه دم تاك دم تك تكه دم تاك تكه الخ. Fortasse ad ictus fidium vel vocis spectant talia, qualia in margine inferiore fol. 3 v. et multis aliis locis adscripta sunt: يا لايله لايله لل له لل لى. Fol. 110 v. et 111 r. فهرست مقامات, index undetriginta modorum et eorum foliorum, in quibus carmina illis subjecta incipiunt. Fol. 112 v. — 116 r. appendix aliquot carminum et versuum.

APPENDIX CODICUM THEOLOGICORUM.

CCCXLIV.

[K. 99.]

Codex arabicus, 8°, foll. 56, nitido char. neschi, limbis et punctis inter versiculos aureis, signis pausarum nullis, omissis item suratarum inscriptionibus in areis ad eas recipiendas destinatis: Sur. 1, 6, 36, 44, 48, 55, 56, 67, 78, 103 — 114.

CCCXLV.

[Ac. K. 267.]

Codex arabicus, 8° min., foll. 49, char. neschi, limbis et pausarum signis nullis, inscriptionibus suratarum et punctis inter versiculos rubris: Sur. 67 — 114, quibus subjuncta est 1. Scr. A. H. 1047 (Chr. 1637 — 8).

CCCXLVI.

[Ac. K. 319.]

Codex arabicus, 8° mag., foll. 39, char. neschi: Sur. 6, 36, 44, 48 usque ad vers. 25, fol. 30 v., post quod aliquid excidit. Fol. 31 r. incipit in vers. 7 Suratae 55, quam finitam sequuntur Sur. 67 et 78. Fol. 36 v. — 38 v. مناجات آيات التهليل, precatio ex *âjât-el-tehlîl* composita (vid. Cod. CLXXIII), in fine abrupta. Fol. 39 r. et v. آيات الحفظ utrinque truncae; vid. Cod. CXXVIII, 6.

CCCXLVII.

[Ac. K. 160.]

Codex arabicus et turcicus, 8°, foll. 47, nitido char. neschi, limbis et punctis inter versiculos Corani et membra precationum aureis, pausarum signis nullis, inscriptionibus suratarum et ceterarum partium candidis in areis aureis, quae et ipsae laterculis caeruleis et pulcre expictis inclusae sunt: Sur. 18, 36, 44, 48, 55, 56, 67, 78, 97, 99, 100, 108, 110, 112, 113, 114. Fol. 33 r. — 38 v. versiculi coranici gravitate argumenti et decore orationis insignes, ex pluribus suratis excerpti. Fol. 38 v. — 42 v. precationes arabicae. Fol. 42 v. — 44 v. *esmâï ʿhosnâ* et *ʿhiljeï scherîf*, cum versibus turcicis de hujus usu et utilitate. Ipsam *ʿhiljam* duo circuli aurei ambiunt, et hos ipsos ornamenta item aurea; verbis arabicis subjecta est interpretatio turcica. Fol. 46 r. precatio qua itinera auspicanda sunt. Fol. 47 r. Turca, cujus liber olim erat, notavit, d. 9 m. Schaʿbâni A. H. 1084 sibi natum esse filium ʿHasan; unde bonus Kebrius hoc extricavit: „Exaratus est pulcherrimus hicce libellus anno hegirae 1084, Christi 1674.“

CCCXLVIII.

[Ac. K. 268.]

Codex arabicus et turcicus, 12°, foll. 33, char. neschi: Sur. 36, post quam aliquot folia exciderunt; fol. 9 r. incipit

---

atque in inscriptione ghazelae, Cod. CCCXLII fol. 86 v., sic est: غزل علوى چلبى. Ceterum illic quoque metrum naturam spondaïcam vel trochaïcam nominis confirmat.

in vers. 101 Suratae 21, quam finitam sequitur Sur. 48, A. H. 1089 (Chr. 1678) scripta, deinde Sur. 67 et 78, sed haec in fine trunca, quum post fol. 20 duo evulsa sint. Fol. 21 r. et v. *Nûrii* poëma turcicum paraeneticum ad cor humanum. Fol. 22 r. — 26 v. Sur. 1, 113, 114, 112, et hinc retro usque ad Sur. 101. Fol. 27 r. versus turcici paraenetici. Fol. 28 v. Sur. 55, deinde Sur. 2 vers. 285 et 286. Fol. 32 v. et 33 r. precatio arabica lectioni coranicae subjungenda.

CCCXLIX.

[Pf. K. 102.]

Codex turcicus, 4°, foll. 130, maximam partem char. diwani neschisi scriptus. Fol. 1 r. — 2 v. epistolae, rationes, al. Fol. 3 r. — 78 r. *pars ab initio trunca commentarii in Coranum*, a vers. 7 Suratae 81 usque ad finem Corani pertinens, hinc ad Suratam 1 rediens. Fol. 79 v. epistola bis char. sijaqa scripta. Fol. 80 r. dictum Muʿhammedis, quo usus ʿ*haschischi* similiumque rerum damnatur. Fol. 81 v. — 106 v. *commentarius in Sur.* 36. Fol. 106 v. — 129 v. *compendium religionis muʿhammedanae*, abruptum in loco de lotionibus sacris. Fol. 130 v. varia notata.

CCCL.

[Ac. K. 253.]

Codex turcicus et arabicus, 8° maj., foll. 56, char. neschi et nestaʿlîq. Fol. 1 v. — 13 r. Commentatio turcica de vi quarundam invocationum Dei et suratarum coranicarum. Fol. 13 v. — 15 r. جواب نامۀ شهزاده سلطان مصطفى خان, ad literas sulthânicas tributum provinciale imperantes respondens, nec pecuniam nec annonam inveniri posse. Fol. 15 v. — 17 v. amuleta equina. Fol. 17 v. — 19 r. epistola arabica. Fol. 19 r. — 20 v. de virtute achatae carneoli, ʿ*aqîq*. Fol. 21 r. — 22 r. precatio arabica, quae maleficia magica, malos daemones, pestilentiam et alios morbos arcere dicitur. Fol. 22 r. — 39 r. quatuor precationes arabicae, quarum prima ab Abû'l-suʿûdo concepta est. Fol. 40 r. — 44 v. precationes, medica, magica. Fol. 45 r. — 54 v. excerpta ex *Surûrii* commentario arabico in prologum et primum librum Gulistâni Saʿdiani, passim immixtis praeceptis magicis et medicis, precationibus, versibus turcicis. Fol. 55 r. formula medicamenti alvum solventis. Fol. 56 r. et v. stationes itineris a Constantinopoli ad Belgrâdum.

CCCLI.

[Ac. K. 176.]

Codex turcicus, 12° maj., foll. 126, char. neschi: *Kitâb daqâïq-el-achbâr*, i. e. Kitâb aʿhwâl-el-qyjâme (Cod. CXCII) turcice redditus. Initium: الحمد لله ربّ العالمين والعاقبة للمتّقين ولا عدوان الّا على الظالمين ، خبرده كلمشدر كه حق تعالى جلّ وعلى بر اغاج يرتدى. Finis: يَدْكُلرى يَيَسِى بيل اوله ومشك وعنبر اوله والله اعلم بالثواب (l. بالصواب) واليه يرجع المآب.

VOLUMINA ET SINGULA FOLIA.

CCCLII.

[K. 330.]

Amuletum, in quo char. neschi scripta sunt haec: duo sigilla magica, ʿ*hiljeï scherîf*, arab. et turc., carmen *Burde* in decem partes divisum, invocatio gratiae divinae.

CCCLIII et CCCLIV.

[K. 328 et 329.]

Duo amuleta in una capsula condita, char. neschi scripta, quorum prius haec continet: ʿ*hiljeï scherîf*, arab. et turc., nomina Dei, quatuor sigilla magica, carmen *Burde*, circum quod scripta est Sur. 48 et *duʿâï* ʿ*habîb Allâh*, subscriptum autem, Aʿhmedem quendam haec absolvisse d. 21 Reģebi A. H. 1041 (Chr. 1632); posterius haec: duo sigilla magica, *duʿâï nûr*, *duʿâï qadaʿh*, *duʿâï ģemîl*, *duʿâï Chydhr Iljâs*, *duʿâï ismi aʿzham*, *duʿâï dilbâghî, bâbi schirînlik*, i. e. tabulam magicam, cujususu omnibus gratus fias, *bâb doqsan doquz düschmen aghzi baghlcün*, i. e. verba cabbalistica, quorum usu novem et nonaginta inimicorum maledica ora occludas.

CCCLV.

[Ac. K. 321.]

Amuletum ab Acolutho char. neschi descriptum, continens septem et viginti sigilla magica cum institutionibus turcicis.

CCCLVI.

[Ac. K. 322.]

Amuletum ab eodem char. neschi descriptum, continens telesmata, sigilla magica, precationes, quales supra vidimus, ut *duʿâï nûr*, *duʿâï Chydhr Iljâs*, al. Circum margines scripta sunt haec: Sur. 36 usque ad vers. 60 abruptum post haec verba: يا بنى آدم ان, Sur. 48 tota, versiculus throni, Sur. 36 vers. 61 — 83.

CCCLVII.

Duae qafîdae turcicae, char. neschi scriptae, quibus *Delîli*, miles classicus, navarcho gratulatur, priore, quod *Gülbanki Chodâ*, triremis Budae recens constructa, medio A. H. 994 (Chr. 1586) ex navalibus auspicato ad iter Constantinopolitanum emissa sit, posteriore, quod ex Danubio prospere in mare pervenerit.

CCCLVIII.

[Ac. K. 323.]

Exemplum char. neschi scriptum *waqfijjae* turcicae, qua ʿAbd-el-kerîm Ibn-ʿHosâm-el-dîn, paraeneta templi Suleimânici Constantinopolitani, ineunte Regebo A. H. 1008 (Chr. 1600) plura aedificia in agro Rumeliensi sita ad pios usus legavit et quomodo administranda essent definivit. Subscripta sunt nomina testium. Exemplum archetypo omnino respondere, supra appositis sigillis suis testati sunt ʿAbd-el-ʿhalîm Ibn-Muʿhammed, Qâdhî-ʿasker rumeliensis, et Esʿad Ibn-Saʿd-el-dîn, Qâdhî-asker anatolensis.

CCCLIX.

[K. 334.]

Literae nomine Murâdi III medio Schewwâlo A. H. 1002 (Chr. 1594) Comara ad Sinânum, praefectum Temeswâriensem, datae, char. diwani scriptae, quibus illi imperatur, ut Aʿhmed-oghlium, quem propter fortitudinem nuper in proelio Peckerekensi (پچكرك) adversus Christianos probatam Principi commendaverit, timâro impertiat, unde quotannis tria millia asprorum redeant.

CCCLX.

[Ac. K. 325.]

Literae nomine Muʿhammedis IV d. 16 Gumâdae posterioris A. H. 1069 (Chr. 1659) Constantinopoli ad ʿAlî-Pâscham, praefectum Janowensem, datae, char. geri scriptae, quibus stipendia militum praesidiariorum Janowae aliarumque urbium munitarum ordinantur, et unde petenda sint et quomodo annuae eorum rationes reddendae definitur.

CCCLXI.

Literae nomine Muʿhammedis IV d. 3 Δû'l-qaʿdae A. H. 1079 (Chr. 1669) in agro arcis Candiae datae, char. geri scriptae, quibus vicus چكرسوه, in regione كدك comitatus نواروز situs, ziʿâmetae nomine ab ʿOmaro mortuo in Sejjid-ʿHoseinum, ejus filium, transfertur.

CCCLXII.

[K. 332.]

Exemplum char. diwani scriptum literarum nomine Muʿhammedis IV d. 12 Rebiʿi posterioris A. H. 1088 (Chr. 1677) Constantinopoli datarum, quibus Pîr Muʿhammed Efendio, paraenetae templi Muʿhammed Pâschae in urbe rumeliensi Ischtib, administratio legatorum Emîr-Efendî ʿAbd-el-kerîmi, defuncti paraenetae Ischtibensis, confirmatur eique stipendium quotidianum tricenorum asprorum attribuitur. Exemplum archetypo omnino respondere, ad dextram apposito sigillo suo testatus est Musthafâ ʿHyfzhî, vicarius judicis in tribunali Constantinopolitano Achî-Celebii.

CCCLXIII.

[K. 338.]

Literae nomine Muʿhammedis IV ineunte Regebo A. H. 1088 (Chr. 1677) Constantinopoli ad judicem Ischtibensem datae, char. diwani scriptae, quibus illi significatur, Pîr Muʿhammedem, de quo literae superiores sunt, quamvis ʿAbd-allâh quidam et alius, cujus nomen non est perscriptum, a Principe petierint, ut illa legata sibi administranda committeret, in munere suo confirmatum esse; deinde judici imperatur, ut pecunias ex legatis redeuntes arbitrio ejus permittat, et illos et alios a molestiis ei creandis prohibeat, et, si forte pecunias ad legata pertinentes sibi arrogaverint, eas repetat.

CCCLXIV.

[K. 336.]

Literae nomine Muʿhammedis IV ineunte Δû'l-qaʿde A. H. 1088 (Chr. 1677 aut 1678) Constantinopoli ad praefectum Rumeliensem et judicem Sophiae datae, char. diwani scriptae, quibus illis significatur, quum Pîr Muʿhammed, administrator legatorum Emîr-Efendii, ʿAlî-oghlî ʿAbd-allâhum et Maʿhmûdum et alium, cujus nomen non est perscriptum, propter legata illa devorata et dissipata peculatus accusaverit, Aʿhmedem nomine quaesitoris istuc missum esse; deinde iis imperatur, ut se ad eum conferant et, postquam de re cognoverit, pecunias aversas ab illis repetant et quaesitori tradant, omnino auctoritatem judicii a nemine recusari permittant, et si qui contumaciores sint, eorum nomina ad Principem deferant.

CCCLXV.

[Ac. K. 324.]

Literae nomine Muʿhammedis IV A. H. 1089 (Chr. 1678—9) Adrianopoli datae, char. geri scriptae, quibus vicus ʿHall-el-lauz, in regione (*naʿhije*) Saʿhati ʿalîl comitatus syriaci Legûn situs, cum aliis timâri nomine ʿAbdallâho, praefecto equitum (*alâi begi*) illius comitatus, attribuitur.

CCCLXVI.

[K. 337.]

Literae nomine Muʿhammedis IV exeunte Δû'l-qaʿde A. H. 1093 (Chr. 1682) Adrianopoli datae, char. diwani scriptae, quibus administatio agri a Scheich ʿHamze legati, prope vicum Ssulu-dere in judicatura دورتر siti, ʿHâfyzh Muʿhammedi, cui jam antea publice tradita erat, contra postulationes alius cujusdam et ceterorum omnium confirmatur.

CCCLXVII.

[K. 343.]

Literae publicae d. 7. Δû'l-ʿhigge A. H. 1093 (Chr. 1682) datae, quibus judici urbis Rumeliensis Aghostos (اغستوس) et ceteris magistratibus, praefectis, optimatibus, ziʿâmetarum et timârorum dominis, imperatur, ut annonas vectigales (ويريلهچكان ذخيرهها), quarum pendendarum

tempus jam praeterierit, in promtu habeant easque Aʿhmedi illarum colligendarum causa istuc misso in urbem transportandas tradant.

CCCLXVIII.

[K. 331.]

Literae nomine Muʿhammedis IV medio Rebiʿo posteriore A. H. 1095 (Chr. 1684) Adrianopoli datae, char. diwani scriptae, quibus vicus Marſalyq, in regione Usterumǵe comitatus bulgarici Güstendil situs, a Muʿhammede, qui se bello subduxerat, timâri nomine in Aʿhmedem, virum probatae fortitudinis, transfertur.

CCCLXIX.

Literae nomine Muʿhammedis IV d. 10 Reǵebi A. H. 1095 (Chr. 1684) Adrianopoli datae, char. ǵeri scriptae, quibus munus publicani duarum tribuum جموکان et ماماری (pro quo semel مموس scriptum est) jurisdictioni praefecturae Dijârbekrensis subjectarum et cum comitatu Qara-Ulus tributa pendentium, quod munus Schâhi-Ćìn oghlì ʿOϑmâno (sic, quasi filio regis sinici) quatuor annis ante propter calumnias Murâdi cujusdam ademtum et huic datum erat, adversario amoto illi redditur.

CCCLXX.

Literae publicae d. 12 m. Δû'l-hiǵǵe A. H. 1096 (Chr. 1685) datae, char. diwani scriptae, quibus judici et optimatibus Membeǵae (منبجه) significatur, eos, qui isti judicaturae subjecti sint, apud Principem conquestos esse, quod hominibus per suam regionem iter facientibus hospitia, pabula, cibos gratis praebere cogantur; deinde illis imperatur, ut hanc injuriam a civibus defendant, ut, quicunque in itinere illis rebus egeat, eas pecunia sua emat, si quis autem contra fecerit, ejus nomen ad Principem deferatur, ne meritam poenam effugiat.

CCCLXXI.

[K. 339.]

Exemplum char. diwani scriptum literarum nomine Muʿhammedis IV d. 12 Ssafari A. H. 1098 (Chr. 1686) ex agro Belgradensi datarum, quibus vicus مشادسوه (si modo verbum parum distincte scriptum recte legi), in comitatu Semendriensi situs, ziʿâmetae nomine ab ʿOϑmâno sub Buda interfecto in Alium, ejus filium, transfertur. Exemplum archetypo omnino respondere, ad dextram apposito sigillo suo testatus est Aʿhmed, vicarius judicis Belgradensis.

CCCLXXII.

[K. 335.]

Literae nomine Muʿhammedis IV d. 25 Rebiʿi prioris A. H. 1098 (Chr. 1687) Belgrado datae, char. diwani scriptae, quibus judici Kratowensi significatur, Aʿhmedem, praefectum vectigalium Scopensem, Principi nuntiasse, incolas tractus vectigalis Kratowensis (نفس قرطوه مقاطعهسی), qui antea in metallis illius regionis operas fecerint, nunc exempla opulentiorum ex suis imitatos dura illa ministeria detrectare atque multos ignaviae suae quaestus et negotia remigum, cauponum, mulionum, militum praetendere; quo factum esse, ut metalla jaceant nec quidquam inde redeat. Itaque judici imperatur, ut illos omni excusatione et causatione praecisa antiquo more ad operas metallicas cogat, ne, si in hac re segnior fuerit, idem denuo jubendus sit.

CCCLXXIII.

[K. 340.]

Literae nomine Muʿhammedis IV d. 25 Rebiʿi prioris A. H. 1098 (Chr. 1687) Belgrado ad judicem Janowensem datae, char. diwani scriptae, quibus ei de metallis Janowensibus idem significatur et imperatur, quod supra judici Kratowensi de Kratowensibus.

CCCLXXIV.

[K. 341.]

Literae nomine Muʿhammedis IV d. 25 Rebiʿi prioris A. H. 1098 (Chr. 1687) Belgrado ad judicem Koćinensem (قوچنه قاضیسی) datae, char. diwani scriptae, quibus ei imperatur, ut, quum post mortem Fadhlì Pâschae, praefecti comitatus Scopensis, oryza ex Orizar-ćeltugi (اوریزار چلتوکی) judicaturae Koćinensis proveniens, quae illi attributa fuisset, ad peculium Principis redierit, Aʿhmedi, praefecto vectigalium Scopensi et Kratowensi, literas scribat, quibus jus et munus oryzae colligendae in eum conferatur.

CCCLXXV.

[K. 342.]

Literae nomine Muʿhammedis IV d. 25 Rebiʿi prioris A. H. 1098 (1687) Belgrado ad judicem Ischtibensem datae, char. diwani scriptae, quibus imperatur, ut, quum ʿHâǵì Musthafâ, praefectus comitatus Güstendilensis, proventum vinearum decumanarum (باغان عشری) Ischtibensium, Principi peculiarium, nunc quoque, a munere remotus, colligere pergat, ille hunc peculatum prohibeat.

CCCLXXVI.

[K. 333.]

Literae nomine Muʿhammedis IV d. 21 Ǵumâdae posterioris A. H. 1098 (Chr. 1687) ex agro Belgradensi ad judicem Dunićensem (دونیجه قاضیسی) datae, quibus ei significatur, Aʿhmedi, praefecto vectigalium Scopensi, commissum esse, ut a proletariis non muʿhammedanis, qui in ista judicatura operas manuarias faciant, tributum binorum piastrorum lege constitutum et antea ab iis solutum, eo autem anno ab ipsis eorum heris denegatum, auctoritate publica exigat, quo in negotio judex legatum ejus adjuvare jubetur.

ADDITAMENTA ET EMENDATIONES.

Pag. 332 col. 1 lin. 9 post continet adde *Zamachscharii.*

Pag. 337 col. 1 lin. 6 ab inf. conjectura confirmatur hoc loco Cod. CCXCIII, fol. 111 v. et 112 r.: وذكر ارسطو فى كتاب السياسة الذى وضعه الاسكندر (للاسكندر .l) حساب الغالب والمغلوب. Ibid. col. 2 lin. 6—9 minorem et majorem recte positos esse, pag. 518 col. 2 lin. 5 et 4 ab inf. negavi; sed in libro iterum inspecto revera sic scriptum inveni.

Pag. 338 col. 1 lin. 12: pro سير apud 'H.-Ch. No. 3805 est تيسير, quam scripturam ipse ordo libri tuetur. Sed primum sententia, deinde scriptura nostri exempli, tandem locus Cod. CCXCIII fol. 68 r. lin. 4 de astrologis: ارباب الملاحم واهل التسييرات واصحاب الحساب, mihi persuadent scribendum esse تسيير الكواكب.

Pag. 341 col. 1 lin. 7 pro Cod. I scribe No. 1; lin. 29 pro لخ scr. الخ; col. 2 lin. 5 dele verba: Cod. X, 5.

Pag. 343 col. 1 lin. 4 pro فافتحرت scr. فافتصرت; col. 2 lin. 4 ab inf. pro الشيج scr. الشيخ.

Pag. 345 col. 1 lin. antepen. in adnot. pro snbjicere scr. subjicit; col. 2 lin. 6 ab inf. pro Raml scr. Remel.

Pag. 347 col. 2 lin. 10 pro capitis scr. libri.

Pag. 349 col. 2 lin. antepen. pro شمشية scr. شمسية.

Pag. 351 col. 1 lin. 7 pro *'Hosein* scr. *El-'Hoseini.*

Pag. 352 col. 1 lin. 19 post orbiculis adde: in quibus numeri versiculorum literis indicati sunt.

Pag. 353 col. 2 lin. 3—5 scribe: quinto die post Budam A. Chr. 1686 d. 23 Aug. ad rationem Julianam, d. 2 Sept. ad Gregorianam, a Christianis receptam.

Pag. 357 col. 1 lin. 24 falsam codicis scripturam muta in حَفْص, 'Haff.

Pag. 366 col. 2 lin. 27 adnotationes Sa'dianae intelligendae sunt Sa'd-el-dîn El-Teftâzânii; vid. col. 1 lin. 31 sqq.

Pag. 367 col. 1 lin. 4 verba sic dispone: الربيع بن• الامام انس, ita ut hoc aliud nomen sit.

Pag. 369 col. 2 lin. 5 ab inf. scribe: fol., foll. 339.

Pag. 372 med. secundus versuum turcicorum non ironice, sed serio animum humanum flamma amoris divini comburi jubet, ut spiritus tranquillus Deo vacare possit.

Pag. 373 col. 1 lin. 12 et 13 nunc Abû'l-Muntehî leg. esse puto; vid. Moelleri Catal., I, No. 96. Ibid. col. 2 lin. 10 ab inf. pro *Zamachscharium* scr. *Zamachscharianum.* Ibid. lin. 4 ab inf. in codice iterum inspecto revera انّ البَطْن scriptum inveni, sed genuinum sine dubio est البطون.

Pag. 383 col. 2 lin. 1 pro الكجرانى legendum videtur الكجراتى, Guzuratensis. Ibid. lin. 17 quid rei sit, docet Hammerus in Hist. imper. osman., II, pag. 335 et 336.

Pag. 384 col. 2 lin. 10 ab inf. in adnot. pro *male* scr. *aliter;* vid. 'H.-Ch., II, pag. 301 lin. 3 sqq. — Lin. 8 ab inf. pro تهيت scr. تهنيت; lin. 4 ab inf. post *pedissequa est* adde: *Bonum malo inclusum et malum bono implicatum est.*

Pag. 387 col. 2 lin. 26 pro adverus scr. adversus.

Pag. 392 col. 2 lin. 15 pro rescipiscat scr. resipiscat.

Pag. 395 col. 1 lin. 14 ab inf. in adnot. pro Mo'âð scr. Ma'âð.

Pag. 400 col. 2 lin. 10 post quoque adde: ejusdem poëtae.

Pag. 405 col. 1 lin. 7 ab inf. pro hanc scr. hoc.

Pag. 416 col. 1 lin. 8 ab inf. pro *munâdjât* scr. *munâgât.* Ibid. col. 2 lin. 29 pro parti aversae vasis scr. pelli cervinae, et dele adnotationem secundam; nam legendum est *gejik derisinc.*

Pag. 418 col. 1 lin. 26 post قائمية adde: Cf. Matth. 15, 4—6, Marc. 7, 10—13.

Pag. 419 col. 2 lin. 7 et 8 pro inscripta et eorum scr. inscriptas et earum.

Pag. 422 col. 1 lin. 8 in وانكدءُ dele hemzam; lin. 10 pro 63 r. scr. 62 v.

Pag. 430 col. 2 lin. antepen. sqq. Praeter hoc exemplum Cod. CX fol. 94 r. quatuor alia ejusdem rei praebet. Ibidem diversae significationes plurium verborum arabicorum et persicorum iis toties repetitis superscriptae sunt, et distichon persicum omnes literas arabicas nulla bis posita sic comprehendit: اثر وصف غم

عشق خطت• ندعذ حظّ كسى جز بضلال•

Pag. 435 col. 1 lin. 21 et 22 scribe: *Nec servas amicum cui, ubi deliquit, non ignoscis;* (ignoscendum autem est, nam) *quis mortalium a vitiis omnino liber est?* Sic accipiendum esse versum, inde intellexi quod in El-Θa'âlebii *Uns-el-wa'hîd*, Cod. Paris. 1160 (nov. 1594), pag. 14, primus est ab initio capitis de استبقاء مودّة الاخوان واحتمال هفواتهم.

Pag. 442 col. 1 lin. 11 ab inf. pro eorum scr. earum.

Pag. 449 col. 2 lin. 32 pro puum scr. quum.

Pag. 450 col. 2 lin. 17 ad ايشان adde: l. انسان.

Pag. 451 col. 2 lin. 21 pro Abassowicz scr. Abazowicz.

Pag. 452 col. 1 lin. penult. in adnot. pro Nisâî scr. Nesâî.

Pag. 453 col. 1 lin. 4 et 3 ab inf. pro parti adnotationum scr. multis adnotationibus, pro unde omnes scr. quae omnes.

Pag. 454 col. 2 lin. 27 et 28 et pag. 455 col. 1 lin. 20 ante El-Ǵezerî adde Ibn.

Pag. 456 col. 2 lin. 8 pro Prohpetae scr. Prophetae.

Pag. 458 col. 1 lin. 30 pro ببر scr. بِبِرّ.

Pag. 463 col. 2 lin. 13 ab inf. pro مرى in codice iterum inspecto inveni سرى; lin. 5 ab inf. ante distichon adde duplex.

Pag. 466 col. 2 lin. 15 pro الجوزى contra auctoritatem codicis sine dubio scribendum est الجزرى.

Pag. 471 col. 2 lin. antepen. pro theologica scr. theologia.

Pag. 472 col. 1 lin. 24 pro ضَغْن scr. طُغْن; col. 2 lin. ult. post redierunt pro puncto pone comma.

Pag. 474 col. 2 lin. 25 pro simile scr. idem.

Pag. 475 col. 2 lin. 21 post *solebat* adde: *ut haberet quo viveret.*

Pag. 476 col. 2 lin. 8 ab inf. post iterum adde: cum eodem commentario.

Pag. 484 col. 2 lin. 5 ab inf. post 1) adde: Fol. 1 v. — 13 v.

Pag. 485 col. 2 lin. 27 dele lineolam post Bekr, et lin. 28 pro Sunni scr. Suunii.

Pag. 489 col. 2 lin. 19 pro pag. 481 col. 2 lin. 7 sqq. scribe pag. 485 col. 1 lin. 4 ab inf.

Pag. 496 col. 2 lin. ult. post ratione adde tironis.

Pag. 498 col. 1 lin. 16 ab inf. pro Muſhtafa scr. Muſthafâ.

Pag. 506 col. 2 lin. 15 post sedecim anni adde: Potest quidem fieri, ut idem rerum ordo identidem redintegretur, sed eum tandem aliquando ad finem pervenire necesse est.

Pag. 511 col. 2 lin. 25 pro ⏑́ – scr. ⏑ –́.

Pag. 517 col. 1 lin. 34 pro si quis scr. si qui.

Pag. 519 col. 1 lin. 5 ab inf. pro causula scr. clausula.

Pag. 522 col. 2 lin. 8 pro Qassâb scr. Qaſſâb.

Pag. 526 col. 2 lin. penult. et pag. 527 col. 1 lin. 18 inter se collatis intelligitur, in Kosegartenii Chrestomathia arabica, praef. pag. XII med., pro ابوإء, quod inauditum est, cum Moellero in Catalogo scribendum esse أبو, ex consuetudine vulgi pro أبى, et illa verba significare historiam Delhemae et Abû-Mu'hammedis El-Batthâli.

Pag. 532 col. 2 lin. 10 pro quem scr. quam.

Pag. 535 col. 2 lin. 22 pro poëma Ka b scr. qaſida Ka'b.

Pag. 536 col. 2 lin. 7 pro 'Asǵedii scr. 'Asǵedii.

Pag. 544 col. 1 lin. 21 pro surataram scr. suratarum.

INDEX NUMERORUM KEHRIANORUM CUM NOSTRIS E REGIONE POSITIS.

Hunc indicem commoditati vel potius necessitati dedimus. Nam quum ipsi in hoc catalogo, antequam numeri nostri constituti essent, saepe Kehrianis usi sumus, tum in scriniis bibliothecae ordinem antiquum retinere visum est.

1. XXXVII.
2. CIII.
3. CCX.
4. CLXXXII.
5. XLII.
6. CCVIII.
7. XXXVIII.
8. CIV.
9. CVII.
10. CXCIX.
11. CII.
12. CCLXXVIII.
13. CCCXXII.
14. CCXIV.
15. XXII.
16. CCVII.
17. VII.
18. CCXII.
19. CCIX.
20. XVII.
21. XIX.
22. CV.
23. XCI.
24. CCLXXXVII.
25. CCXCVIII.
26. CCXXIII.
27. XLIII.
28. VI.
29. CCXCVII.
30. CCCXXVIII.
31. XXXIII.
32. CCCXII.
33. XXXII.
34. CCCXX.
35. CCCXXI.
36. CCCVI.
37. CCCIII.
38. CIX.
39. CCCIX.
40. CXVIII.
41. CLXXVIII.
42. CCCXVII.
43. CCCXXXIV.
44. CCCII.
45. CCXXVIII.
46. CCCXXX.
47. CCLXXIV.
48. CCLXXV.
49. I.
50. IV.
51. XXXIV.
52. XIII.
53. IX.
54. XXIII.
55. XXV.
56. XIV.
57. XXXI.
58. XVI.
59. XV.
60. CLXXXVI.
61. CLXXXVII.
62. CCXCIX.
63. CCCXV.
64. CCCXI.
65. CCLXII.
66. CCCXIX.
67. CCCI.
68. CCCXXIII.
69. CCCXXXII.
70. C.
71. CXCIII.
72. CCCXXXIII.
73. CCCXXXV.
74. CCXXIX.
75. CCLXX.
76. CCLXV.
77. CCCXXVII.
78. CCCXXVI.
79. CCCXVI.
80. CXII.
81. CCCXXIX.
82. XLVI.
83. XLVII.
84. LIX.
85. XLIV.
86. XLVIII.
87. XLIX.
88. L.
89. LIV.
90. LXII.
91. LXXXII.
92. XCIV.
93. LXXXIV.
94. LXXXIII.
95. LXXXI.
96. CXIV.
97. LXXXVII.
98. LXXXVI.
99. CCCXLIV.
100. CCI.
101. CLXXXV.
102. CCCXLIX.
103. CVIII.
104. CXCI.
105. CLI *).
106. CXXXIII.
107. CXXXVII.
108. CXVII.
109. CXXXVIII.
110. CXLV.
111. CLVI.
112. CLV.
113. CLXI.
114. CXLIII.
115. CXLVI.
116. CLXII.
117. CLXV.
118. CLXVII.
119. CLXXI.
120. CLXXII.
121. LXVIII.
122. LXIX.
123. CCXXXIII.
124. CCLXXXII.
125. CXVI **).
126. CCII.

---

*) Adjice numerum Kehrianum in Catalogo, pag. 446 col. 1.

**) Idem fac pag. 407 col. 1.

127. CCXIX.
128. CCLXXIII.
129. CCLXXIV.
130. XXXIX.
131. CCXXII.
132. CCXC.
133. CLXXXIII.
134. XLV.
135. CXCVII.
136. CCLVIII.
137. CCXXXIV.
138. CCXXXVIII.
139. LXXXVIII.
140. CCXX.
141. CCIII.
142. CCXVI.
143. CCXIII.
144. CCLXXXI.
145. CC.
146. CXCVIII.
147. CCCVIII.
148. CCXVIII.
149. CCCIV.
150. CCXXI.
151. CCXCII.
152. CCXVII.
153. CXCIV.
154. CCLXXXIII.
155. XII.
156. CLXXXVIII.
157. CXV.
158. CCXXVII.
159. CXC.
160. CCCXLVII.
161. CXIII.
162. LV.
163. LVI.
164. LVII.
165. CXCII.
166. CXCV.
167. LXXIX.
168. LXXVIII.
169. CXXXII.
170. CCLXIII.
171. CXXIX.
172. LXXI.
173. LXXII.
174. CXXVIII.
175. CXX.
176. CCCLI.
177. CCXXVI.
178. CXXX.
179. CXXXIV.
180. CXXVI.
181. CXXIV.
182. CXXXV.
183. CXXV.
184. CXXIII.
185. CXXXVI.
186. CI.
187. CXXVII.
188. CLIX.
189. CLXIX.
190. CLIV.
191. CLII.
192. CLX.
193. CLVIII.
194. CXLII.
195. CXLIV.
196. CXLVII.
197. CLVII.
198. CLXX.
199. CLXIV.
200. LXIII.
201. LVIII.
202. LIII.
203. CCLXI.
204. XXIV.
205. CCLXVII.
206. CCXI.
207. CCLXXI.
208. LXIV.
209. LXV.
210. CCXCV.
211. LX.
212. CCXCVI.
213. CCXXV.
214. CCLXXX.
215. CCLXVI.
216. LXI.
217. CCLXXXIX.
218. CCCVII.
219. CCLXXXIV.
220. XI.
221. CCCXXV.
222. XXIX.
223. CCXXIV.
224. CCXXXI.
225. CCLXXVII.
226[a]. LXVI.
226[b]. CCCX.
227. CLXXX.
228. CCCXXXI.
229. LXVII.
230[a]. CCXCIII.
230[b]. CCXCIV.
231. CCLXIV.
232. X.
233. CCLXXII.
234. XXVI.
235. VIII.
236. XCII.
237. LI.
238. LXXV.
239. LXXXV.
240. XCV.
241. XC.
242. LXXXIX.
243. LII.
244. CCIV.
245. CCLXIX.
246. CCCXXXVI.
247. XXXVI.
248. XCVI.
249. III.
250. CCXV.
251. CXI.
252. CLXXXIX.
253. CCCL.
254. CCLXXXVIII.
255. CCXXXII.
256. XXX.
257. XVIII.
258. LXXIII.
259. LXXIV.
260. CCCXXXVIII.
261. CCCXL.
262. CCCXXXVII.
263. CCCXXXIX.
264. CCCXLI.
265. CCCXLII.
266. CCCXLIII.
267. CCCXLV.
268. CCCXLVIII.
269. LXXVI.
270. CCLXVIII.
271. XCIII.

272.	CXCVI.	296.	CCXLIII.	320.	XXVII et V.
273.	CXXII.	297.	CCXLII.	321.	CCCLV.
274.	CXIX.	298.	CCXXXIX.	322.	CCCLVI.
275.	CXL.	299.	CCXLVI.	323.	CCCLVIII.
276.	CLXXXIII.	300.	CCXLVII.	324.	CCCLXV.
277.	CLIII.	301.	CCXLVIII.	325.	CCCLX.
278.	CCC.	302.	CCXLIX.	326.	CXLVIII *).
279.	LXXVII.	303.	CCL.	327.	**).
280.	CLXXIX.	304.	CCLI.	328.	CCCLIII.
281.	CLXXIV.	305.	CCLII.	329.	CCCLIV.
282.	CLXVI.	306.	CCLIII.	330.	CCCLII.
283.	CLXIII.	307.	CCLIV.	331.	CCCLXVIII.
284.	CLXVIII.	308.	CCLV.	332.	CCCLXII.
285.	CLXXV.	309.	CCLVI.	333.	CCCLXXVI.
286.	CLXXVI.	310.	CCLVII.	334.	CCCLIX.
287.	CLXXVII.	311.	XCVIII.	335.	CCCLXXII.
288.	CCXXXVII.	312.	CXXI.	336.	CCCLXIV.
289.	CCXLI.	313.	LXX.	337.	CCCLXVI.
290.	CCXXXV.	314.	CXXXIX.	338.	CCCLXIII.
291.	CCLIX.	315.	CXLI.	339.	CCCLXXI.
292.	CCLX.	316.	CL.	340.	CCCLXXIII.
293.	CCXLV.	317.	CXLIX.	341.	CCCLXXIV.
294.	CCXXXVI.	318.	XCIX.	342.	CCCLXXV.
295.	CCXL.	319.	CCCXLVI.	343.	CCCLXVII.

Non sunt in catalogo Kehriano hi codices: II, XX, XXI, XXVIII, XXXV, XL, XLI, LXXX, XCVII, CVI, CX, CLXXXI, CLXXXIV, CCV, CCVI, CCXXX, CCXLIV, CCLXXVI, CCLXXXV, CCLXXXVI, CCXCI, CCCV, CCCXIII, CCCXIV, CCCXVIII, CCCXXIV, CCCLVII, CCCLXI, CCCLXIX, CCCLXX. — Sigla post numeros catalogi uncis inclusa, Ac., Pf., W., pristinos codicum possessores indicant, quorum insignia gentilicia aeri incisa fere tegumentis intus agglutinata sunt: Ac. Andream Acoluthum, Pf. Augustum Pfeifferum, W. Jo. Christoph. Wagenseilium, Theologos et Philologos celeberrimos. Illud K. autem, quod ante numeros Kehrianos positum est, auctorem eorum indicat.

---

*) Adjice numerum Kehrianum in Catalogo, pag. 445 col. 2.

**) Hic liber, nescimus quomodo, deperditus est. Kehrius eum sic descripsit: *Codex* 327. *in* 24a. *forma. Alcoranus Arabicus charactere Neschi omnium minutissimo, elegantissimo, nitidissimoque, una cum omnibus vocalibus, in chartae admodum subtilis ac laevigatae foliis* 244. *exaratus, anno hegirae* 1040 *per Ismaëlem ibn Rizwânum. Ornatus est crassis, iisque aureis post periodos quasque punctis, aureis etiam capitum inscriptionibus, lineisque, textum in quavis pagina sepientibus; quaevis autem pagina formam octo angulis dimensam in textu exhibet. Involucrum insuper externum, ut Orientalibus usitatum est, ad conservandum libellum hunc, e panno confectum, eum circumdat.*

ADDITAMENTA AD DESCRIPTIONEM CODICUM OCCIDENTALIUM.

Quamquam iam in praefatione pag. XVIII. et XIX. nonnulla adnotata sunt, quibus occidentalium codicum descriptio vel emendatur vel suppletur, tamen temporis decursu [nam praefatio illa iam ante hos duodeviginti menses typis mandata est, quum occidentalium et hebraeorum codicum descriptio absoluta esset] aut amicorum quorumdam monitis meliora edoctus sum, aut bibliotheca nostra novis quibusdam aucta est codicibus, de quibus, licet haud omnes magni sint pretii, lectores non potui non certiores facere. Novi, qui accessere, codices hi sunt:

I.

[Rep. III. fol. 20. a.]

ACTA LUTHERORUM [foll. 396.]

Hic codex continet collectionem documentorum variorum, ad Martinum Lutherum eiusque familiam et posteros spectantium, quae, quamquam maximam partem in *Dav. Richteri* Genealogia Lutherorum [Berol. et Lips. 1733. 8.] typis iam descripta sunt, tamen haud exigui pretii aestimanda videntur. Hanc collectionem possedit olim *Henricus Bluemnerus*, qui XIII. mens. Febr. anni MDCCCXXXIX. diem supremum obiit et munifico testamento bibliothecam nostram librorum suorum haeredem instituit. In ephemeridibus meis, quibus titulus est *Serapeum*, ann. 1840. pag. 46—48. 61—64. et 68—72. accuratum omnium, quae in hac collectione habentur, documentorum indicem proposui, quamobrem hoc loco graviora tantum, quae ab initio habentur, et maxime quae ad Martinum Lutherum pertinent, repetere placuit. Sunt haec:

a) [Fol. 2.] Churfürst Johann Friedrichs Gnaden-Brief, worin Luthers aldenn Diener, Wolffen genannt, die beiden Lehen Omnium Sanctorum und Corporis Christi von der Schlosskapelle zu Colditz verliehen werden. Weymar, am Sonnabentt nach Purificationis Marie 1535. — Cf. *Richteri* Genealog. Lutherorum, pag. 381—83.

b) [Fol. 4. 5.] Ein Schreiben Hans Friedrichs, Herzogs zu Sachsen, aus Eisenach, Mittwoch nach Marien Himmelfahrt, 1524.

c) [Fol. 7.] Herzog Georgs Geleitsbrief für Luther zur Reise nach Wurms. Geben zu Wurms — am achten Tag des Monats Marcii anno dom. 1521. Sigillum optime conservatum est. Cf. *Richteri* Geneal. Lutheror. p. 170. *Lutheri* opp. (Altenb.) Tom. I. p. 653. *Hofmanns* Reformationshistorie der Stadt Leipzig, p. 155.

d) [Fol. 8.] Georgs, Marggrafs von Brandenburg, Brief an Luther wegen des Freyberger Mönchkalbes. Prag am Montag nach circumcisionis domini 1521. Cf. *Richteri* Geneal. Lutheror. p. 206—219.

e) [Fol. 9.] Johann Friedrichs, Churf. zu Sachsen, Confirmation des Testamentes von Martin Luther, gegeb. Wittenberg Suntags Judica anno dom. 1546. Sigillum cum subscripto electoris nomine optime conservatum est. Cf. *Lutheri* opp. (Altenburg.) Tom. VIII. p. 847. *Richter* l. l. pag. 375—377.

f) [Fol. 17—20.] Erbvertrag von Martin Luthers nachgelassenen Kindern, vom 5. Apr. 1554. Nomina subscripserunt et sigillo confirmaverunt Johannes Schneideweynn, Philipp. Melantbon, Jacob Luther, Ambros. Reiter. — Cf. *Richter* l. l. pag. 398—402.

g) [Fol. 21. 22.] Melanchthonis epistolae ad Johannem Lutherum, typis iam descriptae in *Richteri* l. l. pag. 330. et 369—70.

h) [Foll. 23—26. et 28.] Ejusdem ad Martinum Lutherum eiusque uxorem epistolae. Cf. *Melanchth.* Epp. I. 12. *Richteri* l. l. pag. 355—57. 353 sq.

Reliqua hoc codice contenta ad Martini *Lutheri* filios [maxime *Paulum.*, Electoris Sax. archiatrum] ac posteros pertinent et maximam partem iam a *Richtero* l. l. typis mandata sunt.

II.

[Rep. IV. 4. 85. a.]

Codex chartaceus saec. XVII. in Italia scriptus, folior. 151, quorum 1. b. et 151. b. scriptura vacant. Continetur:

ANONYMI: INNAMORAMENTO DI DUE FIDELISSIMI AMANTI, PARISSE, E VIENNA. Divisus est liber in 8 *discorsi.* — Incip. [post inscriptionem: *Discorso I. Delle virtuose prove d'Amore fatte da due fedeli amanti*, *e del Rè Dolfino il quale per li suoi prieghi e voti ottenne da Dio una figlia d'incomparabil bellezza ad honor della quale fè fare una famosa giostra.*] *E chi sarà mai colui che per accingermi à così bella e generosa impresa darà a me hoggi virtù scienza* cet. Explic. *si che prestatelo pure, che ben presto vedrete l'effetto di quanto hò detto. Vivete felici. Il fine. dell' ottavo et ultimo discorso.* — Accessit hic codex ad bibliothecam nostram ex haereditate *Car. Guil. Aug. Schuberti.*

III.

[Rep. IV. 107. h.]

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus foliis 162, quorum 1. b. et 5. b. vacua sunt. Continetur:

HISTORIA PERSECUTIONIS BOHEMICAE. *Die Geschichte der Böhmischen Kirchenverfolgungen, so sich anheben von Ihrer ersten Bekehrung an zum christlichen Glauben, nemlich vom Jahre Christi* 894. *und fortgehen bis ins Jahr* 1632. *unter die Regierung Ferdinandi II. Königes in Böhmen und Ertzhertzogs in Oesterreich*; *darinnen etliche bissher unbekannte politische Geheimnüsse*, *Rathschläge*, *Künste und erschröckliche Gerichte Gottes an den Tag gegeben werden.* — Incip. [post praefationem, cuius hoc est exordium: *Demnach etliche Gelehrten in Engeland damit umbgiengen* cet.] *Es sind die Böhmen dem Ursprunge nach ein Wendisch und Slavonisch Volck* cet. Explic. *noch der Strafe Gottes entgehen werden.*

IV.

[Rep. IV. 107. i.]

Codex chartaceus saec. XVII. exeunte scriptus, folior. 64, quibus continetur:

HISTORIA PERSECUTIONIS BOHEMICAE ECCLESIASTICAE. Incip. *Nachdem ich die Böhmische Kirche in neuer Bewegung sehe* cet. Explic. *der Religion wegen gegangen sind.* — Est epitome *Schwedleri* cuiusdam [ut ex nota marginali fol. 1. a. constat] ex *Am. Comenii* Historie der Verfolgung der Böhmischen Kirche. Et hic et antecedens liber emti sunt ex auctione publica, Wurzenae ao. 1839. habita.

Caeterum haec addenda sunt:

